8499

11/46

TRACTATVS
DE CONTRACTIBVS
ET NEGOTIATIONIBVS

duobus contenti Libris,

Fratre Ludouico Lopez, in sacra Theologia Magistro, Ordinis Prædicatorum huius prouinciæ Hispaniæ, Autore.

In quibus quæstiones, earumque resolutiones perutiles quidem atque necessariæ proponuntur, accurateque discutiuntur, & traduntur, pressiusque tàm modernorum, quàm antiquorum opinionibus libratis atque perpensis statuitur veritas, Tam Sacræ Theologiæ, quã Iuri Canonico, & Ciuili concinniorvtriusque facultatis tyronibus magnam lucem allatura.

1 4 5.

Anno. 1592.

Cum Priuilegio.

SALMANTICAE.

Apud Hæredes Cornelij Bonardi.

Sumptibus Claudij Curlet Sabaudiensis Bibliopolæ è regione Scholarum maiorum Commorantis Sub insigni cucurbitæ Aureæ.

Esta tassado en quinze Reales.

TRACTATVS
DE CONTRACTIBVS
ET NEGOTIATIONIBVS

duobus contenti Libris,

Fratre Ludouico Lopez, in sacra Theologia
Magistro, Ordinis Prædicatorum huius prouinciæ
Hispaniæ, Autore.

In quibus quæstiones, casuumque resolutiones perutiles quidem atque necessariæ proponuntur, accuratæque discutiuntur, & resoluuntur, præsertim quæ tum modernorum, quàm antiquorum opinionibus litteris atque
perpetuis Iurisprudentiæ veritatis, tum Sacræ Theologiæ quæ
lucem, & Christi conscientiæ seruitutique
facultatis cupiendus magnam
lucem allaturæ.

Anno. 1595.

Cum Priuilegio.

SALAMANTICÆ.

Apud Hæredes Cornelij Bonardi.

Sumptibus Clarissimi Viri Salamantini Bibliopolæ è regione Iacobi maiorum Communitatis Sub insigni Concordiæ Turris.

Esta tasado en quinze Reales.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el maestro Fray Luys Lopez de la ordē de sancto Domingo, nos ha sido fecha relacion diziendo que auia tres años que con licencia nuestra auia desimprimido vn libro que se intitulaua Instructorium Cōsciētiæ del qual auia sido Dios seruido que auia resultado alguna vtilidad, y en el os ofreciades sacar a luz otro volumen de los casos de conscientia que resultauan de los contractos y intitulado Instructorium Negotiantium & Contrahentium. Supplicandonos lo mādassemos ver y examinar y daros licentia para imprimirlo por el tiempo que fuesse nuestra voluntad o que sobre ello proueyessemos como la nuestra merced fuesse lo qual visto por los de nuestro consejo por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos sobre ello fecha dispone fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon. e yo tuuelo por bien, y por la presente por vos hazer bien y merced vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que vuestro poder ouiere, podays hazer imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mencion: y damos licencia y facultad a qualquier Impressor destos nuestros reynos, que vos nombraredes para que por esta vez le pueda Imprimir con que despues de impresso antes que se vēda: lo traygays ante los del nuestro consejo juntamente con el original, que va rubricado y firmado al fin del de Miguel de Ondarça cauala nuestro secretario de camara de los que en nuestro consejo residen para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, o traygays fe en publica forma como por el corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impression con el original y se imprimio conforme a el y quedan ansi mesmo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que ansi fueren Impressos y se os tasse el precio que ouieredes de auer por cada volumen y mandamos que durante el dicho tiēpo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender so pena que el que lo hiziere aya perdido y pierda qualesquier libros y moldes que del tuuiere e incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere la qual dicha pena sea la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia para la nuestra camara: y mandamos a los del nuestro cōsejo presidentes y oydores de las nuestras audientias Alcaldes Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias y a otros juezes o justicias qualesquier de todas las audiētias Alcaldes Alguaziles de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios assi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplan y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos y contra su tenor y forma no vayan ni consientan yr ni pasar por alguna manera so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veynte y siete dias del mes de Deziembre, de mil y quinientos y ochenta y siete años.

Yo el Rey.

Por mandado del Rey nuestro Señor

Secretario çauala.

NOS Frater Sixtus Fabri Lucensis sacræ Theologiæ professor, ac totius Ordinis Prędicatorum humilis generalis magister & seruus, magna in Domino afficimur lętitia cum fratres & comprofessores nostri iuxta talentum sibi a Domino traditum laborare, & opere, ac doctrina animarum saluti consulere Christianoque populo plurimum prodesse conspicimus. Cum igitur Reuerendus pater Frater Ludouicus Lopez magister in sacra Theologia Prouintiæ Hispaniæ superioribus annis librum quendam, qui inscribitur Instructorium conscientiæ copilauerit, iamque in lucem dederit, ac prelo mandauerit: nunc autem alium etiam composuerit librum, qui inscribitur Instructorium negotiantium, & contrahentium illumque ad communem omnium vtilitatem typis pariter mandare in animo habeat. Id circo publicę commoditati & nostri ordinis decori consulentes tenore præsentiũ, & auctoritate qua fungimur præfato patri magistro Ludouico Lopez licentiam, & facultatem concedimus, quinimo & in meritum sanctę obedientiæ mandamus vt supra dictum librum prælo tradere, & typographis excudendum committere possit & debeat dum modo per Reuerendum admodum Prouincialem dictę prouintiæ, vel per eos quos ipse deputauerit prius examinetur, & approbetur, ac alia omnia seruentur, quę seruari solent, & debent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amẽ. Nõ obstantibus in contrarium quibuscumque. In quorum fidem his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus Datis in nostro conuentu sanctę Crucis Segouiensis die. 25. Iunij. 1587.

Frater Syxtus Fabri Lucen. qui supra manu propria assumptionis nostræ Anno quinto.

Frater Ioannes Baptista Lancius Magister Prouincialis terræ sanctæ.

LIbrum de contractibus per fratrem Ludouicum Lopez in sacra Theologia magistrum ex Ordine sancti Dominici prædicatorum legi de supremi senatus cõmissione, & inueni doctum, pium & Ecclesiæ vtilem, & sine offensione poterit excusioni, & Typographis mandari In conuentu Diui Philippi Ordinis Diui Augustini Madritij. Anno 1587. mensis Octobris.

Frater Gabriel Pinelo.

OBSERVANDISSIMO DOMINO DOCTORI MELCHIORI PEREZ DE Arteaga, Burgihondo dignissimo Abbati, sedi Apostolicæ immediatè subjecto, frater Ludouicus Lopez, ordinis Prædicatorum perpetuam fælicitatem.

VM amicitia, autore Cicerone nihil aliud sit, nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate consensio, fit sanè vt tanquàm res pretiosa vtpote quæ ex affectu omnium virtutũ gignitur magnipẽdenda sit, atq; imprimis appetẽda. Nã (vt Ecclesiast. c. 25. Spiritus sanctus testatur) beatus est qui inuenit amicum verum. Cum speciem quandam beatitudinis præ se ferat amicum verum aliquem esse sortitum, merito Cicero licet Æthnicus à sentẽtia hac non abhorrens asseuerat, omnibus rebus humanis amicitiam veram fore anteponendam. Nihil enim est tam naturæ aptum, tãq; conueniens ad res secũdas, vel aduersas cum accidunt, quàm amicitia vera. Quid enim dulcius quàm quod habeas quo cum audeas loqui vt tecum, cui vt tibi fidas, quo cum vt tecum gaudeas? Quis enim tantus fructus in prosperis rebus esset, nisi haberes, qui illis æquè vt tu ipse gauderet? Aduersa verò difficilè esset ferre sine vero amico, qui illas etiam grauius quam tu ferret. Quod si roges (Domine colẽdissime) quorsum hic amicitiæ veræ laudes & encomia præfecerim, ratio in prõptu est, scilicet quia propitio numine quasi à iuuentute mea hanc tuam amicitiam me fuisse nactum mihi cõgratulor. Nam præterquàm quod eam semper animo complexus sum, suspexi, magniq; feci, vt pote quam verus Christi, & virtutis amor internos conciliauit, communicatio officiosa propagauit vsq; ad interitum, & vltra quasi nexibus ferreis & adamantinis connexam perduraturam, hanc eandem collata in me crebra beneficia sic auxerunt, vt citius mihi ipse sim abfuturus, quàm à corde & animo meo possit duelli. Ex eo nanq; tempore, quo bonus Dominus ac pius videns afflictionem illorum populorũ Indiarum: qui sub prouintijs Cartaginensi, & noui regni Granatensis cõtinentur à Rege

nostro in consulem regium audientiæ illius regni illuc destinatum tanquam legatum pacis, pacis (inquam) & libertatis, & respirationis Indorum â laboribus misit, iam ego ex tunc, & religiosi qui in illa regione causa conuersionis commorabantur cum bestijs sæuissimis pro prædicationis Euangelij libertate inter illas gentes nocte dieque pugnantes quo ianua aperiretur illic euangelio quam auaricia quorumdam Hispanorum clauserat, ex quo te præsentem habuimus, tuamque piam & genuinam humanitatem, & benignitatem tum in religiosos, tum in illos miseros Indos terræ incolas, & feruidum zelum experti sumus, & si ante consternati eramus animo, reuiuiscere cepimus: qui antea eramus exanimes. Sed & illi deploratæ genti & in suis desperatis rebus iam deficienti in tuo ad illos aduentu noua tunc lux oriri visa est: quæ non erat illuc vsque sperata. Narrent alij prædicationis ministri quos in ipsos, & in Indos contulisti fauores quos partim publicè, & partim priuatim experti sunt, quibus officia pia quibus eos es prosecutus latus suppetet narrandi campus. Ego verò (absit adulatio verbo) ne ingratitudinis arguar, & ne quæ suprema laude sunt dignissima, & quæ alios Christianos iudices ad æmulationem piam possint prouocare, sub silentio iniustè suppressa maneant referam tanquâm testis oculatus. Primò commemorare libet casus non raros, quibus aduersante mihi principe tenebrarum per suos impios Indorum satellites, id est, per principes eorum, qui mihi in prædicatione Euangelij obsistebant sicophantam, & impostorem me esse asserentes, & opprobria in fidei prædicationem, quo minus audiretur, & susciperetur iactantes, tu mihi Audientię regalis imploranti auxilium præ cæteris pręcipuo fauore assistebas. Quid referam magnum illum ducem Hontiuonem nuncupatum propter similes quas effutiuit contumelias tuo Marte me efflagitante concathenatum admirantibus, & timentibus alijs Regni Indorum proceribus adductum fuisse ad carcerem regium, quę potissima causa fuit coercendi cęteros similes principes infideles à simili insolentia & petulantia contra fidem. Accedit ad hoc & vltio digna, quæ te zelante pro fide sumpta est, de ducibus eiusdem populi Hontiuon exprobrãtibus paucis

paucis nouiter conuersis, & insultantibus in fidem, qui propterea attonsi sunt capitibus (quod illorum magna est pœna) & cęsi sunt flagellis. Sed neque prętereundam hic puto frequentiam Indorum ad te tanquam ad asilum securum, & patrem defensoremque singularem confugentium cum se malè vexatos à nostratibus videbantur qui subinde percussiones, effusionem sanguinis, liuores flagellorum, quibus affecti erant ostendebant, & lacrimas & querulas voces ante te emittebant: quos tu consolabaris, & pro vt poteras illis illatas iniurias vindicabas. Porrò & illud memoria dignum est præclarum gestum cum me instante conuentum illum generalem, vbi principes Indorum suæ prosapiæ singuli vexilla ferentes in prouincia Vbacensi congregati sunt sua Bachanalia celebraturi, tu disipasti vtpote funestum, in quo innocentum corpora dæmonibus solita erant immolari, vbi tu te ipse zelo Dei, & fidei percitus animose paucis comitatus Hispanis ad ipsum locum Bachanaliorum accedens tetrica illa, quæ inter choros psallentium conspeximus laruarum infernalium monstra profligasti, autoremque omnium horum Vbaquensem magnum principem in carcerem regium conijciendum, & puniendum tecum adduxisti. Quæ omnia indicia fuere egregia tui excelsi animi, & zeli, Tædet me elinguem & balbum esse ad ea enarranda pręclara à te gesta, quæ aggressus es, & ad fœlicem exitum deduxisti dum visitandi Prouinciam Cartaginensem munus suscepisti, vbi in tua visitatione fœliciſsimum illum Patrem Fratrem Ludouicum Beltran singulari sanctitate pręclarum, & iam in terris miraculis coruscantem comitem habuisti. Quis explicare queat quanta monstra vitiorum illinc eliminasti? quot oppressiones plusquam tirannicas abstulisti, quam politiam, & cultum inter illos Barbaros Indos, & nudos induxisti? eis & suis vxoribus indumenta quibus tegerentur tua solertia prouidendo quantam requiem, & leuamen ab oneribus & tributis excessiuis eis procurasti, quàm paternè eos ad amorem religionis Christianę exhortabaris, quàm noctu & die te timebant malefici scandalosi famuli Hispanorum inter Indos versantes, Indosq; vexan-

tes,ſcandala impia diſſeminantes,puellas, virgines Indicas,ſub intuitu doctrinæ addiſcendæ congregatas conſtuprantes ad ſiluas, & inacceſſa loca cõfugiẽtes quò irã & zelũ iuſtitiæ tuæ euaderent. Hæc pręclara ſunt,ſed his colophonẽ addunt illa ſancta ſtatuta à te edita in reformationẽ totius prouinciæ:quæ dũ voce præconis promulgarentur,& executioni mãdarentur,videre erat rabiẽ cõmendatariorum Hiſpanorũ illic degentiũ in te concitatã, accidit proin de tibi quòd veluti alter Paulus pro obſtaculo prædicationi Euangelij tollẽdo falſis calũnijs alias impetitus,& cathenis vinctus Hiſpaniã remeare,& tẽpeſtates,& naufragia,& tædioſam nauigationẽ experiri ſis coactus. Tãdẽ pro virtute,& iuſtitia depugnaſti,vicisti,& apud regẽ noſtrũ Philippũ,& apud ſua tribunalia glorioſior apparuiſti tuis perſecutoribus de calũnia,& falſitate conuictis,& iuſsis puniri,quibus tu pro vt pius es gratiã iniuriæ feciſti. Tandem quia in miſeros ſemper fuiſti pia viſcera geſtans quin ouium Chriſti curã gereres (licet id ſemper detrectaueris) effugere nõ potuiſti:ideo præpoſit⁹ primò Antequerẽſis effectus:deinde ad Abbatiã Burgi tranſlatus es,vbi tuarũ ouiũ peruigil & indefeſſus es cuſtos; & talis paſtor,qui ſalutẽ animarum potius quæras,quã vt ouiũ lanã deglubas. Si quidẽ prẽterquã quod tuæ vitæ ornamẽtis plurimũ eſt ſplẽdidus,gregem Chriſti tuę curæ concreditũ ſedulo tueris,alis,foues,paſcis. Sed neq; tu,mi pater,neq; alius meritò mihi vitio vertere poteſt,quod laudes amici viuẽtis adhuc hic enarrauero, tũ quia publica geſta narro,neq;talis eſt qui a me cõmendatur,qui arundo vento exagitata ſit,& humanis laudibus rapiatur, tũ quia autore diuo Thom. 2.2.q.115.art.1.ad.1. laudare amicũ vt in bono proficiat debitis circunſtantijs adhibitis,ad adulationem non pertinet,ſed potius ad virtutem amicitiæ. Sic igitur amicitiæ hoc munus cũ ſim a te magnis fauoribus cumulatus nulli aptius,quam tibi dicare potui,aut debui,librum ſcilicet hunc Inſtructoriũ Negotiãtiũ nuncupatũ,quem nũc tandẽ in lucem edidi,nihil cogites me feciſſe aliud quam reddere tibi quod tuum eſt,ſi quidẽ & ego tuus ſum cuius ſolertiæ & pietati & religioſi curam Indorum ſpiritualem gerentes acceptum referũt beneficium,quod te inſtante apud regẽ, & apud eum cui tu interfuiſti ſenatum effeceris tua efficacia rationum vt religioſi a cura Indorum non remouerentur. *Vale Felix.*

CAROLO EMMANVELI MAGNO DVCI SABAVDIÆ.

Claudius Curlet Annecienſis, Bibliopola. S. P. D.

QVE Madmodum omnipotens ille Deus, cui eſt poteſtas æterna, quæ inferiora ſunt per ſuperiora in tempore gubernari, ab æterno decreuit, vt ea inter ſe cuiuſdam communicationis naturali ordine, et ſerie connecterẽtur: ſicq; ima ſummis aſſociarentur: quatenus, & recipiendo, atq; dando ſuperiora perficerent inferiora: et inferiora per ſuperiora conſota vegetarentur: ita idem cui eſt poteſtas in æuum innatam quandam vim amoris mutuam inter principes erga ſubditos, et circa principes inter ſubditos, eorum animis ingenerauit, vt ſubditi ſuos naturales principes deament, ex animoq; venerentur atq; ſuſpiciant, & vice repenſa principes ſuos naturales ſubiectos foueant, protegant, et totos ſe in eorum gratiã, & fauorẽ impendant. Quod tua celſitudo (abſit adulatio verbo) boni principis functus officio omnibus numeris adimpleuit, egregieq; præſtitit. Quia non ſolum tuorum maiorum imaginibus ſuffultus: ſed per te ipſum non inanem neq; commentitiam, ſed ſolidam, et veriſsimã principatus, et nobilitatis tã proprio marte partæ, quã ingenitæ ſpeciẽ refers: quàm ſine virtutũ magno cumulo inueniri nõ contingit. Nobilitatis enim nomine non tàm vulgares virtutes: quam præſtantiſsimas, et nobiliſsimas quæ tibi genuinæ ſunt hic cõplector: qualis eſt, videlicet, conſtantia tua, magnanimitas, magnificentia, et animi tui fortitudo, et rerum gerendarũ qua polles prudẽtia: quæ reipublicæ amplæ tuæ te ſalutarem valde exhibẽt, et inter mortales præſtantiſsimum, et præclariſsimum efficiũt: quippe qui omnibus rebus inferioribus dignitatẽ, atq; honeſtatem antepoſuiſti: quã omnis generis laus, honor, gloria, fides, iuſticia, omniſq; virtus in te inuenta adaugẽt, valdeq; exornant. Hac igitur nobilitate virtutũ quibus ſplendes irradiata fulgoribus præditus inſtar Romanorum, & Græcorum principum, quales fuere Curij, Decij, Scipiones, Pompeij, Ageſilai, Phociones, et Ariſtides, quos ſcimus continenter vixiſſe, & ſuam rempublicam locupletaſſe dicuntur, tu ea animi, et ingenij, atq; ſolertiæ præſtantia ſic excellis, vt rempublicam tuam, atq; principatum tutatus ſis ſemper, et ad ſummum gloriæ faſtigium perduxeris ibique virtutum ſemina inſerueris, fidem Catholicam

protexe-

protexeris, vtpote Catholicæ Romanæ ecclesiæ filius, et Catholici singulari titulo nũcupati regis magni Philippi charissimus gener. Si ergo antiquitas præclarorũ gestorũ auctores inter magnos heroas cõputarũt, quare te cũ Deus summus ita te fecerit magnũ (neque enim, vt inquit Cicero, magnũ aliquẽ fuisse vsquã sine afflatu diuini numinis cõtigit) non solum inter Romulo, et Alexãdros, quos filios Deorum falsè prædixit antiquitas: sed inter principes, quos Deus constituit hisce tẽporibus super terrã insignẽ, et illustrem te totus Christianismus non magnifaciat? Igitur et si me deterrebat olim animi mei tenuitas, et exiguitas ad tuæ celsitudini aliquod ex meo penu prodiẽs opus deuouendum, vel dedicandum, sed iam postquàm te tàm mitem, et perbenignum munusculorum meorum susceptorẽ, et beneficum Dominum meũ sum expertus, vltra audax esse pergo ad noua munuscula tibi offerẽda. Obtuli enim olim tibi Instructoriũ Cõscientiæ in Hispania, & vbique terrarũ extimatũ opus, adieci insuper et tibi dicare Catechismũ Romanum meis sumptibus excussum religioni Christianæ excolendæ perquã necessariũ. Sed neque hoc cõtẽtus totus propensus in obsequiũ tuũ illiusque quã tibi Deus Opt. Max. matrimonio copulauit ex tã præclara prosapia ortam præclarissimã vndique, et tibi amãtissimã cõiugẽ opus cui, perfecta nupta, titulus inditus est, ei nuncupaui. Quin etiã cũ nõ modò hac leuidensia munuscula, quæ sanè me, ob eorũ exiguitatem, cõmemorare tædet, pudetque, sed omnes meas facultates, sanguinẽ, vitamque ipsam insumere, profundere, prodigẽ pro te fœlicissimum iudicẽ, dum tamen hac ne præstẽ vel mea ignorantia, aut tuum silentium efficiunt, noctes diesque cogitare non cesso, quibus modis qua ne ratione addictissimum meũ in te animũ tester. Nũc ergo denuo exoptãs valde vt libros maioris pensi, nẽpe codices maiores, scilicet, iuris Canonici aut ciuilis totius, vel tomos doctorũ Ecclesiæ suppeteret mihi facultas cudẽdi, quo eos tuæ celsitudini dicarẽ, Instructoriũ Negotiantiũ, quod adiecit nunc autor Instructorij Conscientiæ denuo in lucem edere meis sumptibus excussum, vt tuis auspicijs sicut primum eiusdem autoris tibi dicatum opus fœlicem sortitum est exitum, talem et hoc nanciscatur, tibi dedico nũc in præsentiarum, instructorium (inquam) negotiantium, cuius directione vbique terrarum negotiantes opus habent, vt te patronum præclarum, ceterumque vbique protectorem habeat, qui in totum orbem est proditurũ. Fãque diu et semper hisce meis munusculis meum erga te amorem protestabor, quandiu non sensero me tuæ Celsitudini fore molestum. Vale Fælix.

PROLO-

PROLOGVS SVPER LIBRVM INTITVLATVM INSTRVctorium Negotiantium.

¶ Beneuolo pioq; lectori Frater Ludouicus Lopez in sacra Theologia Magister, prouintiæ Hispaniæ, ordinis Prædicatorum, salutem in Domino Iesu Christo.

ADmonitum te esse cupio pie,& candide lector, non temerè, sed varijs, & multis me adductum rationibus ad opus, in quo valde desudatum est olim inter doctores nempe ad omnium contractuum,& generum cambiorum commutationumque penè inaccesibilem materiam enodandam eiusquè Gordianus nodos dissoluendus appuliſſe animum, quod neque insolentiæ tribuito, quam vbique execrandam arbitror. Ea ergo me ad hoc primò adegit ratio, quod nobis in negotiationibus excogitatis fraudibus negotiatores institoresque moderni doctrinam antiquorum solidam, & eludere & labefactare conantur cachinnis,& risu impetentes eos, qui de hac re hactenus disputauere, quasi hanc materiam non penitus intellexerint. Sed quasi per transennam conspexerint & quasi de quibus affirmẽt, aut negent prorsus ignorauerint, eò quod (prout illis videtur) vel confuse, vel equiuocè, vel sine distinctione, vel non ad rem in hac materia variatis iam cirunstantijs negotiationum præsertim in cambijs, & commutationibus sint locuti. Hinc estq; iam neq; Conradus neq; Syluester, neq; Sotus, neq; Albornozius, neq; Nauarrus, aut Mercatus,& innumeri alij doctores tam ex modernis, quàm antiquis: qui in hac materia illucidanda claruere eis faciant satis in multis, id exoptãdo, vt denuò nascatur alius, qui votis eorũ respõdeat eorũ penetrando,& approbando nouas adinuentiones contractuum. Quibus perpensis, varijs,& contrarijs modis meus exagitatus est animus vndiq; nutans,& vacillans an quæ excogitauerã ego & de electis doctoribus selegeram de hac materia, ederem in lucem, aut silentio perpetuo cẽlarem. Deterrebant me risus, quibus adhuc vereor, si hanc rem aggrediar sim excipiẽdus. Si enim proceribus his, egregijsque doctoribus non pepercerunt, quomodò fiet consequens vt mihi multis numeris inferiori parcant. At verò verbum absconditum quis poterit sic comprimere, aut retinere. Eya age anime pusillanimis excute terrorem, excute pusillanimitatem, experire fortunam, & non tua ope, & præsumptione propria subfultus: sed spe omnipotẽtis nixus auxilium Dei expectato: quod si dixerit in obsequio hoc tu mihi places: quid vereris libidorum animos, mordaces dentes, morsusque humanos præsertim, cum conciliante mihi domino animos lectorum, & egregie peritorum liber primus per me editus Instructorium conscientiæ, nuncupatus tam beneuole vbique sit receptus: fateor sanè materia hæc contractuũ penè inaccesibilis est. At est summopere cognitu necessaria: quod si necessaria est, fit sanè vt negotiatio non sit explodenda, aut reprobanda: si bono fine constet, & debitis sit circumamicta circunstantijs. Differentia nanque terrarum quarũ nullaferè est: quæ in omnibus sibi sit satis eã præsefert indigentiã, propterquam com-

commercia,interse inire mortales summè opus habent. Commercium enim inter gentes id est, quo earum prospicit penurijs & necessitatibus. Sed cò progressa est cupiditas hominum eorumque malitia cò euasit vt negotiando,& permutando fraudibus totum impleuerit orbem. Hæc est enim bestia illa,quam Apocalypsis cap.13.se vidisse testatus est diuus Ioannes de qua ipse ait,Et faciet,inquit, nequis possit emere, aut vendere,nisi qui habuerit characterem, aut nomen bestiæ,& nomen numeri eius: hæc inquam bestia cupiditas scilicet,hic mysticè designata:quæ in negotiando, & contrahendo quo lucrum venetur,tot involuit versutiarum nodos, & occultus laqueos tantum facessit negotium tùm iudicibus fori conscientiæ, idest confessoribus,tum iudicibus fori exterioris,vt nihil frequentius in vtroque foro videas ventilari, quàm quid cuique sit reddendum de his, quæ iniustè & per fraudem negotiatio,contractus,vel commercium ab aliquibus abstulit. Est igitur materia hæc negotiationum,& contractuum vbique locorum tàm frequens, & obuia siue in plateis (de quibus Psalmista ait, Quoniam non defecit de plateis eius vsura & dolus) siue in confessionibus siue in tribunalibus, siue in cathedris vtriusque iuris ciuilis,& canonici,atque theologicæ facultatis,vt rem gratam id generis scientiarum professoribus me facturum putarim (si hoc opus eis placere contingat)si hanc materiam,dante Deo,suis numeris absoluerem. Si ergo dum omnibus morem gerere studeo, parùm gratus aliquibus efficior promptum,& in suum obsequium meum propensum animum lectores boni,equique consulentes,vt benigne suscipiant deprecor valdè. Vale fælix pie & candide lector.

(?)

Tassa.

YO Miguel de Ondarça çauala, escriuano de camara del Rey nuestro señor de los q̃ residen en el su consejo doy fe que por los señores del, se vio vn libro yntitulado Instructorium negociancium que con licencia de su Magestad ymprimio el Maestro Fray Luys Lopez de la hordẽ de Sancto Domingo y tassaron a tres marauedis y medio cada vn pliego del dicho libro y dieron licencia para que se pueda vender al dicho precio,y mandaron que esta tassa se ponga al principio de cada vn cuerpo del dicho libro para que conste della y de pedimiento del dicho Fray Luys Lopez y mandado de los dichos señores del consejo, di esta fe que es fecha en Madrid a nueue dias del mes de Agosto de mil e quinientos y ochenta y nueue años.

Miguel de Ondarça çauala.

Monta esta tassa quinze reales.

INDEX QVAEST. IN-

STRVCTORII NEGO-

TIANTIVM.

QVO Te index præsens studiose lector manuducat ad inueniendam quæstionem quam inuestigare velis, animaduersum te esse in præsentiarum curamus, quòd cũ opus hoc, scilicet, Instructoriũ negotiantium duobus libris absoluatur, quia numerus foliorum à primo libro vsq; ad finem libri secundi continuatur, non necesse habuimus ipsos libros, scilicet primum, aut secundum aliquo charactere tibi designare. Liber nanq; primus ad numerum. 283. procedit, deindeq; secundus incipiens vsque ad finem. 530. numero terminatur, ideò in hoc copioso indice solum numeros vniuscuiusque folij tibi primo notamus. Paginam autem per hanc literam. P. tibi significamus, & per numerum ei immediatè subiunctum numerum paginarum primæ, vel secundæ tibi signamus.

A.

ADVOCATVS An pro libito possit exigere pretium sui patrocinij. 88. p. 2 vbi respondetur per tria dicta, & an iudices, & testes pretium possint pro sua functione recipere ibidem.

Aduocati ante finitam litem an integrè suã mercedẽ possint percipere, & quid si ipsi concordauerint partes ipsas, & an strenas possint recipere, & qualia pacta facere prohibentur. 89. p. 1. & seq.

Aduocatus an retinere possit stipendium iam receptum pro ea defendenda causa quam cliẽtulus deserere voluit, pro vt accidit Mexici. 89. p. 2.

Aduocatus si moriatur an salarium quod recepit sit ab eius hæredibus repetendum. 89. p. 2 & an salariatus de publico aliquid possit accipere à particularibus tam ipse quàm medicus ibid. p. 2. & an dissimulante consilio regio propetitione soluta possit accipere vltra taxam. 90 pag. 1.

Assecurationis contractus.

ASsecurationis contractus quid sit, & de eius diffinitione. 355. p. 1.

Assecurationis contractus ad quem nominatum contractũ reducatur. Vbi variãtibus Doctoribus cõcluditur, quód reducitur ad fideiussionẽ. 355. p. 1.

Assecuratio pro qua sicut, & pro fideiussione licet pretium accipere tres obligationum modos includit. 355. pagina. 1.

Assecurator assecurationis contractum ineundo duplicem potest moliri fraudem. 555. p. 2.

Assecurator propriæ pecuniæ quam mutuat an pro hac assecuratione possit recipere pretium. 355. p. 2. vbi variãtibus Doctoribus respõdetur per. 4. dicta.

Assecurator alius à mutuante potest pro assecuratione mutuatæ pecuniæ, si exponatur periculo nauigationis ferre pretium. 356. p. 1.

Assecurandi secum pecuniam à se mutuatam trasuehẽdam per mare obligationem si petat mutuator an sit vsurarius. 356. p. 1. & 2. vbi quæritur an creditor pro interesse assecurare possit sibi debitum. pagina. 2. dicto. 3. & quarto.

Assecurator, & simul mutuator respectu rei quam mutuat accedens ad sacramentum pœnitentię an sit absoluendus. 357. p. 1. vbi talis in foro exteriori censetur vsurarius. p. 1. vbi soluitur argumentum in contra ex mente D. Thomæ. p. 1. & 2.

Assecurationis differentia, qua differt à fideiussione declaratur. 357. p. 2.

Assecurari an possit vita alicuius citra peccatum. 357. p. 2. & seq. vbi respõdetur ad quæstionẽ per appositum etiã exemplum. 358. p. 1.

Assecurationis contractus, qui idiomate nostro contractus de prometidos vocatur an sit licitus. 358. pagi. 1. & secunda.

Assecurans pecuniam à se mutuatam transuehendam per loca periculosa an pretium quod pro tali præstita securitate recepit vi iustitiæ teneatur restituere. 358. pagin. 2. & sequent. vbi sententia Victoriæ modificatur. 359. pagina. 1.

Assecuratorem si non erat aliàs accepturus mutuatarius pro pecunia sibi mutuata aliò transuehenda an mutuans eã assecurãs pretium receptum pro hoc restituere teneatur. 359. p. 1. vbi nota ponitur.

Assecurator nauis, qui in bonis nihil habet an mercedem nauis saluæ, & applicatis ad portum à se assecuratæ exigere possit. 359. p. 2.

Assecurator, qui solum habet in bonis. 500. assecuratq;. 1000. in naui, an salua naui. 100. sibi oblata pro mercede assecurationis possit exigere. 359. p. 2. & 360. pagina. 1.

Assecurator nauis nauigantis ad vnum portum, si post dirigat nauis cursum ad alium portum, & pereat an teneatur soluere iacturam illius. 360.p.1.&.2.
Assecurator si assecurauit nauim onustam mercibus si postea missa sit vacua, & impegerit in schopulos an tenea tur iacturam illius subire. 360.p.2.
Assecurator si mille aureos reponẽdos in naui assecurauit, qui tamen ibi non sunt repositi, si pereat nauis an tenea tur illos soluere. 360.p.2.& seq.
Assecurationis quidã modus: quia est fideiusio au pro fide iussione liceat á debitore aliquid accipere quęritur. 361. p.1.& an acceptum profidelitate obseruãda sit restituẽdum.p.1.&.2.

Cambiorum contractus.

C.

Cambiorum materia est difficilis explicatu, & cãbio rum omnium modi omnes fere sunt inaccessibiles propter admixtas eis vafricies, & subtilitates. 283. pag.1.
Cãbia contracturis quo iustitiam seruent proponitur extrauagãs Pij Quinti, quæ incipit in eam. 284.
Cãbij diffinitio traditur. 285.p.1. vbi quid sit cãpsoria ars diffinitur.p.1.
Cãbium diffinitur. 284. vbi quia cãbium est permutatio, tres permutationum formæ referuntur. 284.pagin.1.& secunda.
Cãbij diuisio trimembris ex parte materiæ. 285.pagin.1. vbi tripliciter cambiri pecuniam traditur. 285. pagina.2.
Cãbium quot modis differat ab alijs contractibus. 284.p.2 & seq.
Cãbium quatuor modis differt à mutuo. 286.p.1.&.2. v bi adijcitur corollarium contra Conradum.p.2.
Cãbio tripliciter admiscetur tempus scilicet .1. vt necessario consequitur distantiam localem. 2 vt in eo tempo re est rerum varietas. 3. vt in tali tempore pecunia cam psoris manet ociosa 286.p.2.
Cãbium an ratione adiuncti temporis sit illicitum. 286.p. 2. vbi respõdetur per tres propositiones. 287. vbi quia erratum est in numero ab impressore ponitur. 285. pro 287.
Cãbium reale, & sic cum quid sit. 287. secundum ordinem verùm quia ex errore ab impressore hic fuit positus numerus. 285.p 2.& seq.
Cãbium siccum, idest, fictum est quod pro tempore quo celebratur non habet res cambiatas quo ad tempus præsentes. 283. vbi ex errore posuit numerum. 286.p. 1. vbi per duo dicta respondetur ad quæstio. pagina.1. &.2.

De cambio minuto.

Cambium minutum an sit licitum. 289.p.1.&.2.& se quent. vbi proparte negatiua causa illucidandæ quæstionis. 5. proponuntur argumenta. p.1.&.2
Cãbienda moneta dupliciter consideratur scilicet, & quatenus moneta est, & quatenus metallum quoddam est. 290. pagina.1. vbi vsus duplex monetæ notatur primarius, & secundarius, vbi traditur documentum, pagin.1.
Cãbij exercitium est duplex scilicet ex obligatione, vel ex spontanea functione. 290.p.2.
Cãbiator ex officio vtrum licitè inde cãbiãdo lucrum reportet. 290.p.2.& quid si ad id non sit, stipendiatus à republica ibi.p.2.& seq.
Campsoribus, depositarijs, qui consignata ibi debita soluunt liceat exigere quinque pro mille, vel plus vt exem plificat Metina. 291.p.1. vbi respondetur per conclusiones.p.2.
Campsores priuati an quia soluunt in suo cambio consignata debita licitè possint aliquid accipere. 291. pagina.2.
Campsor qui accipit aliquid á rusticis ibi recuperantibus si bi debita an peccet cotra ius naturale, & positiuum. 291 p.2.&.292 p.1. vbi excipiuntur tres casus in quibus videtur id licere.p.1.
Cãbium quale sit iustius an quod celebratur per solas literas, aut quod fit ad visas literas. 292.p.2. vbi respondet Metina.p.2.
Cãpsoribus quãdo pro obligatione ad quã publicè sunt astricti non est consignatum salariũ publicum certũ qua liter debeat taxari. 293.
Cãpsoribus soluenda sunt sua salaria iusta tã pro custodiẽ da pecunia apud illos deposita quã pro onere correspõ dendi debitis. 293.p.1. neq; consuetudo Galliæ, aut Hiſ paniæ ab hoc excusat.p.1.
Cãpsores publici ex officio, & depositarij ex obligatione an aliquid mercedis possint accipere, & quãtum. 293. p.2.
Cãbiens commutando suam pecuniam pro alia an possit aliquid plus accipere. 294.p.2. vbi variãtibus Doctoribus respõdetur per cõclusiones, & limitationes adhibitas. 294.p.2.& seq.
Cãbiturus suam pecuniam aureã pro alia maiori pretio quã sit legale an si in pecunia illa aurea soluat debitum ideò possit de debito aliquid detrahere. 294.p.2.& sequen.& quid si non erat sic cãbiturus, & ad instãtiã creditoris sic soluit. 294.p.2.
Cambiri posse pecuniam prout merx consideratur pluris quam pretium eius legale valet probabiliter defenditur. 295.p.1.& sequent. vbi corollarium Garciæ refellitur. p.2.
Cambij iustitiam, quia pluris cambitur moneta quam iuxta legalem valorem valet non tollit. 296.p.1. vbi.1. argumentum in contra aliter à Nauarro aliter á Syluestro soluitur.p.1.&.2.
Cambientibus licet transgredi pretium legale monetæ cambiendo sed id non licet vendentibus, & ementibus vendendo, vel emendo. 296.p.2.
Cambientibus pretium legale monetæ non currit, sicut neque ementibus, vel vẽdentibus alias merces quando præabundantia earum in foro communiter minoris veneũt 296.p.2.& seq. vbi sub notatur Nauarrus. 297.p.1.
Campsoribus an in ordine ad cambia liceat effingere scutos imaginarios. 297.p.1.&.2. vbi sententia vltima Nauarri occasionata esse ostenditur.p.2.

De. 3. speciebus cambiorum per literas.

Cambij per literas tres solẽt assignari species. 297 p.1. vbi notatur differentia potissima inter has species cognitu necessariſsima. 298.p.1
Cambiorum horum differentia alia. 298.p.1. vbi differen tia

tia inter secundã, & tertiã speciem assignatur. p.1. & differentia inter primã, & secundã speciem explicatur, & species hæ tres cãbiorũ exemplificantur. 298. p.2.

Cãbium per literas primæ speciei an sit licitum: vbi quia cãbium istud cõtractui emptionis, & vẽditionis quo modo subijcitur, cõditiones vẽditionis in eo seruãdas esse ostẽditur. 298

Cãbiri an possit numisma pro alio numismate eiusdẽ speciei licet nõ sint eiusdẽ valoris. 298. p.2. & sequ. & 299. vbi ponũtur. 4. arg. pro illucidatione quæstionis. p.1.

Cãbiri an possint per cãbium primæ speciei pecuniæ consistentes in diuersis locis si nõ sint sibi æquales in valore. 299. p.2.

Cãbiẽtes in prima specie cãbij per literas si monetæ in diuersis locis existẽtes sint æqualis valoris an interesse tũc inter se prætẽdere possint. 300. p.1.

Cãbita pecunia si creuerit in pretio an restituẽda sit in eadẽ specie monetæ, sicut res mutuata puta vinũ restituendum est in eadẽ mẽsura. 300. p.1. insolut ad.1. & quid de pecunia aurea sic mutuata in valore crescente, 300. p.2. & seq.

Cãbiẽs delaturus pecuniã ad locum vbi sibi magis valebit an hac ratione possit aliquid lucrari. 301.

Cãbiatæ res in omnibus exigũt æqualitatẽ valoris licet res sint differẽtes in substãtia, sed nõ sic res mutuatæ. 301 p.1. insolutione ad.2.

Cãbiũ primæ speciei per literas vbi nõ seruatur æqualitas an possit vsus iustificare. 301. p.2. in sol. ad.3.

Cãbium hoc primæ speciei per literas differt à casu equi locati reducẽdi ad locũ vnde venit cõtra Sotum in solu. ad.4. 301. p.2.

De Cambio secundę speciei.

CAmbium secundæ speciei an licitus sit, & an reducatur ad contractum locationis, vbi causa illucidãdæ quęstionis ponũtur. 4. arg. pro negatiua. 302 p.1.

Cãbium secũdæ speciei per literas, vbi quis prius dat pecuniã hic cãpsori, vt alibi vbi ea indiget sibi reddatur, nõ tã propriè est cambiũ, sed potius reducitur ad cõtractũ locationis. 302. p.2.

Cambiũ secũdæ speciei per literas dicitur, Hispanicè traspasso de dinero, o pasage, vbi respõdetur ad arg. 302. p. 2. &, 303. p.1.

Cambians in hac secũda specie cambij dando pecuniam alio transferendam an illius in campsorem transfert dominium. 303. p.1. vbi respõdetur ad arg. p.2.

Cambiũ secũdæ speciei per literas dupliciter: differt à mutuo. 303. p.2.

Campsor qui recepit pecuniam alio transferẽdam dignus est mercede sua licet eam nõ transferat, si loco illius aliam alibi soluat. 303. p.2.

Cambium per literas secundæ speciei an sit licitũ vbi causa illucidandæ quæstionis ponuntur. 3. arg. & respõdetur ad quæst. 304. p.1.

Campsor in secũda specie cambij per literas duplici fungitur officio, scilicet veluti agasonis, & allecuratoris pecuniæ hic à se receptæ, & alibi reddẽdæ. 304 p.2.

Cambio secũdæ speciei data pecunia alio deferẽda differt à mula, quæ locatur pretio cõductori illam reportaturo 305. p.1.

Campsor accipiens pecuniam alio transferendam, vt sit in hac secunda specie cambij ius habet pro hoc accipiẽdi interesse. 305. p.1.

Campsor in hac secunda specie cambij per literas si prius receperit pecuniam, & rogauerit dantem, vt sibi daret nihilominus ipse recepturus est interesse, & nõ dans. 305. p.2.

Cambium secũdæ speciei per literas differt à cambio primæ speciei quo ad distinctam necessitatẽ, quæ inter vtrumq; assignatur. 305. p.2. & seq.

Campsori dans pecuniam alio transferẽdam, & si rogatus sit à campsore pro delatione aliquid interesse nequit recipere. 305. p.2. vbi ponitur casus vtriusq; p.2.

Campsor in hac secunda specie cambij non solum ratione translationis, sed ratione periculorũ quanto sunt maiora, tanto magis potest augere pretium. 306. p.1.

Campsoris officiũ duplex interuenit in hac secũda specie cambij, scilicet transuectoris, & allecuratoris. 306. pagin.1.

Campsori tribuẽs suam pecuniam alio transuehẽdam, si quo maius tẽpus ei cõcedit ad translationẽ quam opus sit, minus soluat, rẽ iniustam facit. 306. p.2.

Campsori dans mille aureos in Valẽtia an quia ad hãc translationẽ à Metina in Valẽtiam concedit tres mẽses, ideò possit excusari à salario pro translatione soluẽdo. 306. p.2.

Campsori transferẽti pecuniam â Metina in Valẽtiam petenti tres mẽses ad eam deferẽdam nihildare salarij non est res omnino tuta contra Garciam. 307. p. 1. vbi respondetur ad argum. & explicatur regula iuris. p.1.

Cãbij per literas tertia species.

CAmbiũ tertiæ speciei qualis cõtractus sit & ad quẽ cõtractũ ex nominatis reducatur. 308. p.1. vbi causa illucidandæ quæst. 4. positis arg. respõdetur ad quæst. p.1. & 2.

Cambiũ tertiæ speciei non reducitur ad mutuum propter rationes quinq; quæ ad hoc assignantur 308. p.2. & sequent.

Cambiũ tertiæ speciei per literas ad contractũ vẽditionis reduci nõ potest, sed neq; ad cõtractũ locationis attinet. 309. p.1.

Cambiũ tertij generis an propriè sit dicendus contractus cõpositus ex æquo scilicet ex mutuo, & ex cambio. 309. p.2.

Cambium tertiæ speciei virtualiter includit mutuum, sed formaliter ibi includitur verum cambium. 310. p.1. vbi ponitur exẽplum & probatur. p.1. & 2.

Cambij tertiæ speciei iustitia resultat ex natura cambij, & nõ tantũ ex natura mutui virtualiter ibi inclusi. 310. p. 2. vbi ponitur exemplum & probatur. p.1. & 2. & soluũtur arg. in cõtra p.1, & 2.

Cambium tertiæ speciei principaliter fit ad instantiam recipientis, & propter eius necessitatem subleuandam, 310.

Cambium tertiæ speciei quo ad suam iustitiam per cõtractũ venditionis est regulandũ, quia cõtractui vẽditionis largo modo subalternatur. 311. p.1.

Cambium tertij generis quomodo continet virtualiter mutuum. 311. p.2. vbi examinatur an istud cambium includat mutuum, aut distantiam temporis de per se. p.2.

Cambio tertij generis non conuenit distantia temporis

principaliter, vt cõtingit in mutuo. sed distãtia loci. 312 p. 2.

Cãbium hoc tertiæ speciei tã quã præambulum præsuppo nit virtuale mutuum. 312. p. 1. & seq. neq; includit mutuum quidditatiuè vt genus, neq; vt quid totũ potẽtia le, sed tãquã præambulum cõtra Garciã. 312. p. 1 & sequent.

Cãbium tertiæ speciei licet mutuum virtuale includat nõ requiritur ibi eadem moneta specie reddatur sicut requiritur in mutuo reddatur eadẽ in specie res mutuata. 313. p. 1.

Cãbium tertiæ speciei cõcomitãtia dãna quæna sint, & quæna ipsorum ad cãpsorẽ pertineãt, & quæna ad recipientẽ. 313. p. 2. vbi soluuntur arg.

De Iustitia huius cambij tertiæ speciei.

CAmbiũ tertiæ speciei an cõtractus iustus sit vbi gratia illucidãdæ quæstionis ponũtur. 3. arg. propter quæ aliqui Doctores, & Albornozius dãna runt hoc cãbiũ. 314. p. 1 &. 2.

Cãbium tertiæ speciei non iustificat ratio adducta à Licentiato Christophoro de Villalõ, scilicet quia cãpsor liberat ab expensis, & periculis ad cãbiũ recipiẽtẽ. 314. p. 2.

Cãbium tertiæ speciei nõ iustificatur propter rationẽ Doctoris Sarauiæ dicẽt is esse licitũ, quia cãpsor pecuniã á se datã alibi restitutã ad se suis, reducit expensis. 315. p. 1.

Cãbiũ tertiæ speciei vbi recipit Metinæ pecuniã à cãpsore qui ea ibi indiget ad cãbium in lugduno cõficiẽdũ seclusis abusibus licitũ est. 315. p. 2.

Cãbij tertiæ speciei iustitia exẽplificatur, & declaratur per duo similia exẽpla. 315. vbi tãdẽ respõdetur ad argu. Albornozij, & aliorũ. 316. p. 1.

Cambij tertij generis differẽtia qua differt á cambio primi generis proponitur. 316. p. 1.

Cambiũ hoc tertij generis quomodo differt à cõtractu locationis. 316. p. 1. & quomodo sit intelligẽdũ vulgare dictũ, vbi dicũtur campsores parati ad dandam pecuniam suam ad cambium vbi ponitur similiter. 316. p. 1.

Campsor in hoc tertio genere cambij, nõ ratione mutui, sed ratione cambij principaliter intẽti licite expetit lucrũ dũ cõtingit. 316. p. 1. &. 2.

Cambia per literas secũdi, & tertij generis inuicẽ nõ cõtrariantur cõtra Albornoziũ. 316. p. 2. vbi differentia cambij secundi, & tertij per literas explicatur. p. 2. & sequẽtibus.

Cambiũ tertiæ speciei ad sui notitiam requirit cognitionẽ causarũ ob quas numi pluris æstimari solẽt quam sit eorũ pretiũ legale. 317. p. 1. vbi numerantur. 8. causę ad hoc cõcurrẽtes. p. 1. & seq.

Campsor in hoc tertio cambio quibus ex causis lucrũ intẽdere possit. 317. p. 1. vel. 2. & seq.

Cambiũ quod vsus inuexit vbi Valẽtię in minutis æreis certa forma cambitur ad cambiũ Cathaluniæ, vel Aragoniæ an sit licitũ. 318. vbi respõdetur per. 3. dicta quorũ tertiũ est cõtra Garciam. 319. p. 1.

Cambiũ primũ in æreis numis minutis à Valẽtia in Aragoniam, an aliqua ratio iustificet. 319. p. 1. &. 2. dicto. 4. vbi insinuatur Sentẽtia Autoris. p. 1 &. 2.

Cambiẽdæ pecuniæ augens æstimationem secunda causa quæ est eius præsentia in loco vbi datur ad cambiũ inquiritur an iusta sit. 219. p. 2. vbi causa illucidandę quęstionis, quæ difficilis est. 5. arg. cũ cõfirmat. ponũtur. 320. p. 1. & seq.

Cambianda pecunia quæ datur ad cambiũ quare ratione præsentiæ magis æstimetur, & quot rationibus sic magis æstimari contingat. 320. p. 2. & seq.

Campsori dans primò pecuniam tranferẽdam alio differt ab dante mulam alio reportandam, quia mula est localis non pecunia. 320. p. 1. vbi assignatur exẽplũ agasonis. p. 1.

Campsoris salariũ pro transferẽda alio pecuniam nõ est taxandũ iuxta quantitatẽ põderis talis pecuniæ solũ, sed ratione periculorũ. 306. p. 1. vel. 2.

Cambiẽtes pecunias æqualiter in diuersis locis eis indigentes vnus hic, & alter alibi an mutuo possint capere interesse, vel quis eorum tantum captorus est interesse. 305. p. 1. &. 2. vbi assignatur differẽtia inter necessitatem cambij. 1. &. 2. p. 2.

Campsoris officia necessaria ad alio transferendam pecuniam referuntur, per quæ sit satis obiectioni propositæ 3. 6. p. 1.

Campsor in hoc tertio genere cambij quia dat pecuniam præsentem quam recepturus est absentem, potest interesse recipere, nisi aliũde impediatur. 321. p. 1.

Campsoribus & mercatoribus adaptata hæc maxima scilicet, quòd pecunia præsens in loco magis valet, quam absens à loco probatur. 3. rationibus cõtra Sotũ, & Mercatũ. 321. p. 2. & seq.

Campsoribus maxima prædicta cõueniens regulariter in eis locũ habet cũ aliis causis. 322. p. 1. vbi quomodo maxima hæc sit intelligẽda explicatur. p. 1. &. 2.

Campsoribus, & mercatoribus nõ valet regulariter magis pecunia absens, quam præsens cõtra Mercatũ. 322. p. cõtra Mercatũ facit ius. p. 2.

Campsori satis est vt hinc possit demetere lucrũ quod cambij huius tertiæ speciei cõtractus sit cũ alea etiam periculi cõiunctus cui se exponit campsor, vbi hoc explicatur exẽplo. 323. p. 2.

Campsoribus argumẽtũ factum à distantia tẽporis ad distantiam loci non obest contra Mercatum. 323. p. 1. &. 2.

Campsores licet parati sint deferre suam pecuniam cambiẽdam ad locum aliũ cambij: sed tamẽ nõ perscipsos, sed per recipientes, si ab eo petant. 223 p. 2. & de intelligentia dicti communis in hoc cambio cum exẽplo. p. 2.

Campsores si parati essent per seipsos, & suis expensis pecuniam suam deferre alio vbi cambienda est, tunc non possent ab eam recipientibus ad cambium recipere iucrum, 324 p. 1. Secus si aliter parati essent quod explicatur exemplo. p. 1.

Campsoribus dantibus ad cambiũ ars campsoria nõ debet esse noxia cũ recipientibus ad cambiũ quia hic pecunia indigent sit vtilis. 324. p. 1. & seq.

Campsores licitè, & iustè æstimant minoris peconiam cũ ex se annexa pericula habeat cõtra Sotum, & Mercatũ 324. p. 2.

Campsores in hoc tertio genere cambij an ratione variæ æstimationis accidentalis pecuniæ recipere aliquod iucrum possint. 324. p. 2. & sequẽ. vbi causa illucidandæ quæstionis quippe quæ celebris est ponũtur. 8. arg. contra hanc causam p. 2. & seq. & 325. p. 1. & seq;

Campsores duplicem æstimationem pecuniæ considerant vnam naturalem, quatenus numisma est, & aliam acci

den

dentalem, quæ ratione abundãtiæ, vel penuriæ ei accidit. 326. p. 1

Cãpsores ex tribus causis sumunt facultatem augendi valorem, seu æstimationem accidẽtalẽ pecuniæ cãbiẽdę. 326. p. 1. & 2

Cãpsoribus abundãtia, vel penuria quæ est in locis diuersis cãbiorum præbet facultatẽ variãdi æstimationem accidẽtalem pecuniæ. 326. p. 2. vbi indigẽtia duplex notatur cũ coroll. Mercati. p. 2.

Cãpsorum dãtium ad cãbium abũdãtia, & penuria duplex 327. p. 1

Cãbienda pecunia quãto subest maiori periculo tãto magis cãbij pretium auget. 327. p. 1. vbi notatur periculũ duplex p. 1

Cãpsores ob tres causas omnes, vel singulas in cãbio possunt licitè recipere lucrũ, scilicet ob absentiã, & præsentia pecuniæ, & ob diuersum eius valorẽ legalem, & ob eius æstimationẽ accidẽtalẽ. 327. p. 2

Cãpsoribus in cãbio tituli cõcedẽtes lucrũ referũtur, vbi sit satis obiectioni Soti, quę solũ verificatur in secũdo cãbio. 327. p. 2. & seq.

Cãpsores ex sua parte aliquãdo habent duos titulos concurrentes ad lucrãdum, & vnum ad perdendum, vbi exemplificatur cõcursus primus causarum lucri. 328. p. 1. & seq.

Cãpsores dãtes ad cãbium duobus titulis aliquãdo lucrãtur, nullo alio perdẽdo, quod exẽplo declaratur. 328. p. 2. vbi ponũtur exẽpla triplicis cõcursus causarũ cõcurrẽtium in cãbio. 329. p. 2

Cãbientes à Metina in Flandriam, & á Flandria in Metinam cũ sit eadẽ distantia quomodo lucri variam obseruant rationẽ. 329. p. 2. vbi soluitur argumentũ quo se torsit Sotus.

Cambia ab Hispali ad Romam eandẽ rationẽ seruant, quã dictũ est obseruare cambia à Metina in Flandriam. 329 p. 2.

Campsores variam æstimationem pecuniæ obseruant in cambio, quia nõ est taxata prout est merx per legẽ, sed prout est pretiũ aliarũ rerũ. 330. p. 1. vbi tangitur alia Solutio Syluestri. p. 1

Cambiũ differt à mutuo quia in mutuo tdẽ in specie, & quantitate restituitur nõ sic in cambio. 330. p. 2. vbi duplex valor numorũ proponitur, scilicet legalis, & accidẽtalis. p. 2

Cambij æqualitas qualiter fiat. 330. p. 2. vbi in solut. ad. 5. explicatur, an pecunia mutuata aucta in valore per pragmaticam cum accessione lucri sit restituenda. p. 2. & seq.

Cambium quomodo differt à mutuo quo ad lucrum & interesse accipiendũ. 331. p. 1. in sol. ad. 6. vbi in solut. ad 7. mutuum dupliciter fieri notatur quod exẽplo declaratur. p. 2.

Campsor anticipate dans pecunias ad cambiũ nõ intẽdit eas mutuare, sed ad cambiũ dare. 331. p. 2. in solutione ad. 8.

Cambiũ primæ speciei finis est subuenire necessitati vtriusque cambiẽtis, secũdæ verò necessitati dantis pecuniam tertiæ autẽ finis est subuenire necessitati recipiẽtis. 335 p. 1. & 2

Cambia hæc quomodo differant quo ad vtilitatẽ inde resultantẽ, & in quẽ magis resultet. 332. p. 2

Cambij tertij generis. 3. sunt conditiones in genere, scilicet, quòd sit verum, voluntarium, & iustum. 333. p. 1. ad veritatẽ autẽ huius cambij attinet, vt fiat ad instantiam recipientis pecuniam. p. 1.

Campsorũ fraudes recẽsentur, dum cõgerũt pecunias, vt pro libito cambiant, qui agabedi adores solẽt cõpellari. 333. p. 1. & seq.

Campsorum violentia notatur, dum inter se conspirant ad monipolia, quo augeant pretia cambiorum. 333. p. 2.

Campsorũ violẽtia notatur qui cõpellunt recipientes pecuniam ad eam restituẽdam in loco vbi vberioris lucri spes eis ridet. 333. p. 2.

Cambiorum pretium quale sit iustum. 333. p. 2. & seq. & quomodo pretium communiter hic sit iustum, & quale hoc sit. 334. p. 1.

Campsori quomodo innotescet pretiũ, seu interesse, quod alibi currit cõmuniter ad literas vitas. 334. p. 1. vbi illud datur regula deseruiẽs ad cognoscẽdũ pretiũ iustum cambij. p. 1. & seq.

Campsores à regula obseruanda in pretio, & interesse soluendo quatuor modis solent diuertere. 334. p. 2.

Campsores solẽt recãbiando prædictam regulam præterire. 334. p. 2. vbi forma mala recambiorũ recensetur. p. 2. & seq.

Cambiũ tertię speciei tripliciter diuiditur scilicet. 1. ex parte lucri. 2. ex parte tẽporis. 3. ex parte termini, idest, loci vbi celebratur. 335. p. 1. & 2

Cambia æqualia duplicia vbi corollariè infertur quænam sunt quæ celebrantur cũ lucro. & quæ cũ iactura. 335. p. 2. vbi satis fit difficultati. p. 2

Cambiorum æqualitas quomodo consideratur. 335. p. 2.

Cambij tripliciter cõsignatur tẽpus, scilicet ad visas literas vel ad præfixũ terminũ, vel ad solutionẽ in aliquibus nũdinis. 336. p. 1. & 2.

Campsores prologationem maiorẽ tẽporis faciẽdo quando excusentur ab vsura. 336. p. 2.

Cambium tripliciter diuiditur ex parte loci. 1. ex nũdinis, ad nundinas. 2. ex nundinis ad ciuitatem. 3. ex nundinis ad nundinas intra eundem populum. 336. p. 2. & sequ.

Cambia an exerceri licitè possint de loco ad locum intra idem regnum, & an sic intra idem regnum cambia primi, & secundi generis sint licita. 337. p. 2. & quid lex humana circa hoc sanxerit. p. 1. vbi aduerte quòd hic consuetudo est attendẽda dũ nõ est mala, p. 2.

Cambium primi generis exerceri posse intra regnum extra cõtrouersiam est imo etiam sic cambium secundi generis cum interesse intra regnum exerceri potest. 337. p. 2. & seq.

Cambiũ tertiæ speciei an de nũdinis ad nũdinas exerceri possit, vbi securius esse admonetur ex nũdinis ad loca, vbi nũdinæ nõ celebrantur. 338. p. 1.

Cambire de nũdinis ad nũdinas etiam si in diuersis populis celebrentur res est subiecta periculo. 338. p. 1. & 2.

Cambire à nundinis ad nundinas eiusdem loci cum lucro an sit licitũ. 338. p. 2. vt fit cum magnatibus.

Cambiẽdi cum lucro vsus malus ex nundinis ad nũdinas intra eũdem locum sicut solẽt aliqui campsores vti cum rege recipiente ad cambium pro occurrentibus necessitatibus supplendis. 339. p. 1.

Cambia cum regibus ficta vt cõmentitia sunt refutanda. 339. p. 1. & seq. vbi cõsiliũ salubre datur á Nauarro diuitibus mutuantibus regi pecuniam cum qua nõ erant negotiaturi. p. 2.

Cambium siccũ quid secũdum aliquos, & in qua significatione capiatur hic à doctore. 339. p. 2. & seq.
Cãbio sicco cãbiẽtes triplici genere fallaciæ vti solẽt. 340. p. 1. & 2.
Cãpsores ipsi an possint pro recipiẽte hic ad cãbiũ correspõsores alibi signare. 340. p. 2. vbi affirmatiua pars probatur, & declaratur exemplo. p. 2
Campsor an possit recipiẽti hic pecuniã cõsignare correspõsorẽ, qui pro recipiente alibi correspõdeat proprijs pecunijs ipsius campsoris. 341. p. 1. & 2.
Cãpsor, neq; correspõsor ab eo pro recipiẽte signatus alibi correspondere non potest proprijs pecunijs cãpsoris, aut nomine eius quæsitis hoc est tutius dicere secũdũ Garciam licet eius rationes nõ tã clarè id probent. 341. p. 2.
Cãpsori, vel recipienti ad cãbium an sit soluturus pecuniã qui correspõsoris nomine proprio, vel recipientis ad correspõdendum eãcõquisiuit. 342. p. 2. vbi inferũtur. 3. corollaria. p. 2.

De intelligentia extrauag. Pij. V. super cambia.

Cambia sicca extrauagãs, Pij. V. dãnat. 343. p. 1. & quid ad veritatẽ cãbij requiratur, ibi. p. 1
Cãbio tertij generis deseruiẽs generalis Regula cõtra Albornozij statuitur. 343. p. 2. vbi quãdo hic distãtia loci reducatur ad distantiam temporis. p. 2.
Cãpsor dãs pecuniã ad cãbium an debeat necessario esse animo paratus ad recipiẽdum eã in alio loco. 343. p. 2. & seq.
Cãpsor an possit dare ad cãbium el, qui scit alibi nõ posse sibi correspõdere nisi iterũ accipiat ad cãbium. 344. p. 1.
Cãbia realia nõ aliter exercẽda quã pro primis nũdinis, vbi illæ celebrãtur, vel vbi nõ celebrãtur nisi iuxta extrauagãtem Pij. V. 344. p. 1. vbi quænã dicãtur primæ nũdinæ declaratur. p. 2.
Cãbio soluendo in nũdinis tẽpus dupliciter solet assignari. 344. p. 2. vbi notatur intelligẽtia extrauagãtis Pij. V. p. 2. & seq.
Cãpsores triplici de causa cõcedere solẽt longiores terminos solutionum. 345. p. 1
Cãbiendo ad distãtiores tẽpore nũdinas an auctius interesse expeti possit? 345. p. 1. & 2.

De cambijs quo ad pretium.

Cambiorum pretium an iustè ad augeat abũdãtia recipiẽtium ad cãbia causata ex eo quod ad maiorem distãtiã tẽporis cambitur. 345. vbi Sotus dissentit à Caietano, & à Metina complut. p. 1. & 2.
Cambiorum pretium an iustè auget pecuniæ penuria causata ex monopolio originaliter cõflato à campsoribus. 346. p. 1. vbi modificatur sententia Nauarri. p. 1
Cambiũ ad literas visas est Regula per quam taxandũ est pretium iustum cambiorũ. 346. p. 2. vbi satisfit arg. Caietani. p. 2
Campsores an ratione lucri cessantis possint capere aliquod interesse ex eo, quòd ad primas nũdinas vel vlteriores cambiant. 346. p. 2. & seq. ex eo, quòd ad primas nũdinas, vel vlteriores cambiunt. 346. p. 2. & seq.
Campsores an quia ad nũdinas inter callatas: cambiũt possint expetere lucrũ cessans vbi variæ sententiæ Soti, Nauarri, & Coroneliũ ponuntur, & tandẽ sentẽtia autoris. 347. p. 1. & seq.
Campsoribus facere pactum de interesse certo lucri cessantis extrauagans Pij. V. vetuit ad exterminandas vsurarias fraudes. 347. p. 2. vbi sentẽtia Nau. nõ admittitur vera nisi cũ limitatione. p. 2. & seq.
Campsoribus cõuentio lucri cessantis prohibita est, & an locũ habeat in alijs cõtractibus scilicet in mutuo. 348. p. 1. & 2. vbi soluitur quando à principio posita, p. 2.
Cambiẽdi vsus receptus in Italia & in alijs orbis partibus an sit licitus. 348. p. 2. & seq. vbi varia exercitia cambiorũ referuntur. p. 2. & seq.
Cambiẽdi vsus qui inoleuit in fine nũdinarũ Galliæ, Belgiæ, Hispaniæ an sit licitus. 349. p. 1. & 2.
Cambia instaurandi vsus in fine nũdinarum an sit licitus. 349. p. 1. & 2. vbi respõdetur ad duplicẽ casum quem perperam Nauarrus reducit ad. 5. cambium, & ad tertium.
Cambiorum vsus prædicti si sunt saluandi quomodo saluari possunt. 350. p. 1. & quomodo saluari possunt cambia illa frequentia à Metina ad vlisipponem, & à vlisippone ad Metinam. p. 1. & 2.
Cambiẽdi vterq; vsus, & casus ad quam speciẽ cambij est reducẽdus. 350. p. 2. & seq.
Cambium de quo Nauarrus se ait fuisse interrogatum scilicet de Hispano dante Romæ centum cũ interesse soluẽda in Hispania. 351. p. 1. & seq. vbi affirmatiue respondetur p. 2.
Cambire an liceat numos eiusdẽ põderis & numeri, valoris tamen diuersi in diuersis religionibus. 352. p. 1. vbi explicatur Sotus.
Cambiẽs primo genere cambij, & si sit primo rogatus nõ potest accipere interesse ab ignoranter eum rogante secundum Garciam, & Mercatum cõtra Sotum. 352. p. 1. & 2.
Cambire an liceat pecuniam inferioris gradus citra compẽsationẽ. 352. p. 1. & 2.
Cambire an liceat pecuniam in vna prouintia vt ea in alia rependatur, vbi propter raritatẽ metalli pluris æstimatur. 352. p. 2.
Cambire an liceat mille aureos redhibẽdos pretio cambiorũ nũdinarũ primarũ. 352. p. 2. vbi explicatur Sotus. p. 2. & seq.
Cambiũ quod dicitur verum simul, & siccum quod armilla ex mente Caietani sic illud vocat non est dicendum verum, & siccum simul, sed potius siccum, & fictũ. 351. p. 1.
Campsoribus proponitur regula generalis Syluestri seruanda, vbi tandẽ apponitur salubris admonitio erga campsores.

De census contractu.

Census quid sit, & de eius varia acceptatione. 200 p. 2.
Cẽsus est duplex scilicet consignatiuus, & reseruatiuus 200. p. 2. & seq.
Census alius est fructuarius, alius pecuniarius. 201. p. 1.
Census cõsignatiuus potissime diuiditur in cẽsum personalẽ, & realẽ. 201. p. 1. & 2.
Censum personalem an quis iustè emere possit. 201. vbi pro parte affirmatiua positis. 6. argumentis tandẽ variantibus doctoribus negatiua pars statuitur tenẽda 201 p. 2. & seq.

Cen-

Census personalis disputatio tres ingerit speciales difficultates. 202. p. 2
Cēsus personalis supra solā personā cōstitutus, & nō supra rem fructiferā an sit iure naturali prohibitus. 202. p. 2 & seq.
Cēsus personalis cuius pēsio pro tēpore creditur excessura forte pretij probabiliter affertur esse vsurarius. 203. p. 1. vbi probatur hoc quadrupliciter solutiones Soti in cōtra Redarguitur. 203. p. 1. & 2. & seq.
Cēsuarius nō potest emere pēsionē pecuniariā nō fundatā in re fructifera, & quare. 204. p. 1. quia res emitur dū ius eius emitur, & pecunia nō est emibilis propriè. 204. p. 1. & 2. vbi fit satis obiectioni.
Cēsus personalis quare sit prohibitus vbi aperitur totus dispūtationis nervus. 205. p. 1. & 2.
Cēsum personalē rationes reprobātes octo super addūtur, quæ sunt Nauarri præter eas, quas adducit autor optimas rationes. 205. p. 2
Cēsum personalē licere argumēta probantia, quæquinq; sunt soluūtur. 206. p. 1. & 2. vbi differētia obligationum personaliū, & realiū in cōtractibus tangitur, p. 2. & seq.
Cēsui reali hypothecata possessio nō est propriè pignus, aut hypotheca. 207. p. 1
Cēsum realē emēs an emat possessionē ipsam supra quam fundatur cēsus. 207. p. 2
Cēsus realis secūdum aliquos Doctores tres cōtractus implicat scilicet emptionis fructus, & redēptionis eorū, & sortium. 205. p. 2
Cēsus personalis an inter dicatur per. 3. extrauagantes scilicet Martini, & Calixti, & Pij. V. 207. p. 2. & seq. vbi cōcluditur vtroq; iure cēsum personalē esse prohibitum. 208. p. 1
Census personalis vitalitius an sit licitus, quando cōstituitur super vitam alicuius personæ ea vita durante. 208. p. 1. & seq. vbi distinguitur duplex cēsus vitalitius, & perpetuus. 208. p. 2.
censum tēporalem cum tempore certo, & determinato instituentis mens an aliquid vltra capitale per id tempus possit recuperare, vbi variant Doctores. 208. p. 2. & sequent.
cēsus determinati temporis si constituatur supra solam personam principaliter licet alia pro eo obligentur bona an sit licitus si pensiones capitale excedant. 209. p. 1. & 2. vbi redarguitur opinio Metine Salmantic. p. 2. & sequent.
census determinati temporis fundatus supra possessionem cuius pensiones capitale excedunt an sit licitus. 210. p. 1 in. 3. conclusione.

De censu vitalitio.

Census vitalitius durans solū per vitam cōstitutus supra solam personam an aliquo iure naturali, vel positiuo sit prohibitus. 210. p. 2. vbi ponitur exemplum census vitalitij, & quod nō sit mutuū ostenditur. p. 2. & seq.
census vitalitius supra personam fundatus potissimū innititur cōtractui sortium. 210. p. 2. & seq.
census vitalitius personalis nō est iure naturali prohibitus si cōtrahentes æquali sorti se exponant soluendi vel recipiendi magis, vel minus quam sit capitale. 211. p. 1
census vitalitij personales, qui instituuntur communiter de facto sunt iniusti, & præsumptionem præseferunt vsuræ. 211. p. 2
census emptio ad vitam de se nō est mala secundum Syl. 211. p. 2. & seq.
census vitalitius personalis an aliquo iure diuino, vel humano, vel naturali sit prohibitus, & an sit comprehensus subcensibus prohibitis per Pium. V. fundari nisi in re fructifera. 212. p. 1. & quare de se sit licitus ibi. p. 1.
censum vitalitium tria argumenta impugnantia soluuntur 212. p. 2. & quod in eo seruanda est æqualitas, ibi pagina. 2.
census vitalitius an sit contractus ille, vbi quis dat monasterio exuberantia bona, vt à monasterio per vitam alatur. 212. p. 2. Vbi notatur, quòd in censu vitalitio pecunia nō parit fructum certum, sed incertum. p. 2. in solut. ad. 3.
census vitalitius initus cū pacto, quòd à venditore possit redimi, quo pretio sit redimendus. 213. p. 1.

De censu reali redimibili.

Census realis redimibilis cōtractus an sit licitus. 213. vbi ponūtur. 6. argumenta in contra causa illucidandæ quæstionis. 213. p. 1. & 2.
census realis redimibilis exemplū, quomodo scilicet cōtractus eius exerceatur. 214. p. 1
census realis redimibilis ad quem cōtractū reducatur, vbi cōcluditur ad cōtractū emptionis, & venditionis reduci. 214. p. 1
census cōtractus cū reducatur ad emptionem, vel venditionem quid nam in eo emitur in quiritur. 214. p. 2. vbi opinio Albornozij vt pote ingeniosa approbatur & satisfit obiectioni in contra. p. 2
census cōtractus dum initur, ius exigendi pensionem emitur, quæ opinio est magis cōsona iuri, & cōmunis. p. 214 p. 2. & seq. vbi probatur, & satisfit obiectioni in contra n. 215. p. 1
censualis pensio pecuniaria nō emitur vt pecunia est, sed inquantū æquialenter est fructus cuius loco succedit. 215. p. 1. & 2
censualis pensio pecuniaria quare iam successit loco fructuum qui erant reddendi ex possessione fructifera. 215 p. 1. & 2. vbi soluuntur argumenta in contra. p. 2. & sequent.
censuales fructus nō vt cumq; sed vt pecunia iam æstimati, & venditi periculo venditoris census manent, & nō periculo censuarij. 216. p. 1. & 2
census redimibilis cōtractus multa cōsideranda exigit, quæ á parte rei contra Garciam nō cōsiderantur. 216. p. 1. vel. 2.
censuarius nō videtur emere fructus census indeterminate contra Garciam. 217. p. 1
census contractus quomodo si sit iustus inclinet æquè in cōmodū vtriusq; cōtrahentis. 217. p. 2
census emptio cum pacto de retrouendendo sublata facultate redimendi ante tale tempus, vel post tale tempus an iure naturæ sit illicita. 217. p. 2
census cōtractus an sit emptio fructuū, & an pretiū eius debet æquialere possessioni reddenti fructus proportionabiles ad pretium. 216. p. 2. & seq.
census ab emptore secūdū Albornoziū (cuius opinio est planior, licet nō tam cōsona iuridicæ phrasi) emitur possessio fundans censum. 217. p. 1
censualis pecunia, quæ soluitur in censu quomodo emi possit. 213. & an possessio supposita censui debeat æquialere pensionibus. 218. p. 1.

Census nō potest emi nisi numerata pecunia, & nō ad creditum cōtra Sotum. 218. p. 2

Cēsum emēs an stando in iure positiuo in pretium eius cō ferre possit possessionem æstimatam suo pretio. 218. p. 2. & seq.

Cēsus contractus differt à cōtractu emphyteotico. 219. p. 1. vbi tres assignātur differētiæ.

Pro censu Redimibili creando statuitur extrauagans Pij. V.

CEnsibus redimibilibus cōstituēdis formātradens: extrauagās Pij. V. quæ incipit cum onus proponi tur ad literā 219. & 220

Cēsus instituētes quæ vitia cauere debēt. 221. p. 1. vbi ponūtur. 6. vitia in institutione tali cauēda, vt potē per extrauagātem Pij. V. prohibita.

Cēsus cōtractum Petro Anchatrano impugnāti respōdetur, & satisfit eius obiectioni. 221. p. 1. vel. 2.

De conditionibus census.

CEnsus redimibilis emptionē cōditiones iustificātes. 7. aut. 8. secundum alios sunt, & an sint necessariæ examinatur latē. 221. p. 2. & seq. & 222. p. 1. vbi variāt Doctores.

Censum redimere si obligetur vēditor quādo emptor voluerit etiā accepta pro hac obligatione recōpēsa talis cōtractus non licet quia hic interuenit mutuum virtuale cum vsura. 222. p. 1. & seq.

Cēsui redimibili apponēdæ ex iure conditiones an possint tolli vel recompēsari ex pretiodiminuto vel aucto. 222 p. 2. & seq.

Census redimibilis prima conditio quænam sit, & quo modo sit intelligenda. 223. p. 1. & 2. vbi cēsui supponēdā esse rem immobilem fructiferā ostenditur.

Cēsus redimibilis secunda conditio examinatur, scilicet, q̄ sola res illa fructifera, & non alia bona specialiter censui hypothecata maneat. 223. p. 2. & seq.

Census hypotheca specialis an exigi possit quæ plures fructus afferat, quā sit cēsus qui supra ipsum creatur. 224. & 223. p. 1. vel. 2.

Cēsus emptor an præter specialem hypothecam fideiussorem, vel aliam impignorationem ad eiusdem census securitatē possit exigere. 224. pag. 1. vbi ponitur obiectio.

Cēsum emētes an fideiussionē, & pignora possint exigere & ex. 4. causis hoc consideratur. 224. p. 1. & 2.

Cēsus emptor causa assecurādi hypothecā specialem fideiussorē, aut pignora exigere non potest. 224. p. 2. vbi notatur, q̄ non licet virtute talis emptionis hoc quidquid sit aliunde. p. 2.

Cēsus emētes consuetudo non excusat, quæ nūc inoleuit grauādi scilicet vēditoris bona propter petuitate specialis hypothecæ cēsus conseruāda. 225. p. 2

Cēsui redimibili ex sua natura non repugnat quod præter hypothecam specialē fideiussores, & pignora pro securitate soluēdæ pēsionis exigātur. 225. p. 1. & 2

Cēsus emptores in Valētia paciscēres, vt intra quatriēniū alia specialis hypotheca sibi assignetur an ex excusentur ab iniustitia. 225. p. 1 & 2. vbi responsio Garciæ subnotatur tanquam iuri pontificio parum consona. p. 2. & seq.

Census vēditorem obligare, vt sit Valentiæ ad intra quatriennium aliam assignandam specialem hypothecam stando in iure naturali suspectū de vsura videtur. 226. p. 2. vbi sentētia Garciæ notatur esse contra extrauag. Pij. V. p. 2. & seq.

Census emptor cum dubius est, an hypotheca quæ supponitur censui est grauata alio censu quomodo suæ indemnitati possit cauere. 226 p. 1. & seq.

Cēsus emptor duas speciales hypothecas supponendas cē sui singulas per se sufficiētes expetere à vēditore non potest. 227. p. 1

Census redimibilis tertia conditio scilicet æqualitas pretij ad quem finem exigatur. 227. p. 1. & 2.

Census redimibilis pretium quod nam sit competens & iustum, vbi respondetur per duo dicta. 227. p. 2

Census antiqui an possint minoris emi, quām taxatilla lex noua scilicet. 14. pro vno. 227. p. 2. & seq. vbi variat Nauarrus, & Metina. 228. p. 1

censuum redimibilium si modo pretium augeretur per regem ad. 20. pro vno, vel ad. 18. pro vno pensionis annuę an census antiqui minoris pretij an essent hoc pretio, vel antiquo redimendi. 228. p. 1. & 2.

census ante pragmaticā eorū augentem pretium empti pecunia credita quo pretio post pragmaticā sint soluendi. 228. p. 2. vbi satisfit obiectioni.

census antiquitus minori pretio creatos scilicet, ad. 14. pro vno, vel. 18. pro vno an rex per nouā pragmaticām reducere possit ad. 20 pro vno. 229. p. 1. & 2.

census redimibiles an nō obstāte taxa maiori pretio vendi possint. 229. p. 2. & seq.

census redimibilis pretium quomodo sit taxādū vbi nulla vigeret in obseruatione taxa legalis, & de regulari eius pretio. 230. p. 1. & 2

census perpetui, & irredimibilis pretium cum non est æstimatū quomodo sit æstimandū. 230. p. 2. vbi variat Doctores. p. 2. & seq.

census redimibilis. 4. conditio, scilicet quód pretiū eius statim numerata pecunia soluatur an sit necessaria in conscientia. 231. p. 1. & 2. vbi variant Sotus, & Nauarrus p. 2. & seq.

census empti solutio quibus rationibus facienda est pecunia de præsenti numerata. 232. p. 1. & 2.

censum emens an in eius pretium possit dare iocalia, vel prædia suo pretio æstimata. 232. p. 2

census annui pensio an in alijs fructibus scilicet vino, tritico, & oleo cōstitui, & solui possit 232. p. 2. & seq.

censum an consignare possit primogenitus supra bona suę primogenituræ dum magnā summā dotis maternæ non soluit. 233. p. 1

census pensionem soluendam venditori an imponere possit emptor super rem ab illo emptam pro parte pretij quam non est soluendo, vt visus innexit. 233. p. 1. corol. 2.

census pensio an possit augeri eu pensionibus iam ex cursis emptori census nonsolutis. 233. p. 1. & 2.

census redimibilis conditio. 5. tria continet, & potissimè q̄ census redimi possit per totū, vel per partes pro libito à venditore, & quando facultas redimendi necesse est maneat apud venditorem. 233. p. 2

census redimibilis an redimi possit per totum, vel per partes vbi variè loquuntur Doctores. 233. p. 2. & seq.

census an redimi possit iustè per partes examinatur, vbi positis argumentis in contra, & præmissa distinctione tria membri per plures conclusiones respondetur ad quæstionem 234. p. 1. & 2.

Censum redimibilé redimere per partes non est illicitum imo leges videntur hoc approbare, licet pacisci, vt per tales quotas, & nō per minores redimatur. 234. p. 1. & 2.

Census emētes à pauperibus an pacisci possint cum eis ne redimantur eos per partes non augendo pretium. 235. p. 1 & 2.

Censum emens à diuitibus an augere debeat pretiū si obligat eos ad nō redimendū per partes, sed in totū. 234. p. 2. conclusione 4

Census, quòd nō possit redimi per partes, sed in totum solet apponi in multis scripturis dum contrahitur. 236. p. 2.

Census redimibilis an possit redimi per partes. 236. p. 1. & seq. vbi sensus duplex in quo extrauagans Pij. V. solet explicari circa hoc proponitur. p. 1. & 2

Census an redimēdus sit per totū vbi nō præcessit pactum redimēdi eum per partes. 236. p. 2

Cēsus cōtractus etiam si sit cū pacto de retrouendēdo differt ab alijs cōtractibus etiam cū simili pacto initis. 237 p. 1.

Cēsus cōditio, quòd possit à vēditore redimi vbi voluerit an sit necessaria, vbi ponitur sententia Soti & sententia auctoris. 237. p. 1. & 2

Cēsus ista conditio scilicet quòd possit à vēditore redimi vbi voluerit triplicem heri pactionem vetat. 237. p. 2. & seq.

Cēsus cōditio sexta scilicet, quòd vēditor cēsus ad eum redimēdū astrictus nō maneat est necessaria de iure naturali, quia tollit mutuū cū lucro. 238. p. 1. & 2. & soluitur arg. in cōtra. p. 2.

Census cōditio. 7. scilicet, quòd possessione perēpta extinguatur census est necessaria in vtroq; foro contra Sotū 239. vbi id probatur duabus rationibus. p. 2. & respondetur ad arg. in cōtra. 240. p. 1. & 2

Cēsus vēditor, & eius bona ad pēsionē cēsus soluēdā obligari possunt nō tamē vltra durationē hypothecæ fundantis cēsum. 240. p. 2

Cēsus redimibilis cōtractus differt à cōtractu cōductionis fructuum. 240. p. 2, & seq.

Census extinguitur pro parte pro qua extingui cōtingit eius hypotheca specialis, quia in tali hypotheca fundatur velut accidens in subiecto. 241. p. 1

Census perpetuus, & irredimibilis an hāc admittat cōditionem scilicet, quòd extincta eius hypotheca speciali pro toto vel pro parte, sic & ipse pro parte, vel pro toto extinguatur. 241. p. 1. & 2.

Census. 8. cōditio, scilicet, quòd possessio fundās censum tātū fructus afferat quotānis, quātum est quota pensionis census an sit necessaria. 242. p. 1. vnde inferuntur duo corollaria. p. 2

Emptor census an quiā cōcedit licentiā venditori alienādi hypothecam census possit recipere laudemium. 242. p. 2.

Census emptor an omnia bona venditoris census etiā si amplissima sint possit sibi addicere in pignus taliter quòd alienari nō possint. 242. p. 2. & seq.

Census emptor nō potest pacisci de interesse lucri cessātis, aut quòd ob morā soluendi venditor amittat possessionem census, aut eius partem. 243. p. 1

Censuum emptoribus præbetur cōsilium, vt extrauagātes pōtificum Martini, Calixti, & Pij. V. seruent. 243. pagina. 1.

Census perpetui hypotheca specialis vt perpetua sit oportet. 243. p. 1. & seq. vbi traditur lex. 65. Matritij cōdita anno. 1528. de pœna grauantium alio censu possessionem iam alio censu grauatam. 243.

De Commodati contractu.

COmmodatū quid sit, & de eius diffinitione, & de eius diffinitionis explicatione. 451. p. 2

Cōmodati cōtractus an inter cōtractus bonæ fidei dinumeretur, & quinā sint cōtractus bonæ fidei. 451. p. 2. & qui nam sint contractus stricti iuris. 452. p. 1. & verba dubia in contractibus contra quem interpretanda sunt ibi. p. 1.

Cōmodati cōtractus an transferat dominium rei commodatæ in commodatarium, vbi referuntur. 3. contractus per quos non transfertur dominium. 452. p. 1. & 2.

Cōmodati cōtractui quæ nā sunt quæ cōueniūt vbi notantur ei tria conuenire. 552. p. 2.

Commodatarius qui misit rem commodatā sibi ad dominū illius per nūciū si periit in itinere an de ea teneatur. 452. p. 2. & seq. vbi distinguitur de casu fortuito, vel de culpa interueniente. 453. p. 1. vbi ponitur differentia inter mutuum, & commodatū. p. 1

Commodare quis possit, aut cui possit commodari. 253. p. 2. & an pupillus propria autoritate possit accommodare rem, & an teneatur de sibi commodato. 453. p. 2.

Commodatarius an possit de re commodata deducere sibi ab accommodante recompensare, vbi affirmatiua quæ est communis, & Nauarri admittitur, & probatur contra Garciā. 454. p. 1

Commodatus equus an possit retineri in pignus. 454. p. 1.

Commodatarius qui iurauit restituere rem commodatā an possit eā retinere in recompensam debiti liquidi vbi respondetur ad obiectionem Garciæ. 454. p. 1. & 2.

Commodātis finis differt à fine deponentis rem suā apud depositariū ex quo fine elicitur ratio quare ius in deposito compensationem non admittit. 454. p. 2. vbi respondetur ad obiect. 3. & ad l. Hispanicā. 455. p. 1

Commodator an ante tempus expletum cum damno commodatarij possit renocare à se commodātū, vbi causa illucidādæ quæstionis ponūtur pro negatiua arg. 4. 455. p. 2. & seq. vbi glossatus Nau. & contraria opinio Sylu. & Garciæ defenditur.

Commodatario grata esse debet illa non est in eius disp. diu retorquenda. 456. p. 2

Commodata res non ad certū vsum, neq; tempus an reuocari possit cū dispendio commodatarij. 456. p. 2. & an reuocare precariū cū damno magno precatarij sit solum contra charitatem, vt ait Garcia ibi. p. 2

Commodare an liceat equū cū pacto vt non reddatur ante tale tempus vbi soluūtur obiectiones Garciæ. 457. p. 1.

Commodatarius vtens re commodata ad aliū vsum non sibi concessum an teneatur ad restitutionem. 457. p. 2. vbi infertur corollar. circa casum Medinæ. p. 2. & 458. p. 1.

Commodatarius an teneatur de rei commodatæ deflexione. 458. p. vbi assertū Garciæ contemperatur. pagina. 1.

Commodatarius simul, & semel non potens saluare res suas & sibi commodatas an possit præferre suas, vbi subnotatur Responsio Garciæ. 458. p. 2. & seq. vbi ponitur documentū Syluestri vtile ad multa. 459. p. 1. & R. ad obiect. Garciæ. p. 1. & 2.

Cõmodatarius an teneatur de casu fortuito, & de qua culpa teneatur. 459. vbi diffinitur de casu fortuito non teneri nisi in tribus exceptis casibus, & an valeat pactum generale de casu fortuito, & iuramẽtũ illud validet. 459 p. 2. & 460. p. 1.

Cõmodatarius morosus an etiã in casu fortuito si pereat cõmodatũ teneatur de illo. 460. p. 2. vbi si no signatur tẽpus quomodo sit intelligẽdũ, & an monitio hic, & in alijs contractibus requiratur. p. 2

Cõmodatariũ seu aliũ debitorẽ an exceptio legitima, & etiã ignorãtia probabilis excuset à mora restituẽdi commodũ. 460. p. 2. & an tũc interesse dãni sit restituẽdum, p. 1. & seq.

Cõmodatariũ an impotẽtia excuset à mora restituẽdi cõmodatum. 461. p. 2. vel interesse ex tali mora secutum vbi positis obiectionibus datur vtilis decisio ad multa 461. p. 1. & 2.

Cõmodatarius, vel alius debitor, qui ex impotentia culpabili nõ potest restituere cõmodatum, vel debitũ an cũ posit, teneatur restituere etiam subsequuta dãna. 461. p. 2. & seq.

Cõmodati cõtractum, vel alios cõtractus cõtrahentes quãdo teneatur ad interesse soluendum, vel non. 462. p. 1. vbi traditur doctrina vtilis ad multa, & quãdo pœna illi cite apponitur, & de cotractibus pœnalibus suspectis in 3. casibus. p. 1. & 2

Cõmodatarius vel debitor, qui nõ soluit cõmodatũ, vel debitũ in tempore ex impotentia, vel citra culpã an pœnæ cõuentionali subiaceat. 462. p. 2. vbi variant Doctores. p. 2. & seq.

Cõmodati cotractui vel alteri si fuit pactum appositum de aliquo soluendo morosõ debitore, in dubio an iudicabitur positum nomine pœnæ, vel interesse. 463. p. 1. vbi not. tur Garcia de rigore. p. 1

Cõmodatarius, vel alius quilibet debitor an pœnam cõuentionalẽ in cõtractu positã ante condẽnationẽ soluere teneatur. 463. p. 2. & seq. vbi hic Nauarrus mutat sententiam, & refellit argumenta

Cõmodatarius siue alius cõtrahens si nõ interfuit à principio pãctũ de interesse soluẽdo si ex impotẽtia fuit in mora, an illud restituere teneant. 464. p. 1 & 2. vbi assignatur differentia inter impotentiam, & difficultatem, p. 2.

Cõmodatarius seu debitor ex impotentia non soluens in tẽpore, si sit inculpabilis excusatur propter rationem Scoti. 464. p. 2. vbi limitat autor dictata à se in instructorio conscientiæ. p. 2.

De qua culpa teneatur commodatarius.

Commodatarius, de qua culpa teneatur, & an teneatur semper de leuissima. 464. p. 2. & seq. vbi respondetur per. 3. dicta.

Cõmodati contractui an speciale sit quod in eo commodatarius de leuissima teneatur an vero alijs etiã cõtractibus hoc quoq; conueniat. 365. p. 1. & an quis teneatur de dãno facto sua culpa leui, quæ in foro cõscientiæ ad mortalẽ nõ peruenit. p. 1.

Cõmodans alicui rem vitiosam an teneatur de damno propter hoc subsecuto. 465. p. 1. & 2. & quid si commodatarius nõ potuit vti re commodata intra tempus signatum. p. 2.

Commodatarius, vel depositarius allegans res perditas fuisse, an hoc probare teneatur, & qualiter. 465. p. 2. & quomodo probabitur quando res commodata clandestinè perijt. p. 2. & seq. & quid si probetur amissio rei, & econtra allegetur dolus. 466. p. 1.

Contractus rationem an induat promissio donatio impignoratio. 2. p. 1

Contractus tria requirit, quæ ad illum ineundũ concurrũt. 2. p. 1.

Contractũ cõstituẽtia quot sunt, & qualis quæ ad ipsum cõstituendũ in cõmuni cõcurrũt, & essentialiter, & competunt. 2. p. 2

Cõtractui venditionis, quid vt essentiale cõueniat, & quid vt propriũ accidens. 2. p. 2

Contractus matrimonij metu grauiet iam consummati an sit validus. 192. p. 1. & 2. vbi disputatur vtrum ratificetur per copulam, vel cohabitationem. p. 2.

Contrahens qui iurauit contractui non contraire an possit iudiciũ iudicis implorare ad eius rescissionem vbi respõdetur per. 2. dicta. 193. p. 2. & seq. vbi agitur quomodo iuramẽtum intelligatur.

De custodibus, & custodiæ contractu.

Custos alicuius rei pro qua culpa teneatur, vbi notatur, q̃ custos alicuius rei tripliciter constituitur custos illius. 465. p. 2. & seq. & an famulus videns rẽ domesticã furto auferri an de ea teneatur. 476 p. 1.

Custos librorũ qui bidellus dicitur an teneatur de libro in schola repositõ si pereat. 476. p. 1. & 2. & an stabularius tradẽs claues deponẽti res in stabulo teneatur de re deposita, idem de nauta. p. 2. & seq.

Custodiẽdo res in se depositas caupo, aut stabularius, de qua culpa teneatur si pereant. 477. p. 1. & an credẽdũ sit dicenti in casu depositi pecuniã reposuisse. p. 1. à principio.

Custodire an teneatur æquum eum conducẽs quãdo eius dominus pro custodia eius misit suum famulum. 477. p. 1. & 2.

Custodes exportandarũ mercium, & vrbiũ & montiũ an teneãtur restituere acceptum, & pœnas in quibus condẽnadi essent delinquẽtes, si denunciati fuissent. 477. p. 2.

Custodes montiũ, piscationũ, venationum an aliquãdo excusentur non denũciãres quos delinquentes capiunt. 478. p. 1 & 2

Custodes prædicti dissimulãtes qualiter restituere teneãtur. 478. p. 2. & seq. & an principes negligẽtes circa custodiam viarũ teneantur restituere dana illata à latronibus. 479. & vnde illa restituent. p. 2.

De iudicibus, & custodibus iustitiæ.

Custodes iustitiæ quales sunt ex officio iudices, & ministri iustitiæ pœnam remittẽtes in casu non concesso an teneãtur restituere. 479. p. 2. & quid si pœna erat arbitraria. p. 2. & directa inter iudices, & custodes. 480. p. 2

Custodes Syluarum dissimulantes cum extraneis vt cædant ligna an aliquid restituere teneantur. 480. p. 1. & an infitiatus in iudicio veritatem teneatur ad id in

conscientia in qua aliàs esset dãnandus vbi variãt Nau. & Sotus.p.1.&.2.
Custos dissimulãs circa custodiã viarũ,& mõtium differt à fiscali ministro dissimulãte super executione legis pœnalis.480.p.1.vel seq.
Custodes rerum vt sunt magistri nauium,& stabularij, & caupones an teneãtur ex facto suorum famulorũ.480 p.2.& seq.& an teneãtur de vulnere illato per famulũ 481.p.1.
Custodiẽdi infantis gratia si nutrix incẽdit lucernã noctu, quæ cõbussit domus etiã vicinas an teneatur de dãno ex tali incuria subsecuto.481.p.1.vel.2
Custodiæ maioris gratia si nautares meas repositas in vna naui trãstulit in aliã vbi perierunt an teneatur mihi de hoc dãno.481 p.1.&.2.
Custodiẽtes res,& occultãtes eas in ecclesijs,vel monasterio ne ob delictũ cõmissum sequestrẽtur,an teneatur ipsi,& huius occultationis cõscij ad cẽsuras iudicis præcipiẽtis eas reuelare respõdere.481.p.2
Custodibus fortalitiorum signata tributa an domini recipere possint quãdo iã eorum custodia cessauit.481.p.2. vbi posita Sentẽtia Cordubæ subiungitur sentẽtia autoris.482.p.1.
Custos qui negat suo dolo,vel negligẽtia amissse rem an hoc probare teneatur.482.p.2.

D.

Damnum emergens.

Damni emergentis diffinitio.83.p.1.
Dãni emergentis recopẽsam expetẽdi quãdo alicui ius cõpetat.83.p.2.& seq.
Dãni emergẽtis prima cõditio,scilicet,quod sit data vera causa illius dãni exponitur.83.p.2
Dãni emergentis secũda cõditio scilicet,quòd quis illud patiatur fauore,& causa alterius explicatur.84.p.1
Dãni emergentis tertia cõditio,ideſt,quod illud soluturus de illo admoneatur explicatur.84.p.2.vbi soluitur obiectio cõtra hãc cõditionem.p.2.& seq.
Dãnũ emergẽs,aut lucrũ cessans morosus debitor post mo rã cõtingẽs an teneatur soluere in casu in quo nõ fuit de eo admonitus.85.p.1
Dãni emergentis quota vt recompensetur quomodo sit taxanda.85.p.2.& sequ.vbi respondetur per.3.dicta.
Damni emergentis recompensa quo tẽpore sit facienda, vbi autor aliqualiter dissentit à Garcia.86.p.1. &.2.
Damni emergẽtis recompensandi pactũ tripliciter inire potest.86.p.2.& an damni,aut lucri cessantis soluendi gratia an pœna licitè apponatur.98.p.1.& sequent.
Damni emergentis,aut lucri cessantis iactura si ex euentu non tanta esse deprehendatur quanta fuit quantitas pœnæ pro mora appositæ an integrè sit pœna exigenda.98.p.2.
Damni emergentis,aut lucri cessantis,vbi ex mora nulla timetur iactura,an possit apponi pœna si debitum in tẽpore signato nõ soluatur.98.p.2.& seq.vbi ponitur varietas opinionũ,& sent.autoris,& solu.arg.
Damni emergentis,aut lucri cessantis interesse ob moram soluendi fieredit or iam recepit an pœnam quoq; adhibitam cõtractui exigere possit.100.p.1.vbi refutatur sent.Garciæ.p.2.& seq.
Debitores decoquentes an damna dilationum sibi concessarum teneantur suis creditoribus recompensare.135. p.1.&.2.vbi respondetur per.3.dicta.

De contractu depositi.

Depositum quid sit,& de eius diffinitione.466.p.1. & depositarius pro qua culpa teneatur.p.1
Depositarius an in aliquibus casibus teneatur de leui culpa vbi signantur.3.casus in quibus de leui culpa tenetur.466.p.2.& seq.vbi limitatur.3.casus.467.p. 1.& adijcitur.4.casus.
Depositarius an in aliquibus casibus possit etiam de leuissima culpa teneri.467.p.1.vbi tres signantur huiusmodi casus.p.1.&.2.
Depositarius quando teneatur de casu fortuito,vbi ponũtur casus fortuiti.5.in quibus tenetur depositarius.467. p.2.& seq.vbi acceptatur sententia Victoriæ,& statuitur duæ regulæ generales conducẽtes ad multa.468 p. 1.&.2.
Depositor rei an obligare possit ex appositio pacto depositariũ vt teneatur de casu fortuito,& an hoc liceat in conscientia.468.p.2
Depositarius nõ potẽs saluare simul,& semel res proprias & depositas,si saluet suas an teneatur de rebus depositis pereuntibus.468.p.2
Depositarius qui in re sua fuit plus diligẽs quam cõmuniter requirebatur,sed in deposito nõ plus, sed tantũ an ad aliquid restituendũ teneatur.469.p.2
Depositarius alicuius rei si fiat religiosus,vel prælatus,vel clericus ecclesiçan pro tali deposito,si pereat ecclesia vel monasteriũ teneatur.470.p.2.& seq.vbi respõdetur per.3.dicta.
Depositũ quando cẽseatur versum in vtilitatẽ ecclesiæ, vel monasterij vt pro eo ecclesia,vel monasteriũ teneatur.470.p.2.& quis probaturus est hoc.p.2
Depositarius vtẽs re deposita an pro hoc deponẽti recopẽsare teneatur,& an positi vti re deposita.471.p.2.vbi respõdetur per.3.dicta & satisfit obiectionibus.p.2.& sequent.
Depositũ an causa recompẽsationis retineri possit.472.p. 1.vbi posita sentẽtia Garciæ,& Nauarri respõdetur ad quæstio.& satisfit obiectionibus,& an possit retineri pro expẽsis.p.2.
Depositario mortuo si eius hæres distrahat depositũ an teneatur domino deponẽti.472.p.2.
Depositum an ex aliqua adiuncta conditione conuertatur aliquando in aliam speciem contractus.472 p.2. & sequentibus, vbi exponitur lex fori. 473. pagina.1.
Depositarius an fiat dominus rei depositæ in casu quo datur ei talis res iam pretio suo æstimata.473.p.1.& sequent.
Depositarius pro sua voluntate an vbi voluerit,& quando voluerit possit reuocare depositum.473.pag.2. & an sint aliquot casus excepti á regula in quibus depositum nõ est statim petẽti restituẽdum.473.& sequent.
Depositarius depositum an teneatur restituere deponenti casu quo deponentis bona propter delictum veniũt publicanda.474.p.1.& quid si deponentis bona sint ipso iure confiscata,vbi agitur de lege pœnali, & anhi ante sententiam sunt domini.
Depositum non est restituendum deponenti in.5.casibus

numeratis à numero.475.p.2.& seq.vsq; ad.474.p.1. vbi ponitur diffinitio partitæ.

Deponẽs rem suã apud depositariũ an clã possit eã ab eo subripere.474.p.2.

Depositã rem in naui vel in taberna an teneatur tabernarius vel magister nauis huius rei inscius si pereat restituere.475.p.1.vbi respondetur per distinctionem vbi specialis legis fori fit mentio,& de eius intelligẽtia,p.1.& sequent.

De donationis contractu.

Donationis cõtractus quid sit,& de eius diffinitione. 482.p.2.& de eius diuisione scilicet in donationẽ inter viuos,& in donationẽ causa mortis ,& explicatio vtriusq;.p.2.

Donatio inter viuos tripliciter diuiditur scilicet in modalem,& in conditionalem,& absolutã.482.p.2.& sequẽtibus.

Donare potest omnis qui rei est dominus,neq; est prohibitus iure.483.vbi à p.1.vsque ad.2.numerãtur.20. genera personarum quæ iure prohibitæ sunt donare.

Donare quare non possit furiosus cum sit suorum bonorũ dominus.483.& de prodigis antequam detur eis curator an bona sua donare, vel distrahere possint. 484. p.1.

Donare an possint qui minores sunt.25.annis, & an efficax sit eorum donatio si de facto donauerint.484.p.1 &.2.vbi accessorie an donare teneatur aliquid curator pupilli pro alimẽtis matris,& sororis pupilli inquiritur.p.2.

Donare encenia magistro pupilli eius tutor more ciuitatis potest.484.p.2.& donare quãtum possit pupillus dum in studio cõmoratur.p.2.

Donare potest pupillus sine autoritate curatoris si ingrediatur religionẽ,omnia bona sua reseruata legitima ascẽdentibus,& descẽdẽtibus.484.p.2.

Donatio à minore facta dum vult ingredi religionẽ an valeat,& quomodo post cõcil.Trid.est faciẽda vt sortiatur effectum.484.p.2.& seq.

Donatio minoris circumuallata iuramento an obliget ad sui impletionẽ.485.p.1.& quid iuxta leges partitarũ est dicendũ,& quid si minor qui sic iurauit excesserit. 14.annum.485.p.1.&.2

Donare an possit minor. 25. annis bona castrẽsia,vel quasi castrẽsia.485.p.2.& 486,vbi referuntur casus excepti in quibus filius familias donare potest.

Donare an possit filius,qui iam excesit.25. annos ex bonis sua industria adquisitis.486.p.1.& an filius familias donare possit peculium aduentitium cuius proprietas, & vsusfructus ex aliqua causa sunt sua.

Donationem filij familias qualis cõsensus patris cõfirmet. 486.p.2.& seq.& quid si filius donet patri.487.p.1. & an post legitimã ætatem condere testamentum possint ex speciali lege Hispaniæ.487.p.1.

Donare an possint filij causa mortis.487.p.1.

De Seruis.

Donare an possint serui aliquid in aliquo casu vbi posita opinione rigorosa Nauarri additur pia opinio Soti.487.p.2.& quid de seruis bello captis, & de alijs in Indijs.p.2.& seq.& an eleemosynam licite donent.487.p.1.

De Religiosis.

Donare an aliquid possit prælatus de bonis conuentus sine licẽtia capituli,& in qua quãtitate.488. p.1.

Donare an possit religiosus. 100. aureos collatos sibi ab amico cum sola licentia generalis,vel prouincialis,si iam proprietas eorum in conuentum translata est.488.p.1. & seq.

Donationes remuneratiuas faciendi de bonis etiã trãslatis in dominium conuentus generalis, & prouincialis per se facultatem possunt cõferre.488.p.2.& seq.

De prælatis ecclesiæ sæcularibus.

Donare an aliquid possint prælati ecclesiæ nõ regulares scilicet episcopi,archiepiscopi,& similes. 489.p.1.& quid de Abbatibus,& Rectoribus, p.1.& seq.

Donare priores in ordine prædicatorum an possint ex bonis sibi datis ab alijs sine licẽtia prouincialis,& in qua quãtitate.489.p.2.

Donare religiosi an possint dum peregrinãtur à suis cõuẽtibus,& quãtum.489.p.2.& quid si religiosus det librũ alteri.p.2.& seq.

Donatio an sit valida,vel amissio pecuniæ in ludo quam donabit religiosus fœminæ amatrici,vel amisit in ludo ea consideratione,quòd licentiam impetrarat à prælato ad eam expendendam in quoscumq; sibi placentes vsus 490.p.1.

Donare an possint religiosi qui aliqua exemptione gaudent de bonis à se adquisitis.490.p.1.&.2. vbi de.4. generibus religiosorum exemptorum iuxta Nauarr. sit mẽtio.p.1.&.2.& de religioso episcopo an donare possit.p.2.& seq.

De vxoribus.

Donare in eleemosynam vxores an possint aliquid, & quantũ.491.p.1.&.2.casus vbi vxor potest donare licitè , vel interdicitur donarep. 2. & an de bonis communibus donare possit vxor.p.2 & seq.vbi positis obiectionibus respondetur.492.

Donare an possit mulier ex bonis cõmunibus suis parentibus,vel filijs ex alio merito genitis quando maritus simiiter donat suis.492.p.1.& quid si filij, & parentes vxoris laborent penuria.p.1.&.2.& an ad hoc requiratur licentia mariti.492.p.2.& seq.

Donare an possit suæ nutrici aliquid mulier quæ attulit magnam dotem.493.p.1.vbi soluuntur obiectiones ex legibus in contra.p.1.

Donare an possit vir de bonis communibus iuxta leges Castellæ.493.p.2.vbi agitur de quotidianis donationibus virorũ quænam sint licitæ,vel quænam sint in pãrtẽ mariti computandæ.p.2.& seq.vbi notantur aliqua pro casibus quotidianis.494.p.1.& quid si vir bona communia dissipauit.p.1.

Donatio ob nuptias siue dos promissa à patre filiæ vnde soluenda est.494.p.1.& an donatio facta filio vni ex multis an intelligatur esse melioratio in tertio, & quinto,& quid si talem summam excesserit.494.p. 1.& seq.

Donare

Donare vxori in vestibus, & iocalibus in qua quãtitate possit vir iuxta leges Hispaniæ, vel dare arrhas. 494. & an sposa osculata post dimissa aliquid lucrari possit de sibi dono à marito donatis. 494 p. 1. & seq.

Donatio remuneratoria si nõ fuit facta filio ratione seruitiorum viuẽte patre an post mortẽ patris ratione horum possit aliquid plus accipere ex bonis paternis quã alij fratres nõ laborãtes. 494. p. 2.

Donare an cẽseatur pater expẽsas factas in bonis aduẽtitijs filiorũ. 495. p. 1.

Donare an cẽseatur pater filiæ vestes ornamẽta, & iocalia, quæ pro suo mundo muliebri cõtulit tẽpore nuptiarũ. 495. p. 1.

Donare an possit pater pro nuptijs filiarum, vltra quotã per taxatã per legem matritam. 495. p. 2. vbi ponitur regula probabilis tollens scrupules. p. 2. & sequentibus.

Donare vltra quintã partem bonorum an possint parẽtes habẽtes filios legitimos. 496. p. 1. vbi limitatur Nau. p. 1. & 2.

Donasse filijs an cẽsendus sit pater. 200. aureos. quos pro eorũ delicto persoluit pro cõdẽnatione homicidij quo fuere dãnati 496. p. 2.

Donasse an videatur pater filio illud quod plus cũ ipso in sumpsit, quã cum eius fratribus. 497. p. 1.

Donationẽ, seu melioratiõnẽ in. 3. & 5. facta filio an reuocare possint parẽtes eius vĩq; ad proprium obitũ, vbi respõdetur affirmatiue iuxta legẽ Hispaniæ, & excipiũtur. 3. casus 497. p. 1. & 2.

Donasse an cẽseatur pater filio studẽti libros quos ei contulit, ita vt in legitima filij non fiant computandi. 497. p. 2. & sequent. & an teneatur filius in sua legitima computare quod pater eius in eius insumpsit studio. 498. p. 1.

Donata sibi an possint accipere iudices, & officiales iustitiæ, & an lex Hispanica prohibẽs accipere munera sit pẽnalis, an conuẽtionalis. 498. p. 1. & 2.

Donare an potest reus læsæ maiestatis, & hæreticus ante sententiã condemnationis. 498. p. 2.

Donatio pro causa illicita est prohibita, & an acceptio pecuniæ ob vitandum peccatum proprium, sit inducens restitutionem per repetitionem, vel antea. 499 p. 1.

Donare quãtum quis possit sine insinuatione, vel cum illa & quid sit insinuatio. 499. p. 1. & 2.

Donatio bonorum omnium nõ faciẽda nisi gratia assumẽdi statum perfectionis secundum Diuum Ambrosium 499. p. 2.

Donatio hæreditatis simpliciter facta quæ bona, & quot comprehendat. 499. p. 2. & an sit valida, & quid si fiat causa mortis donatio, & an sit talis donatio reuocabilis ibi. p. 2. & sequent.

De visitatoribus.

Dona sibi data an accipere, & retinere possint visitatores, & an legati vltra procurationẽ possint accipere, & an prælati stipendia visitationũ possint accipere. 500. p. 1. & 2.

Donatio excedẽs quingẽtos aureos sine insinuatione facta an valida sit in foro exteriori, si iuramento firmetur. 500. p. 2. vbi respõdetur per. 4. dicta.

Donatio omnium bonorum iuramento firmata an sit valida vbi sententiam Iulij Clari iuxta mentem D. Tho. limitamus. 501. p. 2.

Donatio facta ecclesiæ omnium bonorum præsentium, & futurorum an valida sit. 501. p. 1.

Donatio per quemcunq; metũ siue leuem siue grauem an in cõscientia sit nulla. 501. p. 1.

Donatio facta solo voluntatis interiori actu an in conscientia sit valida, vt si animo suo solo Petrus Paulo donaret. 501. p. 1. & seq.

Donatio facta absenti expressis verbis an sit valida ita, vt sine causa reuocari nõ possit. 502 p. 1. & 2. & quid si donatio fiat absenti notario pro ipso absente stipulante an sit valida. 502.

Donatio facta solenniter absenti, & coram testibus an sit reuocabilis ante acceptationem, & quid dicendum est de illa iuxta dispositionem Regis Alphonsi. 502. pagin. 2.

Donatio an stando in iure communi an nudo pacto persiciatur, & quid sit nudum pactum. 503. p. 1. & 2. & an donatio Remuneratiua perficiatur nudo pacto ibi. p. 1. & 2.

De promissione.

Donãdi promissio an in cõscientia obliget quãdo expriniter causa. 503. p. 2.

Donare qui promisit ecclẽsiæ aliquid, vel vouit (qui casus est quotidianus) possit ne talem donationem vel votum reuocare. 503. p. 2. & seq. & quid si tale votum nõ fuit acceptatum an possit commutari in aliud, & per quem. 504. p. 1

Donatio ad pias causas an valeat quãdo nó est qui acceptet, & an donatio possit fieri absenti per nũtium, vel per literas missas. 504. p. 1. & 2. vbi affirmatur quod sic possit fieri absenti sed no ignorãti. p. 2.

Donatio facta tacenti an valida sit. 504. p. 2. & an donatio facta absenti coram notario an possit reuocari. 404. p. 2. & seq. & quid si tradita sit iam res alteri, & quid si donãs statim obijt an possit reuocari per hæredes. 505 p. 1.

Donatio facta absenti coram testibus an possit reuocari secundum commune, vel secũdum. l. Regis Alphonsi. 505 p. 1. & 2.

Donãs an teneatur de euictione sicut, & venditor, vbi respondetur, quod nõ tenetur, nisi in duobus casibus. 505. p. 2.

De interpretatione donationis in dubio.

Donatio, vel legatio, vel oblatio in dubio quomodo sit interpretãda vbi statuitur pro hoc quædã Regula generalis Partitæ. 505. p. 2.

Donare pecuniã Ioãni an Petrus sit præsumẽdus dum tantum dixit Ioanni accipe hãc pecuniã, dum de Petri intẽtione cõstare nõ potest. 506 p. 1

Donare quãdo sit quis præsumẽdus in dubio secundũ ius, vbi pro hoc statuitur regula egregia. c. & si quæstiones. de simonia. 506. p. 1. & 2

Donare, aut remittere vẽditor id quod minus sibi soluitur de iusto pretio an sit præsumẽdus, cũ vilioris vendit. 506. p. 2

Donationis titulo an retinere potest mulier quod extorsit ab amasio per fraudem dicendo se esse virginem, vel non habere se rem nisi cum vno illoque nobili. 506. p. 2.

Donata sibi si accipiat pudica mulier quãdo data sunt sibi causa alliciẽdi eã ad copulã, si nõ cõsentiat in copulã an teneatur restituere. 506. p. 2. & seq.

Donatio dubia facta ecclesiæ, quæ oblatio dicitur, cui sit applicãda in dubio an prælato ecclesiæ, vel canonicis vel ipsi ecclesiæ. 507. p. 1. & de re legata in dubio cui applicãda episcopo, vel prælato vel ecclesiæ, p. 1. & sequent.

Donatum, vel legatum vbi dicitur donotãum filio: Petri an in dubio censeatur esse donatum cõtemplatione patris. 507. p. 2.

Donata, vel oblata ecclesiæ, vel imagini, seu capellæ cui sunt applicãda in dubio, & quid de collatis religiosis in ecclesijs eorundem. 507. p. 2.

Donãdum pro pijs causis quãdo relinquitur aliquid, an in hac donatione attẽdẽdus sit magis is cui datur, vel causa propter quã datur, vt dicatur gaudere priuilegio donatorum ad pias causas. 508 p. 2.

Donata, seu legata pia, quæ in multis sunt priuilegiata quæ nam talia sint. 508. p. 1. & 2. & ad hoc iudicãdum attẽdẽdũ magis an sit ad eum cui datur, Vel ad causam ob quã datur. 508. p. 2. vnde ibi feruntur. 5. corollaria. p. 2.

Donata, seu legata ad pias causas hoc priuilegio potiuntur quód de eis nõ detrahitur falcidia, sed neq; Trebellianica. 508. p. 2. & seq. Secũdum eorum priuilegium est quod defectu testamenti nõ vitiatur. 509. p. 1.

Donatio inter viuos quomodo differat à donatione causa mortis. 509. p. 1.

Donatio quado inuenitur dubia, & incerta circa quãtitatẽ donata an valida sit, & an donãs teneatur ad plus. 509. p. 1. & 2.

Donatio cõtinens verba vniuersalia in dubio quomodo sit exponenda. 5 9 p. 2. & an donãs alicui omnia bona sua mobilia per hoc intelligatur donare actiones, vel debita sibi, vel fructus colligẽdos. p. 2.

Donationis dubiæ casus circa gratias, & remissiones quo modo sint interpretãdi, & an per hoc q̃ Rex oppidũ donat censeatur donare iurisdictionẽ in illo, & an donans vectigalia censeatur ita donare vt recuperẽtur de 10. vnum. 510. p. 1.

Donans expensas an donet interesse, & damna & an facultas donãdi cõcedatur per mandatum cum cõcessione liberæ administrationis. 500. p. 1.

Donatio pœnæ, vel gratia facta à principe quomodo sit in dubio interpretanda, & an per hoc quòd rex oppidũ donat, censeatur donare iurisdictionem in illo. 510. p. 2.

Donatione, & Regia gratia aliquis damnatus: si restituat ad bona an sint ei restituenda quando iam sunt alteri tradita. 510. p. 2. & quænam sunt exprimenda in impetratione gratiæ vt valida sit. p. 2.

Donatio ante crimen an sit valida, & an si talis donatio sit onerosa an valida sit censẽda. 510. p. 2. & seq. & quando fraus in hac donatione præsumatur. p. 1. & quid lex Hispanica disponat circa testamenta damnatorũ. p. 2.

Donatarius an possit bona cõscientia retinere bona sibi donata ab eo qui iam cõmisit crimẽ ipso facto inducẽs priuationẽ bonorum. 511. p. 2. & seq.

Donatio an reddatur inualida ex cõditione impossibili vel turpi, vel impeditiua, vbi respõdetur per aliquot dicta. 512. p. 2. & quid in foro cõscientiæ: & qualiter iudex in hoc casu iudicabit cõtra donantem in pro, & in cõtra in dubijs. p. 2. & seq.

Donatio facta vxori sub hac conditione si casse, vel honestè vixerit an valeat in casu quo ipsa ad secũdas nuptias transierit. 513. p. 2.

Donatio modalis an modo nõ subsecuto, & donatio causa lis causa nõ subsequuta robur valoris habeat. 513. p. 2. & seq. & quid si modus nõ fuit satis explicatus. p. 2. & seq. & 514. p. 1. & iterũ quid de puella cui data sunt dona vt alliceretur, & nõ cõsenserit. 514. p. 1.

Donatio an sit valida si causa mortis Petrus donet Ioanni aliquid credendo esse filium suum falso sua scuitate deceptus. 514. p. 1. & seq.

Donationẽ, & legatũ an vitiet falsa demõstratio. 514. p. 2. & an causa falsa vitiet legatum, aut donationẽ causam mortis vbi exponitur partita. p. 2.

Donatũ pro remissione iniuriæ an possit quis retinere. 515 p. 1. & an causa falsa vitiet legatũ, aut donationẽ causa mortis 514. p. 2.

Donatio sub cõfidentia an sit valida, vt quæ facta fuit pro patrimonio cõstituto, vt ordinaretur ab episcopo. 515 p. 2.

Donare an possint domini oppidorũ tributa ob seruitia sibi impẽsa, vel impẽdenda. 515. p. 1. & 2.

Donatarius qui rem alteri donandam accepit, quia suis verbis mutauit voluntatẽ testatoris an teneatur eam alteri restituere. 515. p. 1. vel. 2.

Donatio facta sub cõditione ne res donata alienetur an alienationẽ alteri post à donatario factam inualidet. 515 p. 2. & 516. p. 1.

Donatum ecclesiæ sub pacto, vt alienari nõ possit an hoc nõ obstante pacto possit per ecclesiã alienari. 516. p. 1. & dispositione speciali partitæ, & ordinationum regalitũ circa hoc. p. 1. & 2. & an tale pactũ valet, vbi excipiũtur aliqui casus. p. 2. & æquitas est sequẽda.

De donatione Remuneratiua.

Donare prohibiti donatione mera, vel cõditionali, vel modali, an prohibeãtur donare donatione remuneratiua. 517. p. 1.

Donatio remuneratiua facta filijs quomodo valet. p. 1. & 2. 517. & quid si dubitatur an pater leget filio aliqua ob merã liberalitatẽ, vel ob merita. 517. p. 2.

De donatione inter filium, & patrem.

Donatio est inter patrẽ, & filiũ prohibita iure. 517. p. 2. vbi excipiũtur casus. 4. in quibus talis donatio valet. 517. p. 1.

Donatio inofficiosa quænã dicatur tã respectu descẽdẽtiũ quã ascendẽtiũ. 518. p. 1. & quomodo in parte meliorationis possũt poni grauamina prolibito. p. 2.

Donãtis, vel meliorãtis bona (vt talis donatio inofficiosa nõ reputetur) quomodo, & pro quotẽpore debẽt taxari 518. p. 2. & quomodo donatio pro dote in hoc est potior, & de donatione habẽtis parẽtes. 518. p. 2.

Donatio carẽtiũ legitimis filijs, & habẽtiũ parẽtes vel ascẽdẽtes quomodo, & quãdo sit inofficiosa, quia diminuit legitimãillis debitã 518. p. 2. & seq.

Donari quãtũ possit aut legari filijs naturalibus. 519. p. 1. & an possit donari filijs illegitimis aliquid, & quatũ, & quid si sint mãceres, vel ex damnato cõcubitu. p. 1.

Donare, aut legare pater carẽs legitima prole aliquid possit filijs ex adulterio ãse genitis. 519. p. 2. & seq.

Donare an possit pater clericus filio à se in clericatu genito vbi proponitur sententia Soti tenenda. 520. p. 2. vbi ponitur aduertentia pro nepotibus clericorum. p. 2.
Donare alimenta an teneantur parentes, vel possint filijs notis, vel ex damnato concubitu genitis. 520. p. 2. & sequent.

De beneficiarijs donantibus.

Donare quomodo, & quando, & quantum possint beneficiarij ecclesiastici etiã in profanas donationes, vbi statuitur regula generalis. 521, vbi circa ea quæ sibi bene retinent, aut donant tales beneficiarij ecclesiastici ponuntur aliqua dicta, & corollaria. 521 p. 2. & sequent.
Donata á se profane an beneficiarius ecclesiasticus teneatur restituere. 522. p. 1. & an concilium Tridentinum annullet donationem profanam beneficiariorum. p. 1. & 2 vbi respondetur ad. l. Hispanicam. p. 2

De coniugibus donantibus sibi.

Donatio inter coniuges iure est prohibita, excipiuntur tamen. 5. casus, in quibus talis donatio cõcedi tur. 522. p. 2. & seq.
Donatio causa mortis, vbi in vita tradita est res donata, an per hoc facta sit irreuocabilis. 523. p. 1.
Donare an prohibeatur vir vxori remissionem dotis. 525. p. 1. & an possit vir vxori donationẽ remuneratoriam facere ibi. p. 1. & seq. & an in recompẽsationẽ senectutis vir possit vxori donare. p. 1. & 2.
Donatio inter coniuges alias in valida an possit firmari, & quot, & quibus modis. 523. p. 1. & 2. & an cõfirmetur traditione rei, & an iramento, & an morte ciuili. 523. p. 2. & sequenti, & an professio sit mors ciuilis. 524. p. 2.
Donatio propter nuptias an morte viri confirmetur. 524. p. 2.
Donatio inter coniuges quibus, & quot modis reuocatur. 524 p. 2. & seq. & an vt morte cõfirmetur, requiratur traditio in vita, & an de illa detrahatur falcidia, sicut de legatis. 525. p. 1.
Donationes causa mortis factæ ab alijs donatoribus in quibus, & quot casibus reuocentur. 525. p. 1. & an talis donatio propter conualescentiam donantis censeatur reuocata. 525. p. 2.
Donatio inter viuos an reuocari possit, & in quot, & quibus casibus, vbi referuntur. 6. casus in quibus reuocatur. 525. p. 2. & 526. p. 1.
Donatio facta á donatore an causa ingratitudinis possit per hæredes donatoris reuocari. 526. p. 1. & 2.
Donatio an ob natiuitatem filiorum reuocetur. 526. p. 2. & quid si post donationem genuerit quis filios, & hi patre superstite moriantur, an donatio ipsa tũc reualescat. 527 pag. 1.
Donans si donationis tempore habebat iam filios, si alij filij ei superueniant an donatio tunc debeat reuocari. 527. p. 1.
Donãs si cum donat renunciat legi, si vnquam an valeat donatio si postea filij nascatur. 527. p. 1. & 2. & an hæc dispositio legis habeat locum in donatione facta ecclesiæ. 527. p. 2.
Donatio submodo ideſt ob causã an reuocetur in casu quo talis modus nõ interuenit. 528. p. 2. & seq.

Donatio sub modo facta ecclesiæ si ille modus nõ seruetur an reuocari possit, & qua authoritate. 528. p. 2
Donatio facta filio emancipato, vel nõ emãcipato an reuocari possit. 529. p. 1. vbi respõdetur per duo dicta.
Donationẽ propter nuptias ex pacto vel ex statuto an lucrari possit vnus coiux ob mortẽ alterius, & an intelligatur hoc de morte naturali, aut etiã de professione religionis. 529. p. 2. & an pater legãs cẽseatur id dare in dotem debitam. 529. p. 2.
Donare an censendus sit alimẽta qui nutrit infantẽ expositũ. 529. p. 2. & seq.
Donãs debitũ debitori, quia nihil ab eo sperabat an post de bonis eius possit sibi recõpẽsare. 530. p. 1. & seq.

De promissio.

Donationis actualis quia aliquãdo promissio quædã est in choatio quæritur an promissio obliget in cõscientia. 530 p. 1. & seq.
Donatio seu renunciatio legitimæ suæ facta á filia quia metu reuerẽtiali inducta á patre se dixit cõtẽtã dote an teneat in cõscientia. 530. & q donatio reciproca propriè nõ est donatio.

E.

De contractu Emptionis.

Quid sit emptio, & vẽditio, & de eius diffinitione, & explicatione. 3. p. 1.
Emi an possit res propria à proprio domino. 4. p. 1.
Emptio rei quæ ambigitur an aliena sit an valida sit in cõscientia. 4. p. 2. & an emptio alicuius iuris quod dubitatur an sit vsurarium an tolerari possit. ibidem.
Emi an aliquid possit ab Aegyptijs Gitanos Hispanicè nũcupatis vel ab alijs, qui præsumuntur latrones, & quali terin hoc casu faciẽda esi restitutio. 5. p. 1
Emerit si quis bona fide rẽ alienã, & eam bona fide durãte alteri vẽdiderit, an aliquid emptori, vel domino apparẽti restituere teneatur. 5. p. 1. & 2. & quomodo, & in quibus casibus ibidem.
Emẽs bona fide rẽ alienã si eã bona fide alteri pluris vẽdidit, an illud plus domino post apparẽti restituere teneatur. 6. p. 1. & seq.
Emi an possit res litigiosa. 6. p. 2.
Emi minoris quã valent tempore solutionis pagæ acerbæ, & debita in futurum soluenda an possint. 6. pagina. 2.
Emere minoris chirographa in futurum recuperanda an in conscientia sit licitum sicut sit Aragoniæ. 7. pagina. 2.
Emere aut redimere minoris possit debitor debitũ à se soluendum, quia illud creditori suo egẽti anticipate soluit. 7 p. 2.
Emens bona fide boues, quos venditor non habet, & eos ei locans vtrum ad restitutionem post teneatur. 8. pagina. 2.
Emens censum fictitium, vt contigit cuidam fœminæ simplici an post conscius rei factus ad aliquid restituẽdum teneatur. 8. p. 2.
Emi an possint in aliquo casu filij qui á parentibus exponũtur venales. 9. p. 1. & an eorum emptor si rursus eos vendat emptorẽ secundũ de qualitate illius seruitutis admonere teneatur ibidem.
Emi an possit homo liber suíque iuris compos. 8. pagina secunda.
Emere an liceat se vẽdẽtes spõtanee vel se ludẽtes ad trimes. 9. p. 1.

Emere an liceat mancipia male capta à barbaris del Brasil, quæ destinata habentur ad mortem, vt eis vescanturipsi barbari. 9.p.1.& 2.

Empta sic mancipia, quæ voluntarie se vendunt vt redimãtur à morte an vera mancipia fiant per hãc redẽptionẽm eos ementium. 9.p.1.&.2.

Empta supradicto modo mancipia, an habeãt priuilegium se redimendi computando seruitia exhibita dominis in pretium suæ redemptionis. nu. 10.p.2.

Emptores AEthiopum, siue causa negociationis illos emãt siue pro proprio seruitio an peccent eos sic emẽdo, & an aliqua obligatione restitutionis hinc implicẽtur. 11. p.1.& seq.

Ementes mancipia causa negotiationis quam examinationem tenentur facere, & an de facto possit fieri tale examẽ. 12.p.1.& 2.

Ementes AEthiopes existẽte fama publica, quód illicite redacti fuerint in seruitutem ad quid teneantur. 12. pagina. 2.

Emẽtes hos AEthiopes non causa negotiationis, sed pro suis ministerijs an à culpa excusentur, & à restitutione. 13. p.1.&.2.

Ementes AEthiopes dubitantes de eorum seruitute, & libertate qualiter exonerare teneãtur suas cõsciẽtias in hoc casu. 14.p.1.

Emẽtes bona fide hæc mancipia ex regione de Guinea, vel Caboverde stante fama publica & iniustè sunt capta ad quid postea teneãtur. 14.p.2.

Emere an possit quis á seruis quæ ipsi vendenda asportant 14.p.2.&..15.p.1

Emẽtes aliquid ab AEgyptijs Gitanos inter nos nũcupatis, qui fures præsumuntur an teneatur emptam rem restituere, & quomodo. 15.p.1.& seq.

Emere an possint licite mancipia hæc suam libertatẽ ex parte sibi aliunde lucro. 15.p.2.

Emi an possit officium procuratoris. 18.p.2.

Emẽs oues indeterminatas cẽtum scilicet ex numero milliũ post. 6 menses sibi tradẽdas an earũ possit expetere fructus. 20.p.2.

Emptum aliena pecunia an sit ementis an vero à domino pecuniæ vendicetur, 33.pag.1.& de re empta à marito ex bonis dotalibus, vel cum pecunia hæreditatis, cuius res illa fiat ibi.p.2.

Emens boues pro colendo agro communi aut aliquid emẽs pro reparatione possessionis communis an has expẽsas repetere possit. 34.p.1.

Emptionis, & vẽditionis contractus quomodo illud axioma admittat tãti valẽt res quãti vẽdi possunt. 39.p.2.& seq.& in quibus mercibus habeat locũ. 40.p.1.&.2.& quomodo intelligatur quòd emẽtes & vẽdẽtes possunt se decipere vsque ad dimidium iusti pretij. ibidem.

Emptionis, & vẽditionis contractus ob qualẽ, & quãtã deceptionẽ in foro exteriori nõ toleratur. 41.p.1.& ad rescissionẽ cõtractus quid sit probãdũ. p.1. vbi cõsilium traditur à Nauarro. p.2.

De Emptione quo ad pretium.

Emere an possit quis iura regia redimibilia pro. 14. aut 16. ab eo qui pro. 20. ea sibi comparauit á rege. 51.p.1. vbi quæritur an alia iura pretio legali cõstãtia. 14. mercari sibi quis possit pro. 12.p.1.& seq. vbi respõdetur per cõclusiones. 4.

Emere an liceat bracteas argenti minori pretio quã gradus argẽti, ideſt, quilates eius iuxta legis taxa valẽt sicut fit in noua Hispania. 57. vbi agitur de casu quodã celebri Mexici circa hoc ventilato 57.p.2.& seq. vbi per. 2 cõclus. resp.& soluuntur arg. fortia in cõtra.

Emptor an in ordine ad emptiones, & vẽditiones soltẽdo pretium in pecunia aurea, aut in bracteis argenteis possit ea extimare pluris quam taxa valent. 59. pagina. 2.

Empta, vel dono accepta á rege vectigalia an possit emptor aut donatarius ad perpẽdiculum taxæ, ideſt, ex 10. vnum exigere. 66.p.1. vbi sententia Soti acceptatur cõtra Cordubam.

Emere an possint rex, & sui officiales pro suis vsibus victualia, vel alia necessaria absq; alia integra pretij cõpẽsatione. 90.p.1.& seq.

Emere an possint licitè domini in regno Valentiæ hædum pro vno argẽto, vel gallinã pro modico pretio à se taxato. 90.p.2.

Emere an possint gallinarij regis gallinas minori pretio quam valent. 90.p.2.

Emere an liceat operas operariorum ad officia publica construenda minoris, quam soliti sunt se alias locare. 91.pagin 1.

Emere an potuit Ioãnes nomine proprio, aut Petri põdera sagiminis à macellario pecunia anticipata minoris quã valerẽt tẽpore traditionis. 91.p.1.&.2. & decisio huius casus deseruit ad multa.

Emptor an ratione possessionis nõ statim sibi traditæ possit diminuere pretium. 92.p.2.& seq.

Emere an liceat res subhastatione positas minori pretio quã legalis taxa si sit pro eis posita dictat. 93.p.1.&.2. vbi dubia, & dura opinio Garciæ explicatur.

Emẽtes res subhastatione positas quãdo dicãtur eas emere iusto pretio, & quãdo iniusto. 94.p.1.

Emens cũ pacto de retrouẽdẽdo an teneatur restituere fructus perceptos á tẽpore iu quo sibi oblatũ est pretiũ àvẽditore. 103.p.2.& seq.

Emptio facta cũ pacto de retrovẽdẽdo si fuit vera trãsfert statim periculũ in emptorẽ, ita vt vẽditori locare eam possit. 104.p.1.

Emere mille oues obligãdovẽditorẽ ad eas redimẽdas post fœturã acceptam cum alijs iniquis conditionibus vsurarius est contractus, & frequens, vt ait Sotus. 104.p.1.& seq.

Emptio cum pact. de retro vẽd.

Emere prædia vel pecora ab eo, qui creditur eã nõ habere cũ locatione earum facta vẽditori pro certa pẽsione vtura est pessima. 104.p.2.

Emptio cum pacto de retrovendẽdo vt licita sit quas nã cõditiones exigat. 105.p.2.

Emere Oliuetum minoris cum conditione vt intra annos à vẽditore redimatur an sit licitũ vbi variare vidẽtur super hoc Medina, & Nauarrus. 105.p.2.

Emptio & venditio vera nõ præsumitur quãdo fit cũ pacto de retrouẽdendo modico cõstituto pretio. 106.& quodnam sit istud modicum pretium quod pignorationis, & non venditionis præsumptionem inducit. ibid. pagina. 1.

Emptio cum pacto de retro vendendo an licita sit quando coniungitur cum locatione rei sic emptæ factã venditori. 106.p.2.

Emptionis, & venditionis contractus cum pacto de retro

uendendo, an requirat verum animum contrahendi emptionem & venditionem. 107. p. 1.

Emptioni cum pacto de retrouendendo, an necessaria sit ista conditio, scilicet, ne pactum fiat, quòd res sic empta vltra tempus redimi non possit. 107. p. 1. & seq.

Emptioni cum pacto de retrouendendo, an necessaria sit ista conditio, quod malit emptor ne redimatur. 107. p. 1. vbi in hac perplexa quæstione variant Sylue st. & Nauar.

Emptioni cum pacto de retrouendendo, an sit necessaria illa conditio, quod emens cum tali pacto nõ sit solutus dare ad vsuram. 108. p. 1.

Emptio cum pacto de retrouendendo adiuncta locatione, an sit licita. 108. p. 2.

Emptionis contractus cum pacto de retrouendendo quando ob deceptionem interuenientem venit rescindendus, & an emptor tũc fructus restituere teneatur & qualiter. 108 p. 1. & seq. vbi variant DD.

Emptionis cum pacto de retrouendendo quale sit pretium iustum. 109. p. 2. vbi distinguitur duplex valor. p. 2. & seq.

Emptor rei cum pacto de retrouendendo, an maiori pretio, quam empta est possit eam venditori reuẽdere. 110. p. 1. & seq. vbi inferuntur duo corollaria. p. 2. & seq.

Emptio cum pacto de redimenda reà venditore quę damnatur à Metina Salmantic. in quibus casibus sit reprobata, aut liceat explicatur. 111. p. 1. & 2. vbi soluuntur argum. in contra.

De contractu dicto Hispanicè, baratas.

Emere, an liceat minoris merces quas indigens pecunia emit ad creditum pro maiori pretio quod barata hispanicè nuncupatur. 113. p. 1. & sequen. vbi respondetur per 3. dicta.

Ementes anticipatæ solutione an hac ratione possint minuere pretium vbi causa illucidandæ quæstionis ponuntur. 9. arg. & soluuntur. 117. p. 2. & seq.

Emptor, an quia anticipatiuè emit, possit minus pretium soluere, vel emere pretio infimo. 132. p. 1. & seq. vbi ponuntur fortia argumenta ad dilucidandam materiam.

Emere paratus anticipata solutione merces futuras vt arbitretur, an merces magis, vel minus tempore traditionis valebunt attẽdere habet opinionẽ communem, & cursum regionis. 134. p. 1. & ibi, de contingentia cuiusdam casus in noua Hispania. p. 1. & seq.

Ementes anticipata solutione propter incertitudinẽ à prætaxãdo certo pretio à principio abstinere deberent propter periculum. 135. p. 2.

Emens merces futuras anticipata solutione dupliciter potest eas emere, prout considerantur, scilicet in potentia, vel in subsistentia. 136. p. 1. & 2. vbi soluuntur argumenta Albornozij.

Emens anticipata solutione dupliciter potest celebrare contractum emptionis. 136. p. 2.

Emens anticipata solutione merces, an licitè possit eas emere minoris, id est, infimo pretio, quo tempore traditionis earum valebunt. 140. p. 2. & 141. p. 1. & seq. vbi positis arg. respondetur per. 9. concluſ.

Emens anticipatè, si ratione lucri cessantis minoris merces emat (cum opus sit eis eas emere) vsurarius esse conuincitur. 141. p. 2.

Emẽs anticipata solutione, si inde cesset sibi lucrum, quia anticipatè soluit, an possit hac ratione minoris mercedes emere. 141. p. 2.

Emens anticipata solutione merces, an infimo pretio quo valent tempore traditionis possit eas emere. 142. p. 1. & seq. & ibi de emptione rei futuræ taxato prius pretio. p. 1. vbi soluuntur arg. in contra. posita. p. 1. & seq.

Emere paratus anticipata pecunia, si credat certò merces futuras magis valituras quam minus, non potest eas minoris emere. 135. p. 1.

Emptio, & venditio duplex, scilicet perfecta, & imperfecta. 142. p. 2.

Emptionis perfectæ anticipata solutio est pars, & ideò eius naturam sequitur. 143. p. 1.

Emptæ res pecunia anticipata quædam sunt mutuabiles solũ, & quædam sunt locabiles. 143. p. 1. vel 2.

Emptæ res si ad creditũ fuere prius venditæ, an quia post hunc contractum emptor statim offert solutionem possit eas infimo pretio emere. 143. pag. 2. & seq. vbi solutio Garciæ examinatur. 144. p. 1.

Emens à principio riguroso pretio ad creditum, si vẽditor interim possessionem retinet, & fructus, an potest conuenire, vt iam hac de causa non riguroso pretio, sed infimo eam soluat. 144. p. 1. & seq.

Emens res vsu cõsumptibiles pretio riguroso ad creditum, an post, quia eas sibi venditor statim non tradit possit hoc diminuere pretium. 144. p. 2.

Emens anticipata solutione rem, eam non censetur mutuare vendenti contra Albornozium. 144. p. 2.

Emptio anticipata est duplex, scilicet, perfecta & imperfecta, In emptione autẽ anticipata solutione perfecta, si sit rei consumptibilis, continet implicitum mutuum. 145. p. 1.

Emptione imperfecta anticipata solutione facta non concreduntur, aut mutuantur merces virtualiter interim venditori, dum venditor eas non tradit. 145. p. 2.

Emptionis perfectæ, & imperfectæ diſſolutio fundamentum habet in Syluestro & Caietano. 145. pagina. 2. & seq.

De emptione lanarum.

Emere lanas anticipata solutione minoris, quàm tẽpore traditionis valent, an sit cõtractus vsurarius, aut licitus, quæstio est celebris. 146. vbi variant Doctores, & respondetur ad nouiter obiecta per Garciam.

Emere lanas anticipata solutione minoris, quam tempore traditionis valent esse licitum, vt Burgenses mercatores aiunt, Victoria, & Parisienses Doctores responderunt. 146. vbi ponuntur. 5. arg. fortia in contra. pro parte, scilicet, negatiua, & tandẽ pro habiliter soluuntur. p. 1. & seq.

Emere lanas anticipata solutione in magna copia anticipata solutione minori aliquantulum pretio transuehendas in Flandriam licitum esse probabiliter defenditur contra fere communem. 147.

Emere lanas anticipata solutione minori pretio licitum esse tribus rationibus probabiliter probatur. 147. p. 1. & 2. vbi respondetur obiectioni p. 2.

Emptæ merces tunc minus valent, quando tempore traditionis manus vtiles sunt. 147. p. 2. probat. 2.

Emptio lanarum anticipata solutione facta, si secum afferat pericula ratione hac, tales lanæ minoris emi possunt. 148. p. 1. vbi respondetur obiectioni.

Emptio lanarum si anticipatè non fieret, deinde præparari commodè non possent, vt transueherentur in nauigijs, idcò minus valerent. 148. p. 1. vel 2.

Emptas merces lanarum mercatores qui transferũt in Flandriam, an vendere pluris eas ibi possint ad creditum, quam inuenitur de præsenti. 148. p. 2. & sequent.

Emptores lanarum qui anticipata solutione eas emerunt, an possint ante earum traditionem eas alijs reuendere cum lucro. 149. p. 1. & seq. vbi respondetur ad arg. in contra.

Emptæ rei quæ nullo subiacet periculo illud est iustũ pretium, quod tempore traditionis valet. 149. p. 1. & seq. in solut. ad arg. incontra. p. 1 & 2.

Emere anticipatè lanas minoris non est virtuale mutuũ cum lucro cõtra Metinã Salmanticẽsem. 149. p. 2. vbi respondetur ad replicam Garciæ. 150. p. 1.

Ementes lanas in magna copia anticipatè non possunt commodè pacisci, vt pretium præsolutũ referretur taxandum in futurum. 150. p. 1. & seq.

De monopolijs in emptionibus.

Emptores mercium à gabelladores nũcupati, qui causa reuendendi eas emunt nociui solent esse in republica, examinatur tamen, an in aliquibus casibus excusari possint. 153. p. 1. & 2.

Quoad monopolia.

Emptores mercium à gabelladores nũcupati, qui causa reuendendi eas emunt, licet nociui sint reipublicæ regulariter, an in aliquibus casibus excusari possunt 153. p. 1. & seq.

Emptores annonæ à gabelladores nuncupati, quibus modis peccent victualia sibi sic acceruando. 153. p. 2. & seq.

Emptionis inuoluntariæ, & nullæ tria proponuntur indicia 161. p. 1. vbi ponuntur duo corollaria emptionis inuoluntariæ.

Emptionis, vel venditionis contractus non est retractandus, vbi dolus non dedit causam contractui: sed tantum damnum est reparandum. 161. p. 2. vbi infertur insignis fraus artificum. p. 2.

Emptionis contractus, vbi dolus dedit causam contractui, quando censendus est ab emptore approbari denuo, ita vt non sit retractandus 161. p. 2. & quid circa hoc in foro exteriori. 162. p. 1.

Emendo, vel vendendo, vel commutando, an potest quis nummos argenteos distrahere, sine eorum pretij diminutione tempore quo magis valent: quando in futurum sunt minoris valituri, idq; inuoluescit secretò eos commutanti. 170. p. 2. & seq.

Emptor valoris rei non ignarus eiusdem valoris ignarum venditorem, an de eo admonere teneatur. 175. p. 1 & seq. vbi causa illucidandæ quæstionis tria proponuntur arg. p. 2.

Emptor, & venditor si ignorent valorem, an vendendo, & emendo se fortunæ committere possint. 176. p. 2. vbi infertur corollarium.

Emptor qui admonet in confuso, & in generali venditorem de maiori valore rei, an minoris possint eã tunc mercari, quam valet. 176 p. 2. vbi variant Doctores super hoc. 177. p. 1.

Emptor, si protestatur rem magis valere, & simul protestatur, nihilominus quod ipse non vult dare prò ea nisi minus, an ratione donationis præsumptæ, & minus iusto soluit possit sibi retinere. 177. p. 2.

Emptor emens fasciculum lignorum, vbi deprehendit lignum salutare, atque ideò maioris valoris, an teneatur de hoc admonere venditorem ignarũ, & idem de fasciculo herbarum. 179. p. 1. in solu. ad argum. incontra. & quid de gemma pretiosiori in teraceruum communem gemmarum contenta ibid. p. 1.

Emptor, an venditori res eius valori conscio possit minus soluere, quàm valet 179 p. 2.

Emptor, vel venditor sciens valorem rei, si donet, & magis datur, vel minus recipitur, an sit valida donatio. 180 p. 1. & seq.

Emptor qui emit rem ab eo, qui eam minoris emit sponte, vt ex eius pretio supperat, sibi pecunia ad ludos & ad scortationes, an aliquid restituere teneatur. 180. & 181. p. 1. vbi ponuntur. 3. argum. incontra.

Emptor si admonuit venditorem de valore maiori mercis, si venditor putans minoris valere pro minori pretio eas dat, an tunc venditori aliquid restituere teneatur. 185. p. 1. & seq. vbi limitatur conclusio probabilis, & quid in casu vbi sciens plus valere minoris eam vendidisset. 186. p. 1.

Emptor qui à principio vi pertractus est ad emendum, an per hoc quod postea statuit rei emptæ percipere fructus ratificare videatur cõtractum. 190. p. 2. & seq. vbi proponuntur. 2. arg. & respondetur per. 2. dicta. 191. p. 1. & 2.

Deceptio circa emptionem.

Emens qui emendo animo soluendi pretium caret, an retinere rem emptam, & fructus eius possit. 193. p. 1.

Emens ad creditum, qui scit non se fore soluendo, an valide contrahat emptionis contractum, vbi variantibus doctoribus ponitur sententia autoris. 193. p. 1.

Ementi magnam copiam olei, quia deceptus est ex literis ab alio fictis, & proiectis, an sit aliquid restituendum pro damno, ex deceptione incurso. 194. p. 1. vel 2.

Emptionis, vel venditionis contractum iniens cũ impotente ad restituendum alias suis creditoribus, quia non habet, nisi bona aliena, an validum contractum ineat in conscientia. 194. p. 2. vbi ponitur regula Scoti adhoc conducens.

De emptione quoad partitionem fructuum.

Ementes, vel vendentes, qui contrahendo nihil meminere de partitione fructuum rei venditæ quomodo debeant eos inter se partiri. 194. pag. 2. & sequent.

Emptæ rei fructus quomodo partiendi. 195. p. 1.

Emptæ rei fructus quomodo applicandi. 195. pag 2. & seq.

Emptio facta rei cum pacto, vt venditor eam possit intra certum terminum alteri emptori plus danti vendere, cui tunc accidente casu fructus sint restituendi. 196. p. 1. & 2.

Empta domu, vel possessione, an cẽsearur empta res in ea contenta. 196. p. 1. & an tunc vasa censeantur empta, & torcularia, & molendina in possessione empta contenta. p. 1. & 2. & quid de plantante arbores in horto alieno. 196. p. 2.

Emptor, vel venditor si se deceptum videt in emptione, vel venditione, an possit sibi secretò recompẽsare. 1. p. 2. & seq. vbi admonentur confessores, vt in nullo casu admittant compensationem iam factam nisi de liquido debito. 197. p. 1.

Emptor debens pretium pro duabus à se emptis possessionibus, si pro vna tantum pretium soluat, pro qua earum tale pretium sit computandum inquiritur. 198. p. 1.

Emptor ad creditum, vel aliquis debitor, si suo creditori aliquid dederit, an sit in solutionem debiti computandum. 198. p. 1. & seq. vbi disputatur obiter, an ignorauerit iudicus missam de præcepto præceptum impleat. p. 2.

Emptionis, vel venditionis contractus collatus in alterius arbitrium sit validus. 199. p. 1.

Emens modico pretio redditus à ciuitate angustiata bello, & demum facta pace lucretur. 10. pro vno, an sit iniustus, & vsurarius. 199. p. 1.

Emptionis contractus, an sit quidam dant pecunias ecclesiæ pro possessionibus post mortem ipsorum reuersuris ad ecclesiam, & an iustus sit. 199. pag 2.

Emptionis contractus, an sit, & licitus dare centum monasterio, vt dantes annuatim, in vita sua recipiant. 16. cum pacto vt monasterium, vbi libuerit redditis centum se possit liberare. 199. p. 2. & seq.

De contractu Emphyteotico

Emphyteosis quid sit, & de eius diffinitione. 431. & quid significet emphyteosis, & emphyteotæ nomen quid importet. 431. p. 2.

Emphyteotico contractui conuenientia numerantur 432. p. 1. & 2. & an emphyteota acquirat possessionẽ ciuilem. p. 1. & 2. & an contractus hic necessario fieri debeat in scriptis. p. 2. & seq.

Emphyteoticus cõtractus an requirit, quod in introitu ipsius contractus aliquid detur. 433. p. 1.

Emphyteoticus contractus quomodo à contractu cẽsus secernatur. 433. p. 1. & 2. & an per contractum censualem transferatur directum dominium possessionis subiecta censui. p. 2. vbi Albornozius optime exponit sententiam iuristarum.

Emphyteota, an teneatur soluere pẽsionem, si possessio emphyteotica quoad substantiam ex toto, vel in parte perit. 434. vbi stantibus variis opinionibus respondetur per distinctionem. 434. p. 1. & 2.

Emphyteota, an teneatur soluere pensionem de eo, prædio quod propter bellum ingruens incultum mansit, vbi variantibus legistis respondetur per supradicta. 434. p. 2. & 435.

Emphyteota pensionem non soluens annuam, an à suo iure cadat. 435. p. 2. & seq. vbi accessorie quæritur, quid operentur in iure hæc verba ipso iure, vel ipso facto. 436. p. 1.

Emphyteota priuatus triennio nõ soluens à iure emphyteotico cadit ipso iure. 436. vbi accessorie ponitur theorica conueniens ad multa, & fallentia illius regulæ, scilicet, quod leges dicentes ipso facto indigent sentẽtia declaratoria. 436. p. 1. & seq. adiuncta alia regula. p. 2.

Emphyteota priuati, an ante declarationem iudicis cadat à iure nec ne vbi duplex declaratio requiritur secundum Syluest. 436. p. 2. & seq.

Emphyteota, siue priuati, siue ecclesiæ qui triennio, aut biennio non soluit, possit suam moram soluendo purgare, & in quanto tempore 437. p. 1.

Emphyteota quãdo dicitur celeriter compensare, vt sic dicatur purgare moram. 437. p. 1. & 2.

Emphyteota qui citra culpam suam in termino pensionem non soluit pœnam cõmissi incurrit. 437. p. 2. vbi casus commissi, vel non commissi numerantur. p. 2. & seq.

Emphyteota, an si soluerit partem cadat à toto iure 437. p. 2. & quid si ignorauit rem emphyteoticam esse, & ideo non soluit. p. 2. & seq. & quid si pro filijs recepit emphyteosim, & delinquit ipse nõ soluendo, vel aliter. 438. p. 1.

Emphyteosi an priuetur filia, quæ fuit instituta hæres in certa re cum conditione, vt esset tali re contenta. 438. p. 1. & quid si hæreditate per mortem vacãte triennio pensio non fuerit soluta. 438. p. 1.

Emphyteota si dum litigat cum domino, soluit pensionem nihil protestando quo nomine soluit, an domino vincente in causa cadat in commissum, vbi temperatur sententia Syluest. 438. p. 2.

Emphyteota si non soluit pensionem triennio, quia detentus est in carcere, an cadat à suo iure. 438. p. 2. & seq.

Emphyteota, an citra voluntatem domini possit rẽ emphyteoticam missam facere, vt sic liber fiat à præstanda pensione. 439. p. 1.

Emphyteota an possessione, vel domo, igne combusta & postea reparata, teneatur perdurare in soluẽda pensione. 439. p. 1. & quid si ædificium corruit p. 1. & 2.

Emphyteotam lapsum à iure, an possit expellere dominus directus, si recepit poss pensionem pro solutione præteriti. 439. p. 2. vbi variantibus doctoribus respondendo subiungitur præsumptio rationabilis. 439. p. 2. & seq.

Emphyteota, an cadat à iure suo, si ipse non soluerit pensionem, sed alius, vbi respondetur negatiuè, & probatur per exempla similia. 440. p. 2.

Emphyteosim, an retinere possit filius renuntiãs hæreditati paternæ. 440. p. 2. & 441. p. 1.

Emphyteoticum contractum, an inire possit pater super possessionem filij, super quam habet vsumfructum eam dando in emphyteosim. 440. p. 2.

Emphyteosis ecclesiæ, an ad monasterium transire possit, si emphyteota aliud ingrediatur. 441. p. 1. & an liceat pacisci de non expellendo emphyteota, etiamsi pensionem non soluat. 441. p. 2. & de alijs ibi appositis pactis.

Emphyteota, an contra dominum directum præscribere possit. 441. p. 2.

Emphyteota, an sine consensu domini directi alium emphyteotam instituere possit, vel alij locare, vbi contra Garciam tenet autor negatiuam nisi 442. p. 1. & 2.

Emphyteoticæ rei alienatio quænam est prohibita cum multa sint alienationum genera. 442. p. 2.

Emphyteota, an possit dare alteri rẽ emphyteoticã in emphyteosi sine consensu dñi directi. 442. p. 2. vbi probatur negatiua concl. 3. rationib⁹. 443. p. 1.

Emphyteoticus cõtractus, aut an locationis in dubio, an censeatur iniri, & quomodo id cognoscetur. 443. p. 2. & tertius emphyteota alienans, an primi, aut secundi emphyteotæ consensum teneatur requirere. 443. p. 2.

Emphyteota ecclesiæ, vel priuati, an possit sine domini directi consensu meliorationes, quas fecit in re emphyteotica donare. 443. p. 2. & seq.

Emphyteosis.

Emphyteota quare possit donare, & non vendere sine consensu domini directi.444.p.1.& an sine requisitione domini directi possit donatarium inducere in possessionem.p.2.

Emphyteota ecclesiæ, an sine consensu ecclesiæ possit donare meliorationes, & ius quod habet in re emphyteotica legare.444.p.2.

Emphyteota an possit rem emphyteoticam permutare, aut in pignus dare, sine voluntate domini directi, vel insolutum dare.444 p.2.& seq.

Emphyteota an sine consensu domini directi possit emphyteosim permutare, vbi opinio affirmatiua probabiliter defenditur, licet tutior sit affirmatiua.445.p.1.

Emphyteota vtrum sine consensu domini possit impignorare rem emphyteoticam. 445. p. 1.& 2.& vtrum possit in solutum dare, ibi.p.2.

Emphyteota ecclesiæ meliorationes rei emphyteoticæ venditurus, an seruaturus est aliquam solennitatem,& in quibus est eã seruaturus.445. p. 2. vbi respondetur q̃ ista solemnitas seruanda est in.4.

Emphyteotæ an possit dominus directus negare licentiam ad vendendam possessionem emphyteoticam personæ pauperi & parum fidæ, vbi explo-ditur sententia Garciæ.446.p.1.

Emphyteoticæ possessionis alienandi solemnitas requisita,an in aliquibus casibus deficiat. 446.p.1.

Emphyteota priuati an ius suum, & meliorationes factas in re emphyteotica possit vendere sine tanta solemnitate.446.p.1.& 2.

Emphyteota superficiarius ecclesiæ, qui in solo ecclesiæ ædificauit domum, an eam venditurus teneatur seruare prædictam solemnitatem.446.vbi variant doctores.p.2.

Emphyteota in quinq; casibus cadit à iure suo. 446. p.2.& seq.

Emphyteota an cadit à iure suo, si res tradita non sit, vel si tradita sit cum conditione, si dominus directus velit. 447. & quid si simpliciter vendidit & tradidit sine cõsensu domini,& post eam redemit. 447.p.1.vbi notabile assertum Nauar. adijcitur.

Emphyteota in quibus casibus cadit à suo iure, & q̃ sunt illi casus declaratur.447 p.1.& 2.

Emphyteota cadit à iure suo propter deteriorationẽ factam in re emphyteotica,qui est.6.casus,qui tamen tripliciter limitatur.447 p.2.448.p.1.

De laudemio.

Emphyteotica possessio dum transit ad aliũ emphyteotam, an laudemium sit soluẽdum.448 p.1.& 2.

Emphyteota si hæredem extraneum instituat in re emphyteotica,an laudemium tunc debeatur.448. p.2.vbi sententia glossæ notatur.p.2.& seq.vbi tangitur, an permutando rem emphyteoticam soluẽdum sit laudemium.449.p.1.

Emphyteota an teneatur ad legem de soluendo laudemium ante condemnationem,vbi constat ei deberi ex lege.449.p.1.& an laudemium sit pœna, vel interesse.p.1.& 2.

Emphyteota dum in dubio est propter varias sententias doctorum, an in aliquo casu debeatur laudemium, an cogendus sit à confessore illud soluere, & ibidem de tribus dubijs.449.p.2.

Emphyteota licet laudemium soluere teneatur in alienatione rei emphyteoticæ, tamen fallit hæc regula in.6.casibus.549.pag.1.& 2.& in sexto casu, quando vendit eam alteri socio, an tunc teneatur ad laudemium.

Fideiusio

Emphyteota soluens laudemium de terra pauci valoris, vbi sunt ædificata magna palatia,qualiter æstimauit laudemium.450.p.2.& quid si emphyteota pro multis annis vult soluere. p. 2.& quid si filius proprietarius vendat rem emphyteoticam in quà pater est vsufructuarius,ibi.p.2.

Emphyteota si alienat rem emphyteoticam in qua vnus est vsufructuarius, & alius est proprietarius, cui nam debita erit quinquagesima,an proprietario,an vsufructuario.450.p 2.& seq.

Emphyteota si vendat meliorationes factas in re emphyteotica domino directo,an tunc teneatur soluere laudemium.451.p.1.vel. 2.

Emphyteota quotam partem pretij alienationis rei emphyteoticæ teneatur in laudemium soluere directo domino.441.p.1.vide ibi assertionẽ Garciæ.

Explanatio axiomatis communis,scilicet,tanti valẽt res,quanti vendi possunt.39.p.2.&seq.& in quibus mercibus habeat locum.40.p.1.

Explicatio axiomatis communis, scilicet, quod possunt contrahẽtes se decipere, vsque ad dimidium iusti pretij.40.p.1.& seq.

De contractu fideiusionis.

F.

Fideiubere qui nam possint, vbi statuitur regula generalis,scilicet,fideiussoris officio fungi potest quilibet qui suorum bonorum liberam administrationem obtinet.361. p.2.& seq.

Fideiubere, & satisdare in quibus casibus mulier possit pro alio.362.p.1.&an in casibus in quibus vxor fideiubere permittitur requiratur consensus viri, p.1.& 2.

Fideiussisse pro marito tacitè in quibus casibus maritus iure censeatur.362.p.2.

Fideiubere,aut se obligare per viam contractus, vel aliter in absentia viri an possit vxor.362.p.2.

Fideiussio ex metu reuerentiali mariti præstita ab vxore,an validasit in conscientia taliter quod teneatur ei astare.363.p.1.

Fideiubens mulier ex metu reuerentiali mariti sui, an possit postea bona dotalia & paraphernalia, quæ habet absc̃odere ne causa fideiussionis in eis executio per Iudicem fiat.363.p.1.& seq. vbi additur nota pro fic fideiubentibus vxoribus metu maritorum.p.2.

Fideiubere an possit clericus pro laico.363.p. 2. vbi quæritur,an aliquando religiosus possit fideiubere.p.2.

Fideiussioni à prælato antecessore factæ prælatus ei succedens an stare teneatur.363.p.2.& seq.

Fideiussor qui promisit in iudicio præsentare paulũ & postea Paulus, quia patrauit homicidium aufugit,an teneatur pro fideiussione soluere pœnam signatam. 364.p.1.

Fideiussor in causa criminali interponi non potest 364.p. 1. & seq. vbi lex Adriani de fideiussoribus proponitur.p.2.

Fideiubentes plures, & cautionem præstantes super aliquod nihil exprimentes quomodo censeantur se obligasse, an in solidum, an pro rata. 364. p. 1. vel. 2.& quid si vnus in hoc casu persoluerit suo nomine debitum,vbi doctrina iuridica traditur.p. 2.& seq.

Fide-

Fideiubentes mulieres,& renuntiantes velleiano tabelliones tenentur sic admonere, vt intelligant renuntiationem quam faciunt. 365. p.1.
Fideiussorem an teneatur is dare postea, qui tempore contractus non est admonitus, vt eum consignaret. 365. p. 1. vbi traditur quando consignandus est fideiussor. p.1. & 2.
Fideiussionem, aut cautionē teneatur præstare vsus fructuarius, & an illa non præstita tuta conscientia possit vti fructibus. 365. p.2.
Fideiussor an conueniri possit in iudicio presente debitore principali, & indiscusso. 365. p.2.
Fideiussor si vsuras soluerit creditori, an eas repetere possit. 366. p.1. vel. 2.
Fideiussoriam cautionem præstans, an sua bona diuendere possit, quando sic diuendendo fit impotens ad soluendum debitum. 366. p.1.
Fideiussor an liber maneat à debito soluendo, si creditor prolatauit terminum solutionis, vltra terminum fideiussionis. 366. p.1.
Fideiussor an liber maneat à debito soluendo in aliquibus casibus, & in quibus casibus agere potest contra debitorem, vt eum ante solutionem à fideiussione liberet. 366. p.2.
Fideiubere prohibiti qui sint, & an cum debitor abest à terra concedendus sit terminus fideiussori an tequam soluat ad eum reducendum. 366. p.2. & de tutoribus, & curatoribus cauentibus. p.2.

De contractu locationis.

L.

Locationis contractus quid sit, & de eius diffinitione. 395. p.2.
Locati quæ nam res possint, vbi ponitur regula generalis, scilicet, quòd omnia illa locari possunt, quæ venditioni possunt exponi. 395. p.2.
Locati res quomodo licitè, vel illicitè possint. 395. pag.2.
Locari an possit pecunia pro eius locatione aliquod interesse captendo. 396. p.1. vbi posita distinctione respondetur ex mente D. Tho. p.1. & 2.
Locari an possint fructus rei ecclesiasticæ vltra triennium. 396. p.2. vbi obiectione posita ex Concilio Tridentino respōdetur ad quæstionem p.1. & seq. & an extrauag. ambitiose sit vbique recepta, & de facti contingentia Salmanticæ.
Locatores fructus rei ecclesiasticæ prouinciæ practicam, & vsum obseruare debent. 397. p.2. vbi explicantur illæ duæ particulæ in extrauagante ambitiosè, scilicet, præterquam in casibus iure concessis, & illa particula vltra triennium. p.2.
Locationem fructuum rei ecclesiasticę vltra triennii quam extrauagans ambitiosè prohibuerat, an Cōcilium Tridentinum reuocet. 397. p.2. & seq. vbi agitur quomodo vna constitutio reuocet aliam 398. p.1.
Locationes beneficiorum, si anticipatis solutionibus fiant secundū Conc. trid non sunt validæ in præiudicium successorum, neque in hoc quodcunq; priuilegium, vel indultum suffragatur. 398. p.1.
Locare operas suas, an liceat clericis pro diuinis officijs dicendis. 398. p.1.
Locatam sibi rē conductor eius, an alteri locare possit. 398 p.1. & 2.
Locare an possit decem oues dominus gregis pastori vt eas pascat, & ex fœtibus refecto numero pereuntium reliquos fructus earum inter se partiantur. 398. p. 2. vbi recensetur contractus vsurarius vsitatus sub titulo locationis introductus. 398. p.2. & seq.
Locationis, & conductionis operarum contractus, vbi pastor conducitur ad pascendas & custodiendas, quas vendit oues (vt fit) est vsurarius. 399. p.1.
Locationis contractus in noua Hispania celebratus, vbi locatur grex ouium cum conditione, vt ex fœtibus reficiatur numerus pereuntium, an sit licitus 399 p.1. & seq.
Locare non licet boues, vt sani reddantur. 395. p.1. vel 2. vel examinatur opinio Soti, an locans equum quem timet diuexandū possit pacisci, vt sibi reddatur sanus. 399. p.2.
Locationis contractus receptus in noua Hispania factus cum conditione reficiendi oues pereuntes quomodo sit reprobatus à Metina, & quomodo possit iustificari. 399. p.2. & seq. vbi ponitur imaginario autoris bona 400. p.1.
Locationis contractus, an sit licitus, vbi ciues Valentini operas pistorum conducūt ad panes decoquē dos tribuendo eis tot mēsuras tritici, quo eas reddāt in pane cocto, & tali numero panū. 400. p.1. & 2.
Locare an possit licitè fundum dominus fundi alicui agricolæ cū conditione, vt agricola augeat pretiū locationis, quia ipse ministrat ei boues, & granū ad eius culturam quiquidem contractus vsu receptus, aboyar las tierras, Hispanicè dicitur. 400. p.2. & seq.
Locationis prædictus contractus, qui aboyar las tierras, Hispanicè dicitur quomodo fiat licitè, & quomodo contrahatur illicitè. 401. p.1.
Locatores agrorum suorum, qui ideò mutuāt triticū, & pecuniā agricolis eos conducentibus, vt augeāt locationis pretium, an licitè hoc faciāt. 401. p.1. & 2. vbi positis sententijs Soti & Nauar. respondetur ad quæstionem per 3 conclus. 401. p. 2. & seq. vbi ostenditur periculum huius contractus. 402 p 1.
Locationis contractus licitus, an sit vbi datur pars pretij anticipatè operario pro demerendis frugibus tēpore demessionis. 402. p.2. & an liceat petēti mutuum nolle dare nisi cum pacto, vt postea iusto pretio laboret in agro mutuantis. 402. p.2.
Locare operas suas artifices si spōte nolint, an respublica possit eos cogere ad sui officij, & artis operas locādas. 403. p 1. & quid dicendū est in terris, quæ Hispanicè dicuntur, solariegas. p.1. & 2.
Locare an possit rex, & dñi tēporales suos vasallos artifices minori pretio ad ædificandas domus, vel agricolas ad agros suos colendos. 403. p.1 & 2.
Locationis pretium, an pecunia numerata persolui debeat. 403. p.2.
Locari an possit domus propinqua alicui lectori, vel magistro, alteri eū legere impedienti sonnitu, seu strepitu suæ artis, & officij, vt fabro ferrario. 403. p.2. & seq.
Locari possunt res omnibus qui emere possunt: At militi & curiali prædia locari non possunt. 404. p. 1. vel. 2.
Locatori si conductor rei ea vti nō possit, an totā locationis pensionem pendere teneatur. 404. p.1.
Locator an totam pensionem rei locatæ exigere possit in casu quo conductor ob aliquam causam reliquerit eam. 404. p.1 & 2. vbi ponitur sententia autoris in foro conscientiæ. p 2.

Locator acceptans domum relictam à conductore sine causa ante præfinitum conductionis tempus, an totam pensionem possit exigere integre. 404. p. 2. & an conductores ouium, vel agrorum, qui hæc deteriorata relinquunt notabiliter ad restitutionem teneantur. p. 2. & seq.

Locator vbi non fuit præfinitum locationis tempus, an possit cum conductoris dãno equum, verbi gratia locatum reuocare. 405. p. 1. vbi modificatur dictum Garciæ, & quid si datum sit pro locatione pignus. p. 1. & seq.

Locata re si sua culpa conductor non vtatur, an totã pensionem soluere teneatur. 405. p. 2. vbi variantes Syluest. & Nauar. aliqualiter concordantur. p. 2. & seq.

Locator operarum suarum, si casu fortuito impeditus eas non præstitit, an expensas quas fecit ad se præparandum expetere possit. 46. p. 1. & seq. vbi excipiuntur aduocati, & de dispositionibus. 4. Hispanicis super hoc. p. 1. & 2.

Locationis casus frequentes, scilicet, locare mulam à meridie tantum toto pretio diei, an sit licitum. 406. p. 2. & seq. & an sit licitum locare mulam per mensem non excipiendo à locationis pretio dies quibus indiget quiescere ad totum iter agendum 407. p. 1.

Locatum sibi famulum, conductor eius an teneatur suis expensis curare si inciderit in ęgritudinẽ, vel pro tũc ei tribuere salariũ. 407. & p. 1. & quid de aduocatis morte interceptis, & de dispositione iuris circa iudices infirmantes. 407. p. 1. & 2.

Locationis quotidiani casus referuntur, scilicet, de famulis se locantibus ad inseruiendum heris, & quid si conducti per annum tempore hyemis solũ laborauerunt in agricultura qualiter mercedem accipient. 407. p. 2.

Locantes se famuli, si ante tempus relinquant heros an cogendi sunt inseruire, & quid pragmatica circa eos disponat. 408. p. 1. & an pragmatica excuset heros non soluentes intra triennium non petita salaria, & quid de opificibus qui intra tale tẽpus præmia suarum operarum non petiere, ibi pag. 1. & 2.

De recompensatione se locantium.

Locantes se ad seruitia famuli, an ob eã causam qua allegant se diminuta stipendia accipere possint, sibi secreto de bonis dominorum recompensare. 408. p. 2. vbi recompensationis secretæ. 4. conditiones ponuntur. p. 1. & 2. & an recompensans sibi iniustẽ ad censuras respondere teneatur. 409. p. 1. & quid si huic deferatur iuramentum. p. 1. & 2. & de priuilegiatis à testificando. 409. p. 2.

Locantes se famuli ad ministerium, an in aliquo casu sibi recompensare possint de debita mercede salarij. 409. p. 2. & an seruans alias conditiones iustæ recompẽsationis, an quia omisit solã hãc q̃ cũ posset via iustitiæ recuperare ipse sibi fecit ius, teneatur ad censuras respondere. 409. p. 2. & 410. p. 1. & 2. vbi multiplicium famulorũ ponitur valde notanda distinctio.

Locantes se famulos ad seruitia, quibus casibus minori pretio, quàm aliàs iustitia exposcebat dominus conducere possit. 411. vbi variant Sotus, & Nauarrus, & tandem concordantur. 41 . p. 1.

Locantibus se famulis sponte ad ducibus marchionibus, atq; magnatibus famulatum præstandũ causa conciliandi, sibi eorum fauorem, & familiaritatem, & liberalitatem, an quidquam de iustitia debeatur. 411. p. 2.

Locantes se ad seruitia spe satisfactionis recipiendę an aliquid de iustitia expetere possint. 411. p. 2. & quid de famulantibus causa liberalitatis aliquid obtinere à dominis sperantibus ibidẽ. p. 2. & seq.

Locantibus se famulis pro seruitio, an imputanda sit iactura rerum domesticarum, si surripiantur à latronibus, vel incuria eorum pereant. 412. p. 1. & 2.

Locator domus an in aliquibus casibus, & in quibus possit expellere inquilinum à domu. 412. p. 2. & seq. vbi referuntur casus. 5. 413. p. 1.

De locatione quoad sterilitatem.

Locator agri an propter sterilitatem contingentem conductori agri teneatur pensionẽ remittere, vbi variantibus doctoribus sententia Nauarri proponitur tenenda. 413. p. 1. vel. 2.

Locati agri sterilitas, quæ cũ vbertate anni præcedẽtis, vel sequentis potest recompensari quæ excusat à remissione pensionis qualis sit, & quanta. 413. p. 2. & seq. & quid si talis sterilitas nascatur ex tenuitate agri, vel vitiosis herbis. 414. p. 1.

Locati agri sterilitas, ex quibus causis prouenire solet. 427. p. 1. & 2. & quid si abundantia fructuũ augeatur ex casu fortuito, scilicet, quia cætera molẽdina sunt destructa. 417. p. 1. & 2.

Locatio possessionũ ad longũ tẽpus, an admittat dispositionẽ capitis ꝓpter sterilitatẽ. 414. p. 1. & 2. & de differẽtia locationis ab emphyteosi in hoc p. 2

Locatori de qua culpa conductor possessionis tenetur. 414. p. 2. & seq.

Locantes operas suas, an in foro animæ teneantur ad emendã dãni, si quod intulerunt, vbi Syluest. suam comẽdat theoricã aduersum Nauar. vbi autor medius accedit. 415. p. 1. & 2. & seq. & qualiter intelligat̃ istud axioma, idẽ est ius fori & i⁹ poli. 416. p. 1.

Locatoris leuis culpa de qua dicitur teneri, an intelligẽda sit, ꝙ sit sola culpa venialis, aut talis quæ pertingat ad mortalem culpam. 416. p. 1. & 2.

Locator & conductor, si per culpam leuẽ inferãt sibi damnum, an teneãtur ad reparationẽ illius. 416. p. 1. & 2. vbi aliqualiter concordantur Syluest. & Sot. & respondetur ad arg. Soti. p. 2. & seq.

Locanti domino, an cedat melioratio facta in re locata ex casu contingenti. 417. p. 2.

Locator qui se locauit ad coquendos panes, vel ad lauandos pannos pro familia, an crescẽte familia teneatur pro eadẽ mercede inseruire. 417. p. 2. & seq.

Locatori ne, an conductori accrescent fructus arborum quando fundus locatus, & cõductus est ad medium nulla facta mentione arborum. 418. p. 1.

Locata res si post morã reddendi eã suo dño perierit casu fortuito, an de eo teneatur cõductor. 418 p. 1.

Locatori quomodo solutio mercedis facienda est, & an non deductis semine, & expensis factis in decimis pensio decimalis ecclesiæ soluenda sit. 418. p. 2. & seq.

Locationis pensio quando soluenda sit. 419. p. 1. & illa particula annuatim soluere quid importet, vbi circa redditionem rei locatæ eitantur Hispanica iura. p. 1. & vbi soluenda sit pensio locationis. p. 2.

Locantem mulam quatriduo ex Salmantica ad Vallisoletũ iter agendũ decipiẽs conductor, qui bi

duo

duo illud iter peregit, & mula perijt ad quid teneatur.419.p.2.& seq.

Locans equum si pro illius custodia mittit famulum an tunc conductor eius pro illius custodia teneatur.420.p.2.& seq.

Locator locans rem vitiosam puta dolia, aut alia vasa vitiosa an conductori de damno ex hoc subsecuto teneatur. 420. idem de locante equum solitum se proijcere in aquam.p.2.

De locatione quoad culp.vel casu fortuitum.

Locatoris culpa leuis de qua tenetur quid sit,& distinctio triplicis generis culpæ.421.p.1.& 2.vbi subijciuntur exemplaistarum culparum,& quid sit dolus,& casus fortuitus declaratur ibi.p.1.

De casu fortuito quoad renuntiationem.

Locator,& conductor,& quicunq; contrahentes,vbi gratia vtriusque contrahentiũ contrahitur de leui culpa tenentur.421.p.1.& 2.

Locator,vel conductor, vel commodatarius non tenentur de casu fortuito iuxta regulam generalem 421.p.1.& 2.vbi denotatur renuntiatio casus fortuiti quomodo valeat.p.2.& seq.

Locationis,& conductionis cõtractus ineuntes, siue aliàs si renuntient casibus fortuitis particularibus nominatis an reliquis similibus per hoc renuntiasse videantur.422.p.1.& 2.

Locator an possit grauare pacto conductorem,vt subeat damna aliquorum casuum fortuitorum expressorum.422.p.2.& seq. vbi modificatur sententia Soti.423.p.1.

Locationis contractum concernentia quinque tradũtur notamina.423.p.1.& 2. vbi sterilitas proueniẽs ex vetustate vinearum,an remissionem pensionis inducat.p.2.

Locator fundi an teneatur instrumenta aliqua ad fructus quærendos præstare colono.493.p.1.

Locatori impedito per cõductorem suas operas præstare an in omni casu teneatur conductor mercedem integram soluere.423.p.1.

Locari an possit fundus ementi eum ad creditum dum pretium eius non soluitur.424.p.1.vbi conse quenter multa curiosa,& necessaria de emptione perfecta & imperfecta traduntur.p.1.& 2.vbi circa intelligentiam legis curanit Couar. deceptus impugnatur.424.p.2.& satisfit eius obiectionibus.

Locans se adtransferendas columnas, vel dolia, de qua culpa teneatur,vbi explicatur.l. qui columnã ff.locati.424.p.2.& seq.

Locator domus an ab inquilino causa metus eam relinquente locationis mercedem possit exigere maximè si post ex euentu innotuit nullum euenisse damnum.425.p.1.vbi explicatur. lex iterum. ff. locati.p.1.

Locatæ domus necessaria reparatio an inducat obligationem remittendi mercedẽ pro parte, vel pro toto,vel pro tempore.425.p.1.

Locator tenetur ad remittendam mercedem pro rata si conductor non potuit vti re absq; culpa locatoris iuxta.l.si fundus.ff.locati.425.p.1.& seq.

Locatæ rei periculum si in se suscipiat conductor,de qua culpa tunc teneatur, & an teneatur tunc de casu fortuito.425.p.2.

Locator operarum an debeat habere mercedem totius temporis, si per eum non stetit, quin operas præstaret.425.p.2.& quid de casu Mexici interrogato circa operas aduocati.p.2.& seq.

Locatores horreorum an teneantur de custodia, vbi in casibus tribus teneri de custodia diffinitur.426. p.1.& 2.

Locator nauis vbi magnam copiam frumenti diuersorum dominorum cõfusam reposuit, si ante naufragium quod fecit alicui suam partem inde restituit,vtrum teneatur ad aliquid restituendum cæteris.426.p.2.Casus hic est ingeniosus,vbi explicatur lex.in naui ff.locati p.2.& sequent.vbi ponitur decisio iuris conducens ad multa. 427. p.1.

Locator operarum si casus contingat damni in parte operis an illius periculum subire teneatur.427. p.1.& 2.vbi agitur mentio legis colonus.

Locationis contractum ineuntes si errauerint in quãtitate mercedis cuius voluntati standum est,vbi respondetur iuxta.l.cum.ff.locati.427.p.2.

Locanti se artifici ad ædificandum si vitium inueniatur in ædificio,an sit tribuendum semper, 427.p. 2.vbi diffinitur iuxta.l.riuum.

Locantes se artifices ad ædificia construenda si deceperint conductorem in expensis minoribus insinuatis,atque ideò non potuit consummari, an teneantur ad istinc subsecutum damnum.428.p.1.& 2.& quas expensas conductor domus possit a locatore domus exigere, si aliquas fecit in re locata, 428.p.2.& seq.

Locationis contractum multi casus concernentes, & multi casus per leges decisi in particulari referuntur.429.p.1.& 2.& an conductor rei possit eam alteri locare,vel ea vti ad alios vsus.p.2.& de præstãte operas in diuersis, scilicet in lapideo pariote, vel terreo conficiendo.p. 2.

Locans an transferat dominium rei locatæ, & an res locata præscribi possit.430. p.1. vbi quæritur, an promittens operas ante mercedem teneatur eas præstare.p.1.

Locare an liceat ædes pro meretricibus, vt ibi meretriam negotiationem exerceant.430.p.2.& an liceat eis dare patrõnos.p.2.

Locatus equus,& postea remissus ad dominum per nuntium, si culpa illius nuntij pereat, quia cum eo aufugit, cui pereat an locatori, an cõductori.430. p.2.& seq.

Locans seruum sua negligentia in operibus præstitis inferentem damnum conductori, an teneatur de damno,& quid de artificibus vtentibus officialibus deprauantibus opera,& qualiter probabitur dolus,vel culpa hic,& quis teneatur eam probare. 431.p.1.

De Lucro cessante.

Lucrum cessans, aut damnum emergens an causa sit iusta augendi pretium.74.p.1.

Lucri cessantis,& damni emergentis differentia.74. p.2.& de eius diffinitionibus,ibi.

Lucri cessantis quatuor conditiones quibus iustificatur.75.p.1.

Lucrum cessans in venditione, vel mutuo an expeti possit quando hic non interuenit violentia.75.p.1.& 2.& seq.

Lucri cessantis petendi fundamentum sumitur ex doctrina D.Thom.76.p.1.

Lucrum cessans, an possit à principio de præsenti recipi à mutuante, vel concredente pretium.76.p.1.

Lucrum cessans an expetere possit, qui inuoluntarius mutuat, aut vendit ad creditum, & duplici in uoluntario.76.p.2.vbi soluuntur arg.incontra.

Lucricessantis quota quomodo taxanda. 77.p.1.vbi tria traduntur aduertenda pro lucricessantis quota taxanda.p.1.& 2.& seq.

Lucricessantis pactum, an facere liceat à principio, vel ante terminum solutionis post extrauag. Pij. V.80.p.1.

Lucricessantis recompensa, quando sit recipienda. 80.p.2.

Lucricessantis recompensa, prout lucrum hoc consideratur in spe, & potentia an abinitio contractus recipi possit disputatur contra Garciã.81.p.1.& 2.

Lucrum si non cessasse postea ex euentu deprehendatur, an tunc recompensandum veniat. 82.p.1. vel.2.

Lucri cessantis ratione an operarius aliquid recipere possit, quando post constat sibi lucrum non cessasse disputatur contra Garciam.82.p.2.& seq.

De Ludo.

Ludens qui peritiam sui collusoris excedentem certo nouit, an à se perditum censeatur collusori donare.181.p.2.

Ludens cũ collusore cognito excessu peritiæ illius licet probabile sit secundum vtrumq; Medinam, quòd perditum censeatur donare, sed probabilius Alcozerus, & Garcia oppositum tenent.182.p.2.& seq. vbi de nolitione conditionata interueniente in contractibus agitur.183 p.2.vbi ponitur sententia autoris.

Lusor imperitus à collusore perito admonitus de excessu peritiæ si noluit credere, & nihilominus lusit & perdidit, an ab eo perditum sit ei restituendum.187.p.1.& seq.

Lusor qui, vi, vel importunitatibus pertractus est ad ludendũ, an per hoc quod post animum concipit accipiendi lucrum, inde si sibi benè cesserit alea videatur, iam voluntariè ratificare contractum ludi, quæ est pulchra, sed perplexa quæstio. 190.p.2.& 191.p.1.& 2.

Ludens vi tractus ad ludum, an sicut non potest perdere, an sic etiam non possit lucrari, vbi duæ referuntur opiniones Cani, & Nauarri.191.p.2.vbi ponitur exemplum puellæ coactè profitentis, & solui tur arg.p.1.& seq.

Ludus duplex, alius cum contractu coniunctus, alius verò qui est alienus à natura contractus.381.p.2.

Ludens qui non est soluendo quòd perdiderit in ludo an aliquid possit licitè lucrari, vbi variantibus doctoribus ponitur sententia autoris.382.p.1.& satis fit obiectioni Garciæ. p.1.& 2.vbi limitat autor sententiam quam ante absolutè tenuerat.p.2.

Lusor si sit admonitus de impotentia alterius collusoris ad perdendum, & cum eo adhuc ludere pergit an impotens ille tunc quod lucrifecerit possit retinere.382.p.2.

Ludiæqualitas, an sic sit summo rigore seruanda inter collusores, vt nullus eorum possit maiorẽ summam lucrari, quàm possit perdere, vbi in duplici sensu explicata quæstio hæc in vtroque discutitur 383.p.1.& 2 & seq.

Ludentes amatrices mulieres dum thecnas admiscent ludo,& sic lucrantur ab amasijs, an licitè reti neant sic lucrifactum.384.p.2.

Lusores si vna manu exponant suum restans quod Hispanicè dicitur, resto, quorum vnum est maius alio, an iuxta licitam legem ludi hoc facit 384.p.1.& 2.

Ludens cum excessu naturali, siuè artificiali, seu casuali in ludo, an aliquid hic lucrifaciens restituere teneatur, 384.p.2.vbi respondetur per tres propositiones.p.2.& seq.

Ludens cum excessu peritiæ in ludo hunc tamen excessum ignoratus quãdiu possit licite lucrari.385.p.1.& quid si conscius sui excessus illum occultet p.2.

Ludens impignorata fide soluendi pecuniam absentem si eam in ludo perdiderit, an teneatur eã soluere.385.p.2.& 384.p.1.vbi causa illucidandæ quæstionis, in qua variant Doctores curiosa, & scitu digna traduntur.386.p.1.

Lusori perdenti lex concedẽs perditi repetitionem an videatur obligationem promissionis de soluendo perditum tollere.386.p.2.& an in hac causa ludi vbi conceditur repetitio, ante repetitionem sit melior conditio possidentis, sicut in possidente per testamentum minus solemne secundum Sotum & Victoriam.387.p.1.

Ludere milites, an lex illa prima ordinationum regalium.tit.2.lib.8.prohibeat, & quomodo.387.p.1.

Ludens qui lucratus est pecuniam absentem, & eam iam recepit, an iuxta legem Matriticam ante repetitionem teneatur eam restituere.387.p.1.& 2.vbi probatur concluſ.responsiua arg.ad hominẽ contra Sotum.

Ludi contractus annullantes leges sicut aliæ leges contractus alios annullantes locum habent cum expræsſe, vel ex vsu interprætante impediunt trãslationem dominij in conscientia.388.p.1.

Lusor pactum de soluenda pecunia perdita absentè extãte lege Hispanica ob.5.rationes supra allatas non tenetur implere.388.p.1.in fol.ad.1.

Ludens perditum soluens, an censendus est renuntiasse legi de repetendo solutum.388.p.1.in fol.ad.1.& an possit tali legi renuntiari cum sit in fauorẽ publicum.

Ludens ad creditum qui caruit animo soluendi perditum aut habuit animum repetendi, an possit à se lucrifactum retinere.388.p.2.vbi de renũtiatione legis agitur.s.quomodo valeat, & quomodo non p.2.& seq.

Ludens ad creditũ, qui iuramẽto se astringit ad pecuniam absentem soluendã si eã perderet, an ratione iuramenti teneatur eam soluere cõtra legem Matriticam.389.p.1.vbi satis fit quæstioni ex iure, & quomodo hic consideratur magis accessorium, id est iuramentum quam principale.p.1.& 2.

Ludẽs ad creditũ ad pecuniã perditã soluere lex Matritica prohibẽs an sit pœnalis.389.p.2.in fol.ad 5.

Ludẽs qui violẽria, vel importunitatibus est tractus ad ludum an teneatur restituere lucrum, quod ibi lucrifecit.389.p.2.& sequitur, vbi admittitur sententia Garciæ, & Alcozeri tantũ in casu, & sentẽtia D.Tho.quomodo intelligenda.390.p.2.& seq.

Ludens vi tractus primò ad ludum an per animum quem concipit postea retinendi lucrum videatur consensisse in soluendo à se perditum. 390.p.2.&.391.p.1

Ludens vi primo tractus quando postea censetur liberè consentire in ludum vt alter possit lucrari, & quando non contra Garciam per distinctionem respondetur. 391.p.2.& seq.

Ludens qui primò vi vel metu est tractus ad ludum, si post ex aliqua noua causa liberè iam consentit in ludū ex tunc eius collusor ab eo poterit aliquid lucrari. 392.p.1.

Ludens vi primo tractus ad ludum si velit capere lucrum non ex hoc conuincitur consentire liberè ludo, sed solū velle redimere suam vexationem. 392. p.2. vbi satisfit exemplo coactæ à principio emptionis, & satisfit ad arg. ex cap. ad id. de sponsalibus, p.2.& arg. ex matrimonio vi contracto, & consummato, & de puella primò coacta.

Ludens qui renunciat auctioni, ideſt, al embite: qui admonitus est sic facere ab inspectore cartarum collusoris an possit lucrari illam auctionem embite nuncupatā, 393.p.2.& seq.

De Mora.

M.

MOrosus debitor rei si res perijt an in omni casu de illa teneatur etiam in casu fortuito. 460. p.2. & an hic monitio ad moram requiratur.

Mora legitima, & ignorantia an excuset à restitutione rei damni, vel interesse. 460.p.2.

Mora ex impotentia causata an excusatā restitutione interesse, vel damni vbi ponitur decisio vtilis ad multa. 461.p.1.&.2.

Morosus in restituendo, qui non est in culpa huius moræ an pœnæ conuentionali subiaceat. 462.p.2.& quid si pactum de soluendo aliquid si in tempore non soluatur dubitatur an fuerit positum nomine pœnæ, vel interesse, 463.p.1. vbi notatur Garcia de rigore.

Morosus si à principio contractus non intercesit pactum de interesse soluendo, an illud si acciderit restituere teneatur. 464.p.1.&.2.

De mutuo.

Mutuatarius an obligari possit, vt mutuum reddatur in mercibus puta in oleo, vino, & tritico. 138.p.1.

Mutuare triticum suo æstimatum pretio tempore caritatis annonæ, vt tempore solutionis reddatur pretio quo tunc valebit an sub vsura. 138.p.1.

Mutuatario petenti mutuum à mercatore si ei nolit dare mutuū mercator, nisi illud accipiat mercibus an faciat iniuriam vbi interueniat vsura. 138.p.1. vbi respondetur obiectioni, p.2.

Mutuatario qui petit mutuum si mutuans nolit mutuare nisi pro pretio conducendo illum ad laborandum in suo prædio, an faciat illi iniuriam. 138. p.2. vbi adhibitis duabus limitationibus concordantur Nauarrus & Albornotius, & Sotus. p.2.& seq.

Mutuare pecuniam astringēdo ratione mutui ad molendum in mutuantis molendino, vel ad emendum ex sua officina merces vsuram manifestam implicat. 139. p.1.

Mutuare pecuniam argenteam vt aurea postea sibi reddatur an vsurarium sit, 139.p.2.& seq. vbi soluuntur arg. in contra. 140.p.1.& seq.

Officium.

O.

OFficium procuratoris qui obtinuit à regebona fide putans se esse sufficientis ætatis cum certe legitima ætate careret illud tenetur resignare. 18.p.1. de officiorum venditione, & emptione, quære verbo emptio, & venditio.

De pacto.

P.

PActum de retrouendendo licet ex sua natura in vtilitatem venditoris cædat, æstimabile tamen est pretio. 140.p.2.

Pactum de retrouendendo quadrupliciter iniri solet 137. p.1.&.2. vbi proponuntur arg. propter quæ variant doctores.

Pœna.

Pœna apposita in contractibus an sit licita, & quando excedit interesse an sit soluenda, & quando appositio pœnæ sapiat vsuram. 100.p.1.

Pœna an sit soluenda ab eo, qui ex impotentia fuit morosus in soluendo debitum. 100.p.1. vbi sententia fratris Iosephi limitatur.

Pœna apposita non in recompensam interesse, sed ad coercendam moram in soluendo an ab impedito sine culpa sua, vel casu fortuito præpedito sit exigenda. 101.p.1.& seq. vbi agitur de duplici obligatione, & de duplici impotentia soluendi, & sententia Garciæ moderatur ab autore ibi, pag.2.

Pœna conuentionalis an ante iudicis mandatum in conscientia sit soluenda. 102.p.1.& 2.

Pignora.

Pignora quæ nam res possint esse. 369.p.1. vbi quid sit pignus diffinitur p.2. & quomodo differat ab Hypotheca pag.2.

Pignora contrahendi modi recēsentur. 369.p.2.& sequenti, & tacita Hypotheca vbi constituitur. 370.p.1.

Pignora esse res suas quomodo quis sit censendus. 370. p.2. vbi iura Hispanica circa pignora recensentur.

Pignora annexa habentia debita an prius sint soluenda quæstio hæc est proficua. 371 p.2.& quid vbi extant res venditæ ad creditum apud emptorē, qui non est omnibus soluendo p.1.&.2. ibidem.

Pignorata an sint bona viri pro dote vxoris. 371.p.2.& sequent. vbi opinio Sylu. præfertur. 372. p.1. & quid si dos promissa numerata non fuit. 372. p.2.

Pignorum, seu hypothecarum ordo qualis sit in priuilegio quod habent in ordine ad solutionem debitorum vbi Nauarrus dissentit à iure Hispanico. 373.p.1.

Pignora tacita quæ nam debita faciant quoad ordinem solutionis priuilegiata. 373 p.2.

Pignoris vsus an sit peccatum. 373.p.2.& seq.

Pignoribus adiuncta quæ nam licita, quænam vero illicita sint. 374.p.1.& an liceat pactum quod si non soluatur debitum in tempore, quod pignus creditori vendicetur, vel quod post certum diem redimi non possit. pag.2.

Pignus diuendere creditori an licitum sit si ei in termino debitum non soluatur. 374. p. 2. & seq. & an pignus possit alteri impignorari, 375. p. 1.

Pignoris fructus an computandi sunt in sortem debiti. 375. p. 2. vbi ponuntur exceptiones quas axioma iuris dictum habet. 375. p. 1. vbi erratum est ab impressore in numero.

Pignoris meliorati fructus quoad meliorationem cui cedunt an domino vtili an domino directo, vbi Sotus dissentit à Nauarro, & à Sylvestro. 376. p. 1. quia alias erratum est ab impressore.

Pignorata si sit res emphyteotica domino directo, dum meliorata est per dominum vtilem, an dominus directus tunc possit alios fructus facere suos, vbi videntur dissentire Sotus & Nauarrus 376. p. 2. & seq.

Pignorata si sit possessio per dominum vtilem domino directo, quæ antea domino vtili gratis data fuerat, an tũc dominus directus fructus eius teneatur computare in sortem debiti. 375. p. 1. & quid si à principio pro his dominijs vtilibus minus pretium à domino vtili datum fuerit, vbi ponitur intelligentia cap. conquæstus p. 2. & seq.

Pignus si non accepit sponsus pro dote, & si concessit dilationem dotis an possit expetere fructus salua dote, 376. p. 2. & seq. & quo titulo pignoris fructus genero, liceat accipere. 377. p. 1. vbi Nauarri sententia reijcitur & satisfit eius rationi, vbi notatur in apparentia sententiæ Garciæ in hoc casu. 378. p. 1.

Pignoris dotalis fructus si onera matrimonij excedant an cum eo excessu gener possit illos recipere, vbi respondetur aliud esse de rigore, & aliud de æquitate. 378. p. 1. & 2. & an vidua salua dote licitè petat alimenta, & quid de eius filijs ea mortua, dum dos materna non soluitur. 379. p. 1. & 2.

Pignoratitiæ possessionis fructus hæredes mariti, an possint accipere dum intra annũ viduitatis aluit viduam. 379. p. 2. & an valeat statutum de alendis viduis, dum dos ei non soluitur, p. 2. & seq.

Pignoratarius an fructus agris sterilis, quem colit & non colebat dominus possit accipere, vbi variant Sotus, & Nauarrus. 380. p. 1. & 2. vbi respondetur cum limitatione, & soluuntur arg. Soti. p. 2. & seq.

Pignoratarius an teneatur computare in sortem fructus non solũ quos percipit, sed quos potuit percipere, vbi ponitur distinctio concordans opiniones. 381. p. 1.

Pignoratitius contractus an legis commissoriæ pactum admittat. 381. p. 1. & seq.

De sponsionibus.

S.

Sponsionum cõtractus quid sit, & de eius diffinitione, vbi duo potissimè interueniunt, scilicet contentio supra ali quam rem, & propositum præmium 352. p. 1.

Sponsionum contractus an necessario tale debeat includere dubium quod non solum excludat scientiam, sed etiã fidem, & opinionem humanam 352. p. 1. & seq. & qualiter in hoc sit approbanda sententia Garciæ, p. 2. & seq.

Spondens si quoad se sit certus, quia rem incertam sibi certò persuadet, si tamen res talis ex se incerta sit, an possit sic spondendo sponsionis præmium lucrari, 353. p. 1.

Spondens qui est certus de re siue per scientiam siue per reuelationem, si admoneat alium de tali certitudine & nihilominus alius contendat spondere, an possit ab eo præmium sponsionis lucrari. 353. p. 1. & 2. & quid si certioratus sic certioranti non debuit credere, p. 2. & seq.

Sponsorem non ponit in tutores, quæ contingibilis est ex se, & ex sua natura, & erat incerta, 354. p. 1.

Sponsionum casus Valentiæ contingens relatus à Garcia proponitur examinandus, 354. p. 1. & 2.

De contractu societatis.

Contractus societatis an sit licitus vbi gratia illucidandæ quæstionis proponuntur tria argumenta, 243. p. 2. & sequent.

Societatis contractus diffinitur, scilicet, quid sit, 244. p. 1.

Societatis contractus inire possunt, qui & donare, vbi referuntur qui iure donare prohibentur, 244. p. 1. & seq.

Societatum diuisio, seu distinctio, 244. p. 2.

Societate omnium bonorum contracta, si aliquis socius ratione maleficij mulctatus esset, an reliqui teneantur ad hanc mulctam contribuere, 244. p. 2.

Societas omnium bonorum quando censeatur contracta inter aliquos. 245. pag. 1. vbi traditur regula ad hoc cognoscendum p. 1. & seq.

Societas secunda, ideſt, generalis societas omnis quæstus quando censeatur contracta, 245. p. 1. & 2.

Societas certæ rei quæ nam sit, 245. p. 2. & seq.

Societas inter fratres cognatos, & familiares simul commorantes quando intelligatur conflata esse ita vt omnia lucra sint communicanda, quæ res est quotidiana, 246. p. 1. & 2.

Societatis contractum quando sortiatur principium aut finem. 246. p. 2.

Societatis iure debitum contractum ab vno fratrum, an sit soluendum de communi, 247. p. 1.

Societatis iure an vnus ex fratribus, qui cum pecunia hæreditaria mercantiam exercet, lucrum inde partum cũ alijs fratribus communicare teneatur, 247. p. 1.

Societas an præsumitur esse contracta, vbi non liquet quo nomine cum pecunia hæreditaria fecerit lucrum an communi an proprio, 247. p. 1. & 2.

Societatis iure an sit communicandum emptum ex pecunia communi, vel redacta ex rebus communibus, 247. p. 2. & quid fiet quando dubitatur an res empta ex pecunia communi, empta fuerit nomine proprio, aut cõmuni ibi, p. 2. & seq.

Societatis æqualitas quomodo seruatur, quando nihil lucri resultat ex negotiatione, & sors pecuniaria ponenti eam redditur, & alter perdit operas, 248. p. 2.

Societatis pecunia ex posita negationi sic fructifera sit, & vsus eius sic fructiferus euadit, 248. p. 1.

Societatis æqualitas seruatur in hoc, quod sicut pecunia si peritponenti eam perit, ita operæ si nihil resultet lucri eas ponenti socio pereunt, 248. p. 2.

Societas an contracta censeatur si maior ex duobus fratribus nomine communi administrauit bona minoris fratris, 249. p. 2. & seq.

Societate contracta simpliciter, ideſt, ex omnibus quæstibus inter fratres indiuisam habentes hæreditatem an tunc lucrum proueniens ex officijs publicis, aut ex meritis personarum sit communicandum inter ipsos, 249. p. 2.

Societatis iure an sit communicandum illud quod frater post mortem patris posuit de suis laboribus in domũ communi pro victu suo, & aliorum fratrum. 250. p. 2.

Societas an præsumatur contracta cum alter fratrum contulit lucra sua pro communi patrimonio reparando, 251. p. 1.

251.p.1.& qualiter fratres sic operas vel lucra pro hoc conferentes.251.p.1.

Societate omnium bonorum inter fratres contracta an possit frater inde de communi dotare filias suas 251.p.2.

Societatis contractæ iure hæreditas contingens solum legitimum filium an possit transire ad filium spurium,scitu digna quæstio.251.p.2.

Societas videtur contracta inter eos fratres, qui omnia lucra reponunt in communi, & tunc lucrum vxoris alterius fratris an sit communicandum, 252.p & quid in regno Castellæ circa hoc p.1.

Societas videtur contracta inter filios Petri migrantis à sæculo cum post mortem patris sine diuisione laborauerunt in cõmuni, & quomodo diuidenda sint bona hæc,252.p.2.

Societas dum est contracta inter fratres, quomodo diuidendi sunt fructus ex possessionibus quas tenent ad Coloniam,253.p.1.

Societatis genus est duplex: primum vbi socij ponũt singuli suum capitale pecuniarum,secundum vbi alter pecuniam ponit,alter industriam & operas, 253.p.2.

Societatis contractus an sit vbi vnus ponit pecuniam alter vero industriam,& operas adhibet, 254.p.1. & 2.vbi positis.4.arg. causa illucidandæ quæstionis respondetur affirmatiuè contra Garciam. 254. p.1.& seq.

Societatis contractus vbi quis ponit capitale,& alius ponit operas quomodo seruat æqualitatẽ, & quomodo iustitia formalis seruatur in eo, 255. pag.1. &.2.

Societatis contractus vbi quis ponit operas, & alter capitale quomodo differt à contractu locationis, 255.p.1 & seq.

Societatis contractus proprius est dicendus contractus ille vbi dominus suum gregem locat pascendum pastori pro parte fœtuum si obuenerit. 255. pag.2.

Societatis conditiones tres, scilicet, quod sit licita, & quod capitale subsistet periculo, & quod æqualitas seruetur in omnibus,256.p.1.&.2.

Societatem ineuntes cum personis indigentibus multo magis tenentur seruare æqualitatem debitum lucrum:iuxta expositos ab eis labores reddẽdo, 256.p.1.&.2. vbi mercator merito inuehitur contra quosdam Hispalenses mercatores,p.2.

Societatis lucrum,etsi debetur capitali exposito negotiationis periculo,sed magis debetur industriæ 256 p.2.

Socius ponens operas si in aliquo grauatur à ponente,capitale recompensandus est per maiorem correspondentiam lucri sibi faciendam, 257.p.1.vbi referuntur damna quæ inferuntur socijs Indiarum.p.1.

Socius si ratione societatis perpessus est damnum, scilicet à latronibus,vel à piratis in propria persona an ,tale damnum de communi sit sibi resarciendum,257.p.2.

Societati exposita pecunia,an ea tota reputanda sit pro principali sorte vbi.2. positis arg. concluditur affirmatiue contra Sotum,258.p.1.& seq.vbi ponitur exemplum conclusionis.

Societatis contractui quoad diuisionem lucri deseruit illa regula dilucida Caietani quam commendat Metina,259.p.1.&.2. vbi probatur ista regula, & soluuntur arg.Soti in contrà.

Socij industriosa,laboriosa,periculosa,& diuturna cura quia defert merces vendendas ad Indos non solum æquare,sed & excedere potest valorem summæ aureorum expositæ negotiationi,259.p. vbi soluuntur arg.p.2.

Societati exposita pecunia consideranda est non, vt cum periculo suo tantum valet, sed etiam vt sic fructifera est,260.p.1.vel.2.

Socio ponenti pecuniam an sua solum pecunia debeat perire,an verò ponens operas alicuius partis eius sit iacturam passurus,260.p.1.vel.2.

Socius ponens pecunias an aliquando possit pacto obligare ponentem operas vt partem iacturæ pecuniarum harum subeat si perierint,261. pag.1.& seq.

Societas dum non apparet quomodo sit contracta tunc intelligitur contracta esse secundum consuetudinem regionis,261.p.1.&.2.

Societatis æqualitas an conseruetur si collator pecuniæ ex lucro minus accipit quàm par sit, 261.p.2.

Societatis æqualitas an requirat quod non resultante lucro ex ea,ne operæ eas ponẽti pereant,quod capitale remanens saluum diuidatur, 261.p.2.& seq.vbi opinio Conradi exploditur,262.p.1.

Socius vterque quando pecuniæ positæ in societate iacturam subit, & in dubio an pecunia posita in societate fuerit communicata consuetudo quæ in ualuit id dubij interpretatur,262.p.1.&.2.

Societatis lucrum quomodo partiendum inter ponentem operas,& ponentem capitale, 262.p.2.vbi satisfit obiectioni.

De saluo capitali.

Societatem inire an liceat saluo capitali ibi exposito,& inde lucrum reportare,263.p.1.&.2.vbi positis.4.arg.respondetur negatiuè ad quæst.

Societatem ineundo cũ mercatore, an liceat illi dare bona dotalia vt eis saluis negotiando lucrum inde partũ mercator reddat, vbi variant doctores 263.p.2.& seq.vbi notatur glossa Nauarri non esse ram consona textui.264.p.1.vbi traditur intelligẽtia Papæ,p.1.

Socius licet ponat maiorem summam non ex tota illa,sed tantum ex ea parte cuius subit periculum potest reportare lucrum,264.p.2.

Socius ponens pecuniam ex eo solo periculo, cui se exponit,scilicet quod si socius fugiat cum ea,per deteam,non potest reportare lucrum,264.p.2.

Socius an possit pacisci quod nihil ipse sentiat de damno,sed de lucro,264.vbi declaratur. §. de illa instit.pro socio.

Socius ponens capitale an ratione contractus assecurationis initi cum alio socio, saluo capitali possit inde reportare licitè lucrum, 265. pagin. 1.& 2.&.266.vbi variant doctores, & Thomistæ ideo examinatur per arg.quæst.267.p.1.& 2.

Societatis contractus vbi saluo capitali prætenditur lucrum forma exponitur cum contractibus ibi implicitè vel explicitè celebratis,267.p.1.

Societatis contractus cum assecurationis capitalis contractu inito cũ socio etiam ad instantiã partis factus ansit vitandus,267.p.1.&.2. vbi notatur mala apparenatia si statim fiat cum tali assecuratione.

Societatis contractus saluo capitali cum aliquali moderato lucro si adiungãtur ei alij duo contractus

prædicti probatur ex se esse licitus tribus rationibus,268.p.1.& seq.
Societatis contractus saluo capitali cum adiuncta assecuratione facta capitalis pro pretio,& venditione lucri incerti pro multo minori certo admittitur ab doctore cum triplici limitatione, 267.p 2. & seq.
Societatis contractus saluo capitali cum lucro etiam comitatus cum alijs duobus prædictis contractibus (quia limitationes prædictæ, 3. adhibitæ à doctoribus non curantur) est res intolerabilis plenaque periculis,269.p.1.
Societatis contractus Italiæ vbi pro certa pecunia stabulario data postea redhibenda dans accipit fustigationem,an sit licitus,269.p.1.
Socius assecurans sortem, seu capitale alterius socij non per hoc adquirit dominium illius capitalis quod probatur tribus rationibus cõtra Victoriã, & alios,269.p.2.
Socius assecurans capitale alterius non potest disponere de eo pro libito quasi dominus eius factus sit sed tenetur cũ eo negotiari,269. p. 1.&.2. vbi respondetur ad arg.
Socius in societate damna extrinseca sine culpa socij contingentia tenetur subire, sed non illa quæ ex culpa socij contingunt,270. p. 1. contra Albernocium vbi contra ipsum decernitur lucrum posse assecurari reducendo illud ad certam quantitatem p.1 &.2.
Societatis Romæ celebratæ casus exponitur, & an licitus sit examinatur,270. p.2.& seq.&,271.pag.1. &.2.
Societatis contractus initus cum pacto vt pecunia exposita lucretur sicut apud alios mercatores lucrũ contigerit, an liceat,271.p.2.
Socius qui confert pecuniam in societatẽ cum suo periculo an de ea aliquod certum & securum possit expetere lucrum,271.p.2.& seq.
Socius an possit Perusij vel in noua Hispania conferre.100. cum pacto vt recipiat in Hispania, 50.si perierint in mari,& si non perierint recipiat, 120. n.272.p.1.
Societas hæc an vsuraria sit vbi qui accipit merces trãsuehendas per mare pro earũ assecuratione aliquid plus accipit quàm mereatur pro transuectione earum,271.p.1.&.2.
Societas quomodo sit diuidenda vbi nihil conuentum est expressè, vel tacitè, neque vlla inoleuit circa hoc consuetudo,272 p.2.& seq.
Socio contrahenti pro societate debitum aliquod an ei hoc debitum inde sit soluendũ,273. p.1. vbi notantur damna quæ socius alteri socio Indiano inferre solet,p.1.
Societatis euentus triplex contingere potest,vt inde partitionis in ea faciendæ sumatur documentum 273.p.2.& vir prudens quomodo arbitrabitur in hac parte ibi,p.2.
Societatis casus exponitur in quo (vt refert Mercatus)in gradibus Hispalensibus dubitabatur à mercatoribus qualiter iactura inter socios erat partienda,274 p.1.
Societatis contractus quando & quot modis finiatur 274 pag. 1. &seq.vbi siquis ponit operas,& alius mille aureos vt vsque ad quinquennium negotietur si pereant an finita sit societas,p.2.
Socius negotiationi insistens quomodo expensas victus deducere debeat ex cumulo societatis, 274. pag.2.& seq.
Socius an possit pacisci de saluo capitali non eo animo vt sibi illud saluet: sed vt alter socius in non admittendo illud magis sit solicitus,275.p.1.& 2.
Societatis contractus hic an sit licitus, scilicet conferre nautis peregrè nauigaturis ad piscandum certam summam pecuniæ pro commeatu cum certis conditionibus expositis,275.p.2.

De societate circa animalia.

Societatis contractus circa animalia multipliciter fit & quintupliciter animalia dari solent in societatem,276.
Societatis contractus an possit iniri dando animal per modum locationis,276.p.1.& an damnum, & lucrum rei locatæ possit fieri commune p.1.&.2. & qualis sit contractus dum dantur animalia mascula ad fœcundandas fœminas,p.2.
Societatis contractus an sit vel locationis tradere animalia monasterio vel alteri sub annua pensione pro tempore vitæ sic vt post sint monasterij,vel illius qui pensionem soluit,276.p.2.& seq.
Societatis contractus an fit dare animalia alteri æstimata: sed nõ certa,ita quòd eorũ precium danti non esset semper certum aut saluum,277.p. 1. vbi agitur de dantibus animalia æstimata per modum vẽditionis ad creditum,p.1.
Societatis contractus an dici possit conrractus ille vbi dantur animalia.4.modo,idest,per contractũ innominatum,scilicet, do, vt facias,277.p.2.
Societatis contractum circa animalia triplex solet comitari pactum, 278. pag.1.& pacta de fœtu, & pensione animalium, & circa tempus quomodo debent iniri,278.p.1.&.2.
Societatem animalium an sic liceat inire vt lucrum fiat commune,& ea accipiens nihil sibi capiat ex lucro antequam precium eorum domino remetiatur,278.p.2.vbi respondetur per.7. conclusiones ad varias societates animalium. 279. pag.1. &.2.
Societatis contractus durabit quinquẽnio vbi pactũ factum, vel consuetudo contrarium non dictat, 279. p.2.
Societatis varios contractus circa animalia minuta continentes statuuntur conclusiones. 4. 280.p.1. &.2. vbi de contractu nouæ Hispaniæ differitur. 280.p.1.
Societatis contractus an sit,& an sit vsurarius contractus ille vbi quis in autumno emit mille oues reuendendas obligando venditores vt eas interim custodiant tutas & interim fœturam percipit, 281. p.1.vel.2.
Societatis contractus an sit, & vsurarius emere à rustico boues quibus caret obligando eum ad tutos eos seruandũ,& ad reddendũ aliquid pro vsu illorum,281.p.2.
Societatis tres contractus ineundo an liceat exponere negotiationi centum aureos relictos promissis dicendis quotannis ne pereant,281. p.2. vbi adijtur nota.
Societatis contractibus regula deseruiens proponitur,281.p.2.& seq.vbi societatis regula secunda generalis adijcitur,282.p.1.
Societatem ineuntes vbi animalia traduntur modo incognito iuxta assueta contraxisse iudicandi sunt.

De contractu sortium.

Sortis contractus hoc exposcit, vt illud ineuntes æquali sorti lucrandi, atque perdendi se submittant, 394. p. 1. & 2.

Sortis contractus quinque includit, ex quibus ius fit alicui inde lucrum capessendi, 394. p. 2.

Sortium officialibus ad quorum, nam expensas mercesui ministerij est soluenda, 394. p. 2.

Sortium contractui parans exponere suum iocale an possit spondere, vt qui plures schedulas intra signatos dies miserit signatum iocale lucretur, 395 p 1.

De taxa.

T.

TAxam regni pro stipendiandis procuratoribus mittendis ad curiam liceat excedere causa mittendi procuratorem industrium, sed valitudinarium, & pluribus expensis indigentem, 66. pag. 2. & seq.

Taxatum salarium cum sit correctoribus ciuitatum, an vltra illud possint accipere assessorias, 67. p. 1. vbi respondetur argumentis, & obiectionibus de sumptis ex legibus.

Taxatio arbitris commissa, an sit seruanda. 69. pag. 1. & 2.

Taxationes bonorum dotalium quæ viliori precio quàm par est, fiunt in detrimentum creditorum mariti sæpius vergunt, 69. p. 2. & seq.

Taxare quomodo oporteat precium mercium de præsenti cum in magna copia ad nouam Hispaniã vehuntur inclasi. 70. p. 1. vbi respondetur per, 4. cõclusiones.

Taxam tritici, & granorum, & aliorum concernentes leges dubitationesque, & de precio legali, vide verbo emptio, & verbo venditio.

Thesaurorum inuentorum, an sit facienda restitutio, & quando, & quomodo, 187. p. 1.

De contractu venditionis.

V.

VEnditio quid sit, vbi traditur eius diffinitio, & explicantur eius particulæ. 3. p. 1.

Vendi an possit res non extans in toto, vel in parte, 3. p. 2. & seq. vel an possit vendi res viciata in toto, vel in parte ibidem.

Vendi an possint licitè officia publica, 15. pag. 2. & seqnent.

Venditio rei alienæ, an valida sit censenda, & in quibus casibus eius venditio possit sortiri effectum 4 p. 2.

Vendendi officia publica quæ vendi solent qui nã sint qui licentiam tacitam habent à rege, 16. p. 2.

Vendere hæc officia publica, scilicet tabellionatus, an Magnatibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus ex iure naturali liceat, 17. p. 1.

Vendere an possint suffragia quæ circa electionem scribarum rectores, seu magistratus ciuitatum habent, 17. p. 2.

Vendere an liceat officia iurisdictionis, 17. p. 2.

Venditionis materia an possit esse res indeterminata, & incerta, 19. p. 1.

Venditæ rei periculum ad quem spectet, ex quo res vendita est ad emptorem, vel ad venditorem. 19. p. 1. & 2.

Vendi an possit res incerta. 19. p. 2. & seq.

Venditor rei, an ante precij solutionem fructus eius sibi præcapere possit, 20 p. 1. & 2. & quid si in hoc casu vendat conditionaliter, vel absolute ibidẽ.

Venditor qui iam receperit precium, & non tradiderit rem, an eam cum fructibus à se perceptis restituere teneatur, 21. p. 2.

Venditor post solutionem precij, an quia ex pacto rei venditæ subit periculum, possit fructus re iuẽditæ facere suos, 21. p 2. & seq.

Venditæ rei periculum quoad melioratione & deterioratione, & fructus ad quem attineat, 22. pag. 2.

Vendibiles quæ nam res sint, & quæ nam ex sua natura venales esse non possunt, 22. p. 2. & seq.

Vendi an possint bona causa maleficij publicata ante condemnationis sententiam à domino vel à ministris iustitiæ, 22. p. 2. & seq.

Vendere an possint malefactores bona sua, quæ nõ sunt ob delictum ipso iure confiscata, sed veniũt publicanda 23. p. 1. & seq.

Vendere an possit malefactor bona sua quando ipso iure ob delictum sunt confiscata. 23. p. 2.

Vendita si sit res vni semel, si alteri postea vendatur cui eorum sit adiudicanda. 24 p. 1. & seq.

Vendi an possint res spirituales, & sacræ, 24. pag. 1. & seq,

Vendi an possint res quorum vsus solet esse ad malum vt aleæ, pigmenta fuci. 25. p. 1.

Vendere an quis possit aleas ad illicitos vsus. 25. pag. 1,

Vendere an liceat fucos meretricibus. 25. p. 2.

Vendere an licitè possint caupones, ientacula & cænas in die ieiunij, 26. p. 1. & seq.

Vendere an licitè possit caupo vina his quos scit inde fore inebriandos, aut de hoc dubitatur, 26. p. 1. & seq.

Vendere an licitè possint armifices arma ei quicum eis est offensurus, 26. p. 2. & quid si credit venditor se arma vendere ad bellum iniustum, pag. 2. & seq.

Vendi an possint toxica, & aconita, 27. p. & 2.

Venalis precio an possit esse copula mulieris, 27. p. 2. & seq.

Vendere an possit maritus condonationem vitæ quam fecit adultero cum sua vxore comprehenso, quem occidere de facto poterat impunè. 28. pag. 1.

Venditiones rerum quas concedunt, aut prohibent aut circa eas modum determinant leges Hispaniæ ad longum recensentur. 28. pagin. 1. & 2. & 31 pag. 2.

Vendi an possint merces in fidelibus Turcis, & Sarracenis. 31. p. 2.

Vendere seruum suum suscipientem baptismum, an compellendus sit eius dominus qui est Iudæus, vel Paganus. 31 p. 2.

Vendere aut emere liceat clericis negotiationis gratia. 2. p. 1.

Vendens aut emens negotiationis gratia si sit clericus, an in conscientia vectigalia soluere teneatur, 32. p. 2. & seq.

Venditionis quidam casus in noua Hispania inter Indos, & Hispanos contingens proponitur, & explicatur, 34. p. 1 & 2.
Vendens coniunctim per fanecas, an potuit pluris vendere quam constabat faneca maicij in mercato Indorum minutim empta, vt accidit in noua Hispania, 34. p. 2. & ibi de fraude in tributo maicij cõmissa contra Indos, 35. p. 1.
Vendere aut emere negationis gratia an liceat in loco sacro, vel in tempore festiuo, 35. p. 1. & 2.
Venditio rerum quatenus pro cõmuni vtilitate fuit introducta, exigit vt ad æquatio precij ad valorẽ rei fiat, 36. p. 1. & hoc obtinet locum præsertim in contractibus qui causa negociationis fiunt ibidem.
Vendere rem plusquam valeat secundum se, licet quidem si tamen vendenti magis valebat admonito tamen emptore, 36. p. 2. vbi modificatur assertũ Garciæ, p. 2. & seq.
Vendere, an liceat alicui suum equum pluris quam valeat, scilicet, quia est sibi minus gratus, 37. p. 2.
Vendere an quis pluris possit merces, quia emptori magnam vtilitatem afferunt, 18. p. 1. & 2. vbi soluuntur arg. Contradi posita contra D. Thom. vbi intelligentia conclusionis D. Thomæ explicatur, 38. p. 2 & seq.
Vendens rem cũm pacto de retrouendendo, ratione huius pacti quantum teneatur de precio extenuare minoris vendendo, 41. p. 2.
Vendere rem vltra medietatem iusti precij quid sit, & quid sit eam emere citra eiusdem precij medietatem, 41. p. 2. & seq. vbi continentur huius rei explicatio, & respondetur ad obiectiones positas contra D. Thom. 42. p. 1. & 2.
Venditio quomodo dicatur inuoluntaria sic quod non transferat dominium, 42. p. 2.
Venditio iniusta raro admittit bonam fidem quæ inuenitur in præscriptione, 42. p. 2.

De venditione quoad valorem & taxam.

Venditioni expositæ merces quinque aut sex de causis solent obtinere maiorem, aut minorem valorẽ 43. p. 1. & 2. vbi traduntur causæ propter quas vna res in valore excedit aliam, p. 2.
Venalium mercium precium adauget, vel minuit abundantia, vel penuria mercium vel emptorum, vel modus vendendi, 43. p. 1. vel 2.
Venditæ rei valorem, quomodo minuat necessitas, & quomodo non, 44. p. 1.
Venditæ rei valor, vnde sumendus est, 44. p. 1. & 2.
Venditor si roget cum mercibus, an ideo emptor multo minoris eas emere possit quam alias valet, 44. p. 2.
Venalium mercium quomodo in particulari taxandum sit precium, 45. p. 1. & 2.
Venditibilium rerum pretiũ taxari, an expediat per rem publicam, 45. p. 1. & seq.
Venales merces, an per ipsos mercatores sint taxandæ quoad valorem, vel à quibus, & quomodo, 45. pag. 2.
Vendendæ rei duplex est precium, scilicet legale, & naturale, & quomodo differant, 46. p. 1. vbi traduntur exempla triplicis precij, naturalis, & arbitrarij scilicet pij, medij, & riguosi, vbi soluuntur arg. allata in contra, p. 2.
Venalium rerum taxa dum fit, in cuius gratiam fiat, 47. p. 1.
Venditor an in tempore quo frumenta in communi foro minoris veneunt maiori precio, ideſt, precio taxæ ea diuendere possit, 47. p. 1. & seq. vbi Mercatus in hoc casu ser. tractat, p. 2.
Venalium rerum taxa, an oporteat sit diuturna, an vero pro tempore sit varianda, 48. p. 1.
Venalium rerum taxa dum videtur iniusta, an ante supplicationem factam regi, vel post, possit violari, 48. p. 2.
Vendendo merces, puta vinum, aut oleum, an aliquando liceat cuttare, seu minuere mercedis, siue mensuras, 48. p. 2. & seq. & de opinione. 3. quæ autori magis placet.
Venditores mercium an quando taxa senatorũ suis mercibus aliunde exportatis non prebet lucrum teneantur eam taxam seruare, 48. p. 2.
Vendere an possint mercatores merces suas vltra preciũ commune currens, quando sic cõmuni precio vendendo nihil lucrantur, 49. p. 1.
Vendi an possint vitiatæ merces precio taxæ, 49. p. 1.
Venditor mercium quarum in diuersis locis diuersa est taxa, an taxam loci, vbi venditur, aut eam, vbi traduntur teneatur, seruare, 49. p. 1. vel 2. vel taxã currentem tempore venditionis, vel solutionis ibidẽ & contractus Valentiæ ibi reprobatur.
Vendibiles res prætaxantes de nouo quot, & quales circunstantias considerare debeant, 50. p. 1.
Venditoribus mercium precium taxæ, aut communiter currens, an liceat transgredi, 50. p. 1. & seq.

De venditione quoad taxam.

Venditores alimentorum tritici, olei, aut vini si excedant præstitutam legis taxam, an teneantur aliquid restituere, & de tribus opinionibus circa hoc & de 3. modis permissiuis, 50. p. 2.
Vendi, an possit triticum non obstante taxa vltra taxam, dum consilium regale verbo, vel scripto nũciat vt vectores tritici precio maiori diuendere possint, 51. p. 2.
Venditores trasgredientes taxam tritici, an ex dissimulatione communi iustitiæ videntis, & non punientis à restitutione, & culpa excusentur, 51. p. 2. & quid si quosdam trangressores puniant, aliosve rò impunitos relinquant, 52. p. 1.
Venditores annonæ vltra taxam, an primus modus permissionis excuset, 52. p. 2. & an secundus permissionis modus vendendi vltra taxam licentiã præbeat, ibidem, p. 2.
Venditores annonæ vltra taxam, an quorũcumque ministrorum iustitiæ dissimulatione excusentur à taxæ violatione, pulcra quæstio. 53. p. 1. vbi traditur corollarium pro multis casibus.
Venditores tritici vltra taxam an tertius permissionis modus excuset, 53. p. 1.
Venalium granorum taxam continens pragmatica proponitur, & circa panem coctum eriam forensem, 53. p. 1. vel 2. vbi agitur an ob interesse proprium impedientes ne aliunde annona asportetur teneantur ad restitutionem, 54. p. 1.
Vendendi cautius quam taxa dicta, si senatores populi causam præbent, quia taxam occultant, an teneatur communitati illatum inde reparare, 54. pag. 1.

Venditores panis cocti si non sint ipsi pistores ex officio à republica constituti an peccent sic vendendo, & restituere aliquid teneantur, 54. p. 1.

Venditores annonæ, an si sint clerici subijciantur taxæ, 54. p. 2. & an clerici possint in populo suo frumentũ maiori precio, scilicet, pro tritico de foris importato taxato diuendere ibidem p. 2.

Vendendi vltra taxam consuetudo quando arguat vel pragmaticam taxæ non fuisse receptam, vel per vsum contrarium fuisse derrogatam. 56. p. 2.

Vendi an possint duplones aurei, & numismata aurea pluris quàm sit eorum illegale precium per legem taxatum. 60. p. 1. & ibi corollarium Garciæ vt incertum abijcitur, p. 2.

Vendendo coronas aureas, & duplones pro argenteis precium communiter currens sicut in venditione aliarum rerum est obseruandum, 60. p. 2. vbi modificatur Mercati sententia, p. 2.

De venditione quoad deceptionem.

Vendere an liceat triticum antea repurgatum, & postea glebulis mixtum precio taxæ, vel precio cõmuniter currenti vbi diffinitur contra Metinam 61 p. 1. & 2.

Vendere an liceat ministris iustitiæ sua ministeria vltra stipendia sibi taxata per eis accipiendo, 61. p. 2. & seq. vbi Mercatus partim admittitur, & partim reijcitur.

Vendentes hordeum in diuersorijs, an taxam hordei aut precium eius commune communiter currẽs excedere possint, 62. p. 1. & 2.

Venditionis contractum in fraudem taxæ inissæ, an censendus sit qui reipublicæ sui oppidi mutuauit quingentos aureos in sumendos in triticum diuẽdendum in pane cocto ad expensas & lucrum ipsius mutuantis, 62. p. 2. & seq.

Vendendum panem, & vinum patriæ, an carius possint taxare senatores populi, quàm venderetur à forensibus, 63. p. 1. & 2.

Venditionis contractum in eundo cum in fidelibus an liceat eos decipere in numero, ponder, & mẽsurae, 62. p. 1. & seq.

Vendere an licite possint auxifices ad auri pondus & valorem ligam alterius metalli, quam ad compactiones immiscent, 63. p. 2 & seq.

Vendere an liceat macellario carnes morticinas, vel arietum in castratorum pro sanis, & castratis, 64. p. 1. & seq.

Vendere an teneatur vassalli suis dominis, gallinas, capreolos, cerro precio taxæ minori quam pareat, 65. p. 1. & 2.

Vendi an possit copia cocci (vt in noua Hispania fit) illo precio quod non inuenitur de præsenti, 71. p. 1. & 2. vbi agitur de mercibus non inuenientibus precium de præsenti.

Vendi an possint carius merces, quæ vilioris emptæ sunt, & immutatæ non sunt, 72. p. 2. & sequenti, vbi respondetur per. 2. conclusiones.

Venditæ rei mutatio quadruplex, scilicet, quoad substantiam, qualitatem, & quantitatem, & tempus, 37. p. 1.

Vendere an quis possit sine fraude pragmaticæ, proprium triticũ ex suis messibus collectum, & aliud emere pro sustentatione suæ domus, 74. p. 1.

Vendere an possit puella causa negotiationis, quod emit triticum pecunia sua dotali, citra violationẽ pragmaticæ de non emendo ad reuẽdendum, 73. p. 2. & seq.

De venditione ratione lucri cessantis considerata.

Vendentes vel ementes an ratione lucri cessantis, vel damni emergentis possint alias de precio iusto augere, vel minuere, 74. p. 1. & 2.

Vendens ad creditum suas merces, an augere possit precium propter periculum illud recuperandi, 87. p. 1. & 2.

Vendens ad creditum, an propter expensas faciendas in recuperando debitum dum verisimiliter timentur, possit augere precium, vbi autor non omnino assentitur Soto, 87. p. 2. & seq.

Venalibus mercibus, scilicet carnium, & vini gabellæ fissa nuncupatæ, an possint imponi eorum augendo precium, & an ad has fissas teneantur clerici, 88 p. 1 & 2.

Vendere, aut locare suas operas an possint aduocati pro libito suo exigendo pro eis precium, & an sic possint facere medici, vbi respondetur per. 3. dicta, 88. p. 2. & seq.

Vendere an liceat iudicibus cæram, & laborem sigillum sigillandi, 91. p. 1.

Vendere an possint grossiores mercatores inferioribus reuenditoribus merces quas suo nomine, & sumptibus emerunt inferiores vnum ex. 10. reportando pro lucro, 91. p. 1. & 2.

De vendicion. sub hastatione.

Vendentes sub hastatione res nomine pupillorum suorum si ibi excessum sit in precio quomodo restituere teneantur, 94. p. 2. & seq. vbi triplex consilium traditur respectu tutorum.

Vendentium, vel ementium sub hastatione merces fraudes enarrantur, 95. p. 1. & 2.

Venditores, vel emptores qui sub hastatione vendendo, vel emendo fraudes prædictas committunt, quomodo teneantur, & debeant restituere, 96. p. 1. vbi duæ sententiæ traduntur vna Mercati, altera Nauarri.

Venditionis exempla varia, 96. vbi proponuntur circa venditionis precia documenta victoriæ, p. 2. & sequent.

Vendendo ad creditum, an liceat vltra precium aliquid plus exigere ratione pœnæ, si non fiat solutio in termino, 97. p. 2. vbi agitur de triplici specie pœnæ.

Venditor ad creditum contractui apponens pœnam quando

quando præsumitur causa palliandi vsuras cam apposuisse, 98. p. 1. & ibi de indicijs particularibus ad hoc iudicandum.

Venditio cum pacto de retrouendendo, an minuat precium rei quæ sic venditur, 103 p. 1. & quomodo contractus hic dupliciter solet iniri ibi, p. 1. & seq.

Venditionis contractus quando verè fiat cum pacto de retrouendendo, & fictibus non sit censendus, vbi proponuntur coniecturæ ad hoc dignoscendum, 103. p. 2. & pactum de retrouendendo quid sit, ibi, p. 2.

Vendens prædia non fata cum pacto, vt sibi reuendâtur intra annum, dum peruenere iam ad messem fraude non caret.

De barocholis.

Vendens merces precio iusto ad creditum indigenti statim eas reuenditaro precio de præsenti an possit eas ab eodem minoris redimere contrahendo contractum qui Hispanice dicitur mohatra, iij. p. 2. & seq. vbi autor inter Mercatum & Nauarrum, & Sylu. intercedit, 112. p. 1. &. 2. vbi cautela traditur confessoribus.

Venditor mercium qui rogatur mutuare pecuniam, an possit dicere nolo, sed emito merces meas ad creditum quas reuendendo de presenti tibi subuenies, 114. p. 1.

Vendentes regi indigenti pecunijs merces pannorũ quibus cum solut rex militibus stipendia debita, an excusentur à culpa & à restitutione, 114. p. 1. & seq. vbi respondetur per. 3. conclusiones.

De precio rerum.

Vendibilium rerum precia, quomodo solita sint variari, & quot modis varientur. 115. p. 1.

Vendẽdi & emendi triplex est modus, scilicet, ad numeratum, & ad creditũ, vel anticipata pecunia. 115. pag. 1.

Vendentes ad creditum, vel ementes anticipata solutione in taxando precium regulare se debent regulariter per emptionem, & venditionem de præsenti, 115. pag. 2.

Vendentes merces maritimas in magna copia non inuenientes precium de præsenti, quomodo earum taxare debeat precium: & de precio harum mercium, & qualiter in Hispania, & qualiter in noua Hispania huiusmodi precium taxandum sit, 116. p. 1. &. 2.

Vendentibus in Hispania merces in magna copia non est tutum regulam Victoriæ obseruare, dum venduntur ad creditum, 16. p. 2. vnde infertur vnũ corollarium, & soluuntur arg. in contra.

Vendentes ad creditum mercatores an ratione dilatæ solutionis possint augere precium, quæstio est celebris, vbi. 9. arg. pro mercatoribus proponuntur & contra eos soluuntur, 117 p. 1. &. 2. &. 18. p. 1. & seq.

Vendens ad creditum siuè sit mercator, siue non, non ideò potest augere precium, 119. p. 1. vbi vafricies mercatorum vendẽtium ad creditum subnotatur. pag. 2.

Vendere an possit aliquis merces suas ad creditum maiori precio quam alias de facto eas de præsenti vendidisset, 119. p. 2. & seq.

Vendere non potest mercator merces suas ad creditum maiori precio ratione lucri cessantis, aut damni emergentis quando non inuenit emptores de præsenti. 120. p. 1.

Venditores, & mercatores causa lucri cessantis augentes, precium dum vendunt ad creditum non excusantur, neque eorum excusatio admittenda est à confessoribus, 120. p. 2.

Vendere nequeunt mercatores merces suas ad creditum pluris quam valent de præsenti, sub prætextu quod solum voluntse seruare indemnes, 121. pag. 1.

Venditor rei fructiferæ ad creditum an dum sibi nõ soluitur precium, fructus eius ratione interesse ab emptore capere possit, 121. p. 2. & seq. vbi opinio Couarruuiæ vt periculosa respuitur.

Vendens in perfecta venditione rem fructiferam ad creditum interim sibi fructus capere potest, & sic intelligitur lex curabit contra Couarruuiam, 122. p. 1. lex curauit non intelligitur de actuali venditione.

Vendendo, & emendo, & contrahendo seruanda est æqualitas quoad precium, & rem venditam, 122. p. 1. & de duplici æqualitate in contractibus ibi, p. 2.

Vendens vel emens ad creditum possessionem fructiferam quomodo seruat æqualitatem intrinsecam, sed non extrinsecam dum voluntarie ibi admiscetur mutuum virtuale, 22. p. 1. & seq.

Vendentes ad creditum pluris quam de præsenti non suetudo non excusat, 123. p. 1. & sic vendentes ratione lucri cessantis regulariter non excusantur.

Venditores & mercatores, qui magnatibus vendunt ad creditum ratione metus, aut periculi recuperandi precium illud licitè non possunt augere, 123. p. 2. vbi tria documenta traduntur, p. 2.

Vendentes ad creditum duabus rationibus, ratione periculi non possunt augere precium, 124. p. 1.

Vendens expectata solutione quando precio rigoroso quod inuenitur de præsenti sic vendere possit, 124. p. 2. vbi respondetur ad replicam.

Vendere pluris ad creditum, an licet propter magnã copiam mercatorum volentium emere ad creditum, 124. p. 2. & seq. ad. 8. arg.

Venditor possessionis fructiferæ ad creditum quare dum interim non solutur precium non possit sibi exigere interesse pro fructibus quibus interim gaudet emptor, 125. p. 1. &. 2.

Venditor ad creditum, an ratione periculi cui se exponit possit augere precium, 125. p. 2. vbi fortissima, 6. arg. Metine Complutensis proponuntur, & soluuntur ibi. p. 2. & seq.

Vendens ad creditum an ratione expensarum in recuperanda solutione possit augere precium, 126. p. 2. & seq. vbi intermediat autor inter Sylu. & Nau. aliqualiter discordantes.

Vendentes ad creditum an ratione damnorum possint augere preciũ, 126. p. 1. vbi distinctio triplex proponatur, p. 1. & seq.

Venditor ad creditum, siue mutuator, an possit conuenire cum debitore vt quia dispicentias, ideest, desabrimientos Hispanicè dictas passurus est ex culpa debitoris in recuperando debitum, sibi aliquid

amplius recompenſetur, 127.p.1.vbi ſubnotatur Garcia.
Venditor an poſsit conuenire de refarciendis damnis ſi quæ in recuperando debitũ contingant,127. p.2.vbi probatur ad longum quod ratione metus precium augeri non poſsit,128.p.1.&.2.& quomodo tollendum ſit periculum & metus,ibi.p.2.
Venditor ad creditum quia aſſecurat ſibi ſolutionẽ debitam illius in ſe ſuſcipiendo periculum non poteſt augere precium,129.p.1.
Venditor ad creditum, vel creditor alius ratione ſolutionis ſibi debitæ non poteſt fungi officio aſſe curatoris, vel fideiuſſoris ſuſcipiendo in ſe periculum,129.p.1.
Vendenti ad creditum non ſic licet paciſci pro periculo recuperandi debitum ſicut licet locanti, equum paciſci de damno illius,129.p.2.vbi reſpõdetur ad replicam, alias ſi ratione periculi poſſet augeri precium lata via aperiretur vſuris,130.p 1.
Venditur res futura dupliciter, ſcilicet, prout eſt in in potentia,vel prout futura eſt in exiſtentia, 133: pag.2.
Vendens rem futuram prout eſt in potentia vel pro vt erit in exiſtentia qualiter taxare debeat preciũ 133.p.2.
Venditor & emptor in emptione rei futuræ ſi conueniunt vt ematur precio,quo valebit menſe Auguſti quomodo intelligendum ſit hoc pactum cũ in illo menſe currunt varia pretia,134.p.1.&.2.
Vendentes,& ementes res futuras, ſcilicet,fœtus naſcituros animalium qualiter à principio poſsint taxare precium,134.p.2.& ſeq.

De venditione coacta.

Vendere ſuas res,aut alienas emere, an poſsit quis cogi per iuſtitiam,150.p.2. vbi diffinitur an tempore famis annona recondita poſsit per iudices auferri,151.p.1.
Vendere aut emere merces in quibus caſibus quis cogi poſsit,151.p.1.&.2.
Vendenti res ſuas dupliciter contingit violentiam inferri,151.p.2.
Vendere ſuas merces an compellendi ſunt mercatores, vel venditores quando precium taxandum, vel taxatum vel communiter currens ex malitia aliquorum non eſt iuſtum,151.p.2.& ſeq.
Vendi debent merces dum eorum iuſtum precium monopolis,vel aliter impeditur precio, quo valent ſi talia violenta impedimenta ceſſaſſent, 152. & vtrum in hoc caſu poſsit accipi vltra precium currens,p.1.vel.2.

De venditione quoad monopolia.

Vendentium,vel ementium monopolia quoad precium emptionem,vel venditionem in voluntariũ faciunt,152.p.1. &.2. vbi agitur de.4. generibus monopoliorum,p.2.
Vendentium,& ementium monopolia, an ius ciuile reprobet vt illicita,152.p.1.&.2.& quid ſi emptores conueniant de non emendo niſi tanto precio 153.p.1.
Venditores mercium,qui eas emunt in magna copia ad reuendendum, an poſsint in aliquibus caſibus excuſari,153.p.1.
Vendendi merces qui priuilegium obtinent à regẽ an ex tali priuilegio ipſi ſoli eas merces licitè vẽdere poſsint,154.p.1.
Vendendi merces facultatem ſibi ſoli concedendã an impetrare quis poſsit licitè à rege,154 p.1.&.2. vbi referuntur hi quibus hæc priuilegia ſolent cõcedi.p.2.
Venditores mercium qui eas Mexici & limæ recondunt eo animo,vt pro libito aſcendant in precio non excuſantur à culpa,154.p.2.& ſeq.
Vendentes ſuum triticum Salmanticæ cùm ſint forẽſes ad precium quod monopolium mercatorum Salmanticæ auxit,an teneantur illum exceſſum reſtituere,155.p.1.& ſeq. & an mercatores autores monopoliorum ad reſtitutionem tenentur.p.2.
Venditionem piſcati recentis in locis maritimis impedientes per monopolium quò vilioris illud emant ad reſtitutionem tenentur,155.p.1.vel.2.

De venditione reſpectu mercium vitiatarum.

Vendirio an reddatur illicita propter deffectum rei venditæ, 156. pagin.1.&.2. vbi ponuntur. 4. arg.in contra.
Vendibilis rei triplex contingit eſſe deffectus, ſcilicet,ſubſtantiæ, quantitatis,& qualitatis,156.p.2.
Venditorum fraudes recenſentur ſimul cum fraudibus committi ſolitis ab emptoribus 157.p.1.
Venditio rei vitioſæ,an mala ſit quia vitioſa eſt, vel quia pro integro venditur precio,157.p.2.
Venditio rei vitioſæ,an ideo ſit illicita quia rei vitium eius emptionem facit in voluntariam,157.p.2.& ſeq.
Venditionis,vel emptionis cõtractum, an in voluntarium in eo interueniens vitiet,vel annullet,158. p.1.& ſeq.vbi de duplici deceptione actiua,ſcilicet, & paſsiua fit mentio.p.2.
Venditionem reddit culpabilem deceptio actiua in ea interueniens, licet nullum inferat damnũ, 158.p.2.
Venditoris deceptio actiua,vt quia interrogatus de qualitate mercis mentitur non ſemper venditionem mortalem facit,158.p.2.
Venditoris deceptio actiua qui mentitus eſt ſuum vinum eſſe ſancti Martini,cũ eſſet Candienſæ non ſemper irritat contractum venditionis in conſcientia,159.p.1.
Venditiõ quæ non fuit voluntaria de facto, ſi fit voluntaria de iure non reſcinditur,159 p.1.
Vendere alchimicum aurum pro vero caſu quo per alchimiam fieret aurum,verum ſecundum D.Tho. non eſſet illicitum,159.p.2.
Vendere rem vnam pro alia nõ eſt tam illicitũ ſi duabus veſtiatur circunſtantijs,vbi opinio Metinæ opoſita,vt probabilior probatur,159.p.2.& ſeq.
Venditiõ vbi interuenit ſolum deceptio paſsiua an veniat reuocanda,160.p.1. vbi reſpondetur ad, 4. arg.in contra,poſita.p.1.&.2.
Venditionis contractus quando ratione deceptionis ibi interuenientis obligationem reſtituendi, vel reuocandi contractum inducat.161.p.1.
Venditio quando reuocanda,162.p.1.
Venditio,& emptio ſemel valide contracta, an reuõ cati

cari posſit, 162.p.1.& seq. vbi per tria dicta respondetur ad quæstionem.

Venditio quoad arras.

Venditionis, & emptionis confirmandæ causa dupliciter solet arra dari, 162. p.1. vbi circa dationem arræ consuetudo est attendenda, p.2.

Venditionis contractus, an ante scripturam sit validus, 162. p.2.

De venditionis deceptione à decipiente ignorata.

Vendens, vel emens qui ignoranter fuit causa deceptionis quam passus est alius, an teneatur retractare contractum, 163.p.1. vbi distinguitur ignorantia duplex p. 1.& seq.

Vendens molendinum ignorans esse dirutũ ad quid teneatur secundum legem Partitarum, 161.pag.2. vbi agitur de vendente ignoranter agrũ vbi erant herbæ nociuæ, p.2.& seq.

Venditor serui quem ignorat esse fugitiuum, an validam faciat venditionem eum ignoranter sic vendendo, 164.p.1.

Venditori intra 6. menses potest restitui iumentum vitiosum quando emptor de vitio per eum nõ est certioratus, 164.p.1.

De venditione quoad detectionem vitij.

Venditor, an vitiũ rei detegere teneatur, 164.p.2. vbi 6. ponitur arg. pro parte negatiua, p.2.& seq.

Vendendæ rei duplex solet esse vitium, scilicet, vel patens, vel secretum, 165 p.1. vbi vendendæ rei vitia tripliciter distinguntur, p.1.& seq.

Venditor tenetur emptori patefacere vitia detrimẽtosa, & periculosa, & impedientia finem ad quem emitur res si talia vitia sint occulta. 165.p.2. vbi cõclusiones, Syluestri ostenduntur concordare cum conclusionibus D. Thomæ, p.2.

Vendens rem vitiosam cuius vitium est in propatulo omnibus non illicite agit si maiori precio eam non vendit quàm valet cum suo vitio, 165. pag. 2. & seq.

Vendens rem inutilem sibi, sed non totaliter inutilem emptori, vt si vendat equum cecum ad circũ ferendam rotam cisternæ, 166.p.1.

Vendens rem vitiosam in duplici casu tenetur eius vitium detegere, 166.p.2. vbi satisfit dubio.

Vendens rem vitiosam tenetur præmonere emptorem de duobus, 166.p.2.& quando ista premonitio sit facienda, p.2.& seq.

Venditor rei vitiosæ quando eius vitium detegere tenetur, vel ante celebracionem venditionis, vel post, 167.p.1. vbi vitia de iure, & de facto irritantia contractum detegenda esse probatur, p.1.

Venditor rei vitiosæ cuius vitium non omnino innoluntariam efficit venditionem, neque reuocandã ante venditionem eius vitium detegere non tenetur, 167. vbi soluuntur arg. in contra. p.1.&.2.

Venditor copiam mercium aduentantem non tenetur manifestare, neque ideò precium iustum suarũ mercium diminuere, 168.p.1.

Venditor, an in aliquibus casibus excusetur à detegẽdo defectus rei venalis, & adminuendo eius precium. 168.p.1. vbi ponuntur 4 arg. pro illucidatione quæstionis, p.1.&.2.& seq.

Venditor rogatus ab emptore de aduentu proximo mercium, an teneatur fateri quam scit veritatem de hoc, 169.p.1.&.2.& quid si non fuerit rogatus ibidem, vel quid si rogatus de hoc ex consulto tacuit, p.2 & seq.

Venditor rei venalis de vitijs eius nõ interrogatus, an teneatur sua sponte ea vitia patefacere, 170.p.1.&.2. vbi soluuntur argumenta in contra.

Venditionis precium abundantia mercium præsens ignorata ab emptoribus peregrinis respectu illorum precium non adauget, sed abundantia absens ignorata precium communiter currens non minuit, 170.p.2.

Venditor libri qui scit eum fore vetandum, an possit id celando emptori diuendere. 171.p.

Vendere, an possit quis sua vina, vel frumenta maiori precio quàm iustè valent curtando mẽsurã, sine grauamine gubernatoris, vel monopolij iusto precio diuendere impediatur, 171.p.1 in sol. ad. 4.

Venditor interrogatus de vitio occulto rei venalis, vel de aduentu proximè futuro mercium, an obligatione iustitiæ inducente restitutionem veritatẽ aperire teneatur, 171.p.2.&.172.p.1.& seq.

Venditor tenetur sub obligatione iustitiæ, & restitutionis rem venalem detrimentosam, periculosam vel inutilem etiam non interrogatus manifestare dum idcirco venditio venit reuocanda, 172.p.1.& quid si vitia talia non sint, p.1.& seq.

Venditor rogatus ab emptore de aduentu mercium quibus casibus peccat contra iustitiam vendendo merces sine hac manifestatione, 172.p.2.& quid si non sit expræsse interrogatus, p.2.& seq.

Venditor tenetur subire damnum quando precio currenti quia minus est non potest vendere merces, quanto sibi constitere, 173.p.1. in sol. ad 1.

Vendens rem vnam pro alia æque vtilem emptori, si mentiatur iuxta duplicem opinionem Meriæ, & Soti de pernicioso mendatio notatur, vel non notatur, 173.p.2.

Venditor de fraudans in pondere numero, & mensura regulariter non liberatur, vel à recompensando damnum, vel à restitutione excessus precij super accepti, 174.p.1.&.2. vbi ponitur casus vbi defectus non est reficiendus ibi p.1.

De venditione quoad euictionem.

Venditor tenetur emptori de rei venditæ euictione, 174.p.& seq. vbi excipiuntur casus 7 in quibus de euictione non tenetur, p.2.

Venditor re euicta precium emptori restituere obligatur, 174.p.2.

Vendens bona fide rem quam bona fide emit à latrone comperto quod sit aliena ad quid teneatur, 174 p 2.& seq. vbi dissident inter se Sotus, & Navarrus.

Venalis rei duplex est valor, scilicet, ex sua natura qualis est ordinarius, & alius accidentarius ex industria particulari emptoris prouenies, 177.p.2.

Venditor duplici potest laborare ignorantia, vna negatiua

gatiua,& alia priuatiua,prima ſcilicet, ſi ignoret in agro quem vendit eſſe theſaurum, ſecunda ſi ignoret eius precium,177.p.2.& ſeq.
Venditor ſi ſciſcitatur ab emptore perito de valore rei vendendæ, an emptor eum de tali valore docere teneatur.178.p.1. vbi reſpondetur ad arg.
Venditorem ignarum emptor, ſiuè ſit ab ipſo interrogatus,vel non valorem ordinarium rei edocere tenetur,non vero accidentarium.178.p.1.
Venditioni dum exponitur ager,vel domus, non exponitur venalitati, niſi propter habitationem, vel eius culturam non propter theſaurum inibi contentum.178.p.2.
Venditor, dum non damnificatur non poteſt augere pretium cõmune ex eo quod emptor ex re empta accedente ſua induſtria particulari multum iuuetur.178.p.2.vbi agitur de ignorantia negatiua, & priuatiua.
Venditor duplici neceſsitate adactus poteſt vendere rem,ſcilicet,aut neceſsitate coactionis,aut neceſsitate ſuppoſitionis.181.p.1. & 2.
Venditor vendens minoris res ſuas, vt pecuniã ſibi ſuppetat, vnde ludat emptori aliquid pretij velle donare non eſt cenſendus.181.p.2.& quid ſi dicat id ſe gratis donare.p.2.& ſeq.
Vendere, an ſic poſsit fœmina ſui corporis copiam vt quodcumque pretium pro hoc expetere poſsit, & ibi de extorſionibus,& fraudibus quibus ſolent vti amatrices mulieres. 182.p.1.& 2.& ſeq.
Venditori etiam cognoſcenti valorem rei,quam vendit nõ licet minus pro ea erogari ab emptore.183.p.2.vbi exponitur regula iuris ſcienti & conſentienti non fit iniuria.
Venditionis contractus quomodo etiam ablata ignorantia aliquando ſit inuoluntarius.181.p.2.
Venditor admonitus de valore rei ſuæ ſi tantum valere non credens eam minoris vendat,an tunc emptor tutus maneat in conſcientia.184.p.1.& 2.vbi ponuntur.6.arg.cauſa illucidandæ quæſtionis.
Venditoris ignorantia eatenus cauſat inuolũtarium quatenus venditoris impedit liberum conſenſum. 186.p.1.vel 2.
Venditor certioratus ab emptore de valore ſuæ mercis,non poteſt actione ex vendito in foro exteriori petere quod ſibi minus ſolutum eſt pretiũ. 182.p.2.& quid in conſcientia.p.2.
Venditor etiam prope ignarus valoris ſuæ mercis nõ videtur in defraudationem iuſti pretij conſentire 187.p.2.& an virgo videns ſigna fraudis,an videatur liberè in ſuam defloration em conſentire.p.2.

De venditione cum metu inita.

Venditionis,vel ludi contractus, ſiuè quilibet alius ex metu conflatus, an ſit validus in conſcientia. 189.q 1.& 2. vbi ſtatuitur regula generalis hic deſeruiens in foro conſcientiæ. p. 2. vbi inferuntur 2.corollaria Nauarri de filia,& de filio metu reuerentiali paterno vouentibus,p.2.& ſeq.
Venditionis, vel ludi contractus ex importunitatibus præcedentibus initus, an validus ſit in conſcientia,vel an ſit reſcindendus.190.p.1.vbi variãtes Garcia,& Nauarrus concordantur per autorẽ. 190.p.1.& ſeq.
Venditioni,vel ludi contractui duplex importunitas ſolet adhiberi.190.vbi exponitur quænam ſententia doctorum hic variantium ſit conformior mẽti D.Thom.190.p.2.
Vendendam rem accipiens nomine domini, vt proxeneta, an ſi pluris eam vendat illud plus ſibi poſſit retinere.197.p.1.& ſeq.vbi agitur, an agens negotium alterius quod obtinuit gratis poſsit pro eo ſibi ſecreto accipere recompenſam. 197.p.2:
Venditor qui vendidit bladum dãdum tempore meſis pro.20. quod æſtimabatur.15. valiturum,ſi adueniente caritate venditum eſt ab emptore poſt pro.25.teneatur aliquid emptori reſtituere. 199.p.1.& 2.

Explicit Tabula Abecedaria, ſeu Index Inſtructorij Negotiantium.

Excudebat Cornelius Bonardus

Anno M.D.LXXXIX.

INSTRVCTORIVM NEGOTIANTIVM, PER PATREM MAGISTRVM FRATREM Ludouicum Lopez, sacræ Theologiæ professorem.

LIBER PRIMVS.

¶ *Caput Primum. De diffinitione contractus, & an promissio, & donatio, & impignoratio contractus sint, & de requisitis ad contractum in communi, et de essentialibus venditioni.*

POstquam omni potétis ope suffulti primi tomi Instructorij cõscientiæ binas partes absoluimus: en iam reliquas quas nos in promptu habere in lucem edendas prædiximus in publicum producimus materias morales conuictui humano, transigendæq; vitæ perquã scitu necessarias. Inter eas vero (quia materia de emptione, & venditione potissimum locum tenet) ab ea initium fore sumendum operæpretium esse duximus. Quia vero tam emptio quã venditio sub genere contractus continentur: absonum à recto ordine procedendi non erit: si antequàm naturam emptionis, & venditionis explicemus, diffinitionem contractus præstituẽtes, quid sit contractus diffiniamus.

Contractus igitur est plurium consensus legitimus super aliqua re conuenientium, obligationem aliquam in vtraque parte contrahentium, vel in vna tantum gignens. Hoc autem per exemplum emptionis, & venditionis clarescit: nam cum constet esse contractus, in eis interuenit & emptor, & venditor qui plures esse dicuntur. Conueniunt insuper in vna eademque re, quippe in addicendo merces emptori pro pretio certo, ex quo plane cõsensu mutuo suboritur obligatio, in venditore quidem exhibendi eas pro tali pretio, & in emptore id valoris pro eis pendendi. *Diffinitio cõtractus.*

At verò ex hac præstituta diffinitione iam in hoc incidimus dubium. Quia si exacta est, & bona hæc diffinitio (prout eam tradit frater Franciscus Garcia in. 1. parte. de contractibus pag. 2.) iam donationem, promissionem, impignorationem, depositum, & huiusmodi contractus propriè esse fateri cogimur. At verò Sotus libr. 6. de Iustitia & Iure quæst. 2. articul. 1. concl. 2. & Conradus. lib. de contract. quæst. 16. vtriusque facultatis iuristis assentientes, prædictos actus contractus esse inficiantur hac sola persuasi ratione, quòd *Quæst.*

de ratione contractus putant esse consensum cõtrahentium mutuũ qui in vtroque contrahente obligationem ingeneret. Igitur cùm promissionem, donationem, impignorationem in vno duntaxat contrahente obligationem inducere videant, propterea non dicendum fore esse contractus autumant. Sed iam tandem ne in re tantum pertinente ad quæstionem nominis immoremur: respondemus nos cum Frat. Garcia loco supra allegato non ita superstitiose; sed latè vsurpantes nomen contractus diffinitionem prædictam approbare: ac propterea prædictas actiones in numero contractuum collocamus, neq; existimo in oppositam sententiam Soti, & Conradi omnes coniurasse iuristas: quia Iulius Clarus tractatu de donat. donationem, eo quòd elegans nomen habet, inter contractus nominatos computari testatur, ac proinde cum est perfecta per pœnitentiam non reuocatur iuxta. l. Aristo. ff. de donat. nisi propter causam ingratitudinis, & causas expressas in l. fin. de reuoc. donat. vt communiter traditur.

Præterea, licet sermones morales in vniuersali sumpti minus sint vtiles autore D. Thoma in prologo. 2. 2. tamen quia naturalis modus procedendi est ab vniuersalibus ad particularia descendendo, ideo non præter propositum erit, si diffinitione contractus in communi prælibata, de his, quæ contractibus in communi competunt mentionem faciamus. Sunt igitur tria requisita ad ineundum cõtractũ. *Requis. 1.* ¶ Primum quod consensus vtriusque cõtrahentis in aliqua re conueniat, quia si in aliqua conuentione, vel contractu vnius tantũ consensus accederet, alterius partis consensu non accedente, contractus propriè minime conficeretur. *2.* ¶ Secundum requisitum est quòd talis consensus legitimus sit, ac proinde neque per legem reprobatus. Hæc enim de causa minores qui non sunt sui iuris, sed sub tutorum cura constituti, contrahere per se nequeunt, quia illegitimus eorum est talis consensus, hoc est inualidus per legem in ordine ad contrahendum, i. ad sua vendenda, vel alienanda bona, vnde quia eorum consensus illegitimus est, ab eis sic facta alienatio nõ valet, sicut etiam ratione materiæ, quia res sacra vendibilis non est: consensus ad eam per venditionem distrahendum legitimus non est. *3.* ¶ Tertium quod ad legitimè contrahendum exigitur, ex parte formæ contrahendi se tenet, scilicet, quod per vim, vel per metum, aut fraudem non præstetur talis cõsensus, vir liber, voluntariusque esse exoscitur. Postremò & id maximè est de ratione contractus vt consensus in eo interueniens talis sit qui aptus natus sit in vtroque, vel in vno saltem contrahentium aliquam obligationem producere.

Insuper quia ad naturam contractuum penetrandam non parum refert ea quæ contractibus in communi conueniunt perspecta habere, statim hæc quæstio animum pulsat, scilicet, quæ nam illa sint, & quot quæ ad constituendũ contractum concurrunt. *Quæst.* At huic quæstioni facit satis Garcia. 1. parte de contract. pag. 5. vbi probè subnotauit triplicia esse quę solita sunt conuenire ad constituendum contractum aliquem. Nam quædam vt essentialia, & quædam vt accidentia propria, alia vero vt accidentia cõmunia & prorius contingentia in eius cõstitutione coëunt, sicut in constitutione rei naturalis id est hominis anima, & corpus vt essentialia, risibilitas vt propriũ accidens, albedo vero, vt cõmune conueniunt. Iã vero si scire cupias quænã cõtractui venditionis essentialia sint, intellige planè essentiale, & veluti intrinsecum esse venditioni tribus constare rebus, quarum vna si desit, desinet & pariter venditionis contractus esse. Primo igitur essentialiter ei competit quod *1.* res aliqua venalis ibi subsitet quæ substantia sit, & veluti corpus alicuius rei naturalis, seu artificialis præsentis, vel futuræ. At secundum sic ibi concurrens ipsum pretiũ est. *2.* Tertium vero consensus est contrahentium, scilicet venditoris in translationem dominij, atque emptoris in pretij traditionẽ, quę omnia illi essentialia sunt. *3.* Sed iam tãdem scitu opus est, quod nam sit huius contractus proprium accidens. Igitur proprium accidens venditionis esse scito, nempe quod postquàm cõsummata perfectaq; est; res vendita iam periculo emptoris sic subsitat, vt tam damnum, quàm eius lucrum & fructuum emolumentũ emptori cedat, licet nihil vetet aliquando aliunde accidere posse contrarium. *Quæst.* Vt rursus iumus dicturi.

¶ *Cap. 11. De diffinitione venditionis & de particulis eius, & an res fictitia, aut non extans in toto, vel in parte, aut res aliena, vel quæ ambigitur an sit aliena vendibilis sit? & an res propria vel in manu Ægyptiorũ, ideſt Gitanos existens emibilis sit.*

POstquam quæ nam vt essentialia conuenire cõtractui vẽditionis exposuimus, quoniam ex essentialibus diffinitio essentialis cõstat,

ſtat quã hîc præmittere paramus: iam vt quid nã ſit venditio diffiniamus ipſa ſeries procedẽ di efflagitat. Et quãuis in hac cõſtituenda diffinitione multi multa verba multiplicẽt, inter quos vnus eſt frater Garcia. 1. par. de contractibus pag. 199. &. pag. 207. qui ſic bene ſibi venditionem diffinire videtur dicens, q̃ venditio eſt traditio quędã quæ fit à vẽditore qua rem ſuam, vel merces proprias voluntariè habili ad emendũ, tradit: tamẽ magis exactas, & breuiloquas emptionis & venditionis diffinitiones quas in lib. 6. de Iuſt. & Iur. q. 2. ar. 2. Sotus tradit, libuit hîc magis ſequi. Eſt igitur ſecundũ ipſum vẽditio quędã diſtractio rei pro pretio. Emptio autẽ è conuerſo diffinitur, eſſe cõtractio rei pro pretio. Sunt etenim verba hæc iuris quibus generaliter ſignificatur trãſlatio dominij illius rei quæ nõ eſt reddibilis, vt. C. de reſc. vẽditione. l. 2. rẽ maior. Igitur per has particulas, ſcilicet diſtractionem rei, diſcrimen inter hunc contractum, & emphyteuſim, & locationẽ denotatur. Nã per diſtractionẽ rei, eius dominij trãſlationẽ in emptorẽ ſignificamus, quod in emphyteuſi & locatione fieri nõ contingit, quia in his nõ dominiũ rei directũ, ſed vſus, vel vſusfructus trãsfertur. Per hãc quoq; vocẽ diſtractio, quippequę tranſlationẽ dominij irreddibilis rei denotat, vẽditio à mutuatione ſecernitur: nã licet in mutuatione dominiũ pecuniæ trãsferatur, tamen quia eadẽ pecunia eſt ſoluẽda, atq; reddẽda, non propriè diſtrahitur. Particula aũt illa, pro pretio, venditionẽ ſeparat à cãbio in quo res pro re cõmutatur & non res pro pretio datur. ¶ Ad hæc per illam particulã, ſcilicet, rei, reprobãtur illi cõtractus ſictitij, vbi aliquid reale fingitur vendi, cũ re vera nihil ibi vendatur, vt cum vendũtur fructus arborũ, vel boues, quibus vendens caret, ſibiq; iterũ tales ficti boues empti pro annua penſione locantur, quæ captiones & fraudes non raro aduerſus ſimplices homines verſuti ſoliti ſunt machinari. ita Metina in ſua inſtructione fol. 136.

Diffinitio vend.

Particulæ eius.

Quæſt.

At iam hîc ſe hoc dubiũ profert, an licet res fictitia venalitati exponi non poſsit (vt probè ex diffinitione venditionis concluſimus) an præemptor rei futuræ vt fructus terræ, fœtus ancillarum, vel gregis, vel iactus retis in piſcationem, ſi ab ſpe ſua fruſtrari contingat, quia nihil eſt natum, aut ex piſcatione captum teneatur ſtare contractui ſoluendo præconuentum pretium. Et quidem vtrinq; quæſtio vrget, & primò pro parte affirmatiua, quia iſte cõtractus fortunæ aleæ videtur inniti, ergo adhuc in caſu obligat: pro parte verò negatiua talem non teneri ad pretium ſoluẽdum inde ſuadetur, ſcilicet, quia talis venditio non fuit diſtractio rei pro aliquo tempore realiter exiſtentis: ergo non fuit verus, aut validus contractus. ¶ Sed quia iam quæſtionem hanc in primo tomo abſoluimus, nunc quoq; cauſa ſeruandi ordinis eã ſummariè tangimus, reſpõdentes primo q̃ in caſu quæſtionis ſi emptor huiuſmodi expreſſe ſic paciſcẽs fortunæ aleę ſe voluit committere ſtipulãdo ſe ſoluturum tãtum neq; plus, vel minus, ſiue tales fructus, ſiue fœtus naſcerentur, vel non, tũc ſtare contractui, præfixumq; ſoluere pretium tenet. Secundò dico, q̃ ſi ſic expreſſe non eſt conuentum, in futurum non ſuccedẽtibus huiuſmodi fructibus, aut fœtibus præemptis, pretium conuentionis eorum emptor perſoluere non tenetur. At verò ſecus eſt in iactu retis in capturã piſciũ, quia hic dũ nihil conuẽtum eſt expreſſe de nihil ſoluẽdo, ſi nihil piſciũ fuerit captũ, etiã ſi fortuna aduerſa iactus retis fruſtraneus fuerit, nihilominus ad ſoluendũ tenebitur, quia nõ nihil diſcriminis inter emptã piſcationem, & fructus, fœtuſque naſcituros præemptos intercedit autore Hugone de Celſo, in ſuo repertorio legum. verbo. vẽder. verſiculo. 14. quia qui fructus, vel fœtus naſcituros præemit, ideo cenſetur emiſſe, quia communiter huiuſmodi fructus eduntur in lucẽ. At de ſorte piſcationis eſt, q̃ laborando interdũ per totam noctem, ac diem à piſcatoribus nihil capiatur.

Dictum. 1.

Dict. 2.

Præterea & affinis hîc hęc quæſtio accedit, an quãdo res empta nõ totaliter extat, quia ſe micombuſta eſt domus aut in parte deteriorata, & detrita eſt res, quæ emitur, valida ſit eius venditio, quia videtur nullius ſit momẽti, quia venditio rei realis eſt diſtractio, huiuſmodi autẽ res empta in parte, quia cõſumpta eſt, in parte realiter non exiſtit. Reſpondemus nihilominus & in hoc iuriſtis morem gerendo, ſcilicet q̃ autore Hugone de Celſo loco ſupra allegato ſuo repertorio verbo. vẽder. verſiculo. 15. talis venditio rei, ſi iam pro maiori parte ſit vitiata, aut conſumpta ignorantibus id venditore, & emptore, valida non eſt, neq; in vtroq; foro ſuſtinetur. Si autem aliqualiter, non tamen pro maiori parte detrita ſit, & vitiata, valida erit in foro exteriori, vt patet. l. 13. tit. 14. partit. in hoc tamen caſu deducendum venit à pretio id quod eo q̃ ſic vitiata ſit minus valet. Sed an hæc venditio in conſcientia ſuſtinenda ſit (quia ambigi poteſt) dicitur planè q̃ licet in cõſcientia cum totaliter, aut pro maiori parte res venalis ignorante id emptore

Quæſt.

Reſp.

corrupta est, eius venditio sit nulla, si tamen pro minori parte vitiata sit, in cõscientia inualida non erit, si ad eum finem, ad quẽ ab emptore empta est, vtilis esse appareat, cum tunc deceptio causam non videatur dare cõtractui. Secus autẽ est si ad prædictũ finem inutilis iudicaretur. At de hoc postea limatius dicemus.

Quæst. Iam & hic & hæc nos præuenit quæstio, an venditio rei alienæ valida sit censenda? Neq; ratio dubitandi deest: quia cum venditio rei pro aliquo tempore nõ existentis nulla sit, & cum res aliena in potestate vẽditoris nunquã esse possit contingere, fit sanè, vt vendi non possit. In contrariũ est quòd Hugo de Celso in suo repert. legum Hispaniæ hanc venditionem rei alienæ factam tenere asserit ibi verbo, *Limitatio.* vẽder. vers. 25. ¶ Igitur si hæc sententia sustinẽda est, ad hos casus limitanda venit. 1. Primò q̃ in foro exteriori valida esse censetur quando præsentẽ, dissimulanteq; domino, neq; renitente cum reniti posset, constata est, quia ius 2. præsumit tunc consensisse. Secundò quando ex decreto iudicis ad persoluenda debita, vel aliter iuste res aliena per venditionem distrahitur, quia in his casibus cũ iniusta vis domino non inferatur, licet inuoluntaria sit venditio ex parte eius, in nullo tamen foro euacuatur. 3. Tertiò quoq; talis venditio non inualida tandem erit, si postquam facta est per alium, à domino scienter, & spõtaneè ratificetur, quia ex tunc volenti & scienti non fit iniuria.

Quæst. Præterea quoniam de venditione rei alienę an valida sit, quæstionem iam expediuimus, quia hæc quæstio proximè accedit, vtrũ quis rem suam emere possit, de ea quoq; nobis differẽdum est, quoniam anceps esse videtur cũ pro parte negatiua contraire videatur diffinitio emptionis, quæ contractio rei alterius est pro pretio, & cum pro parte affirmatiua faciat, q̃ ius omnino hoc interdicere non videtur. *Resp.* Respondemus igitur decisionem huius quæstionis. l. 28. ti. 5. part. 5. sic continuari. Primò q̃ si quis emerit rem totaliter suam, nullius valoris emptio talis erit, quia (vt ex diffinitione patet) neq; vera est emptio. Subijcit ibi lex secũdò q̃ valide dicitur quis emere rem non totaliter suam, quando venditor aliquid partialis iuris in ea obtinet, quia pro ea parte licet modica quæ est vẽditoris, vel alterius (si ematur) valida erit emptio, sicut etiam validitate non caret emptio rei ab alio iure possessę, si eius proprietarius dominus eam à tali possessore, vel ab alio ius aliquod, vel seruitutem super eam obtinenti emeret.

Prætereà quæstiones sibi affines ne hîc separemus, & hic quoq; an emptio rei, quę ambigitur an sit aliena, valida sit in cõscientia meritò controuertimus, quia si perstante tali dubio ematur, cum mala fide sic ematur, non videtur transferri in emptorem eius legitimus titulus. At in cõtrarium est quòd postquã sic *Argum.* in dubio emptio consummata est, cum iuxta regulam iuris in dubio melior sit cõditio possidentis, non videtur fore inualidanda. ¶ Igitur cum huius quæstionis meminerit Metina in sua instruct. varius in ea diffinienda videtur esse: nam fol. 137. cum affirmauerit empto rẽ qui emit iura, de quibus an essent in se vsuraria, & aliena meritò dubitabat, licet quia hoc agitatus dubio ea emit, peccauerit mortaliter, non tamen ad ea restituenda obligari. Rursus hæc inturbãs postea fol. 101. pag. 2. sic ait. Qui suspicione concepta ex siniistra fama vendentis, vel aliter, quòd res esset aliena, eam emit, eam cũ fructibus restituendi obligatione tenetur. Si igitur talis suspicio quæ nõ adeò incerta est, sicut est dubium, à restitutione nõ excusat iuxta Metinam, quomodo dubium prędictũ à restituẽdo ea iura sic in dubio empta poterit excusare? ¶ Igitur præmisso hoc quod perspicuum est, scilicet ab his suspectis ea iura emere periculo animæ non vacare ac subinde culpa lethali non carere, sit dictum nobis hoc assertum primum, scilicet ad pacandas conscientias eorum qui multa iura sibi pretio compararunt ab his exteris quos cum rege cõtrahentes, ab eo per contractus vsurarios, vel illicitos ea conquisisse in dubiũ venit. Si qui ergo hoc dubio prætenti ea iura emerint, licet quia hîc dubio emendi aliena se exposuerũt, non veniant excusandi à mortali: tamen post adhibitam diligentiam ad examinandum id dubij, si adhuc res in ancipiti manet: à restitutione veniunt excusandi. Hæc est Metinæ loco præallegato, cuius rationem affert: quia in dubio (inquit) melior est conditio possidẽtis, cui rationi, & duplicem aliam meam addo primam, scilicet, quia præsumendum est q̃ cum rex sibi facere posset ius, si hic iniustũ passus fuisset, iam sibi iustitiam fecisset. Secundò verò hoc persuadet, quia si hîc restitutio horum iurium ab his emptoribus facienda esset, in dubio, non regi, sed exteris primis possessoribus vt pote in tali possessione primo constitutis à rege, veniret facienda, at iam hi exteri per celebratam venditionem in hoc emptoris ius sibi cõpetens ad possidenda ea iura transtulere: ergo iã non sunt ab his emptoribus restituenda: quia licet (autore Nauarro) in dubio possessionis mala fide ab vtroq; possessore obtentæ

primus

primus possessor restituendus sit in ea: tamen id habet verum dum prior possessor posterio ri sponte nõ cedit, sicut in casu perspontaneã venditionem possessionis eorũ iuriũ facta est cessio. Veruntamen ne Methina huic suæ & meæ assertioni aduersari videatur, dũ fol. 101. posteà dixit q̃ dubitans an res sit aliena, quia venditor eius, suspicione, & infamia furis laborat, si eã emit inde obligationẽ eam restituẽdi sibi parauit: glossandus venit, vt id intelligatur verum, q̃ tenetur ad restitutionem, quando post indagationẽ veritatis quã tenetur facere, vel aliter cõstiterit fuisse alienã: alias restituere eam nõ tenetur, aut certè non tenetur in integrũ. Sicut autore Corduba, neq; qui aliquid recepit vltrò oblatũ ab Ægyptijs, ideſt, Gitanos, Hispanicè nũcupatis, qui quidquid habẽt, furtiue habere præsumuntur: cogendus est ad restitutionẽ totius, sed tantum medietatis pro pauperibus ex consilio. Ita Corduba in vltima q. de adiectis ad tractatũ de casibus cõscientię.

Ad arg. Nunc superest ad argumentũ in contra respondisse: quia dicitur rectè probasse, q̃ perstante tali dubio, si res ematur, quia mala fide sic emitur, subinde nõ trãsfertur legitimus titulus in emptorẽ in ordine ad præscriptionẽ, non tamen cõuincit, quòd sic adeptus possessionem adhuc post examẽ rei incertus, & dubius manẽs, teneatur restituendo possessionẽ à se abdicare totaliter. Vide aliqua ad hunc casum pertinentia in. 1. tomo instruct. 1. part. ca. 104. pag. 628. & etiam eod. 1. tom. 1. part. pag. 814. &. 816.

CAP. III. *Vtrùm quis pro re bona fide à se empta, & deinde vẽdita teneatur aliquid restituere & an sic bona fide emens & vendẽs teneatur ad id, in quo factus est locupletior, item an debita litigiosa, vel periculosa minoris emi possint, vbi solũtur rationes Caiet.*

Quæst. POrrò ne huic materiæ suo ordine attinentia intacta relinquãtur, hæc quæstio licèt iam in. 1. tom. nostri Instructorij. ca. 94. fuerit decisa, rursus hîc breuiter repetẽda venit, scilicet vtrũ qui bona fide rem, quam ignoranter emit à latrone, alteri iam vendidit, puta equũ dño postea apparẽti, aut emptori (cũ rescierit esse alienum) teneatur quidquam restituere.

Igitur ne in re alibi à nobis prædiffinita immoremur, ad locũ præallegatum lectorem remitto, solum breuiter perstringendo, & ad meminã reducendo, primó q̃ quæstio hæc non tam patens est quia circa eã Nauarrus. ca. 17. in fum. Latina. nu. 8. & Metina in sua instru. cõf. fol. 161. §. 30. à Soto in lib. 4. de Iust. & Iu. q. 7. art. 2. dissentire vidẽtur. Nã Sotus inibi aperte defendit, q̃ ille, qui ignoranter à latrone rem mercatus est, etiã si alteri bona fide vendidit, si postea resciuerit esse alienam, etiã si ex tali venditione nõ factus sit locupletior, licet dño rei nõ maneat obligatus restituere: quia neq; ratione iniustæ acceptionis, quia bona fide excusante eam rẽ iniuste non acceperat, neq; etiã ratione rei acceptę, quia iam eã apud se nõ retinet, nec ratione lucri, quia ex tali venditione (vt supponimus) nõ est factus locupletior, ad id nõ tenetur, tamen quia talis suũ emptorem indemnẽ seruare tenetur, cũ iam sciat per venditionẽ huiusmodi nullum in suũ emptorem trãstulisse dominium, sed iure restituendi periclitari, iure cogitur in conscientia suum ei restituere pretium. *Sent. Sot.*

Sent. Nau. Nauarrus verò loco citato dissentit à Soto, vbi nihil talẽ teneri restituere dño rei apparenti ait, nisi id duntaxat in quo ex prædicta vẽditione locupletior euasit, hoc testãte. l. etsi. §. 1. &. l. itẽ veniũt. §. 1. ff. de petit. hęredit. quia in casu, in quo in nihilo factus est locupletior, nec dño rei, sed neque ei cui bona fide vendidit ad aliquid restituendũ tenetur: vt est videre (inquit). l. in creditore, & l. cũ ea. ff. de euict. quia in hoc casu nihil aliud quàm quod suũ est habet. Accedit Metina loco citato, dicens, quòd iste talis bonæ fidei vẽditor alieni eodẽ pretio, quo emit ad nihil restituendũ tenetur, quia nihil retinet alienum. Soluit insuper Nauarrus argumenta Soti sufficienter, & præsertim. Illud de indemni seruando emptore, quia satis est inquit, ad hanc indemnitatẽ emptoris seruandã ei de euictione cedere actionem, quia qui bona fide alienũ emit, & vendidit, factus est tantum in ea locupletior.

Respon. Inter tã dubias sententias, & contrarias sem per mihi persuasi, quòd sententia Soti tutior sit, atq; proinde tenenda in his casibus. Primò, in casu quo scripto venditor bonæ fidei indẽnem emptorẽ seruare stipulatus est. Secundò in casu, in quo cedere actionem contra primũ venditorem esset fruſtraneum, scilicet quando emptor per talem actionem nihil posset recuperare à primo venditore iam mortuo, vel iam in pauperiem lapso. Tertiò, si talis venditor ignorans aliqualiter fuit in culpa emendo, vel vendẽdo rem alienam, quia licet nesciuit rem esse alienam, tamen debuit scire: sed iam in hoc casu careret bona fide quod est cõtra casum, de quo peragimus. His exceptis casibus sententia Nauarri, & Metinæ supra dicta quæ magis iuridica apparet nobis tenenda *Sẽt. aucta.*

da esse videtur, quia nemo citra culpā in hoc casu ad restitutionem est damnandus, quādo re vera alienū non retinet. Nam si secundū Sotum secundus emptor est indemnis seruādus, quia est sine culpa, ita quoq; primus emptor, qui bona fide emit à latrone, & bona fide vendidit secundo emptori, est indemnis seruandus postquàm etiā est absq; culpa, & est prior in bona fide, & adhuc possidet pretiū, & quia si hæ contrariæ sententiæ Soti, & Nauarri rem facerēt dubiam, in dubio melior est conditio possidentis. Nisi malis sequi arbitrium cuiusdā iudicis arbitri in noua Hispania, qui in hoc casu iudex constitutus, cēsuit litem dirimendam, sic diuidendo pretium re euicta, inter talem bonæ fidei venditorem rei, quam à latrone emerat & inter suum emptorē. Nos autem quæstionē hanc quatenus attinet ad conscientiam hic disputandam assumpsimus, eam quatenus attinet ad forum exterius, quod sæpe fundatur in præsumptione causidicis disputandam relinquimus. Sed de his satis.

Quæst. Præterea, ne quid intactum maneat, quod ad præcedentis quæstionis integram resolutionē pertinere videatur, & illam quæstionē, quā in nostro instruct. 1. tom. 2. par. c. 89. pag. 706. iam excusam dimisimus, nunc rursus reuocamus, scilicet vtrùm, qui bona fide emit rem alienam, & bona fide eam pluris vendidit alteri, illud plus quo vēdita est domino sit redditurus. Igitur circa hāc quæstionem duplex versatur opinio, prima affirmatiua Soti de iust. & iur. lib. 4. q. 8. & altera negatiua Nauarri. in addition. fol. 24. qui ab affirmatiua, quam in sum. Latin. c. 17. n. 8. tenuit cū Soto, dissentire videtur, cui in hac negatiua in sua sum. accessit quoq; Pedraça. Igitur hîc repetēdo quæstionem, ab ea, quam ibi tenuimus sententiam, non discedimus, sed epilogantes quæ ibi latius dicta fuere, primò dicimus opinionem affirmatiuam Soti, vtpotè probabiliorem esse tenendam, vbi ait illud plus quo à bonæ fidei possessore pluris est vendita res, quàm ab ipso fuerit empta: fore domino restituendum, neq; in hoc esse dubium Sotus ait. Cui etiam suffragatur Siluester. verbo, restit. q. quod. & cōfirmat Nauarrus in sum. Latin. c. 17. nu. 8. vbi sententiam videtur mutasse, ex. l. etsi. §. 1. & l. item veniunt. §. 1. ff. de petit. hæred. Quod itē conuincit ratio Soti, quia illud plus quod pro re recepit est veluti pars rei alienæ, & illud penes se talis bonæ fidei venditor habet. ergo est à se restituendum domino vero apparēti, quia interesse suæ rei fuit intrinsecum. Quare absolute iam hic hanc affirmatiuam Soti tenentes, distinctionem, quā loco allegato submisimus, per quā vtramq; opinionem cōcordare nitebamur maturius hic re inspecta retractamus.

Duplex opinio.

Sent. Sot.

Quia de re aliena vtrùm vendi possit, dictū est: sic quoq; de re litigiosa, an vendi possit dicendum venit. Igitur (quia res est hæc magis ad causidicos pertinens) breuiter nos ab ea expedientes dicimus, q̄ licèt res litigiosa legari possit vt. l. 14. tit. 7. 3. part. decernitur. Tamē si quis titulo emptionis, vel alio eam acquisierit, eamq; si postulauerit dominus eius, vel litigantium alter, pro ea respondere tenetur, vt cauetur. l. 3. & 4. tit. 12. lib. 1. del Fuero. *Quæst.*

Porrò de debitis alienis, an minoris emi possint, magna hîc nobis subeunda foret cōcertatio: nisi in primo tom. in Instructorio nostro par. 2. c. 57. & c. 58. vbi de pagis acerbis agim⁹, abunde aduersum Caietanū, & Nauarrum, & Armillam pugnā, in qua eorum sententiā expugnauimus, suscepissemus. Caietanus ergo in sum. verbo. vsur. c. vlt. & ei subscribens Nauarrus in suo Man. ca. 17. nu. 231. & Armilla. §. 50. verbo. vsura. Hæc debita aliena minoris, quàm in se sint licitè posse emi asseuerāt, quia hic non interuenit mutuatio, sed venditio iusto celebrata pretio. *Quæst.* *Ar. Caie.*

¶ Et secundò, quia ius ad hæc debita aliena recuperanda minus valet, quia est in spe & res in expectatione posita minus valet. 2.

¶ Et tertiò, quia istud ius non recuperandi debitum vsq; ad annum, per totum id tēpus inutile videtur, ergo est minus valēs, quia veluti sterile est pro tunc. 3.

¶ Item quartò, quia hîc non emitur nisi ius recuperandi debitum in futurum, quod quidem ius licet sit præsens: tamen minus valet, quàm debita, quę quia in futuro recuperanda veniunt, quia absentia sunt, minus valentia sunt. 4.

Inopposit.

Contrariam prorsus opinionem olim D. Antoninus. 2. p. tit. 1, cap. 8. §. 12. & Silu. vsur. 2. q. 10. §. 4. & Sotus de Iust. lib. 6. q. 4. ar. 1. in solution. ad. 3. secuti sunt, quorum opinionem, & veriorem, & securiorem esse ibi loco citato reputauimus. Sed nunc eandē cum Garcia in lib. 1. de contract. c. 19. fol. 513. defensamus.

Conclu.

Igitur conclusio sit, scilicet q̄ huiusmodi contractus est illicitus & vsurarius, sic debita in futurum recuperabilia minoris emere, quā in se valent, quādo absunt à periculo faciliaq; sunt recuperatu, nisi lucri cessantis, aut damni emergentis hîc interueniret aliquis legitimus contractus. Hæc conclusio patet: quia his seclusis, cū in se minoris valoris hæc debita nō sint, si minoris emuntur, id ideò est, quia emū tur pecunia anticipata, quod ad contractum mutui sub vsuris planum est reduci. Vnde negamus

gamus id quod suo primo argumento cõtendebat Caietanus, scilicet esse venditionẽ, quia certè est mutuũ cũ lucro, qa neq; rationi mutui obstat mutuatariũ immunem manere à periculo, quãdo ex conuentione, tã ipsius, quàm mutuantis acceptantis pro mutuo sibi debito aliũ tertium debitorẽ, à periculo exoneratur. Sic etiã in præsenti casu accidit, quia hic vendens debita in futurum, substituit alium pro debitis huiusmodi soluẽdis, nempe suum debitorem: ideò ipse ab assecurando talia debita liber euadit: quod certè nõ obstat quin pretiũ ante à se acceptum mutuũ sit virtuale.

Ad. 1. arg. Cai.

Præterea soluitur secunda ratio Caietani, quia licet res in spe, & in potentia (vt messis in herba) minus valeat, quia incerta est, & res subiecta periculis, sed debitũ certũ istoq; periculo carẽs non sic est in potẽtia impedibili, sed tantũ ratione modi in potẽtia est, quia, scilicet pecunia sic debita non præsentialiter eam emẽti adest, quod certè eius pretium non extenuat. Adde etiam, qꝑ possidere rem aliquam in spe post eius dominij assecutionem (vt hic fit) pretium eius nõ minorat, quia emptor possessionis sibi post annum tradendæ, quia in hac manet spe, non ideò de eius iusto pretio licitè aliquid diminuere poterit.

Ad. 2. arg.

Sed neq; tertia ratio Caietani valet, scilicet quod illud debitum in futurũ, quia sterile est, verbi gratia, per annũ, minus valeat: quia sterilitas ista cũ nõ sit intrinseca debito, sed extrinseca, sicut sterilitas arborum hyemalis vsq; ad æstiuum tempus non germinantium fructus, nõ minuit harum rerũ pretium. Præterquàm, qꝑ si hunc cõtractum potiùs per mutationẽ pecuniæ ante solutæ pro pecunia in futurum debita, esse dicere velimus, quã mutuũ esse virtuale, neq; tunc licitũ esse, est concedendum: sicut cambium, vt eadem pecunia reddatur, vbi plus valet minimè licet, autore Soto, nisi aliæ circunstantiæ, & respectus concurrerint.

Ad. 3. arg.

Insuper neq; vltima ratio Caietani conuincit, scilicet qꝑ ematur ius solũ recuperandi debitũ, quia certè cum ius per se nihil valeat, nisi in ordine ad rei venditæ possessionem, fit sanè vt id, quod principalius ibi venditur sit ipsa pecunia debita, quia iuxta axioma Logicorum propter quod vnumquodq; tale & illud magis. Et tandem (vt loco citato probauimus, & in hoc nobis consentiente Garcia dicimus) qꝑ si opinio Caietani admittẽda esset, iam actum esset de sternenda ampla via vsuris, quia magna occasio ad eas hinc sumeretur.

Ad. 4. arg.

Ex prædictis inferẽdum esse ait Garcia, quã reprobus sit ille cõtractus Cæsaraugustæ Aragoniæ frequenter vsu receptus, quem dupli-

Contract. Cæsarau.

citer iniri contingit. Primò, dum quis indigẽs pecunia, quia mutuò eam inuenire nõ potest, chirographum conficit, vbi se debitorem centum aureorũ constituit ad annũ, quod proxenetæ vendendũ tradit, pro pecunia numerata præsenti, sicq; venditioni expositum pro. 90. aureis remanet emptum.

Secundò vero sic quoq; contrahi cõtingit, scilicet dũ Petrus à Paulo petit mutuũ cẽtum aureorum, quibus quia in prẽsenti caret, Paulus Petro exhibet schedulã volens illi benefacere, qua se obligat ad. 100. aureos soluendum per eam in iudicio, vel extra se conuenienti, quã Petrus assumens pro. 90. aureis diuendit, vt suæ præsenti necessitati subueniat. Sũt etenim cõtractus hi vsurarij, in quibus mutuum cũ lucro immiscetur: nam vtrobiq; debita pecuniaria eo solo nomine ad certũ tempus soluenda emuntur, quia anticipata pecunia statim pro eis soluitur. Nos autẽ loquuti sumus de debitis alioquin licitis: nam de emptione illicitorum hîc non disputamus.

CAP. IIII. *Vtrùm à se debitum anticipatè soluẽs, minoris redimere possit, & an bona fide emens boues quos emptor nõ habet ad aliquid teneatur: item, an persona libera sit vendibilis, an licitè emantur à barbaris Æthiopes hi, quos destinatos habent ad mortem, & an hi ab emptoribus se possint redimere computando seruitia in pretij sortem.*

Quæst.

QVoniam similia dubia à similibus segreganda non sunt, ideò & nũc in presentiarũ in dubiũ reuocamus, vtrùm debita propria in posterum soluenda, pecunia anticipata licite minoris redimi possint. ¶ Sed quia in. 2. p. nost. Instruct. c. 57. pag. 446. id dubij iam discussimus, hîc concludimus tãdem, nisi ratione lucri cessantis, aut dãni emergẽtis, quod sic anticipatè soluens pateretur, nõ liceret alia propria debita minoris redimi. Quę conclusio per eas rationes, quas ad probandum, qꝑ debita futura certa minoris non possent emi attulimus manet comprobata. Neq; ratione periculi, sicut in præcedẽti casu licebat hic licere minoris emi cõceditur: quia ipse suum debitũ redimens illud suo creditori securũ facere tenebatur. Hæc est D. Thom. opuscul. 67. respons. ad lector. Florent. est D. Antonini. par. 2. tit. 1. c. 8. §. 1. est Caiet. in sum. verbo. vsur. section. 3. in casu. 3. est quoq; Soti. de Iust. lib. 6. q. 4. art. 1. in fol. ad. 3. est Silvest. vsur. 2. q. 14. §. 3. At verò puto Garciã lib. 1. de cõtract. c. 19. pag. 545. Nauarrũ in sum. c. 17. n. 230. huius esse sententiæ falsè affirmasse: cum potius in contrariam videatur inclinare, cum astruit propria debita

Conclu.

minoris redimere propter anticipatã tantũ solutionẽ non licere, bene tamen propter alios pręcedentes respectus, quos esse dixerat, scilicet, quia tale ius erat per aliquod tempus sterile, & rei absentis. Vnde conijcitur, quàm malè coeat cõcordia, quam inter doctores in hac parte Nauarrus introducere nititur, cũ in hoc disideant, sicut Armilla à se disidet, quæ cũ verb. vsur. nu. 15. nobiscum tenuisset, postea nu. 33. nostram veram sententiã retractauit, & friuolis persuasos rationibus secutus est Ioannem Ripã, sed tu bone lector, consule locum citatum nostri instructorij, vbi de hoc latiùs differitur.

Pręterea Garcia lib. 1. de contract. c. 19. & id dubij pressius examinandi nobis causam submiistrauit dũ asserit, q̃ licèt debitum ortũ ex contractu, cuius pretiũ consistit in puncto indiuisibili, minoris redimi anticipate non possit, tamen benè sic est redimibile debitum redundans ex contractu, cuius pretium diuisibile est, quia in rigidum medium, & infimum (cum hæc omnia pretia in eo inueniantur) diuidi solet, dũmodo redemptionis talis pretium minus, hoc infimum pretium attingat. Huius autẽ suę assertionis rationem, assignat, quia redẽptio prędicta proprij debiti succedit loco solutionis ipsius, solutio vero pars est cõtractus illius, ex quo traxit originẽ: ergo si tẽpore emptionis (inquit) licuit emere minoris, ideſt. 90. aureis, hoc est, pretio infimo id, cui' tunc. 100. aurei erant pretiũ rigidum: sic in redẽptione talis debiti, minoris. i. infimo illud redimere licebit. Sed certe argumentum contra ipsum est, & ad hominẽ, quia sui quasi oblitus Garcia lib. 1. c. 13. cũ pag. 648. concessisset, q̃ si cõsummata iam vẽditione pro pretio infimo cogitãs venditor se vẽdidisse de præsenti, rogaretur ab emptore, vt sibi solutio ad certũ tempus prorogaretur, non posset tũc venditor hac de causa rigidũ expetere pretiũ, quia ista concessa dilatio pars nõ fuit vẽditionis anteceden tis, sed pactũ distinctũ, quod reducitur ad mutuũ. Pari ratione concedere nõ debuit Garcia, q̃ debitum propriũ minoris, ideſt, pretio infimo, rẽdimere liceat, quando res fuit primo vẽdita pretio rigido, quia ista redemptio debiti pro infimo pretio non fuit pars præcedentis contractus, vnde contractũ est debitũ: sed est pactũ post longe subsequẽs, quod planè reducitur ad virtuale mutuum: vbi quia virtualiter mutuatur pretium debiti postea soluẽdi, pro eo creditori minus soluitur.

Arg. ad hominem.

Quæst.

Porrò, quia fictitias merces materiam legitimã emptionis aut venditionis esse nõ posse diximus, quia diffinitioni venditionis, quæ distractio realis est, repugnat, ambigere hîc forte quis posset vtrũ bona fide emens boues, quos putabat alter habere, neq; tamen habebat, ad quid teneatur? Quæstio est, cuius Nauarrus meminit in sum. Lat. c. 17. n. 229. Igitur, dicimus primò cum illo illum à peccato nõ excusari, qui scienter cũ emerit prædia, vel pecora ab eo, quem credit eis carere, statim pro certo pretio eidẽ venditori locat, eumq; obnoxium fieri ad restitutionem illius pẽsionis, quã ex re fictitia empta collegit, quia in huius rei gratiã argumentum desumitur ex. l. 1. ff. de condi. sine causa. Secundò asserimus, q̃ qui bona fide emit, quia probabiliter credidit illa venditori suppetere, tenetur quidem restituere nõ pensionem ex his insumptã bona fide, sed id dun taxat, in quo inde factus est locupletior, imò neq; ad id, in quo factus est ditior tenetur, si quando ea emit paratus erat emere prædia pecoraq; realia, & quia deceptus est ab eo, qui fictitia vendendo obtulit, ideò alia vera ab alio emere prætermisit, quoniam tunc in recõpensationem sui interesse ea sibi poterit vendicare. Ita Silues. vsur. 2. q. 6. & Maior in 4. dist. 15. q. 46. ¶ Hinc planè colligitur, verã quoq; esse & illã assertionem F. Antonij Corduben. vbi q. 105. de casibus consc. diffinit, quandam fœminam, quæ parans emere censum decepta est à dicente illam pecuniam, quam ei tradidit se accipere sub censu, cum vere de tali cẽsu scriptura edita nõ fuerit, fidemq; simpliciter fraudum ignara, dicenti sic secure posse contrahi præstitit, potuisse pensiones cẽsus interim bona fide perceptas pro suo interesse lucri cessantis sibi retinere.

Dictum. 1.

2.

Corol.

Prætereà, quia diffinitionem venditionis explicantes de materia, & obiecto venditionis iã disputationem iniuimus, scilicet vtrùm res fictitia, vel aliena, vel litigiosa & cæter. sit materia talis, iam quoq; de persona libera, an materia legitima vẽditionis possit esse, venit inquirendum, & vt in particulari de rebus agatur, quæritur vtrum liber homo, suiq̃ iuris venalitati exponi possit. Neque ab re de hoc controuertitur, quia. l. & liber homo. &. l. liberi homines. ff. de contrahenda emptione id videtur vetari. Contrarium verò videtur admittere vsus se vendentium, aut ludentium ad triremes. ¶ Igitur, licèt Siluester verbo. emptio. quæst. 4. §. 6. & Nauarrus in sum. cap. 23. num. 95. hanc breuiter pertractauerint quæstionem, nos tamen pro eius explicatione has subijcimus conclusiones, quarum prima sit. Inest ius patri per leges ciuiles sibi concessum diuẽdendi filium, tum ad suæ summæ indigentiæ famis subueniendum, tum etiam

Quæst.

Conclu. 1.

(vt

(vt aliquibus placet) ad propriam redimendam vitam in casu, quo iniustè ea veniret priuandus. Hæc conclusio patet primo. l. 2. C. de pat. qui fil. distrax, & hac quoque ratione fulcitur, scilicet, quia filius, autore Aristotel. est aliquid patris, cui debet nutritionem, & vitam: debet ergo filius subire huius seruitutis dispendium, si pro conseruanda vita patris venundetur à patre. Vsus autem hic pro tali necessitate venales filios exponendi fuit tantum receptus apud barbaros, & Mauros, & nusquã viguit inter Christicolas. Lex autem prælegata huius seruitutis ob famem à patribus vẽditorum, temperauit rigorem, dum huiusmodi emptis per se, vel per alium se redimere reddito pretio, quo constiterunt, vel saltem, eo quo valerent tempore redemptionis, si veri serui essent, indulsit, etiam inuito possessore taliter, quòd sic redempti non liberti manent, sed liberi. Ex quo consequitur, sic aduertente Nauarro, quòd primus emptor secundum emptorem admonitum esse debet curare de modo, quo ille fuit anteà emptus, quia sic ob necessitatem filius venditus à patre minoris valet, ob priuilegium se (inuito possessore) redimendi, quemadmodum minoris valet possessio empta cum pacto de retro vendendo.

Conclu. 2. Secunda conclusio. Homines alioquin liberi nullatenus ceu mancipia emi, aut vẽdi possunt, patet. l. liber homo. & l. liberi homines. ff. de cont. emp. Sed iam hic instat dubium, an huiusmodi liberi homines renunciando huic iuri se per venditionem spontaneam in seruitutem redigere possint? At lex. 1. in prœmio. titu. 21. partita. 4. huic dubitationi facit satis, dum declarat hominẽ liberum iam adeptum plusquam. 25. annos per emptionem fieri seruum, si in sui venditionem consenserit receperitq; partem pretij: dumq; eum emens certus fiat, q̃ ex tunc in posterum suum mancipium erit. Hæc verò lex vsu recepta videtur in casu, quo pro remigãdo in triremibus se vendunt, quod genus quoddam est seruitutis.

Quæst. triplicis. Insuper iam hic triplex denuo oritur quæstio propter eos, qui malè captos, per barbaros destinatos iam in eorum cibum, quos ideò impinguant à barbaris mercantur, an, scilicet, hęc illis negotiatio sit licita. Secundò an hi per talem emptionem, eo q̃ causa redimẽdæ vitæ tali emptioni rogantes consentiunt, se ementium vera mancipia fiant. Tertiò an si isti (si eis cõcedimus priuilegium se redimẽdi) sic se redimant in sui redemptione seruitia & obsequia emptoribus suis exhibita cõputanda sint in pretio persoluendo pro sua redemptione.

Suo igitur ordine ad singula respondentes, dicimus ad primum, in hoc omnes doctores cõuenire, quòd eripere tales à morte opus sit charitatis, ad quod potentes tenentur, iuxta illud Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Sed an accommodando, vel mutuando illis pretium, vnde se redimant, vel gratis, vel per emptionem eorum in seruos ementium eruendi sint à morte, ideſt, de quo hic quæritur. ¶ Quia primò cũ isti sint in extrema vitæ necessitate constituti, & in extrema necessitate omnia sint communia, videtur, q̃ gratis eorum vitæ sit succurrendũ. *Argum. 1.* Item, quia si huius rei gratia eos in mãcipia emere liceret, liceret Christianos casu fortuito sic constitutos in hoc periculo inter barbaros, à barbaris emere in mancipia, quia vita pretiosior est libertate. l. quod attinet. ff. de regul. iur. *Arg. 2.* In contrarium est argumentũ Garciæ lib. 1. de contract. c. 17. fol. 487. scilicet, q̃ homine libero constituto in extrema necessitate famis, non licet ei subuenire, eũ pretio in seruũ comparãdo, cum sat sit ad subueniendũ ei seruitia & operas eius pretio ei præstito comparare, ergo neq; licebit istorum inter barbaros destinatorum ad mortem vitæ consulere, eos emendo in mancipia. *In contr.* Iam verò quæstionis difficultate inspecta, inter duas opiniones, quæ circa hoc versantur, alteram Nauarri loco citato, tenẽtis posse sic destinatos ad mortẽ causa redimẽdi eorũ vitã à barbaris licitè in seruos emi, sicut contingit Brasilię emi à Lusitanis illuc applicantibus, & inter alteram Garciæ loco citato, qui in oppositam magis videtur inclinare, propter in argumento in contra eius supra allegatam rationẽ, sic nos duximus respõdendũ. Nã primò hoc cõstituimus verũ, scilicet, q̃ tales negociatores, neq; cum multũ graui iactura bonorũ pertinẽtium ad suũ statũ, neq; gratis sic destinatos ad mortem redimẽdi obligatione tenentur. *Dup. opi.* Non enim pro necessitate extrinseca redimendi vitã proximi, qualis ista est, quippe quæ oritur nõ ab intrinseco, neq; de per se, sed ex malitia tyrãnica, autore F. Petro de Sotomaiore in suis scriptis super. 2. 2. tenetur aliquis prædictã iacturã subire. Etenim necessitates intrinsecæ modicæ sunt, cũ natura paucis cõtẽta sit, aliæ aũt sunt magnę, neq; habent finẽ, etenim sic tyrannus posset petere regnum, ne occideret aliquem. Quòd autẽ neq; gratis in hoc casu eis subuenire teneãtur, hinc patet: quia hi sic destinati ad mortẽ in potẽtia propinqua sunt, sicut etiã operarij pauperes per suos labores, & operas ad subsidij sibi præstiti compensationẽ in futurũ faciendã, non igitur gratis à tali miseria *Resp.*

tyrannica necessariò sunt subleuandi. His autem præmissis statuitur hæc conclusio, licet sententia Garciæ loco citato consona pietati, & æquitati videatur, ꝙ huiusmodi Æthiopes iam destinati ad mortẽ pro sua liberatione in seruitutẽ verã à liberatoribus suis redigendi non sint: tamen quia opposita opinio Nauarri conformis magis esse iuri ciuili apparet, ideò probabilis est cẽsenda. Huius conclusionis prima pars hinc suadetur, quia æquius ageretur cum mercenario extremè egenti, siquis eius operas & labores quos posset præstare, conducendo pretio, subueniret, quàm si tali pretio, & subuentionis gratia eum vellet in mancipiũ sibi addicere: ergo sic in præsenti conclusionis casu pariter est cẽsendũ id esse æquius. *Conclu.*

Secunda autem conclusionis pars rationibus Nauarri satis firmatur, quia vita pretiosior est libertate. l. quod attinet. de reg. iuris. Tũ etiã, quia pater tempore famis extremæ filium venundare potest. l. 2. C. de pat. qui fil. distrax. Tũ, quia sic eos emere est eos eripere à morte, Adde etiã quod emptio ista temperatur argumẽto desumpto ex æquiparatis ex glos. quis seruo. C. de fur. ex eo, ꝙ sicut filij venditi à patre ob necessitatem prædictam famis inuito possessore redimere se possunt, reddito pretio, quo constiterunt, vel saltem eo, quo valerent tempore redemptionis, eo ꝙ redempti fiunt liberi non liberti. iuxta prædictam. l. 2. sic & hi se redimere possunt. *Secunda pars conc. probat.*

¶Argumẽta autẽ in cõtra, hinc manẽt soluta. Ad primũ etenim negamus in extrema necessitate vitæ cuius causa est sæuitia tyranni omnia taliter esse cõmunia, quod tunc tali necessitati extrinsecæ succurrendũ sit gratis, imò neq; cũ magno valde succurrẽtis incõmodo. *Ad. 1. arg.*

Neq; obstat, ꝙ Christiani hac ratione in seruitutem possent deuenire, si in tali statu fortuito cõstituti, & destinati iã ad mortem inter barbaros redimerẽtur de eorũ manibus (vt Garcia arguit, quia satis sufficienter id argumentum soluitur in gratiã Nauarri, dũ dicitur solũ prohiberi per legem Christianos in bello fieri mancipia eos capientium. Non autẽ vetat fieri mãcipia eos sic volũtarios & rogãtes, redimentiũ, sicut etiã permittente id lege, & se vẽdere sponte in seruos pro pretio accepto possunt. Quare Garcia tandẽ inficiari nõ potuit sententiã Nauarri nõ esse dissonã rationi, nã Genesis c. 4. cũ nihil eis vltra suppeteret pretij pro tritico emendo, suã libertatem pro hoc in pretiũ exponentes se in captiuos Pharaonis obtulere Ægyptij, Exodi quoq; c. 21. & Deuter. c. 15. indulgetur pauperie grauato, vt pro subuenié do sibi se venalé exponere posset, licet nõ ceu mãcipiũ, quia cũ facultate se redimẽdi emebãt. *Ad. 2. arg.*

Deniq; ex supradictis hoc dubium videtur pullulare, scilicet si huiusmodi, qui cũ essent liberi, gratia redimẽdi eorum vitã, à barbaris, per negotiatores Lusitanos empti sunt Brasiliæ, se redimant, an in eorũ redẽptionis pretio, tempore redẽptionis, valoris quoq; suorũ seruitiorũ, quibus suis emptoribus seruierunt cõputandi sint. Ratio verò dubitandi hinc insurgit, quia Leuit. c. 25. sancitũ legimus, ꝙ si cvẽditus cũ ante annum iubilei redimendus veniret, à pretio, quo fuit emptus, seruitia ea, quibus interim deseruierat suo emptori, deducerentur, & in pretio redemptionis computarentur, solum soluendo reliquum. *Quæst.* *Argu.*

Veruntamen, quia opinionem Nauarri tanquã iuri consonã probabilẽ esse diffiniuimus, quod consequitur ad eã planè dicendum venit, scilicet ꝙ tales emptores in huiusmodi redemptione, ea seruitia cõputare in redemptionis pretio non tenentur, sed vltra hæc accepta seruitia possunt redẽptionis pretium integrũ expetere: nam & hoc Nauarrus significare videtur loquens de his emptoribus, quos arbitror (inquit) iustè posse capere etiã interesse iustum pretij pro eis dati. arg. l. 1. cum ei annot. C. de sent. quæ pro eo quod int. Accedit ad hoc, ꝙ & ratio hoc persuadet. Primò, quia vt mãcipia emuntur, mancipiũ autẽ dum seruituti subest, quidquid adquirit est dñi sui. Adde secundò ꝙ cõtractus hic fuit vt emptio cũ pacto de retrouẽdendo, in emptione autẽ tali res empta dũ non redimitur, fructificat primo emptori: ergo dicta seruitia veluti fructus rei à se emptæ debent cedere prædictis emptoribus. *Sent. Nau.* *Obiectio Garciæ.*

¶Nam quod Garcia in contra pro se allegat non vincit, scilicet, quòd tales destinati ad mortem, dum liberationis causa emuntur, non propriè personæ eorũ emũtur, sed ꝙ quasi operas suas locent, cõducuntur pro illo pretio sub vẽditionis ad seruitia posteà per ipsos exhibenda. Quia profectò illa seruitia vltro oblata, neq; tanti momẽti sunt (vt fatetur Garcia) neq; tantopere hi negociatores Lusitani eis indigẽt, neq; illis per se tã vtilia sunt, vt sufficientia sint, ad resartiẽdum tum pretiũ quod pro eis barbari obtulerũt, tũ interesse lucri cessantis quod illis cessat, cum negociatores sint, qui pecuniam suã in alias sibi fructiferas merces insumendam deferebant. Atq; ideò, vt indemnes se seruent, non cõtractum locationis operarũ destinatorum ad mortẽ volunt inire, quia inutile, ideſt sibi, aut quia illis certevergit in damnũ, ideò merito malunt eorũ personas in seruos emere, quô iterũ eos vendere statim possint ad suum recuperandum integrum pretium

tium, & interesse damni emergentis, & lucri quod postquam ad eorum rogantium instantiam faciunt, possunt talibus liberandis declarare. & de his satis.

CAP. V. *De titulis, quibus aliqui in seruitutem licite possunt venire, & an emptores Æthiopũ causa negotiationis illos emẽtes, vel qui ill os aductos in Hispaniam causa seruitij emunt, peccẽt cum aliqua obligatione restitutionis: & an examẽ, vel aliquod remediũ possit iustificare has negotiationes & emptiones: & an facto examine & manẽte dubio in omni casu restituendi sint suæ libertati. Pulchra & necessaria disputatio, vbi multa tractantur iuridica: & an à mancipijs possit aliquid emi, & de alijs.*

IAm neq; dissimulanda venit illa quæstio, in qua malo sententiã aliorum doctorum auscultare, quã meã proferre, adeò est res plena periculis, scilicet an emptores Æthiopum, sic eos in seruos emendo peccent, aut aliqua obligatione restituendi ob id teneãtur? At verò hic in primis fundamentum hoc, ceu basis quæstionis præiaciendũ videtur, scilicet hæc solent cõmemorari genera quatuor seruitutis licitæ. Primus namq; seruitutis licitæ est titulus, quando aliqui alioquin liberi, cum ætatẽ 20. annorũ iuxta instit. de iure person. aut iuxta. l. 1. in proœmio titu. 21. partita. 4. ætatem. 25. annorum excesserint, vendũt se causa participandi pretiũ, & prout Exod. 21. & Leuitic. 25. habetur. Secundus verò titulus est, quãdo parẽtes egestate cõpulsi ex antiquo iure filios suos venundare permittebãtur, vt Leuitic. 25. memoriæ proditum est, &. l. 2. tit. de patr. qui filios suos distrax. & instit. de patria potest. in glossa refertur. Leges autẽ hæ licet inter Christianos nõ sint in vsu, aiunt tamẽ apud Æthiopes eundem adhuc vigere morem. Tertius autem titulus seruitutis est bello captorũ, cum bellum est iustum ex parte capiẽtium. l. libertas. ff. de stat. ho. Quartus deniq; est, quãdo in pœnam alicuius atrocis criminis per leges, & statuta iusta, à suis principibus pœna seruitutis mulctantur, vt tradit Garcia lib. 1. cap. 17. de contrac. fol. 491. Huius quæstionis meminit Sotus. de Iust. lib. 4. q. 2. art. 1. Nauarr. in sum. c. 23. nu. 96. & Mercatus, de tractibus, & contract. c. 15. fol. 64. Garcia loco allegato.

Quæst. *Titul. 1.* *2.* *3.* *4.*

Conclu. 1. Igitur illucidandæ quæstionis gratia statuitur prima conclusio, scilicet quòd Æthiopes aliquo legitimo titulo ex his quatuor in seruitutem redacti licitè emuntur in seruos. Patet quia per eos oẽs licite in seruitutẽ redigũtur.

Conclu. 2. Sit verò secũda cõclusio præsupposita, quæ iã passim increbuit fama, & fraude, vel dolo, vel miris iniquisq; modis, quos refert Mercatus citato iã loco, calamitosa hęc gens Æthiopum, & incolarum de Cabo verde seducitur, nẽpe, quibusdam iocalibus vt pueruli, viq; detrudũtur in naues, vel iniquè eorũ vsurpatur libertas per suos barbaros infideles principes, vel per alios negociatores, qui sic eos coẽmentes ex suis regionibus venales adducunt, & peccant mortaliter, & in malo statu, scilicet dãnationis in hoc perstistendo manent. Hæc est Soti, & Nauarri, & Mercati, & Garciæ vbi suprà. Et patet: quia cũ fama hæc publica ex fide dignorũ relatione orta, de his frequẽtissimis violẽtijs, vel fraudibus, in horũ negotiatorũ insonuerit auribus, vel aliter hoc eis innotuerit, iã in mala fide eos emẽdo sunt, quia fama publica de aliquo actu iniusto sufficit ad illũ vitandũ, cuius argumentũ sumitur ex glos. singul. in. l. Titio fundus. ff. de cõd. & dem. & teste Nauar. c. illud. de cler. excõm. sufficiẽter hoc probat, dũ per famã infamatũ de incursa excõmunicatione vitãdũ esse decernit, quod nunc verum habet post extrauag. ad vitanda, quãdo fama inclamaret iã esse nominatim denunciatum. Ratio quoq; ad hoc suffragatur, quia vnusquisq; ciuis in ciuitate abstinere debet ab emendo ab vllo ea, de quorũ injusta vsurpatione notatus est infamia. Hac enim de causa leges dãnant eos, qui à suspectis personis emunt, puta, à mancipijs. Nã. l. inciuilem. C. de furtis. in criminis suspicionẽ incidit, qui non cauet negotiãdo à latronibus emere. Nullus autem est his negotiatoribus excusationis prætextus, secundũ Sotum, si id sibi prętexere cogitauerint, & præclarè cum illis agitur, dum pro seruitute beneficiũ eis Christianismi repẽdimus: nam iniurios se esse in fidẽ sic se excusantes noscere debent: quæ summa libertate est docenda, ac persuadenda, tantum abest, vt excusationẽ eorũ Deus admittat. ¶ Intelligitur autẽ nostra hæc conclusio de his negotiatoribus, qui causa negotiandi, & reuendendi eos, hac fama publica illis innotescẽte, vel innotescere debente eos emerũt. Quia idem est hanc publicam famam scire, vel scire debuisse, quia paria sunt. De iniur. & dam. dat. &. l. qui fundus. §. seruus. ff. pro emptore.

Postquàm de peccato, hac stante publica fama, Æthiopes ementium dictum est, superest nũc, an aliquod sit mediũ, quo negotiatio hæc licite exerceri valeat perueſtigare. Ad hãc quæstionẽ respõdet Mercatus lococitato, hoc mediũ sibi occurrisse, scilicet, & factores regij illis regionibus præficerentur qui timoratissi

Quæst. *Sent. Mer.*

mæ

mæ conſcientiæ apud Deũ eſſent, qui exactiſſimè, omnibus poſsibilibus modis, rigida inquiſitione examinarent inquirendo vnde, & quomodo Æthiopes hi venirent, & generaliter hoc de omnibus his Æthiopibus venalibus, & ſigillatim de vnoquoq; id indagarent. Sed tandẽ id medium reſpuit tanquã difficile factu, & quia tã fideles, timoratos, diligenteſq; examinatores difficile eſt inuenire. Quare periculoſum reputat, & parũ docti hominis hoc ſuadere, quia prudẽtis animi eſt autore Ariſtotele, id nõ perſuadere, quòd nõ niſi valde difficiliter practicè exerceri poteſt. Vnde inſtãtibus quærere quomodo negotiatio hæc ſecura cõſcientia geri poſsit, reſpondendũ putat, iuxta reſponſum ſimile Alcibiadis, non eſſe hoc quærendum, quomodo ſecurè fiat hoc, ſed quomodo id negotij ſit omittẽdum, & aliud ſecurus aſſumendum.

Porro quia quãuis de peccato, quo iſti negotiatores deportatoreſq; Æthiopũ ad vendendum implicãtur, dũ hac reclamante fraudis, & violentiæ publica fama, hanc negotiationem exercent, dictũ eſt, & quia de peccato hoc aliqui eorum non tantũ curant quantum de reſtitutione, ne ſcilicet poſt factum hoc damnabile ad reſtitutionem etiam in cõſciencia cogantur, ſupereſt & id dubij nunc explicare, hæc negotiatio aliquam an reſtitutionis obligationem inducat.

Conclu. Huius rei gratia ſtatuitur hæc concluſio. Tenentur negotiatores hîc vigilãtiſsimam curam adhibere in examinando, an iure, vel iniuria hi, quos perſtante tali mala fama emerũt, ſerui facti fuerũt, compertoq; ꝙ per iniuriam, vel fraudem in ſeruitutem venerint, tenẽtur etiam cum pretij pro eis dati diſpendio eos in ſuam reſtituere libertatẽ. Hæc eſt Soti, & Nauarri, & Garciæ locis citatis, & patet ex ratione Soti. Nam ſi qui srẽ alienã poſsidet, etiã ſi mercatu, vel alio iuſto titulo eam acquiſierit, cum primum alienam eſſe reſciuerit, tenetur cum pretij etiam iactura dño reddere: quanto magis liberum natum hominem per iniuriam manu captum aſtringitur eius emptor in ſuã reſtituere libertatem?

Quæſt. At iam vrgentius nos hîc premit dubium, ad quod non tã in forma prædicti reſpondere doctores, ſcilicet an caſu, quo tale examen de iure, vel injuria, quo hi Æthiopes ſint primò ſerui facti, vt licitè poſſent exponi venales, fieri non poteſt, aut caſu quo, ſimili examine ſufficienti facto adhuc res in æquilibrio, & in dubio manet, poſtquàm ſunt empti ab huiuſmodi negotiatoribus, reſtituendi ſint ſuæ libertati. ¶Profecto quæſtio hæc non eſt adeò peruia, quin ſuas rationes videatur pro vtraq; parte præ ſe ferre. Nam pro vna parte inſtat, ꝙ poſſeſſor mala fide adeptus poſſeſsionẽ (quales ſunt iſti negotiatores) nullo tempore præſcribit, neq; titulum ſic acquirit. Tenẽtur ergo eos Æthiopes ſic emptos ſuæ reſtituere libertati. At pro parte alia facit, ꝙ in dubio melior eſt poſsidentis conditio, ergo cũ per emptionem iam eos poſsideant, in dubio non ſunt ſpoliandi iure eos in ſeruos poſsidendi. ¶Igitur ad quæſtionem ſic duximus reſpondendum. *Conclu.* ¶Sit igitur reſponſiua concluſio. Huiuſmodi negotiatores cum perſtante prædicta fama publica, alijſq; probabilibus indicijs probantibus pro maiori, aut certè pro dimidia parte Æthiopes ſibi vẽditos injuſtè fuiſſe in ſeruitutẽ redactos, credere probabiliter debeant eſſe liberos, aut certè probabiliter de hoc dubitare: dubio hoc permanente, neque amoto, quia nulla ſubeſt ratio, illud deponendi, tenentur eos relinquere liberos. Hæc concluſio videtur eſſe Nauarri, & Mercati, & eam neruoſe probat Epiſcopus Chiapienſis in tractatu, quem de libertate Indorũ edidit. Primò *Probat.* ſic patet ex axiomate D. Auguſtini lib. de pœnitentia, vbi ait, Tene certũ, & dimitte incertum. Quia hoc eſt minus inconueniens, ꝙ iſti negotiatores in hoc caſu pro Æthiopibus datum à ſe amittãt pretiũ, quàm ꝙ in dubio iſti ſuã amittãt libertatẽ. Secũdò, quia vt cauetur 2. ff. de reg. iu. non debet alteri per alterũ iniqua cõditio afferri, ergo neq; Æthiopes in dubio ſic empti nõ debẽt retineri in ſeruos. Tertiò pa 3. tet ex. l. abſentẽ. ff. de pœnis. vbi decernitur, ꝙ ſatius eſt impunitũ relinqui facinus nocentis, quã innocẽtes dãnari. Ex qua lege colligitur, ꝙ ſi hîc. 10. adſint homines, quorũ. 9. tantum. re vera occiderunt hominẽ, ſi omnes. 10. de tali homicidio accuſentur, neq; conſtare poſsit qualis eorũ ſit ille innocens, omnes. 10. tunc à pœna abſoluendi veniunt, ne ſi omnes. 10. pœna mortis plectantur, innocentem contingat tali pœna mortis mulctari ſine culpa. Cùm ergo libertas poſt vitã inextimata res ſit, fit vt in dubio Æthiopes innocentes pro nocentibus non ſint ea priuandi. Quia, vt ſancitur l. quoties dubia. ff. de regul. iuris. quando de libertate alicuius emergit dubium, ſi de illa in iudicio agitur, in fauorem libertatis, in dubio ſententia eſt pronuncianda. Hoc autem & confirmat caput. duobus. de ſent. & reiudic. vbi habetur. Quòd ſi duo ordinarij pronunciant cõtraria, tenet ſentẽtia pro reo, niſi in cauſa fauorabili, ſcilicet matrimonij, libertatis,

bertatis, doris, testamenti, & similibus. Accedit & in huius gratiã, quod de probat. ca. ex literis. Lucius. III. decernit, scilicet q̃ in cõmuni iudicio si probãt actor, & reus, reus absoluitur, niti fauorabilẽ causam foueat actor, scilicet pro libertate quia tunc pariter pro se probantibus, causa libertatis obtinebit pro libertate sententiam. Si igitur in dubio probabili libertatis, vtrimq; stat q̃ probatio q̃ tales Æthiopes sint liberi, vel quod serui sint, in gratiam libertatis in vtroq; foro, & exteriori, & conscientiæ liberi pronuntiandi sunt. Tenẽtur ergo negotiatores, postquã promptiora sunt iura in dubio præsertim libertatis ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vt patet ex dicto cap. de probat, scilicet ex literis, illos liberos, & illos, indemnesq; in sua libertate seruitijs suis etiam persolutis sinere quocunq; velint abire.

Quæst. Cæterum quia Mercatus loco supra citato, cum hanc supra positam cõclusionem tenuerit, quam Salmanticæ cum electis doctoribus contulisse se ait iam descendens ad particulares, qui Hispali illuc aductos hos Æthiopes pro suis ministerijs emunt non in copia iunctim, sed sigillatim vnũ, aut duos eorũ emẽntes, trepidat, subterfugereq; videtur suã dicere sententiam super dubio, an hi quoq; eos ſtãte hac mala fama emẽdo, eos in libertatẽ restituere teneãtur, indeciſam q; quæstionẽ relinquẽs tantũ ait se huiusmodi emptionẽ neq; approbare, sed neq; probare: sed dũtaxat in gratiãhui' dubij illud axioma Plutarchi magni Traiani magistri proferre, scilicet q̃ ex venenato fonte non solẽt, nisi venenatæ aquæ riuuli dimanare, & hanc quæstionẽ nos hic adijcimus (quæ *Conclu. 1.* valde perplexa est) enodare. Hanc autẽ quæstionem Garcia lib. 1. de contractibus cap. 17. fol. 489. per has duas cõclusiones videtur sibi sufficienter diffinisse. Quarum prima est. Qui pro seruo venalis exponitur, & tamen probabiliter creditur esse liber, vel de eo, an sit liber probabiliter dubitatur, neq; emi, neq; vendi potest absq; peccato, neq; absq; obligatione restituendi cum in suam libertatem, cũ *Conclu. 2.* constiterit esse liberũ. Secunda vero eius conclusio est, quæ ordine ad ipso seruato est quarta, scilicet qui mãcipium sibi est mercatus credens, vel probabiliter dubitans illud esse liberum. Non potest tali durãte opinione probabili, huiusmodi emptũ ceu mancipium sibi retinere aut sic vt tale pertractare. Potest tamẽ eius vt famuli ministerio vti cum satisfaciendi animo pro tali famulatu, cum facta diligentia, quàm id examinando tenetur facere, constiterit esse liberum. Hasq; duas conclusiones pro Æthiopibus istis se statuisse ait, de quibus in generali potest, & debet probabilis haberi opinio, plures eorũ non iure esse captiuos, sed liberos quia fama communis insonuit fraudibus, vel tyrãnica violẽtia trahi in seruitutem.

Quæst. Quæritur ergo iam an consentanea sit iuri, & rationi hæc his duabus conclusionibus posita à Garcia huius quæstionis resolutio, & an sit vniuersaliter reijcienda, vel in aliquo casu admittẽda. Igitur huius quæstionis extricandæ gratia libuit per has procedere conclusiones. Prima conclusio. Quia fama cõmunis si- *Conclu. 1.* mul cum alijs adminiculis indicijsq; adiunctis in hoc casu non tãtum dubiũ, sed & probabilem gignit, vel gignere debet opinionẽ plures istorum Æthiopum de iure nõ esse captiuos; sed liberos, qui hoc credens, vel credere debẽs eos in seruos emit, eos statim dum facta diligentia, de eorũ seruitute legitima non cõstat, manumittere, & liberare tenetur. Patet conclusio. Nã hanc probant argumẽta supra allata contra huius negotiationis negotiatores. Deinde patet. Quia scientia qua postea sciretur eos esse liberos, non sineret eos licitè sic emptos retineri, ergo neq; talis probabilis cõmunis opinio id sinit. Hæc conclusio in parte est contra Garciam asserentem in hoc casu, sicut & in casu dubij interim cum prædicto animo restituendi, dum constiterit eorum libertas, posse eorũ sic malæ fidei emptores eorũ famulatu vti.

Sed quid si nõ probabilis de horũ libertate emptoribus subsit opinio: sed tantũ probabiliter dubitantes de hoc, vel dubitare debentes eos pro suo seruitio emerunt. Pro hoc statuitur secunda conclusio. Etiam tantũ probabili- *Conclu. 2.* ter dubitantes, aut dubitare debẽtes de libertate eorũ quos emũt, si eos sic emerint, si post adhibitã diligentiam ad indagandã veritatem, dubij adhuc manserint, eos liberos abire permittere tenẽtur, neq; (pro vt eis concedebat Garcia) possunt interim dum non cõstat de libertate, eos ceu famulos retinere eorũq; operibus cũ prædicta animi præparatione vti. Hæc cõclusio videtur esse Nauarri vbi indistincte asseuerat loco citato tales emptores obligari ad restituẽdos illos suæ antiquæ libertati. Et quã uis Nauarrus ibi loquatur de credentibus, sed idẽ dicendũ est de dubitãtibus. Nã & hoc sufficienter probãt plura iura supra citata quę clamãt in dubio fauẽdũ esse libertati, & q̃ pro ea sententia sit in dubio pronũcianda absolute, quidquid sit de possessione aliarum rerũ cum dubio, & non sana fide acquisita quia libertas magis quã alia inferiora bona singulari fruitur priui-

priuilegio. Vnde perperā Garcia ibi ad probandum contra hanc noſtram concluſionem exēplum illius trahit, qui probabiliter credēs, aut dubitans rem aliquam eſſe alienam eam emit, quē ait interim eam poſſe retinere non vt propriam, ſed vt ſibi locatam cum obligatione ſoluendi pretium pro vſu quo vſus eſt ea, cū conſtiterit poſtea eſſe alienā. Non eſt inquam par ratio de vtroque caſu, quia præponderat hîc valde fauor, & priuilegium libertatis.

Non obſtat ratio Garciæ.

Queſt. Subinde iam ad acceſſoriam ſupra prætactam quæſtionem, ſcilicet an in aliquo caſu Garciæ ſententia admitti poſsit reſtat dicendum. Dicitur ergo, quòd in caſu, quo hac publica fama perſtante, ac ſibi conſtante, aliquis ſubinde pro ſuo vſu mala fide emerit Æthiopem aliquē, ſi poſtea ex teſtimonio illius, vel conſociorum eius hoc narrantium intellexit illum in ſeruitutem veniſſe eo, quòd in bello aggreſsiuo ex parte ſua, de quo non poteſt conſtare an fuerit iuſtum, captus fuit ab hoſtibus, & venditus: vel ex eo q̄ à principe ſuo in ſeruitutem damnatus fuit ob crimen aliquod, de quo innoteſcere non poteſt an tam graue fuerit, quòd tanta ſeruitutis pœna fuerit dignum: vel quod venundatus fuerit à patre ob neceſsitatem, de qua neq; liquere poteſt fuiſſe tantam, quæ ſufficiens foret ad faciendum ius patri ſuum ob id diuendendi filium, tunc forte ſententia Garciæ verum habere, poteſt ſcilicet q̄ dū de libertate eius plenè non fuerit facta fides poſsit eum retinere vt famulum cū præparatione animi reſtituendi ſuas illi operas, & libertatem, ſi plenè conſtiterit in aliquo tempore de eius libertate. Facit namq; pro hac ſententia, ſcilicet quòd iā in his caſibus aliquid probabilitatis de eius ſeruitute habetur, conſtat enim aliqualiter de titulo ſeruitutis hîc, licet an fuerit de facto omnino legitimus, & ſufficiens conſtare non poſsit. Sed neq; de hoc ſum certus, quare neq; in his caſibus hanc ſentētiam Garcię approbare auſim, quia cum barbari hi parū diſtantes ab immanitate ferarum, omnia iura naturalia, diuina, & humana peruertant, adhuc res in dubio manet in his quoq; caſibus an liberi ſint, vel non, quare iuxta iura, pro eorum libertate & liberatione omnimoda videtur ferendū eſſe iudicium ſaluo aliorum me potentium docere, arbitrio.

Queſt. Quoniā de mala fide emētibus hos Æthiopes, qui admoniti à fama publica, vel à communi opinione doctorū de periculo, nihilominus eos emerunt, abunde dictum eſt: iā de bona fide eos ementibus, reliquū eſt vt dicamus. Pro his igitur ſtatuitur hæc concluſio ad pacandas eorū conſcientias, qui bona fide pro ſuis vſibus eos ſibi pretio compararunt, ſcilicet licet in generali, & in cōmuni talis præualuerit fama de Æthiopibus iſtis ex regione Guinea nuncupata adductis, quòd iure ſeruituti addicti nō ſint, nihilominus tamē, ſi quis id ignorās. Quia de hoc particulari Æthiope, vel illo nulla talis in particulari reſonat fama: bona fide credens de iure, & bono titulo talē in ſeruitutem veniſſe, nihil ſuſpicans de contrario eū emerit, is ſanè (etiā ſi poſt adhibitam examinis diligentiam: res in ancipiti maneat) poterit eum ſibi in mancipium retinere, operaſque eius ſibi vendicare, eumq; diuendere, & alienare. Hæc apparet eſſe Garciæ loco citato, apparetq; eſſe iuridica. Quia in dubio melior eſt conditio bona fide poſsidentis, & pro ea facit Sotus, qui in. 4. ſent. 2. tomo. diſt. 37. q. vnica. art. 5. explicans caput. dñs. de ſecūdis nupt. aſſerit eum qui bona fide ingreſſus eſt matrimonium, de quo poſtea an validū ſit dubitat, peracta examinatione negotij quam tenetur facere adhuc ſi in dubio manet, poſſe licite non ſolum reddere, ſed & petere à coniuge debitum, quia bona fide matrimonij cōtractum iniuit. Ergo pari ratione poſtquā bona fide (vt ſupponimus) is contractū emptionis Æthiopis iniuit, ius obtinebit ſuper eū integrum, illum vt mancipium retinendi, & ab illo operas, & famulatum vt à tali exigendi.

Concluſ.

Pro cōplemento materiæ quatenus attinet ad materiā vēditionis, de qua nūc peragimus, & dubia alia circa ſeruos ſuperſunt expediēda. Primò an ſine obligatione reſtitutionis quis poſsit ab his ſeruis quæ offerunt venalia emere. Et quidē ſi iuxta Caſtellę leges, & in foro exteriori loquamur ſatis liquet à mancipio pro tali cognito, vel cōmuniter habito aliquid ementē ad id reddēdū, & inſuper in ſeptuplū dānari, vt in pragmatica Cōpluti lata habetur. At in foro cōſcientiæ loquēdo, nō abeſt à peccato à mancipio ea emere, quæ iure nō poſſe vendere creditur, vel de eo dubitatur. ¶ De reſtitutione verò facienda in hoc caſu, quando quęritur reſpōdem' primò, q̄ quādo poſtquā quis cōtraxerit cū ſeruo emendo, vel vendendo reſcierit iuſſu dñi talē ſeruū ſic cōtraxiſſe, vel etiam q̄ etſi iuſſu dñi non contraxerit, tamen negotiū ſic geſtum in rem, & vtilitatem domini fuiſſet verſum, vt ſi verbi gratia ſeruus ſumpſit pecuniā, vt ſe aleret, & veſtiret ſecundum conſuetudinem domini, vel frumentū, vel vinum oleū ve dñi, vendidit: quorum pretium iam conuertit in hos tantum ſibi neceſſarios

Queſt.

Dictum. 1.

sarios vsus, non est cur de aliqua restitutione debeat esse solicitus, vt elicitur ex. l. si hi qui. §. in rem. ff. de in rem. vers. & l. omnia. ff. quod cum. ¶ Secundò adijcimus, quòd quia ex mẽte Soti est de Iust. lib. 4. q. 2. art. 2. cui accedit frater Iosephus in suis floribus quòd mancipia bello iusto capta sicut possunt fugam arripere, ita quoque quidquid dono susceperint, vel hæreditario iure, vel licito ludo lucrata fuerint, possint in cõscientia sibi vendicare, & retinere (quod alijs mancipijs dominatis, aut à se sponte venditis non conceditur) ideo si mancipia hæc quæ per bellum iustum in seruitutem deuenere, aliquid sic acquisitum venale exposuerint, emptumq; fuerit à scientibus non est necessario dominis eorũ, vel alijs restituendũ. ¶ Præterea tertiò asserimus, q; si mala fide credens probabiliter, aut probabiliter credere debens, aut saltem hæsitans aliquid esse alienum, putà hæri, vel alterius, quod mãcipium offert venale emit, si post examen adhibitum de comperienda veritate adhuc tali dubio agitatur: tenetur rem simul cum fructibus restituere, si fructifera fuit, etiam post tẽpus præscriptionis, quia neque eam præscribere potuit. Quòd si certò constiterit esse alienam, solumque dubitatur dubio ind ssolubili an domini sit, aut alterius tertij (autore Soto) inter ipsos dispartienda est. Et hoc assertum est Metinæ in sua instruct. §. 30. fol. 163. quod puto esse securius: quãuis ab ipso variare ipsemet videatur in eadem instruct. §. 22. fol. 137. pag. 2. vbi quia in dubio melior est inquit cõditio possidentis talem tem posse reperiri insinuat. Et quamuis nõ me lateat Cordubam in additi. ad tract. de casibus cõsc. in simili casu dubij, & malæ fidei, non constando de certo domino, rem sic acquisitam posse retineri, aut certe consultius esse, atque securius eius dimidiam partem erogare pauperibus astruxisse, cuius assertionem magis accedere ad veritatẽ puto, quam illam supra dictã Garciæ, qui in simili casu retineri posse autumat, non vt res propria, sed vt res sibi interim locata cum præparatione animi reddendi eam Domino proprio cum constiterit esse eius, quas sententias non omnino reprobo: tamen concludo inter tam varias sententias æquius esse vicinitusque rationi, & veritati dicere permanente dubio, rem sic acquisitam non integrum restituendã esse, sed magis, vel minus, iuxta maius vel minus dubium pro ea fore restituendum ei cuius probabiliter res empta à mãcipio, vel à laborãte infamia empta dubitatur esse: licet tutius esset illam in integrum restituisse.

2.

3.

Iam tandem ex prædictis quasi palàm euadit, quid ad id dubij, scilicet, an mancipia hæc exparto à se lucro se licitè redimere possint, sit, dicendum. Nam si id quæratur de mancipijs bello iusto ex parte capientium captis, cũ iam ex sententia Soti hæc mancipia (nisi suam non fugiendi impignorauerint fidem) licitè posse fugere dixerimus, tũ etiam quæ dono, vel ludo iicito, vel iure hæreditario illis obuenerint licitè sibi acquirere: subsequenter dicendum videtur de his lucris licitè posse sese à sua seruitute redimere, sed hoc non asserimus omninò. Alijs autem etiam ex peculio à domino sibi gratis concesso, vel ex eo lucro quod iam debitis suis dominis operibus sufficienter persolutis, suum (vt aiunt) fraudando genium, laborando in festo, vel in ea parte noctis, vbi sibi erat iure ociandum, vel somno vacandum, peperere: licitum esse se redimere nemo (nisi Chriticus sit censor) est qui neget. Præterea vt iam in hac materia venditionis & emptionis seruorum: receptui canamus, libet postremo adnotare cum D. Thoma in addit. q. 52. art. 2. in solutione ad. 4. quòd cogendus est dominus ne seruum vendat taliter in extraneas regiones, quòd vxor sua non poterit eum sequi, vel taliter quòd faciat onera matrimonij graviora, præcipuè cum non desit facultas vbique seruum suum vendendi iusto prætio. Quam probabiliorem esse censet Sotus in. 4. contra alios. Cui accedit Nauarrus quando in prouintia venundari potest iusto pretio, cui etiam videtur suffragari. l. 2. tit. 5. partita. 4. contra frat. Iosephum in hoc casu rigidius loquentem, sed de his satis.

Quæst.

CAP. VI. An officia vendi possint à Rege, vel à dominis, vel à priuatis sine licentia regis: an talis venditio sit valida de casu contingenti qui ab autore interrogatus est Salmanticæ.

Quæst.

VM ea quæ materia vẽditionis esse possunt scrutari hic exorsi simus: pergentibus vltra de officijs, an venialia esse possint nobis illucidandũ venit: de hac etenim materia hi meminere doctores, Sibi quæ ter verbo Dominus. q. 4. §. 2. & q. 6. Caietanus quoque in Sum. venalitas. Summa Fumi. officium. Sotus de Iust. & Iur. lib. 3. q. 6. art. 4. ad. 2. Nauarrus in summa cap. 25. num. 7. Corduba tractatu de casibus. q. 117. & frater Franciscus Garcia parte. 1. de contract. ca. 18. Quæstio autem hæc licèt numeris suis absoluta à

nobis

nobis fuerit.1.part.noſtri inſtructorij pag.794. tamen ne hic ſuo proprio loco deſit, eam hic ſummatim repetere viſum eſt. Omnibus igitur de hac re exordium ſumentibus in more eſt. Illud documentum D. Tho. in opuſcul. 21.q.5.ad ducissam Brabantię ceu thema prę-mittere,ſcilicet quòd officiorum temporaliũ venalitas ex ſuo genere,& ſpeculatiuè loquẽ-do,ideſt,ſecluſis malis circunſtantijs non eſt illicita:tamen practicè , ideſt propter iniquas frequenter concurrentes circunſtantias illici-ta eſſe cenſetur. Non enim dum hæc officia exponuntur venalitati ,id quæritur vt digni, & idonei in hæc præficiantur officia. Nam ſo lũ hi digniores exiſtimãtur(licet inidonei ſint ad illa) qui potentiores ſunt ad augendum eo-rum pretium,neque enim agitur hic de bono communi reipublicæ,ſed de proprio quęſtu. Quare pro his officijs tam ad ſummum pre-tium nituntur corradere,vt nulla ſuperſit ſpes emptoribus ſe indemnes ſeruandi,quo ſibi id damni recompenſent, niſi de pilando rempu-*Multa of-ficia.* blicam. Igitur pro illucidatione quæſtionis præmittimus primo , quòd cum duo ſint ge-nera officiorum,nam quædam ſunt eccleſia-ſtica,cuiuſmodi ſunt officiorum vicarij gene ralis epiſcopi , & officium viſitatoris , vel iu-dicis ad cauſas pias , de quibus nobis hic non ſuſcipitur ſermo quia eorũ venalitas ſpeciem præſefert ſimoniæ : & alia ſint officia ſæcula-ria,quorum rurſum quędam ſunt iuriſdictio-nalia cuiuſmodi ſunt officia gubernatorum, & correctorum,& alia ſint iuriſdictione carẽ-tia,qualia ſunt ædiliũ , & notariorum munia, & ſimilia de vtriſque his hic nos adornamus diſputationem.

¶Inſuper præaduertentia hæc hic nobis cõ-mendatur,ſcilicet multifariam officiorum ho rum venalitatem contingere poſſe eſſe illici-tam, (licet ex ſua natura)talis non ſit . Primò ex parte venditoris carentis autoritate ea ven-dendi.Secundò ex parte emptoris minus ido-nei ad ea adminiſtranda. Tertiò ex parte pretij immodici,quo conſtant . His præſtitutis ſta-tuitur prima concluſio. *Conclu.1.* Neque etiam regi lici tum eſt officia ſui regni tam carè vendere,aut talibus perſonis,vt probabiliter credat,aut cre dere debeat,quòd(quia eis malè vtentur) ſubdi-ti erunt opprimendi.Patet Auth.vt iudi.ſine quo.& auth. de mandi.princi. §. 2. eſt ſententia Diui Thomæ ad Duciſſam Brabantiæ opuſ. 2. quæſt. 1. cuius potiſsima ratio eſt: quia officia hæc in bonum, cõmodumq; rei-publicæ ſunt inſtituta:non ergo eorum vendi tio etiam facta per regem in reipublicæ verſa damnum licita erit.Hæc eſt Nau.

Secunda concluſio ex parte vendentium venalitas horum officiorum illicita redditur, ſi fiat abſque authoritate regis, vel reipublicæ liberæ , & inde pendentes aut ſine horum fa-cultate,& licentia expreſſa,vel tacita.Hæc cõ-cluſio communis habetur , atque hac ratione firmatur,quia ſolum ad regem, vel ad rempu blicam independentem ſpectat inſtituere of-ficia de nouo, in eiſque inſtitutos deponere, ſtipendia inſtitutorum augere eaque curtan-do ſibi aliquam partem vendicare : dũmodo officialibus à ſe inſtitutis commoda ſuſtenta tio reſeruetur . Atque ſubinde pœnes eorum poteſtatem eſt hæc officia tali prætio & tali-bus perſonis idoneis diuendere : vt venditio hæc in reipublicæ diſpendium non vergat. Quod ſi hoc tantum ad regem , & ad rempu-blicam independentem attinet, venalitas ho-rum officiorum ſine eorum licẽtia tacita, vel expreſſa,etiamſi idoneis , & æquiori pretio ab alijs fiat,non erit licita. *Conclu. 2.*

Cæterùm quia iam præcedentes conclu-ſiones,& huius dubij cognitionem efflagitãt, ſcilicet qui nam ſint qui licentia hac regis ta-cita ſuffulti ea officia vendendo poſsit licite diſtrahere?Dicimus primò, quòd hãc tacitam licentiã à rege obtinere cenſendi ſunt illi qui ad expẽſas ſui victus,vel veſtitus ea dono, vel remuneratiua mercede à rege taliter obtinue-re,quòd regem non latebat eos perſonaliter horum officiorum munia nõ obituros. Nam tunc,vt ſibi ex venditione tali cõpararent ali-quid emolumenti palã eſt eis officijs eſſe do-natos. Ita Garcia,& alij. Et ratio hoc perſuadet quia ſi rex his prædicta officia largiendo licen tiam ea ſic per venditionem diſtrahendi taci-tè ſaltem non largiretur:profectò nihil vtilita-tis talis largitio afferret. Quia ergo iuxta regu-lam iuris vtile per inutile vitiari non debet: fit ſubinde ſanè , & hanc tacitam licentiam illis conceſſam eſſe. *Queſt.*

Tertia concluſio longe peior eſſet vendi-tio officiorum iuriſdictione pollentium ad iu dicandam, adminiſtrandamque iuſtitiam niſi forte ceſſarent ſcandalum, & cætera inconue niẽtia:quia omnia prærequiſita ad huius vẽdi tionis iuſtitiam ſeruarentur , quæ vix ceſſant, nuſquamque ſcandalum de hoc orieus ſopi-retur. Eſt hæc concluſio Soti loco ſupra cita-to,& patet. Quia inde præſentiſsima occaſio ſumeretur ad omnia violanda iura. *Conclu.3.*

Quarta concluſio eccleſiaſticorum officio-rum venalitas iniuſtiſsima ac fœdiſsima eſt. Hæc Soti,& Garciæ locis citat.& huius abſur- *Conclu.4.*

ditas

di tas patet, quia tum vltra incommoda hinc cauſabilia, eccleſia tota ſcandalo tanto offenditur: tum etiam, quia cum gratis accepta gratis debeant impendi: hæc venundari officia à vitio ſimoniæ non longe poteſt abeſſe. Lege Silueſtrum, ſimonia. q. 13. §. 7.

¶ Porro quia non tam principaliter nobis eſt cordi hic de peccatis, & abuſibus agere qui ex huiuſmodi venditionibus experientia teſte ſolent in republica redundare: ſed id magis agimus, an valido legitimoq; titulo vendãtur, & quia q̃ princeps, vel rex poſsit validò legitimoq; titulo hæc officia tabellionatus diuendere poſt reſpõſionem D. Tho. ad Duciſſam Brabantiæ non multùm controuertitur inter doctores: quia non multum ambigitur. Ideò maius dubium nobis faceſsit, an domini temporales, Magnates, Duces, Marchiones, Comites, qui ditioni regiæ ſubſunt, ex iure naturali diuẽdi hæc officia facultatem obtineant.

Quæſt.

¶ Nã Sotus lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 6. art. 4. ſentire videtur, huiuſmodi Magnates non ità pollere autoritate vendendi huiuſmodi officia, niſi pretiũ inde comparatũ, ad bonum commune, ſcilicet, ad reparationẽ murorũ, aut põtium, aut huiuſmodi conuertant, quia eorum reſpublica nõ eſt perfecta, ſed dependens. At verò Corduba de caſibus cõſciẽtię hoc ipſum Magnatibus videtur permittere ſpeculatiuè loquendo: Nã practicè ob ingẽtia incõmoda ex inde in republica pullulãtia ea venalia fore nõ conceditur. Hanc vero ſuã ſententiã hinc fulcit Corduba: quia iam huiuſmodi Magnates expreſſam, vel tacitã licentiam regis ad hoc vidẽtur habere, tũ quia rex huiusrei cõſcius (cũ obſtare huic vſui poſsit) diſsimulare videtur, tũ quia & Rex idipſum agit, & quia ſic eſt in vſu apud omnes Magnates vt teſtatur Pau. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſ. teſtam. vbi ait tabellionatũ vſu receptũ eſt vẽdi. Quare ſententiã Cordubę ſi ſic vſu recepta eſt non auſim damnare, preſertim quia Nauarrus in ſum. Lat. c. 25. nu. 7. ei ſubſcribere videtur, & clarius in ſum. Hiſpanic. eodem. c. & nu.

Varia ſent. Soti. & Cord.

Quæſt.

Inſuper ſi perueniamus ad perſonas priuatas, maiori dubio vrgemur. Nã loco ſupracitato Sotus negat etiã obtinẽtes à rege licentiam trãſferendi in alios ſuorũ officiorũ loca, poſſe ſine reſtitutione pretij ea per venditionem diſtrahere, niſi petẽdo licentiã explicuerint regi hęc per venditionẽ ex ſua regia licẽtia in alios velle tranſferre: Quia tantũ regi id licere cõcẽditur. Verũtamen quia Corduba, & Nauar. vbi ſupra inſinuant contrariũ, ideò reſolutoriè dico, q̃ quia in dubio nõ eſt præcipitanda ſentẽtia ſi priuati officiarij ſine expreſſa licẽtia regis venderẽt hęc officia, ſi tamen pretio honeſto vẽdiderint tã idoneiſq; perſonis, vt in republica nullũ inde cauſauerint damnũ, non claret eos ad pretiũ ſic acceptũ reſtituendũ obligari quãuis obligarentur ad dãna: ſi quæ inde orta fuiſſent: quia leges illæ prima, authentici aut rei Iuſtiniani, & lex quoq; illa. Hæc lex. ff. ad legẽ Iuliam. de amb. & ſi quæ ſunt aliæ ſecundũ Cordub. in ſuo quæſtionario lib. 1. q. 31. ſolum prohibent talem contractum vẽditionis officiorum ſęcularium fieri: nõ tamen irritant illum, Vnde in conſciẽtia talis contractus cenſendus eſt validus: quia, vt apparenter frater Ioſephus in ſuis floribus, in materia de reſtit. ait, quando lex irrita dũtaxat contractũ, neq; prohibet expreſſe, ſiue ex conſuetudine dominj tranſlationem, neq; præcipit fieri reſtitutionẽ, talis contractus in conſcientia eſt validus: Nam & ſi lex illum nullum eſſe pronunciet, id ſolum operatur, vt ſcilicet virtute talis contractus nemo poſsit in iudicio agere, vt habet gloſſa in. l. non dubiũ. C. de legib. & cõſti. vbi interſerit, quòd ex inutili traditione, vel contractu, quandoq; dominium tranſfertur, ita elegãter. ff. de dol. §. 1. gloſſa inſinuat, dum ait, quòd tenet obligatio de iure ciuili: ſed opponitur exceptio, & quia iuxta prædictã gloſ. C. de legib. l. non dubium. Ideò contractus tenet, quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt, vel melior conditio poſsidentis, vt de condi. obtur. cauſ. l. 2. habetur.

Sẽt. Cord. & Nauar.

Ad hęc crediderim cum Soto, quòd rectores ciuitatum ſeu magiſtratus, ſi aliquid acceperint pro ſuis ſuffragijs præſtandis in electione functionis ſcribarum tenentur in conſcientia reſtituere, tũ quia pragmatica regni prohibetur ne electiones officiorum, & potiſsimè ſcribarum pretio fiant, eademq; pragmatica authoritate inuictiſsimi Cæſaris Caroli V. confirmata eſt, tũ quia tales ſenatores, quia ſunt meri diſpenſatores, & ex priuilegio ſimpliciter electores iure optimo ſua ſuffragia diuendere cõhibiti ſunt: ſed iuſsi ſunt ea præſtare gratis. Sicut etiam pragmatica citata regni prohibiti ſunt ſtipendia iuraq; ſcribarum per modum penſionis diſpartiri, aut cogere ſcribam, vt tantum alteri ſoluat.

Seten Sot.

Deinde, vt de officijs iuriſdictionis quid ſancitũ ſit, lectorẽ non lateat nouerit prohibitum eſſe lib. 7. l. 7. tit. 3. recopilationis nouæ legũ, ne de cętero officiũ iuriſdictionis vllũ poſſit vendi, aut emi in domo regia, vel curia, vel extra, ſub pęnis contẽtis in legibus regni, & vltra hoc infamis ſit, & inhabilis perpetuò ad hæc officia, vel alia obtinenda tã emptor, quã venditor. ¶ Lib. quoq; 7. eiuſdem Recopilationis

De offi. iuriſdict.

tionis.titu.§ 1.8. ſtabilitur, ne officia iuriſdictionum: vel ęditorum, ſeu executorum, alguaziles, nuncupatorum poſsint locari ſub pœna amiſsionis eorum, & ſub pęna, ꝙ eius conductor eis vti non poſsit, niſi eas incurrendo pęnas, quas incurrere ſunt ſoliti, qui officijs publicis vtuntur, cum ad ſe non attinęt. Vide diffuſius hanc materiam loco citato in noſtri inſtructorij primo tomo ventilatā. vbi vltimo ad obiectionem contra prædicta, cuius meminit Corduba, facimus ſatis.

Quæſt. ¶Porrò quoniam ab hac materia aliena nō eſt & quæſtio illa, ſuper qua cum eſſem Salmanticæ, doctores conſulebantur, ſcilicet, an qui procuratoris officium obtinuit â Rege eo tempore, quo ad illud obeundum ignoranter, & bona fide exiſtimauit legitimā ſe iam adeptum fuiſſe ætatem, ſi tandem prærequiſitæ, & legitimæ ætatis tempore obtentionis non officij fuiſſe ei innotuerit, tanquàm inhabilis & inualido promotus ad illud, illud reſignare teneatur. Igitur cum quæſtio hæc iuri dica ſit, duplexque ſit modus interpretandi ius, & ſecundum rigorem, & ſecundum

Dictum.1. æquitatem; dicimus primò: Si ſecundum rigorem iuris loquamur, perſpicuum eſt talem collationem officij procuratoris ad lites. 25. annos non nacto factam inualidam haberi, obligationemq; ſecum afferre hoc officium reſignādi. Tum, quia. l. 1. & l. 2. lib. 1. Fori. tit. 10. licet ad recuperanda debita extra iudicium. 17. annos adeptus procurator inſtitui poſsit, non tamen in iudicio ad lites, ſi. 25. annum non ſit aſſecutus. Tum, quia iure canonico hoc confirmatur in. 6. de regul. iur. reg. 18. non firmatur. Vbi ſtabilitur nō firmari tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. Tum, quia id ipſum per cap. ſi eo tempore. de reſcrip. eo. lib. decernitur. Quæ iura probant talem collationē ab initio inualidam tractu tęporis non firmari. Secundo dicimus ꝙ

2. ſi ætatem cū gloſſa gloſſante illud caput non firmatur, ſequamur, in prædicto caſu, licet nulla fuerit de rigore collatio, tamē in his caſibus poteſt firmari. Primò, ſi poſtea accederet ſaltem conſenſus tacitus ſcientis, & diſſimulantis principis, ſublata iam cauſa impedimenti. Secundò, ſi bona fides cum tempore legitimo ad præſcribendum illud officiū interuenerit. Tertio propter graue ſcandalum poſſet diſſimulari cū tali, ne reſignaret, accedente etiam ſimul cum bona eius fide, quòd licet ætas legitima tunc ei defuerit tempore impetrationis, tamen peritia, & ſolertia ad id officij requiſita ei non deficiebat, accedente etiam, quòd procuratoris officium hoc cum iuriſdictionis officium non ſit, nulla hîc vſurpatur aliena iuriſdictio, ità vt præiudicium hinc (vt innuit Sotus in. 4. de excommunic.) alicui paretur præſertim, cum ſibi præiudicium parat, cùm ſit innocēs, ſi defectus legitimę ætas detegatur, & propterea officio procurationis quod emit ſibi ſuo non reſtituto pretio in pęnā priuetur. Hoc aūt non facile eſt cōceſſum in officijs iurisdictionem annexā habentibus.

¶Iam tandem, quia de procuratoribus hic in- *De procu.* cidit ſermo, illud memoriæ mandandum venit, quòd Recopilat. noua. leg. lib. 6. tit. 7. leg. 7. decernitur, ſcilicet, quòd nemo per ſe, vel per alium officium procurationis curię emat. Qui autem emerit ipſo facto tum illud amittat, inhabiliſq; fiat ad obtinendum illud venditor, & ipſo quoq; facto officio obtento priuetur. Adde etiā hîc, quod monet Nauarrus loco citato, Pium. V. legem tuliſſe contra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationē habentia mediante pecunia, vel ſolutione, vel traditione, ac promiſsione aliarum rerum, & per interpoſitas perſonas, aut aliâs adijciendo contra tales pęnam confiſcationis omnium bonorū, degradationis, & amiſsionis officiorum etiam ſęcularium obtentorum, ac vltimi ſupplicij. Sed de his ſatis.

CAP. VII. *Periculum rei venditæ ad quem ſpectet præſertim dum venduntur oues incertæ, & fructus ante ſolutionem cui cedunt, vel poſt ſolutionem non tradita re à venditore, & quid ſi hic interceſſerit pactum, & de periculo meliorationis, & deteriorationis.*

QVoniam ex intelligentia diffinitionis rei fere omnia dubia circa rem contingentia contingit enodari: ideò omnes particulas diffinitionis, tam emptionis, quàm venditionis explicandi, hic in primis munus ſuſcepimus. Igitur quia venditionem diſtractionem rei ſuæ pro pecunia eſſe diffiniuimus, circa illā particulam, pro pecunia, prænotandū venit valde, adeò ad naturam huius contractus attinere, quòd res vēdita pro pretio pecuniario diſtrahatur, vt ſi res alia præter pecuniam in cōpenſationem rei venditæ tradatur, illa loco pecuniæ ſuccedat. Nam veluti pecuniarium pretium recipitur, & datur. Quare talis res, quæ pro re vendita ſoluitur ſiue vinum, triticum, aut oleū ſit vt pretij pecuniarij locū ſubeat, ſolita eſt pecunia ęſtimari. Vſus autē loquēdi ſacræ ſcripturæ & hoc videtur probare. Nā Geneſi. c. 33. legitur Iacob pretio cētum agnorū agri partē emiſſe. Idemq; refertur Ioſue. c. 24.

¶Præterea quia vēditio diſtractio rei pro

pretio

precio dicitur esse: iã hinc forsitã dubitauerit aliquis, an res indeterminata atq; incerta sub venditione vt materia legitima cadat. Nã res est quę difficultate non caret. Etenim res per perfectã venditionẽ distracta statim emptoris incipit subsitare periculo, qđ rei incertę non cõuenit. Quia si indeterminatè, & in genere fiat vẽditio à dicente, vendo tibi asinũ, vel hominẽ, non dicendo quẽ, nunquã ad emptorẽ spectat periculum, quia genus perire non potest. ff. ad leg. fal. l. in ratione. §. verum. Verum huius quæstionis explicatio illius quæstionis expeditionem exposcit, scilicet, ad quem periculum rei iam vẽditæ spectet. Ad hanc igitur premissam quęstionẽ Siluester, verbo, emptio. q. facit satis, dum primo ait de natura esse huius cõtractus, q̃ ex quo initus est, lucrũ, & periculum rei emptæ ad emptorem pertineat, licet res tradita non sit. insti. de emp. & ven. §. cũ autẽ. ff. de per. & cõmo. rei. ven. l. id quod. Secũdò circa hoc Siluester hãc docet tradi regulam generalẽ, scilicet: Cum venditio sit purè, & sine scriptis, certæ speciei, non exigentis degustationẽ, omne periculũ spectat ad emptorẽ, excepto casu publicationis rei venditæ, nisi pactũ, culpa, vel mora interueniat, vel calliditas. Hæc autẽ regula vẽditionem perfectã tãtum includit, de cuius ratione est q̃ pretiũ soluatur, vel de eo soluẽdo detur fides. ¶ Primò autem dicitur purè: quia si conditionalis esset venditio: ante conditionis euentum, periculum ad venditorem attineret. ff. de per. & commo. l. illud. quod secundũ Azo. & Gof. intellígendum est de periculo per emptionis rei venditæ. Nam periculum deteriorationis eius ad emptorẽ pertinere lex necessariò sciẽdũ sancit. ff. de peri & commo. rei vend. ¶ Secundò autẽ dicitur, sine scriptis, quia quando conuenitur, vt non valeat antequàm scriptura sit facta, tunc periculum ad venditorem spectat, antequàm scriptura sit facta, C. de fid. instruct. l. contractus. cum neuter agere possit donec cõpleatur. At verò secus est si à principio simpliciter cõtrahatur, & postea ad probationem scriptura conficiatur ff. de pig. l. cõtrahitur. ¶ Tertiò dicitur, rei certæ, quia si subalternatione seu disiũctione vẽdatur incertus seruus, scilicet, Ioannes, vel Petrus: tunc non omne periculum vtriusq; serui pertinet ad emptorẽ, sed secundum q̃ disponit lex. si emptione. §. si emptio. ff. de contrahend. emptio. ¶ Dicitur autẽ quartò, non exigentis degustationẽ, quia vbi res vendita in singulari degustationẽ requirit periculũ eius ante degustationẽ stabit apud vẽditorẽ. Secus post degustationẽ, secundũ sum. Ros. allegantẽ pro se. l. vina. ff. de per. & com. rei vend. idẽ est, si nõ in specie, sed ad mensurã vẽditio fiat, tunc enim periculũ est vẽditoris donec fit mẽsuratũ. Secus est, si res venales numerãdæ, vel mẽsurandæ, vel põderãdę cõiunctim, vt in primo prospectu corã oculis apparẽt, emãtur, quia iam ex tunc tam earũ periculũ, quã lucrum cę derent emptori, ex quo ex conuentione partiũ (licet ex natura sua essent mensurabiles & cæt.) promẽsuratis iã eas emptor emisse cedẽdo iuri suo visus est lib. 3. Fori. tit. 10. leg. 25.

¶ Dicitur etiã, nisi pactũ: quia periculũ adhuc stabit apud venditorẽ, non solũ quando res vẽdita, & non tradita dolo, vel lata culpa, vel leui perierit: quia venditor ex natura contractus de his tenetur: sed si pactum intercesserit, qnòd etiam de leuissima culpa, & casu fortuito teneatur venditor, de his, & specificatis tantum tenebitur. ff. de per. & commod. rei vend. l. si custodiam. &. l. si vendita. &. l. si in venditione. ¶ Dicitur præterea, mora, scilicet tradendi rem: quia tunc periculũ ad morosum venditorẽ spectat, etiam si penes aliũ erat peritura. ff. de leg. 3. l. cũ res. & hoc secundũ Siluest. in foro contentioso, secus in foro animæ. Si verò vterq; tã venditor, quàm emptor fuit in mora, posterior mora posteriori morosо nocebit, quoad periculũ. l. illud. ff. de per. & cõmod. rei vend. Quod limitandũ fore censet Siluest. nisi posterioris moræ primus morosus fuerit causa: quia sic posteriõti non nocebit: qui quidẽ casus iũcta glossa continetur. l. si per emptorẽ in fi. ff. de act. empti. & vend. ¶ Tandẽ dicitur calliditas: quia si venditor affirmauit bonitatẽ rei venditæ duraturã, imputatur ei, vel si sciẽs nõ duraturã tacuit ff. de peri. & cõmod. rei vend. l. si quis vestra.

Iam his præiactis fundamentis vsui futuris ad multa dubia in hac materia dissoluenda, imminet expeditio quęstionis in fronte huius capituli motę, scilicet an res incerta cadat sub vẽditionis materia. Respõdetur ergo q̃ cum prõprie non sit dicenda venditio illius rei, cuius periculum nũquàm spectat ad eius emptorẽ, res in genere indeterminato incerta, vt cum quis ait se vendere asinum vel hominem non dicendo, quem, nequit esse prõprię materia vt sic, ideſt, vt incerta est venditionis, sicut neque etiam quando venditur certum de incertis, ideſt, certæ numero oues, ideſt. 100. de isto, vel illo, vel indeterminato grege: quid harũ rerũ sic incertarũ periculũ emptori nõ potest impendere, & hoc quidẽ ita cõtingit, quia genus perire non potest. ff. ad. l. fal. l. in ratio-

Periculũ rei vendit eui attin.

Regula gener.

1.

2.

3.

4.

§.

6.

Quæst.

Resp.

nō.§. verū secus est, si incertū de certis venditur, vt si vendo tibi, 10. sextaria vini, vel olei, ex hoc dolio, vel de re mea posſesſis alinū vnum, quia tunc ista venditio vere propria venditio est, cùm per eam tum dominiū, tum periculū alinorum indeterminate, siue per indiuiſum ad emptorem tranſit. Res autem dño ſuo fructificat, atq; perit: quare emptor caſu, quo totus grex alinorū periret ante traditionem nō moroſam, neq; pretium iam ſolutum repetere poteſt, neq; excipere de eo non ſoluendo, ſi illud nondum exoluit cōtra Hoſtienſem in ſum. nō enim autore Siluestro, verbo. emptio. q. 3. tale pretiū ſine cauſa ſolutum est, aut ſoluendum venditori, ſed cum cauſa, ſcilicet, emptionis. Pro hoc facit text. not. in l. quod ſi pendente. ff. de per. & commod. rei vend. opinio autem Hoſtienſis forte tenet in legato ſolū, vt loquitur. §. incertæ. ff. ad. l. Fal. l. in ratione, ſed non in venditione.

Quæſt. Hinc iā pateſcit, quid ſit dicēdum ad illud dubiū, de quo in noua Hiſpania dicere ſum rogatus, quia ibi accidit, ſcilicet, an qui 100. oues indeterminatas ex grege millium emit poſt. 6. menſes ſibi tradendas expetere poſsit ſimul cum illis, quos interim peperere fœtus. Dicendum est plane licite poſſe eos expetere: quia (vt dictū est) indeterminate, & per indiuiſum illarum 100. ouium ad ipſum ſic perfecta emptione pertranſiuit, tum dominium, tum periculū, ſi omnis grex periſſet: ergo ſibi quoque cedere debent & fructus: quia qui ſubit onus debet ſubire & commodum: cū pro illorū. 6. menſiū paſtu vēditori paſcenti congruū ſtipendiū perſoluat. Sicq; dictū rectè puta iuxta naturam huius cōtractus, niſi alia iniquitas, vel inæqualitas fuerit ſuperaddita.

Quæſt. Præterea & conſequēter illa quæſtio ſuum locū vendicare videtur hic, an venditor rei ante pretij ſolutionē fructus eius ſibi præcapere poſsit. At verò licet in hac quæſtione diuerſi diuerſa dixerint, tamē ſummariè per hæc aſſerta cenſeo dilucide magis poſſe reſponderi. Primò igitur cū Nauarro in ſum. Latin. c. 23. nu. 84. aſſerimus, q; licitū est minoris emere prædium aliquod, cum pacto, vt vēditor quādiu vixerit fructus eius percipiat, aut in tot annos, quam ſi fructus ſtatim percepturus eſſet. In cuius gratiā citat Maior. in. 4. diſt. 15. q. 40. art. 7. Pro quo facere ait textū in. c. cum Ioannes de fide inſtru. Vbi planè inſinuat Nauarrus, alias licitum non fore venditorem rei venditæ fructus ſibi præ-auere: niſi pro hoc de pretio juſto aliàs ſibi ſoluendo aliquid demat, minoris ad arbitrium boni viri vendendo.

Rent. Nauar.

Sed an ſecluſo hoc prædicto caſu vēditori rei iam venditæ à ſe fructus ante pretij ſolutionē percipere liceat, dicēdum nobis reſtat. Igitur, vt hīc clariùs procedamus, diſtinctionem duplicis venditionis præmittamus oportet. Conſiderari nanq; hīc eſt duplex venditionis modus. Eſt etenim alia venditio abſoluta, & perfecta, in qua ſtatim rei venditæ & dominiū & periculum traducitur in emptorem, vt ſi venditio fiat nunc actualiter, & abſolutè dato ſtatim pretio, vel de eo ſoluendo in futurum tali tempore, fide iam præſtita. Alia eſt venditio conditionalis, ideſt, imperfecta, & non actualis. Vt quando tantum ego ſpondeo me prædium venditurū tibi, quando exhibebis mihi pecuniam. At certe multum intereſt, autore Siluestro, inter vtranq;. Eſt enim aliud vēdere nunc actualiter: atque aliud nunc ſpondere & obligare me venditurum tali pretio intra annum: quia in primo caſu apud me vendentem non ſtat dominium, ſtat autem apud me in caſu ſecundo. Præmiſſa hac tā neceſſaria diſtinctione, ambiguitas nulla manebit, ſi per has concluſiones reſpōderimus, quibus varias ſententias ſuper hoc Theologorum ex vna parte, & iuriſtarum ex alia ad concordiam reuocabimus.

Prima concluſio: Quando venditur res abſolute, actualiq, venditione, ſi ante ſolutionē pretij emptori tradatur, ſi hac cōuentione pœnali fuerit tradita, vt ſi intra terminū præfixum non ſoluerit emptor, non faciat fructus ſuos, tunc ſecluſa fraude vſuraria poterit eos vendi tor poſt moram ad pœnam agendo ſibi vendicare. Hæc eſt fratris Joſephi in ſuis floribus, ſed malè ait eā tenere gloſſam. c. conquæſtus. de vſuris: nam ibi gloſia nihil meminit de pœna, ſed ſolum ait, quòd ratione intereſſe poſsit illos fructus poſt moram ſibi expetere. Sed nihilominus eſt vera, quia licet non in fraudem vſurarum, ſed ad ſuam indemnitatem ſeruandam, ſicut in alijs contractibus, ſic & huic hanc conuentionalem annectere pœnam. At non ſolùm quando ſit dilatio ſolutionis vltra terminum præfixū, hæc pœna incurritur, ſed etiam quando poſt monitionem emptor non ſoluit, incidit in illam cū fuerit appoſita, aliàs non: & ſic intelligito concluſionem. Conclu. 1.

Secūda concluſio: Quando in caſu præcedentis concluſionis non fuit appoſita pœna conuentionalis, venditor fructus rei venditæ ratione penæ poſt moram ſolutionis ſibi expetere non poteſt: bene tamen ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis poteſt licite eos vendicare ſibi venditor, dum verum intereſſe Conclu. 2.

lucri

lucri, aut damni petat. Hæc conclusio est Iosephi loco citato, est etiã Siluestri, vsura. 2. q. vndecima, quoad secundam partem. Et patet quoad primam, quia postquam in celebratione venditionis de pœna non est actum, neq; de ea soluenda postea potest agi. Secũda pars patet ex glossa. in cap. conqueitus de vsuris & glossa in. l. ij. C. de vsuris. & in. l. curauit. C. de actio. empt. & venditi. Et patet, quia licet venditori sic se indemnem seruare. Frat. Iosephus indiscriminatim habet hanc conclusionem intelligendam esse, si emptor sit in mora soluendi ex culpa sua, & non aliter. Quam intelligentiam libẽter ego soleo admittere in casu, quo ex pacto præcedenti agitur ad pœnam, quæ vt sic vt pœna est, non debet incurri sine culpa. Sed in casu, quo post moram interesse non fictum, sed verum petitur magis cẽseo dicendum esse cum Metina Cõplutensi, quòd soluendum sit dum mora interuenerit, etiam si talis mora culpabilis non sit, quia venditor in hoc casu seruandus est indemnis: quamuis æquius esse duxerim vt in casu, quo ex mora inculpabili emptor verum interesse esset soluturus, illi à venditore arbitrio boni viri alicuius partis fieret remissio.

Conclu. 3. Tertia conclusio: Quando non absoluta, actuali, perfectaq; venditione, sed solũ conditionali, & imperfecta sic, scilicet, initur contractus, ꝙ tantũ statuitur pretiũ quo ego, verbi gratia, spõdeo me prædiũ venditurũ, quando tu pro eo exhibebis pecuniã tunc licet mihi inchoatiue vendenti, etiã ante moram emptoris sic emẽtis, talis prædij interim percipere fructus. Hæc autem est Siluestri. vbi supra, in qua ait tenere verum dictum legistarum, quia & sic videtur tenere Bald. in dict. l. curabit, & videtur probari per. l. in initio. C. de pactu. int. emp. & vend. Et sic intelligenda venit. l. curabit. Cuius ratio potissima est, quia hîc non intelligitur facta actualis venditio nisi actu exhibeas pecuniam, quia interim prædium tale stat periculo meo, ita quod si raperetur à flumine, vel deterioraretur id in damnum vergeret meum, mihi ergo interim in hoc casu fructificare debebit.

Conclu. 4. Quarta cõclusio, quãdo absoluta, actualiq; venditione res vẽdita est, quia iã pro ea solutũ est pretiũ, vel de eo tali termino soluẽdo fides facta est, ante morã solutionis nõ licet vẽditori fructus eius percipere, nisi forte in duobus casibus, scilicet, ratione interesse veri eo casu, quo vendidisset principaliter ad inseruiẽdum amico, vel in casu quo pactum esset à principio de huiusmodi à venditore interim, ante solutionẽ retinendis fructibus, dum modo in hoc casu interim venditoris staret periculo, vel etiã in casu supradicto Nauarri, vbi minoris vẽderet possessionẽ venditor, quò fructus in tot annos perciperet. Hæc autẽ cõclusio est Siluestri, vbi supra, in qua ait verũ habere sententiã Theologorũ contra Iurillas, & ratio suffragatur. Quia exceptis his casibus, cum per actualẽ vẽditionem, & absolutam, iã venditor trãsmiserit dominiũ in emptorem: iam res nõ est sua, sed aliena, ideſt, emptoris. Vere autem aliena, absolutè loquendo, nemini licet sibi præoccupare fructus. Quod si hoc licet in primo casu excepto, id non licet ex natura contractus, sed ratione veri interesse cessantis ad instantiam emptoris. Si autem in secundo casu licet, id ideò licet, quia licet in forma sit absoluta, & actualis venditio: tamen ad conditionalẽ, & non actualẽ venditionẽ reducitur ītẽte pacto, quo se obligauit venditor eius subire periculũ interim dũ sibi nõ soluitur pretiũ. Quod si in tertio casu excepto Nauarri, & Maioris, vẽditori licet sic rei venditæ in tot annos percipere fructus: id ideò est, quia diminuẽdo de iusto pretio, quod aliàs erat percepturus, emptori fructus à se percipiẽdos recõpensat.

Iam vero prædecisa quæstio hanc aduocat *Quæst.* hîc vt affinem sibi, scilicet an è contra, si venditor cum perceperit pretium, & non tradiderit rem, eam cũ fructibus à se perceptis restituere teneatur. At certè non hæc quæstio talis est, quæ omni careat difficultate. Nam si in mora tradendi rem fuit venditor post perceptum pretium, sequitur rem suo subsistetisse periculo, si autem suo periculo, subsistit, ergo sibi debuit fructificare. Verum quia ex *Resp.* antea dictis illucescit quid circa hoc sit dicendum, breuiter nos expedimus dicentes, quòd recepto prius pretio pro re absolutè, & actualiter vendita, quia iã ex tunc res vẽdita emptoris est: si venditor est in mora tradendi rẽ, ex tunc non solum eam, sed fructus quos ex ea retulit emptori reddere tenetur: quia tãquam de re aliena eos percepit: nisi in prædictis duobus exceptis iam casibus contentis in. 4. conclusione præcedẽtis quęstionis, scilicet, in casu Siluestri, ratione interesse veri, & non ficti quãdo ad instãtiã amici principaliter ad inferuiendũ amicorẽ ei vendidisset. Vel in casu Maioris, & Nauarri, quando gratia in tot annos fruendi fructibus, rem venditor minoris proportionabiliter ad tales fructus vendidisset.

Sed quid si in hoc casu persoluto iã pretio, *Quæst.* res nõ tradita adhuc ex pacto, periculo vẽditoris subsistet an possit huius rei gratia vẽditor fructus

ctus rei sic vēditæ facere suos. Igitur auscultā-
da circa hoc sententia Siluestri esse vbi supra in
fine videtur, qui negat vēditorem posse salua
iustitia esse in mora traducendi possessionem
rei, si possessio absolutè vēdatur. Sed hæc sen-
tentia Siluestri non totam exhaurit difficulta
tem, quia hîc non absolutè facta fuit vēditio,
sed cum conditione, vt interim, dum emptor
non manumitteretur in venditæ rei possessio-
Resp. nem, periculo venditoris astaret. Respōdetur
tamen (hoc nihilominus non obstante) quia
talis subitio periculi venditorem non deobli-
gat ab statim tradenda possessione rei vendi-
tæ, quādo alias venditio absolute & actualiter
est celebrata: & quia res obnoxia est restitutio
ni, & quia venditor est in mora eam tradendi
(vt supponimus), & mora sua vnicuiq; nocet,
tenetur venditor talem rem, suapte natura fru
ctifera si sit cum fructibus interim in ista mo-
ra perceptis emptori tradere. Huius quoque
sententiæ est Frat. Iosephus vbi supra, qui ait
ideò teneri ad tales fructus restituendos, quia
alias cum aliena iactura contingeret vendito-
rem locupletari. Secundò aduerteris fratrem
Iosephum non satis circunspecte fuisse locu-
tum ibi, dum addit, quòd si venditio fuit ab-
soluta, tenetur venditor pro rata soluti pretij
fructus emptori soluere, quia res illa vendita
pro rata (inquit) est obnoxia restitutioni, quia
contra Siluestrum, & contra communem sen
tentiam Theologorum loquitur (prout loco
citato Siluester docet sic in forma cōtra Frat.
Iosephum dicens. Igitur si venditio fiat à me
absolutè nūc, & nūc detur mihi medietas pre
tij, si percipio fructus reliquæ medietatis, per-
cipio fructus rei non meæ, & sic inquit intel-
lige Theologos. Non ergo pro rata, vt aiebat
Frat. Iosephus, dest, pro medietate restituēdi
sunt fructus, sed omnes in integrum sunt re-
stituendi, quia percepti sunt de re aliena, quæ
erat emptoris proprie facta per venditionem
actualē, & absolutam: quod intellige esse ve-
rum nisi in illis duobus exceptis supra casibus
Nauarri, & Siluestri. Si autē venditio fuit con
ditionalis vbi venditor tantum se astringit ad
vendendum rem, cum sibi integrum persol-
uatur pretium, & non antea tūc rectè ait Frat.
Iosephus huiusmodi venditorem licitè sibi re
tinere fructus, nō tam propter à se adductam
rationem, quia inquit ex voluntate emptoris
tunc retinet, sed quia (vt dictum est) adhuc
res est venditoris, quare vt de re propria hu-
iusmodi capit fructus. Conditionalis quoq;
venditio videtur esse, dum conuenitur in-
ter partes, vt non teneatur venditor tradere rē,
donec integrum pretium sit solutum dum in
terim res, vt docet Siluester, suo subsitet perī-
culo, ideſt, venditoris.

Deniq; pro huius complemento quæstio- Quæst.
nis, & illa quæstio hîc non prętereunda venit,
scilicet, ad quem meliorationis, & deteriora-
tionis, aut fructuum rei venditæ periculum at
tineat. Siluester verbo, emptio. q. 4. huius quę
stionis cū meminerit, duo ait. Primum, quòd Resp.
si res vendita est in specie secundum legistas,
siue in numero, quod idē est secundū dialecti
cos, putà si vēditus est iste equus, deterioratio
& melioratio rei sic vēditæ pertinet ad empto
rē extra. de regul. iur. qui sentit. lib. 6. nisi vēdi
tio sit conditionalis, vt dictum est. Fructus au
tem rei venditæ pertinent ad venditorem, do
nec sit perfecta venditio, quòd tunc est talis
vt notat glossa. C. de peri. & cōmod. rei. vend.
l. 1. quando pretium est solutum, vel habita fi
des de pretio, licet aliàs sit perfecta, quādo res
est tradita. Secundò ait, quòd iam sic perfecta
venditione ad emptorem pertinent fructus,
quia ad ipsum iā pertinet quod per allunioue
flumen accrescit, & fructus & partus. C. de
action. empti. l. fructus &. l. penultima, dictū
iam erat à nobis de hoc nisiquòd epilogatio-
nis & claritatis gratia cum Siluestro hîc du-
ximus repetendum.

CAP. VIII. *Quæ sint venalia, an bona malefacto-
rum, an res semel vendit, an res sacra, an aleæ
& fuci, & quorum vsus potest esse malus &
de vendentibus cibos vetitos, arma, vina inebriā
dis, & toxicum.*

POrro huic instando materiæ, scilicet, de Quæst.
obiecto & materia venditionis quæ nam
sint, quæ vt venalia sub obiecto venditionis
cadant, vel vendibilia non sint ex sua natura,
siue ex aliquo accidenti casu, perquirentes
pergimus vltra hîc scisciatari an bona, causa ma
leficij publicata præuendere possit eius do-
minus. At præsertim ante publicationem à
domino malefactore an vendi possint magis
vrget dubium. Ex vna parte quidem, quia si Argu.
ipso iure confiscata sunt talia bona, vt bona
hæretici, & in Hispania bona patratoris pec-
cati nefandi sic sunt ipso facto cōfiscata, cum
iam horū criminum rei etiam occulti à pūcto
patrati criminis dominium amiserint, propte-
rea q; ad hanc amissionem, quia mera priuatio
est, nullus actus, neq; ex parte rei, aut iudicis
requiritur, qualem requirit possessionis amis-
sio, sequitur q; illa bona hi vendere iam non
possint, quorū iam non sunt dñi, sed tantum
posses-

In contra. possessores. Pro alia quoq; parte durũ valde videtur, quòd hi etiam si occulti sint nullũ possint suorum bonorum venditionis inire contractum.

Resp. Igitur pro expeditione quæstionis hæc mihi dicenda se offerunt. Primò quòd possessio, seu fundus venditus ab eo qui crimen adeo graue cõmisit, propter quod eius bona veniũt publicanda, non tamen ipso iure sunt confiscata, valide transmittitur, quo ad eius dominium, & possessionem in emptorem, dummodo hæc venditio præcesserit sententiam. Huius sententiæ est Innocen. in cap. quia propter. de election. comprobatur insuper. C. de bonis dam. l. si quis post hanc. quæ publicanda fore bona illius qui crimen capitale perpetrauerit decernit inuenta, scilicet, post sententiam, vel quæ ex suspicione pœnæ sunt alienata. ff. de don. causa mort. l. si aliquis. Et ratio quoq; fauet, quia rei isti licet post condemnationem donare non possint, bene tamen ante, iuxta. l. post contractum. ff. de donat. Ergo si possunt hi ante sententiam condemnationis sua bona donare, ergo etiam vendendo distrahere, ita vt valida sit talis venditio.

Quæst. Verum quia multa iam facta tenent, quæ licitè non potuerunt inchoari hac dubitatione forte tenebitur aliquis, an tales malefactores quorum bona non sunt ipso iure cõfiscata, sed tantum veniunt publicanda, licitè possint ea

Respon. per venditionem distrahere. Respondetur ad hoc secundò, huiusmodi delinquentibus non licere sua hæc bona diuendere. Primò quando ex suspicione pœnæ ea vendidisse poterit comprobari, quia tunc cum iuxta. l. si aliquis. ff. de don. causa mort. veniant nihilominus publicanda, emptori inde præiudicium pararetur. Quia licet secundum Siluest. verbo emptio. q. 3. penes finem. in casu publicationis, si fundus venditus fuerit ante traditionem, vel post publicatus fuerit causa maleficij venditoris, periculum tunc ad venditorem attineat, iuxta. l. si fundus. ff. loc. & ibi glos. nihilominus negari non potest, quin talis venditio in præiudiciũ emptoris possit verisimiliter vergere, præsertim cum in fraudem, & ex suspicione pœnę rem venalitati expositam fuisse possit præsumi, aut probari, quapropter emptor ea spoliatus impotens forte fieret ad suũ pretium pro ea persolutum recuperandum. Liceret autem, vt insinuat Sotus, & prout Victoria in relectione de Indis tradit, si crimen tale capitale occultum creditur mansurum, neq; ad aures fisci regis preuenturum occulto reo bona sua tũ diuendere, tũ quocunq; cõtractu oneroso alienare: quia tũc nullus metus subesset, q̃ ab emptore forent per fiscum exigenda. Si autem post proprietatem obtẽtam ab emptore, maleficiũ fuisset admissum, & non ante, haud dubium quin sine fraude sic facta licita esset vẽditio, autore Siluestro tuncq; talium bonorum emptor legitimè subiret periculum.

Iam verò de ipso iure confiscatis bonis, de *Quæst.* quibus vrgentior est difficultas, satisfaciendũ venit à nobis breuiter cũ Victoria in relectione de Indis, sic respondentibus: Quòd hæreti *Resp.* cus secretus, siue quiuis alius criminis reus, cuius pro tali crimine ipso iure amissa sunt bona, licet cùm in publicum prodendum suum crimen, ad notitiamq; fisci peruenturum timeretur, nõ posset sua bona venalia exponere, aut titulo oneroso trãsferre, quia id sine periculo, atq; damno alterius contrahentis non fieret, posset tamen sic distrahere bona sua atq; contrahere, dum citra timorẽ res esset, quòd criminis notitia vsquàm proditura esset in publicum: quia tunc emptor indemnis seruaretur, neque contra legem tunc fieret, quæ licet ipso facto amissionem bonorum decernat, tamen secundum grauium doctorum sententiam, & in benigniori sensu interpretata ipso dominio ante sententiam declaratoriam super crimen saltem (vt glossat Sotus de Iustitia & iur. lib. 1. quæst. 6. artic. 6. conclu. 4.) non priuat aut etiam si secundum Metinam super. 1. 2. Diui Thomæ, (quia ad priuationem dominij non requiritur actus), tali dominio statim ante sentẽtiam ipso facto priuaret: tamen, quia (vt replicat ad hoc Sotus) saltem possessionem æquiualẽtem dominio interim talis reus habet, ad hoc accedente, quòd quia dominium rei potissimè propter eius vsum, & possessionem appetitur, possessio sit, quæ magis prętẽditur, quia iuxta philosophum propter quod vnumquodq; tale & illud magis, fit sanè, vt in conscientia reus occultus, de cuius criminis publicatione non timetur in posterum, non sit ab alienatione suorum bonorum siue per venditionem, siue aliter prohibendus. Accedit ad hoc, quòd Nauarr. in sua Sum. ait. scilicet donatum ab eo, qui iam commiserat crimen ipso facto priuationem bonorum inducens licitè à donatario ante sententiam posse retineri. Sicut etiã vxor licite retinet donatum causa mortis à marito ante reatum capitalem commissum, & non postea. l. cum hic status. ff. de donatio. inter. vir. & vxo. §. si maritus. est etiam textus cum gloss. in. l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. ¶ Dilutum autem manet per *Ad arg.*

ſupra dicta argumentum ſupra in contra poſi tum. Nam hos reos ipſo iure priuatos ante cõdẽnationem etiam caſu, quo ſuum crimen ve riſimiliter veniret euulgandum pro ſuis tantum neceſſarijs vſibus poſſe ſua bona diſtrahe re, & Victoria concedit, & nemo (vt puto) qui pius ſit negabit. Cæterũ Victoria vbi ſupra li cet in caſu publicitatis futuræ his contractus oneroſos, & venditionis inire non concedat, non tamen tam rigidus cenſor eſt, quin eos bona poſſe donare annuat ante ſententiam. Quod & Nauarrus, vt diximus ſupra, viſus eſt confirmare, quia donatario hîc non fit iniuria ſi re, quam gratis accepit contingat per fiſcum ſpoliari poſtea.

Quæſt. Præterea & hîc illa quæſtio aduocanda venit, vtrùm res ſemel alicui vendita, ſi alteri vendatur, cui eorum ſit adiudicanda? Nam ius dictat eſſe eius cui primo traditur, & Argu. non illius, à quo primò emitur. Cuius ratio non ſatis conſtat, cum natura venditionis, per quam transfertur dominium, videatur repugnare. Quia ſi primus emptor iam per emptionem, illius acquiſiuit dominium, res iam iſtius domini effecta non videtur ab emptore ſecundo per traditionem illicitã primo ſibi factam licitè poſſe vẽdicari. ¶ His ni- Reſp. hilominus non obſtantibus, quia expreſſa eſt iuris diffinitio, dicendum eſt quòd in hoc caſu potior eſt ſecundus emptor, quia illius erit res vendita, ſi primo ſibi tradatur. Secus eſt ſi iam primo emptori res ſemel tradita fuerit. Ita habetur expreſſè. l. quoties. C. de rei vindi. & in huius gratiam eſt argum. in capite. ex literis. de conſuetud. etiam ſi ſecundus emiſſet nomine eccleſiæ, primus emptor in re ſibi tradita præfertur. ff. de procu. l. in cauſæ, & idem eſt in donatione. Venditor autem tenetur de crimine falſi, vt patet. ff. ad legem Corneliam de fal. l. qui duobus. de hoc pleniſsime laſo. in rep. d. leg. quoties. Ad rationem in contra hoc Ad arg. nobis ſuppetit reſpondendum, hoc ità ius ciuile iuſte potuiſſe ſtabilire, tum ad ſuccidendas lites, tum etiam, quia quoad hoc imperfecta cenſetur eſſe venditio ante rei venditæ traditionem, tum quia poſſeſsio prius tradita tanquam principaliter intenta ad emptorem, cui primò tradita eſt videtur ſecum traxiſſe dominium.

De re ſacra. Cum de materia, circa quam verſatur venditio iam à nobis cœptum ſit agi, vt ad reliqua huc attinentia dubia patefacienda progrediamur, quæritur inſuper an ſpiritualia ſint vendibilia. Sed quia quæſtio hęc ſuum proprium Quæſt. vendicat locum in materia ſimoniæ, hîc tanquam acceſſoriè ad eam breuiſsimè dicitur quòd opera quæ pro principio rem ſacram habent, vt celebratio miſſæ, & auditio confeſsio Diſtinct. nis, quarum principium eſt ordo ſacer, autore. D. Thoma in. 4. ſent. diſt. 25. q. 3. neque quã vt venalia diſtrahi poſſunt, quia neq; vendibilia ſunt, aut emibilia, quia gratis iuſſa ſunt dari à domino, & quia inæſtimabilia ſunt pretio. Ideò quando aliquid pro his operibus à fidelibus datur, vt promiſſa, & cæt. applicandũ eſt non ad ſpirituale ſed ad tẽporale: ita vt pro ſuſtentatione, vel pro obligatione aliqua accidẽtaliter annexa, & tẽporali cẽſeatur dari. ¶ Se- 2. cundò dicitur loquendo de operibus, quæ licet terminum ſpiritualem habeant, principio tamen ſpirituali, à quo procedãt, carent, quòd autore D. Thoma loco citato. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 3. & quod lib. 8. art. ij. docere artes liberales, & huiuſmodi actus locari poſſunt pretio: tamẽ harum liberalium artium finis, quia ſpiritualis eſt, ſcilicet ea quæ in eis docetur veritas vendibilis non eſt. ¶ Tertiò adijcimus, 3. quòd res ſpirituales, in quibus temporale cum ſpirituali coniũgitur ratione tẽporalis ibi contenti vendibiles ſunt, dummodo ſecundum D. Thom. non interueniat irreuerentia rei ſacræ, & adſit neceſsitas, & ratione ſpiritualitatis non maioris vendantur. Huiuſmodi ſunt vaſa ſacra, paramenta, ſepulchrum ratione honoratioris ſitus, quia tunc non vẽduntur hæc in quantum ſpiritualia ſunt: ſed in quantum res quædam corporales ſunt, vt pannus, aurũ, lapis, fundus, & huiuſmodi. Sed non inde infertur eandem eſſe rationem de chriſmate, & de oleo conſecrato, & de materia ſacrorũ vaſorum: nam oleum, & chriſma ſunt materia ſacramenti, ita quòd applicata vera ſunt cauſa, à qua intrinſecè ſacramentum pendet, vt in ſuis ſcriptis tradidit Frat. Ioannes à Peña. Adde etiam quòd in chriſmate, & oleo ſancto ratione iam dicta principaliter conſideratur id quod ſpirituale eſt: ideò vendibilia non ſunt. Eſt enim in his regulariter parua quantitas ratione materiæ, quaſi nihil valens. Nam ſi eſſet magna quantitas olei, aut balſami, liceret vendi in tanto pretio, quanto vt naturalia ſunt, conſtare ſolent, non ſecus, quam ſi quis de reliquijs ſanctorum veſtem habuiſſet, aut gladium, dum deſit intentio vẽdendi ſpirituale. Tandem concludimus, quòd licet vaſa ſacra ſecundum materiam, vt argentea, vel aurea vendibilia ſint: non tamen in eadem forma ſunt vendibilia laicis: ſed ſolum alteri eccleſiæ ſic vendi permittuntur, propter neceſsitatem. l. ſancimus. in. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.

con-

confracta verò vendi possunt cuicunque de consecr. distin. 1. ligna. &. 10. quæst. ij. hoc ius.

Quæst. Accedit & hîc alia affinis quæstio, scilicet an vendi licitè possint quorum vsus solet esse ad malum, vt aleæ aleatoribus, pigmenta, & fuci mulieribus turpibus, & amatricibus, cibi veti ti in die ieiunij eis abusuris, vina fortia debili bus capite inde inebriandis, arma digladiatori bus, duella exercituris, toxicum, seu venenũ ci de quo dubitatur an sit his malè vsurus. At verò, nisi series materiæ nos hîc repetere hæc dubia cogeret, quia iam in parte. 1. tomi primi nostri Instructorij conscientiæ ca. 59. discussa fuere, non erant rursum nobis ingerenda.

Resp. Compendiosè tamen ea hîc perstringendo, dicimus ad primum cum Nauarro in sum. cap. 14. nu. 31. quòd quia ars illorum hominũ, qui faciunt opera, quæ ex se sunt talia, vt illorum vsus malus, & bonus esse possit, non est mortaliter illicita, quanuis maior pars ementium malè etiam mortaliter vtatur eis, vt efficaciter in cap. negotium. nu. 8. de pœnite. dist. 5. dicit se probasse Nauarrus secutus mentẽ D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. ideò vendere prædicta ex se non est culpa mortalis, quia occasio, seu scandalum ex tali venditione occasionatum non est scandalum datum ad peccãdum mortaliter, quia dum non est prohibitum talia vendi id vẽdens non tenetur euitare. Nam neq; lex festi seruandi, aut mandatum de non adulterando cum ex se sint sancta, ideò mala fiunt, quia pleriq; hominum hinc arrepta occasione peccent grauissimè: quia vtrobiq; scandalum inde sumptum non est datum, sed tantum acceptum.

Quæst. Præterea, quia materia hæc quotidiana est peculiari indigẽs resolutione, ideò ad particularia descendendo, circa primum dubium de lusoribus vendentibus aleas sentẽtiam Caiet. libenter amplectimur, qui super. 2. 2. q. 169. art. 2. &. q. 10. art. 4. clarius docet, tam artifices alearum, quàm earum venditores etiã si sciant earum emptores eis vsurum ad ludum mortalem, non peccare mortaliter eas illis vendendo. Hæc tamen Caietani sententia quatenus ait, quòd etiam si sciant venditores, emptores aleis malè vsuros nihilominus eis liceteas, vẽdere est contra Metinam Complutensem, codice de restitutione. q. 3. & contra Nauarrum in summa Hispanica cap. 23. nu. 91. & contra Gabrielem, & D. Antoninũ. Ad cuius probationem Caietanus egregias adducit rationes, quarum palmaria est, scilicet quòd ista ars faciendi aleas nõ est per leges prohibita, & quia ille euentus lusus mortalis ex venditione alearum secutus, licèt à venditoribus sit scitus, nõ tamen est illis voluntarius, neq; directè, neq; indirectè. Quòd autẽ directe voluntarius non sit satis liquet, quòd autem neq; indirectè ex eo patet, quòd obligatione illum euẽtum malum vitandi vẽditor alearũ non tenetur. Neq; enim sufficit ad voluntariũ indirecte me posse malum vitare, nisi tenear. Cæterũ licet ista sententia Caietani sit vera, tamẽ non male admonet Siluester, scilicet, quòd si aliunde commode sibi victum parare possunt isti venditores alearum, consulendi sunt si velint, hanc dimittere negotiationem.

Varĩat Caietan. & Metĩ.

At tandem ne omnino opinionem tantorũ virorum refutemus, puto suam opinionem (ni fallor) habere verũ, quando venditor alearum scit earum emptorem eis vsurum non solum ad ludum mortalem, sed ad ludum redũdantem in præiudicium tetrij, quia scilicet lusurus est alienã pecuniam, vel patrimonium alienum: quia in hoc casu est veluti dare gladium furioso, & subministrare arma statim in procinctu parato ad occidendum inimicum. Secus est quãdo solum ementi ex tali ludo paratur detrimẽtum, quia iam est paratus ludere, & scieti, & volenti nõ fit iniuria, neq; fraus: neq; enim venditur sibi res, cuius non possit esse bonus vsus. *Sent. Autoris.*

Quæst. Iam per supradicta liquet, quid sit dicendũ de vendentibus fucos etiã meretricibus. Quia fucorum potest bonus vsus esse ex se, aut certe non mortalis, vt cum iuxta sententiam Victoriæ se fucat fœmina non ad malum finem, neq; vt mentiatur se formosiorem, sed quò suam occultet fœditatem, aut colorem nimis fuscum, quò marito placeat, certe talis venditio non est tantopere damnanda, autore Nauarro in sum. cap. 19. num. 16. qui ait posse defendi non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinam ad se ornandum, neque ministrantes mensis sybariticis prælatorum, neque opifices qui calceos, & sandalia, vestes ve meretricibus diuendunt, vel alios simiiles, quando id non consentiẽdo in peccatum faciunt. Neq; enim, inquit, inducunt ad malum, neq; directe adiumentum præstant ad illud. Respõdet autem ibi Nauarrus patris Vincentij obiectioni, scilicet quod nõ est eadem ratio de susceptoribus ad lusus mortales, & de vendentibus aleas lusuris, quia huiusmodi susceptores tacite, imo vt in plurimum expresse inuitant, & iuuant directo, vel ferme ad huiusmodi lusus mortales eis præbentes consensum. Tandem quia sicut vẽditiones alearum

Nõ obstat obiectio Vincent.

per leges non sunt interdictæ, ita neq; venditiones fucorum, non improbabiliter dicitur, sed ad mentem Caietani, quòd vendere meretricibus fucos non sit mortale: quia ad maiora mala præcauenda puta Sodomitica crimina permittuntur meretrices, quarum aliquæ, quia pulchriores sunt facie, magis alliciunt ad se animos, quàm quæ fucantur.

Quæst. Præterea, quid de tabernarijs vtrum tempore ieiunij de præcepto possint indifferenter hospitibus aduenientibus fercula, id est, ientacula, & cœnas diuendere restat diffiniendũ.

Dictum. 1. Secuti autem hîc Caietanum, & Victoriam in suis scriptis, primò dicimus, quòd non peccãt mortaliter vendentes, atq; propinantes cibos hospitibus die ieiunij de præcepto volẽtibus cœnare: Quia secundum Caietanũ tales tabernarij non debent esse scrutatores cõscientiarũ hospitum: quia non est præsumendum, quòd talis hospes tam sit immemor salutis animæ, vt velit tunc cœnare, vbi à ieiunio non excusatur.

2. ¶ Secundò dicitur cum Victoria, Caietano, & Nauarro contra Gabrielem, qui vendit cibos ei, quem nouit petẽtem ad ieiunandũ, quem iam paratum nouit ad non ieiunandũ, non peccat mortaliter, quia solum deseruit eius potentiæ nutritiuæ, & sustentationi naturali. Neque enim cooperatur illi comestioni quatenus fractio ieiunij est, quia cibos reseruare potest tales in alium diem ille, qui eos emit. Sicut etiam non est illicitum si agnus vẽdatur Iudæo ad pascha celebrandum: & quia est vsu receptum, & quia neque ex præcepto correctionis tenetur caupo vendens illi negare cibos: quia si iste negauerit, aliunde sibi cibos conquiret, ita quòd de facto non obstãte ista negatione alibi erit talis cœnaturus. Secus autem esset si de facto hoc non vẽdente, is de quo constat quòd ieiunare obligatur, esset ieiunaturus: Nam tunc ex vi correctionis teneretur illi non propinare cœnam.

Quæst. Insuper neq; iam in obscuro est, quid sit dicendum ad consequentẽ quæstionem, vtrũ vina inebriandis venundari possint. Diximus autem ad hoc, vbi supra, idemq; nunc repetendum duximus, quòd debilibus capite de quibus iam experientia teste constat ebrietate capi, non esse vina vendenda in ea quantitate, quæ possit eos inebriare: & patet, quia sic his ministrare vina est veluti gladium porrigere furioso, & ignem exhibere pro incendenda domo. Quare illa communis ratio scilicet quòd licet vendere etiam scienter malè vsuris ea, quorum potest bonus, & malus esse vsus tantũ habet verũ dum talis vsus nõ solet verti in præiudiciũ tertij. Ex peccato autem ebrietatis quot, & quanta nocumenta sequantur tam in vitam ipsorum vsq; ad ebrietatem potantiũ, quàm etiá in domesticos, & vxores, & in alios, quia interdum sæuiũt in illos, non est hoc tantum in dubio, sed ipsa experientia ostendẽte est clarum. Quare dicere in hoc casu tantum potẽtiæ nutritiuæ deseruiri, non facit satis: potentia enim nutritiua moderato potu eget, nõ autem potente inebriare. Vnde caueant tabernarij nouæ Hispaniæ: quia si hæc mala inter Indos contingentia passim, non cauent, maxime dum ea vident in propatulo, exhibent se inabsolubiles, neque absolui à confessoribus possunt, nisi concipiant animum hæc mala cauendi.

Subinde ad quæstionem de vendentibus arma verisimiliter cum eis nocituris superest dicendum cum D. Antonino. 2. p. tit. 1. ca. 24. §. ij. & cum Nauarro in sum. cap. 23. nu. 90. q. vendere arma ei, de quo vendentem non latet ea ad iniustè lædendum, vel ad bellum iniustum ea emere, non caret culpa mortali. arg. cap. notandum. 2. q. 1. quia ad damna grauia contra charitatem, & iustitiam sufficientem causam, qui sic vendit dedisse videtur. Quæst. ¶ Sed quid si arma vẽdenti talis scientia non subest, verum dubitat de fine, ad quem emptor arma emit? Tunc verò dicendum est planè, q. si armorum venditor hoc dubio interceptus illi principi subditur cui emens arma, cum etiã eius subditus sit in bello dubio vult militare, non peccat illi vendendo, maximè si iussus sit à suo principe talia arma pro tali bello diuendere. Alias secus, quia subditus ad iussum principis, & prælati potest deponere dubiũ, quod ad iussum alieni principis nõ ita deponere poterat. Hoc arguit caput, quid culpatur. 23. q. 1. Quæst. ¶ Cæterum ad id dubij, quod ibi præsius proponitur à Nauarro, scilicet quid de illo dicturi simus, qui licet vendat arma citra malum finem ob lucrum iustum, credit tamen ementem profecturum ad bellum iniustum, cum idem Nauarrus in sua sum. Latin. ca. 23. n. 90. resolutionem eius ex positis supra cap. 19. nu. 16. sumendã esse dixerit, inde tamen (nisi fallor) non tam aperte colligitur: quia ibi solum loquitur de rebus occasionatis non ordinatis ad præiudicium tertij, quod de armis venditis illi qui creditur iturus ad bellũ iniustũ dici non potest vt videtur. Igitur conuenimus certe cũ Nauarro in eo, quòd in sua sum. c. 17. nu. 195. docet, scilicet quòd qui arma locat, aut vendit ei, quem putat interficere, aut iniuste aliũ percutere velle, peccat mortaliter, quia auxi-

lium

lium ad peccandum mortaliter præbet iuxta cap. fin. de iniurijs. &. c. 1. de offi. deleg. ¶ Secundò ad quæstionem in forma, quia non ità in forma Nauarrus respõdet, sic videtur nobis per distinctionem respondendum. Quia si iste, qui creditur iturus ad bellum iniustum in præsenti imminens, aut in proximo verisimiliter futurum, quo ad id se præparet, velit emere arma, illicitũ est ea vendere ei. Imò si creditur iturus ad hoc bellum, (quia præsumẽdum est tunc ideò emere quò ad bellũ, ad quod creditur iturus in proximo, paratũ se inueniat) non sunt tunc ei arma vendenda. Patet, quia tunc sufficientem causam damni dat, cum sic credens, aut debens credere arma diuendit iuxta cap. fin. de iniurijs. Si autem in præsenti bellum iniustũ non imminet, aut in proximo non speratur futurum, ad quod credatur iturus, sed quia miles est qui arma emit, creditur si se offerat bellum iniustum futurũ, quia non ita timoratæ conscientiæ est ad illud iturus, de quo nunc non cogitat, non ideò illi arma vendere illicitum erit. Quia pleriq; hominum sunt ex his parum timoratis, qui ad vlciscendas iniurias, si sibi forte ab aliquo inferrẽtur, quasi in præparatione sunt animi, quibus propter hos conditionales euentus non prohibentur armifices arma vẽdere, licet euentus conditionales præsumantur.

Resp.

Quæst.

Tandem illi quæstioni facturi satis, an vendi possint toxica, & aconita, respondemus, quòd ista nequaquam vendi licet ei, qui probabiliter creditur vsurus eis in nocumentũ notabile salutis propriæ corporalis, aut alienæ, aut si hoc probabiliter dubitatur. Nam neq; in dubio probabili licet vitam alicuius exponere periculo, ista ignoranti, aut malignanti malefico vendendo. Secus est si ista non præsumantur nocumenta, sed potius ex consilio periti medici pro aliqua medicina exterius applicanda conficienda credãtur emi aut certe pro nociuis occidendis feris. ¶ Adijcimus vltimo, quòd neq; licitum est infidelibus vẽdere res, quæ alio carent vsu, nisi ad cultum suæ falsæ religionis, quia tali vsui solum sunt applicitæ, licet tamen ea eis vendere, quæ in alios vsus eis inseruiunt præter hunc. Vnde licet, vt dictum est, vendere eis paschalem agnum, licet nouerit venditor malè eo fore vsuros. Ita Caietanus, cui subscribit Ibañez sup. 2. 2. Eiusdẽ sententiæ fuit frater Petrus de Sotomaior, sed dissentit à Caietano, dicente nõ licere pro pretio infidelibus ædificare templa, quia hoc prohibitum est, quia inquit Sotusmaior, licere id quidem, quia talia tẽpla possunt verti in alios vsus, & fieri templa Dei. Sed dicimus cum Caietano, stante prohibitione non licet, quia solum antiquas synagogas ruinosas reparare eis licet in parte, non nouas erigere. Ex prædictis quoq; licet inferre herbam Tabaco nuncupatam in noua Hispania, qua malè & bene solent vti Indi, scilicet ad diuinationẽ, & etiam ad medicinam corporalem, licere eis vẽdere non tamen ea certo inebriandi.

Veritat Caieta. & Sotusmaior.

CAP. IX. *Copula mulieris an sit venalis, & an pro condonatione vitæ possit pretiũ accipi. Recẽsentur in hoc capitulo notabilia quinquaginta quinq;, quæ sancito sunt per leges Hispaniæ circa emptiones, & venditiones ad longum.*

QVoniam etsi multa dixerimus de his, quæ venalia sunt, vel non, non tamen adhuc est exhausta materia, ideò de copula mulieris, an venalis sit nobis ineunda foret disputatio, nisi iam in primo tomo nostri Instructorij conscientiæ in part. 1. ca. 105. aduersum Nauarrũ latè disputãtes concluisissemus, quòd fornicationis actus, licet in genere moris intrinsecè mali sint, hoc non obstare, quòd sub alia cõsideratione, idest, quatenus voluptuosi sunt, & vsui humano pro delectatione corporali ex eis capienda accommodi, nõ possit pro eis & dari, & exigi pretium post factum. Neq; enim (vt benè ait Corduba) fornicatio per hoc, quòd est prohibita, vt intrinsecè mala, amittit suam naturalem voluptatem, sub qua ratione pretium accipitur pro ea. Igitur sit cõclusio generalis contra Metinam Cõplutensem in toto, & contra Nauarrum in parte, non solum meretrices publicitus prostitutæ, sed etiam maritatæ, & puellæ, quæ semel, aut bis collabuntur, possunt accipere pretium sibi promissum. Imo post obtentum coitum tenebitur qui illis promisit, soluere in foro conscientiæ, licet in foro exteriori solum publicitus meretrices prostitutæ possint illud repetere, & non illæ maritatæ, aut puellæ. Hæc Soti est de Iust. & iur. lib. 4. q. 7. est D. Thomæ, est Cordubæ in suo quæstionario lib. 1. q. 52. est Metinæ Salmant. in sua institutione fol. 170. est communis, est tamen contra Nauarrum in sua sum. Latin. ca. 17. nu. 38. &. 39. &. 40. &. 41. dicentem cum Metina Complutensi peccare meretrices post copulam recipiendo mercedem tanquam quid debitum operæ suæ fornicariæ. Sed quia iam ibi rationes Nauarri in cõtra infregimus eneruauimusq;, ideò parũ negotij suæ nobis facessunt rationes. Quia ex ratione D. Thomæ id patet, scilicet, quia licet

Quæst.

Conclu.

hic

hîc per legem causa sit prohibita, sed non datio, aut acceptio, & quia absurdum est dicere quòd leges meretricibus concedentes repetitionem, & cogentes promissores id eis persoluere cooperentur eis ad mortalem repetitionem.

Quæst. Iam & illa quæstio vtrum Ioannes quia cũ sua vxore deprehendit Petrum bis, aut ter, & condonauit illi vitam, cum posset illum impune occidere, pretium accepit à Petro, possit sibi illud vẽdicare, quia aliena hîc à nostro instituto prorsus non est, expedienda venit.

Dictum. 1. Igitur cum Corduba qui in tractatu de casibus cõscientiæ. q. 77. huius meminit dubij dicimus primò, q̃ secluso scandalo sublataq; occasione Petro reuertendi iterum ad vxorem Ioannis, licite potest Ioannes, quia iuri accusandi adulterium præteritum vtriusq; renunciat (quia tali iuri renuntiare potest licèt non iuri accusandi adulterium futurum) pro hoc aliquid pecuniæ sine obligatione eã restituendi in conscientia à Petro recipere. Neq; enim, vt ait Siluester. accusatio. q. 6. cui subscribit Nauarrus in sum. cap. 25. nu. 31. tenetur sic acceptum de præcepto cuiquam restituere, nisi tãtum pauperibus, & hoc ex cõsilio, si Ioanni placuerit, quod & pleriq; doctorũ confirmãt.

2. Secundò superadijcimus, quòd etiã Ioanni id pecuniæ accepisse licebit à Petro ob causam, scilicet, in quæstione propositã, scilicet, quia cessit iuri occidendi adulteros, quos iure permittente citra pœnam, pegione in ipso actu trãsfodere poterat. Quia eodem iure humano, quo Ioannes potitur ad eos accusandũ in foro exteriori, potitur ad adulteros simul deprehensos impune interficiendum, quidquid sit de culpa, de qua nunc nihil agitur. Ergo si quia renunciat iuri accusandi aliquid licite recipit, etiam in conscientia, quia huic secundo iuri renunciat aliquid accepisse licebit. Quare in foro conscientiæ eo quòd sic receperit, vel restituere sic acceptum neglexit, nõ est aliqua mortali culpa notandus. In foro tamen exteriori si contraria proferatur sententia, quia subesset præsumptio datæ occasionis prosequendi adulterium, iam semel eius pœna pecunia redempta, tunc quia sententia iusta quidem esset, teneretur Ioannes ei parere restituendo sic acceptum, & hoc post sententiã: nam ante eã in conscientia ab tali restitutione immunis erat, vt diximus.

Recensentur omnia quæ sancita sunt per leg. Hispa. circa venditionẽ ad longum.

Præterea accedit proximè necessitas, & vtilitas proponendi hîc ea omnia quæ peculiaribus legibus Hispaniæ circa diuersas materias emptionum, & venditionum sancita sunt. Nã primò lib. 5. recopilationis nouæ legũ Hispaniæ tit. 12. l. 23. fol. 308. quibuscunq; pupillorum tutoribus, vel tutricibus interdicitur facultas emendi sibi eorũ, quorum administrationem gerunt, bona, quòd si secretè, vel publicè talia bona sibi pretio comparauerint, dicitur quòd talis emptio si per probationẽ constare possit, nulla sit, rescindaturque quadruplo, quam valerẽt restituto camerę. ¶ Insuper quorumcunq; bonorum administratores inhabiles quoq; censentur ad ea emenda. ¶ Insuper de iudicibus, corregidores, Hispanicè nuncupatis eadem recopilat. lib. 3. titu. 6. l. 2. cautũ est, ne in suæ iurisdictionis situ hæreditatem aliquam emant, aut ædes ædificent, aut greges & pecora pascant. ¶ Deinde lib. 7. l. 15. & 27. tit. 3. Hæreditates abbatienses, delo abbadengo, Hispanicè nuncupatæ naturalibus eiusdem distincti aut situs iubentur venundari, & non exteris. ¶ Præter hæc ead. recopil. l. 33. lib. 3. tit. 4. prælecti ad executionem iustitiæ, alguaziles de los adelantamiẽtos, y merindades, Hispanicè nuncupati interdicuntur ea emere bona, quæ executioni mãdantur. ¶ Ad hæc ea. recopil. li. 5. fol. 24. l. 17. & 18. tit. 21. præfectis in domibus communibus, alhondigas, Hispanicè nuncupatis, nomine communi posse frumentum anticipatum emere conceditur, & quomodo præferantur in hoc, & in vẽdicando illud pro eodem pretio contra alios præemptores ibi decernitur. ¶ Vltra hæc ibid. l. 1. tit. ij. lib. 5. fol. 30. decernitur remedium cõtra deceptionem vltra medietatem iusti pretij habere etiã locum in his, quæ subhastatione venduntur. ¶ Accedit ad hoc quòd etiam ibidem. l. 22. tit. 8. lib. 2. fol. 81. iudices interdicũtur aliquid eorum emere, quæ iussu suo subhastatione vendenda proponuntur. ¶ Itẽ pannosarum, & detritarũ vestium emptores seu potius reuenditores Hispanicè, ropauejeros, nuncupati ea quę subhastatione exponuntur, venalia emere prohibentur, ita ead. recopil. l. 22. tit. 8. lib. 2. fol. 81. ¶ Item ead. recop. l. 2. tit. 6. lib. 6. statuitur ne arma vendantur, alienentur, vel impignorentur vltra. 10. dierum terminum. ¶ Item, ead. recop. mercatores mercium in suburbijs prohibentur suas merces vẽderę lib. 7. tit. 1. l. 9. fol. 72. ¶ Item ead. recopil. l. 5. tit. 16. lib. 3. fol. 221. prohibentur pharmacopolæ vendere venenosa sine medici licentia. Item ead. recopil. l. 3. tit. 2. lib. 7. fol. 143. reuenditores illi ostiatim soliti vendere portatiles merces, bohoneros, Hispanicè nuncupati prohibentur vt diuagãtes per calles, & domus intrantes merces suas diuẽdant, sed potius in plateis

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

teis callibusq; publicis suas merces venales ex
ponat, sub pœna amissionis mercium, & incur
renti insuper pœnas sancitas per regni leges cõ-
tra earum rerum venditores; quæ prohibitæ
sunt transuehi intra regna, sicq; per hanc le-
13. gem similiter applicãtur. ¶ Itẽ ead. Reco. l. 24.
tit. 14. lib. 7. ioi. 128. tartores, qui pãnos, corde
llates, & estameñas, Hispanicè nuncupatos, in
ter se diuidẽdos taliter, quòd eorum dimidia
pars cum indice, ideſt, cum signo manet apud
vnum, reliquaq; dimidia pars cum cauda re-
manet penes alterum emunt, prohibentur eos
vendere, vel scindere, nisi per ministrũ ad hoc
præsignatum, veedor, nuncupatum prius si-
14. gillentur, & signo legali signẽtur. ¶ Itẽ l. 1. tit.
2. lib. 7. habilitur, q̃ lebetũ, & caldariarũ artifi-
ces præsertim exteri, & alienigenæ, causa ven
dendi aut suis officijs vtẽdi per calles non ob
ambulẽt sub pœna amissionis eorũ, quæ ven-
denda portauerint & amissionis tantundẽ pro
camera adiuncta pœna exilij per annũ à regno.
15. ¶ Eandem. l. 1. tit. 2. lib. 7. ead. Recop. nõ ob-
stante præterita lege cõceditur opificibus cal-
dariarũ naturalibus regni posse ambulare
calles causa venũdandi nouiter a se fabrefacta
opera. ¶ Itẽ eadem Recop. lib. 7. tit. 18. l. 3. præ
16. cipitur ne opifices candelarum, ceræ, vel sepi,
vel quæuis aliæ personæ etiam examinatæ vẽ-
dant ad hæc officina pertinẽtia nisi officinam
publicam ad suæ domus habuerint sub pœna
duorum millium dipondiorum mulctatione.
17. ¶ Item vbi supra. l. 4. sub eadem pœna prædicti
officiales candelarum, ceramq; vel sepum vel
alia ad suum officium pertinentia si emerint,
iubentur præfectis, ideſt, veedores, si vltra põ-
dus Hispanicè, arroba, nuncupatum emerint,
ea pandere intra triduum à tempore emptio-
nis antequàm tales merces in suis officiois,
vel armarijs recondant, vt officiales reliqui
partem aliquam inde tibi velint pro eodẽ pre-
18. tio, illis soluentibus intra tridui tũ detur. ¶ Idẽ
etiam præcipitur cuicunq; mercatori prædi-
19. cta ementi in magna copia ibidẽ. l. 5. ¶ Item. l.
6. prohibentur, vẽditores prædictas merces ce
ræ, vel sepi vendere, secernendoque, aut se-
parando bonum ad aliò asportandum, quia
istæ merces vt sunt asportatæ ita iubẽtur ven-
di. ¶ Item opifices hi prohibentur ceram cum
20. sepo miscere, aliàs subituri pœnas in simili casu
stabilitas, quia aliàs opificum huiusmodi fal-
sitate non careret. ¶ Item eadem Recop. lib. 3.
21. tit. 4. l. 6. & 7. prohibetur carcerarij incarcera-
tis vendere vinum, vel carnes, vel piscatum.
22. ¶ Itẽ ead. Recop. lib. 5. tit. 21. l. 13. prohibetur
pro numismate aureo plus prætij recipi quã
sit taxatum per legem, vel pro maiori pretio
tale numisma emi sub pœna amissionis talis nu
mismatis, adiecta quoq; pœna pro qualibet vi-
ce decẽ mil iũ dipondiorum pro camera, præ
ter eas graues pœnas, quæ in his mediantibus
proxenetis decernuntur ibi. Permittitur tamẽ
ibi permutantibus numisma aureum pro ar-
genteis regalibus vel pro alia minutiori pecu-
nia id posse inde recipere quod permittitur
per leges. ¶ Item eadem Recopil. lib. 9. tit. 5. l. 23.
32. quod qui præsunt à ratiocinijs regis, conta
dores nuncupati, neq; eorum famuli, vel ad-
uocatus, neq; fiscalis, neq; notarius audientiæ
directe vel indirecte participare possint in ali-
qua parte reddituũ regaliũ, neq; in alijs ibi cõ
tentis decernitur. ¶ Item lib. 9. tit. 6. l. 1. præ- 24.
dictis, indicitur ne recipiãt prætiũ de numisma
te aureo, vel argẽteo à se soluendo, neq; in tali
solutione in maiori pretio id numisma cõpu-
tẽt, quàm cõmuniter valet, neq; diminuta aut
curtata hæc numismata quæ ant quòd tradant
pro sanis. ¶ Itẽ ead. Recop. lib. 5. tit. 4. l. 7. qui 25.
sunt à ratiocinijs, ideſt, contadores, eorumq;
officiales si interuenerint, vt mediatores in cõ-
cinnandis venditionibus iurium, vel aliarum
negotiationum inter partes, nisi gratis media-
uerint, pro hac mediatione acceptũ restituant,
insuper & in septupliũ mulctetur, quòd si sic
secundò receperint, vltra pœnam septupli, &
exules fiunt à curia, & quicunq; officio à re-
ge obtẽto priuãtur. ¶ Item ead. Recop. l. 8. tit. 26.
14. lib. 5. interdicitur in nundinis, vel in merca
to pecorũ proxenetas interuenire. ¶ Ibi quoq; 26.
l. 14. tit. 11. lib. 5. proxeneti est prohibitum sibi
assumere merces quas suscipiunt vendendas.
¶ Item lib. 7. tit. 13. l. 22. cauetur, quomodo vẽ- 27.
dendi sunt panni, vide ibi. ¶ Item qui sunt à 28.
penu, dispenseros, Hispanicè dicti, siue sint
regi à tali officio, siue alijs optimatibus in cu-
ria, atq; ab his aliqui alij licentiam tantum
pro suo penu permittũtur emere, quòd si quis
horum ad reuendendũ vel in pertinẽdum in
tẽ alias personas acceperit aliquid pœnis ibi
contentis veniat puniẽdus. ¶ Itẽ eadem Reco. 29.
lib. 5. l. 1. tit. 14. interdicitur tum reuenditori-
bus, regatonerijs, Hispanicè dictis, tum etiam
quibuscunq; alijs personis extra curiam neq;
ab ea in leucarũ. 5. circuitu emere annonam,
ideſt, victualia ad reuendendum, scilicet, pã-
nem coctum, triticum, hordeũ, auenam aut
alium granum, paleas, legumina, carnem mor-
tuam, aut viuam, piscatum recẽs, seu salitum,
siue pusillum siue magnum, siue extractum à
mari, siue à flumine, aut ad vsũ attinens, sub
pœna subeũdi sexaginta flagelli ictus, & iactu-

ram

ram empti, & mulctam sexcentorum diponderiorum. Accusariq; possunt à quolibet, & circa executionem huius pœnæ omnes curiæ residentes, prætores iubentur intendere, quibus negligentibus consilium regale prouideat.

30. ¶ Cęterũ ibidẽ in curia, in præsignatoq; quinq; leucarũ circuitu permittuntur emi fabæ, cicera, lentes, fruges viridęs, & siccę etiam ad reuendendum, vel aliter citra aliquam pœnam.

31. ¶ Itẽ lib. 5. tit. 14. leg. 2. prohibetur, ne aliquis in curia, vel in circuitu quinq; leucarum vina emat ad reuendendum in curia. Conceditur insuper ibi, & declaratur circa carnem viuam & mortuam, quòd si sint boues, vaccæ, vituli, arietes, oues, capri, sues à quolibet ad reuendendum emi possint. Cæterùm caro alia, cuiusmodi sunt gallinæ, perdices, pulli, anseres, capreoli, cuniculi, & omne venationis genus, emi ad reuendendum prohibentur, nisi à locis vltra 5. leucas à curia distãtibus empta ista ad curiam reportentur.

32. ¶ Ibi etiam circa legẽ de piscato suprapositam fit talis in forma declaratio, scilicet, quòd licet piscatum recens in curia intraq; talem periodum si sit à mari siue à flumine deductum ad reuendendum in curia emi non possit, piscatum tamen siccum, vt congri, piscatumq; salitum, sardæ quoq; recẽtes, & salitæ, & reliquum piscatum maris siccum, dũmodo à portatoribus publicè in platea ciuitatis, vel oppidi, vbi curia resederit, per totum vnum diem fuerint exposita, quò inde volẽtes suæ domui prouideant, possunt deinde à quocunq; ad reuendendum impunè emi. Si autem secus quis fecerit pœnas in dicta lege contẽtas subiturus erit ita lib. 5. tit. 14. l. 2. ¶ Itẽ ead. Recop. lib. 5. tit. ij. leg. 19. hæc

33. lex cum recentior sit, confirmat legem de nõ emendo panem in grano ad reuendendum, extenditq; eam ad totum regnum, sic in forma indicens, Nullus emat panem ad reuendẽdum exceptis agasonibus, & his qui ad prouidendũ alijs locis ea emerint, dũ tamẽ hi obnoxij maneãt ad diuidendum illum populis, ad quos eum detulerint statim, vt emerint, ita vt recondere in horreis illum non possint ad reuendendum, vel pretium eius augendum. Lex autem hæc & quidquid in ea continetur, ad cõductores panis, qui panem habitum ex similibus conductionibus vendiderint extenditur, exequendamque in vtrosque pœnam esse decernit, ita lib. 5. loco supra citato. ¶ Itẽ

34. lib. 6. tit. 18. l. 5. cauetur, vt nullus agasonum, siue Mauritanus sit conuersus, neque etiam alienigena per se, vel per interpositam personã emere possit aurum, aut argẽtum in bracteis, vel in massa sub pœna amissionis illius, & exilij perpetui ab his regnis. ¶ Itẽ etiam lib. 7. tit. 3. l. 20. interdicitur senatoribus populorũ, regidores Hispanicæ appellatis, & iuratis, & tabellionibus negotiari in officio reuẽdendi victualia sub officiorũ suorum priuationis pœna. Ita Rex Philippus Vallisoleti anno Domini. 1558. 35.

¶ Itẽ lib. 5. tit. 14. l. 7. prohibetur carnes viuas emi ad eas reuendendum sic viuas in nũdinis, & in mercato, vnde sunt emptæ sub pœna exilij à regno per quinquẽnium, & amissionis totius gregis sic empti, & suorum bonorum medietatis amissionis, ita Rex Philippus Toleti anno Domini. 1566. pragmat. 1. ¶ Item ead. Recop. lib. 6. tit. 16. l. 1. solum reginæ, & regi, & suis filijs permittitur habere officialem, gallinero, Hispanicè dictum ad gallinas emẽdas rationabili prætio, quas assumi vetatur ex prædijs, vel locis monasteriorum, vel ordinũ, neque ex aliquibus eorum oppidis, sicque per iustitiam obseruari mandatur. ¶ Item ibi. l. 2. his officialibus interdicitur aues assumere ad reuendendum, vel inter alias personas distribuendũ. ¶ Itẽ ibi. l. 3. præcipitur his officialibus à gallinis emẽdis, siue sint regij siue cũ licẽtia regia hoc officio fungãtur in curia, tũ vt aues ad taxam emant, neque vltra taxam posteà eas diuendant, & prouisiones, quas detulerint ad senatus populorum dirigãtur. ¶ Item

40. l. 4. præcipitur eis, vt aues ad taxam assumptas maiori pretio non vendant, neque eas pro alijs personis assumant, nisi pro eas tantum distribuendo in memoriali nominatis, & consulibus infirmisque curiæ, neq; recipiãt dona eo quod cum aliquibus oppidis, vel personis dissimulantes pertransierint. ¶ Itẽ l. 6. ab audientijs huiusmodi officiales à gallinis emendis se mouentur, iubenturque per auditores puniri.

42. ¶ Item ibi. l. 6. consilium regium curare præcipitur, ne regis venatores, vel officiales eius à gallinis assumant aues ad alijs personis diuidendum, eo prætextu quod pro mensa regia, pro auibus venaticis inescãdis sint necessariæ.

43. ¶ Item ead. Recop. lib. 5. tit. 12. l. 18. vide quo modo panni imperfecti prohibentur emi ad eos in eadem specie reuendendum, & in forma, qua fuerunt empti sub pena eos amittendi, & sub pœna mulctationis in alio æquiualẽti valore. Concedit tamen habentibus officinas publicas hos pannos iam perfectẽ omnino fabrefactos posse emere ad eos iuxta mensuram, & non aliter in suis officinis diuendendum sub supra contentis pœnis.

44. ¶ Item ead. Recop. lib. 6. tit. 20. l. 5. cauetur, quòd qui à famulis, vel famulabus alteri inseruientibus victualia

actualia emerint, vel hordeũ, vel ligna, vel paleas, vel alia vtensilia, vel supellectilia domus, & qui quouis modo prædicta emerint pro occultatoribus furti habeantur, & quòd vt contra tales aduersus eos per iudices cum omni ni cura, diligentia & rigore procedatur.

45. ¶ Item ead. Recopil. lib. 6. titu. 18. l. 45. statuitur posse lanas extra regnum transuehi ea lege, vt earum emptores teneantur tempore receptionis earum ad eas cum iuramento manifestandum cum alijs diligentijs, quæ illis imponũtur, vt fiant sub pœna amissionis lanarũ quæ petẽda venit ab his emptoribus inita annũ, & non post. Vide reliqua circa venditionẽ lanarũ ibi & lib. 6. tit. 18. l. 45. & 46. ¶ Itẽ lib. 7.

46. tit. 4. l. 2. cauetur, vt lanæ vendantur vel pro omnino impuris vel pro omnino lauatis, atq; deficcatis, & nõ aliter. ¶ Et leg. 3. titu. 13. lib. 7. quòd lanæ ad conficiendos pannos lauentur primò cum aqua calida, & post cum frigida: idemq; faciundum est si vendendæ sint, sub

47. pœnis hac lege contentis. ¶ Item lib. 7. tit. 17. l. 37. prohibentur opifices pannorum de lanis emptis excipere, & segregare primam, & secũdam sortem vt vendant tertiam, & quartam.

48. ¶ Item lib. 2. tit. 21. leg. 13. cauetur ne pro aliquo officio audientiarum possit dari pen-

49. sio, aut redditus. ¶ Item lib. 7. titu. 3. l. 7. sancitur, ne in posterum in domo regia, & curia vel extra officium iurisdictionem continens vendi aut emi possit sub pœnis horum regnorum, legibus contẽtis, & insuper tam illud vendens quam emens infamis inhabilisq; perpetuo maneat ad illudmet habendum, vel

50. aliud. ¶ Item lib. 7. titu. 3. l. 8. cauetur, ne vlla officia iurisdictionẽ continentia aut exequutorum iustitiæ, idest, de alguaziles y merinos, locari possint sub pœna, ipso facto amissionis eorum, & sub pœna quòd eorum conductores eis vti nequeant, quin in eas pœnas incidant, quas vtentes officijs publicis ad se non

51. attinentibus soliti sunt incurrere. ¶ Item lib. 7. tit. 8. l. 7. sub pœna centum ictuũ flagelli prohibetur, ne aliquis columbas vendere audeat, nisi columbarij dominus sit, vel eius mandato

52. vendat. ¶ Tandem fabri pellium, pellejeros, nuncupati si in aliquo loco huius opificij inueniãtur opifices habeant domum statutam, vbi pelles, & coria vendantur, præsignaturq; pœna contra extra hanc domum vendentes, vel ementes vltra duodecim pondera, arrobas, Hispanicè dicta. Indiciturque mercatoribus pellium, vt pelles vendant pro vt asportantur sine separatione boni à malo ad selectum, & bonum transuehendum extra regnum. Ita lib. 7. tit. 10. l. 6. & l. 7. ¶ Item l. 8. lib. 7. tit. 19. 53.
prohibentur huiusmodi pellifices aliena pecunia emere pelles pro alio ad contractus mercationis eas volẽti, sub pœna amissionis earum, & quomodo huiusmodi pellifices possint pro eodẽ valore pelles pro suo officio necessarias in suis officinis pro prouisione regni distrahendas deducere ab emptoribus, qui ad transuehendas eas extra regnum emerint habetur vbi supra. l. 9. ¶ Item lib. 5. tit. 24. l. 4. statuitur 54.
aurificem qui deprehensus fuerit ter fabrefeciisse ex auro non pertingẽti ad gradus. 24. quilates, Hispanicè dictos, vel ad. 22. gradus, vel saltem ad. 20. ad per totam eius vitam non fabrefaciendum in auro fore condemnandum taliter, quòd si secus fecerit omnium bonorũ suorum iacturam patiatur, parcat prolixitati lector si quò paterent fraudes, quę circa materiã emptionum, & venditionum in Hispania solent contingere, ideò leges Hispanicas, quę circa eas propellendas disponunt hic coaceruare curaui. ¶ Neq; ab re erit hic in calce pro complemento materiæ addidisse, scilicet, quòd (vt refert Nauarrus in summa cap. 23. nu. 93.) qui ad terras infidelium res vetitas vendendas exportant veluti arma, ligna, & alia ad bellũ pertinentia excommunicationem incurrũt latam per cap. ita quorundam, de iud. & per bullam cęnæ Domini. quod latè se declarasse ait Nauarrus in recept. prædicti cap. ¶ Insuper notato, cum D. Thoma. 2. sent. dist. 44. q. 2. ar. 2. ad 2. quòd quia baptismus non aufert conditionem seruitutis, seruum paganũ, aut Iudæum baptizatum posteà licet de consilio deberent domini facere liberos, non tamen de necessitate eos liberos dimittere tenetur, si alioquin iusto titulo, fuerant serui facti. ¶ Demum in fauorem baptismi, & periculi vitandi gratia Iudæus, vel paganus seruus Iudæi vel pagani emptus ab illis non ad mercimoniam, sed ad seruiendum sibi, si baptizatur liberatur à tali seruitute nullo pretio dato. Si verò ad mercimoniam emptus sit, & venditioni infra tres menses non exponatur, per baptismum efficitur liber sine aliquo pretio. Si autem exponatur & infra dictum tempus emptor non inueniatur liberatur. 12. solidis, idest, ducatis ca. 1. de Iudę. & Pag. ibi glos. 2. si autem infidelis emeret Christianum liberatur sine pretio cap. generalis. distinctio. 54.

CAP.

CAP. X. *Vtrùm clericis liceat negotiari, & an vectigalia soluere teneantur de empto aliena pecunia, aut alieno nomine, aut ex proprio lucro, de casibus emptionis, & vēditionibus in noua Hispania cōtingentibus inter Indos, & de negociatione intra ecclesiam, & an sit mortale peccatum.*

Negotiatio prohibita clericis.

QVoniam aliqui, vt supra insinuauimus propter vitādas fraudes, aut quia indecorum prorsus est eorum dignitati, & officio interdicuntur negotiari, aut aliqua per emptionem ex proprio non factam sibi vendi care, ideo non præter rem erit si de his quoq; quid stabilitum sit per leges meminerimus.

Quæst. Atq; ideò primò hîc quæritur, vtrùm clericis liceat negotiari. Circa quā quæstionem quia duæ versantur grauium doctorum sententiæ, oportet quid sit tenendum explicare. Nam Palude clericos beneficiatos aut constitutos in sacris, aut religiosos, quia hi ab negotiatione non abstinentes veniunt excommunicandi, vt patet ca. nemo episcoporum, ij. q. 3. non excusari à mortali tradit. Tum quia excōmunicatio maior nusquam fertur, nisi pro trāsgressione graui, & mortali, tum quia nisi se correxerint deponi iubentur, vt patetur cap. clericus dist. 91. quæ etiam pœnæ nisi pro grauissimo, & lethali crimine infligi non solent, præter quàm quod lucrum debet dari pauperibus secundum Panor. in ca. 1. ne cler. vel monach. quod tamen secundum Raimun. est de consilio tantum, & non de præcepto. ¶ Caietanus autem tanquam nimis pius in clericos, dum desit temeritas, contumacia vel contemptus, vel scandalum, censet, quod transgressio multorum, quæ in titulo de vita, & honestate cler. prohibētur, inter quæ cōputatur negotiatio, non est mortalis in clericis, in quantū ex præcepto iuris positiui pēdet, quamuis aliqua eis mandentur sub pœna excommunicationis, ita

Conclu. Caiet. verbo cleric.

Igitur de hac quæstione, vt nostram sententiam dicamus statuitur conclusio: Sententia Caietani est probabilis, scilicet, quòd clerici beneficiati, aut in sacris constituti secluso scandalo, temeritate, contumacia, & contemptu, nisi alia iniquitas, vel iniustitia ad misceatur, non sunt censendi peccare mortaliter, si negotiationi non turpi intendant. Patet hæc cōclusio. Tum quia præcepta legis naturalis, vel diuinæ, vel humanæ ad peccatum mortale non obligant, nisi eorum transgressio notabiliter charitatem Dei, aut proximi offendere inueniatur. Tum, quia licet tales excommunicari debeant, sed neq; pœna excommunicationis, nisi latæ sententiæ sit, arguit obligationem ad culpam mortalē. Nā etiā si apponantur pœnæ graues, grauiores, grauissimæ excepta excōmunicatione sententiæ latæ, si tales sint quæ quiacōtra charitatē notabiliter nō sunt ex se, sine mortali incurri possunt, quia exigunt monitionem, vt non nisi in contumacem ferantur, ante monitionem, & contumaciam subsecutam non inducunt reatum culpæ mortalis in transgressores. ¶ Notanter autem sententiam hanc Caietani probabilem tantum esse censemus secluſa etiam mortali auaritia, quia his seclusis mortalibus circunstantijs, leges pœnales in benigniori sensu accipiēdæ veniūt, & quia licet nos non lateat in hac parte alios doctores rigidiorem proferre sententiam, sed nos eam temperamus per limitationes hîc adhibitas. Neq; enim sub his verbis prohibemus, precipimus, consulens ius inuenio negotiationem clericis esse prohibitam: imò licèt sub tali verborum tenore esset illis prohibita, secundum Victoriam, non esset signum culpæ mortalis, quia ad signum culpæ mortalis consideranda est materia præcepti, & sequentia, & præceden tia. contra Nauarrum in sum. Lat. ca. 23. nu. 51. asserentem in materia ecclesiastica interpretari verba præcipio, & prohibeo, vt obligantia ad mortale peccatum tutius esse, quia in hoc inquit sequimur patres antiquos, & communem, licet dura sit hæc interpretatio erga populum.

Præterea quasi affinis hæc quæstio præcedenti consociatur, scilicet, vtrùm clericus eo ipso, quòd negotiationi intendit, vectigalia soluere teneatur in conscientia etiam ante sententiam, & exactionem iudicis. De hoc autem ideò dubium oritur, quia statuta patriæ circa venditionem, cum teneantur clerici obseruare, scilicet non vendendo vltra pretium taxæ, videtur, quòd etiam statum de soluendo vectigali in conscientia teneantur obseruare. *Quæst.*

Sed nihilominus tamen, quia cap. ex literis de vita. & hon. cler. huius quæstionis diffinitio quasi expresse videtur contineri, ideò in ea non multū immorabimur. Nam ibi summator in summario illius capitis sic in forma inquit: Clericus, qui tertio monitus à negotiationibus sęcularibus non abstinet, interim perdit quoad bona, priuilegium clericale, additq; et se textum multum notabilem, & qui quotidie allegatur, quē textum explicando glossa sic ait, ex hac decretali nota, quòd vsque ad tertiam ad monitionem gaudent clerici priuilegio clericali. Si igitur vsq; ad tertiam monitionē non perdunt quò ad bona sua priuilegium clericale, *Resp.*

clericale, sequitur, quòd & in conscientia clerici sic negotiantes vectigalia ante trinam monitionem, qua monendi sunt ab huiusmodi negotiationibus abstinere, non teneantur soluere, neque quoad sua bona statutis patriæ circa hoc subiacere, licet taxam communem mercium in conscientia teneantur non violare, quia de iure naturali pretium iustum, quale præsumitur esse pretium legale communis taxæ est obseruandum.

Emptum alien. pec. Quæstio.

¶ Præterea iam hic in dubium reuocamus, vtrum emptum aliena pecunia sit ementis, quia in diffinitione emptionis dicitur, quòd sit contractio rei pro pretio. Et dubitari quidem poterat cui nam contrahitur, quando emptio facta fuit pretio alieno, an ementi, an domino pretij. Igitur, quia quæstio iuridica est iuxta ius venit distinguenda. Nam aut emptor rei cum pecunia aliena, emit eam nomine suo, aut eam emit nomine domini pecuniæ, aut alterius. Si igitur primo modo tunc, est prima conclusio. Si aliquis ex pecunia aliena aliquid suo nomine proprij emit, sibi ipsi illud acquirit. Conclusio hæc expræsse continetur. l. si ex ea. C. de rei vend.

Quæstio.

¶ At si adhuc aliquis sciscitetur, an hæc cõclusio iuridica aliquas exceptiones patiatur, intelligat quatuor exceptiones illius in iure

Except. 1.

contineri. Nam fallit primò in empto ex pecunia Ecclesiæ, vt patet. 12. quæst. 3. cap. 1. & 2. quod adeò verum est, vt de pecul. cleric. cap. inquirendum. decernatur, quòd empta per prælatum ex emolumentis Ecclesiæ, idest, ex redditibus, vel oblationibus, vel votis fidelium Ecclesiæ pertinentibus, effici Ecclesiæ, etiam si prælatus alieno nomine, vel suo ea comparauerit. Secundò fallit in empto

2.

ex pecunia pupilli, vel minoris à tutore, vel procuratore: quia tunc minor sibi sic emptũ vendicare potest. l. 2. ff. quando ex fac. tut.

3.

¶ Fallit tertiò in empto ex pecunia militis,

4.

quia sic emptum, à milite pro se vendicari potest. C. de rei vendic. l. si vt proponis. Quartò fallit in empto à marito, vel vxore de pecunia sibi ab altero eorum donata, si efficiatur non soluendo, qui donum accepit. l. vxor marito. ff. de don. inter vir. & vxorem. Aduertito tamen circa has fallentias, vel exceptiones cum Syluestro verbo. emptio. quæst. 23. quòd si pecunia Ecclesiæ, vel minoris, vel militis, vel donata sic in. 4. fallentia non fuit alteri mixta, verè sunt exceptiones hæ, seu fallentiæ, scilicet, quòd res empta ex tali pecunia aliena ita permixta alteri, etiam si fuerit empta ab emptoribus prædictis nomine proprio, vel alieno, non emptoribus, aut alijs, sed prædictis dominis pecuniæ venit adscribenda. Secus est autem si talis pecunia mixta fuisset alteri, quia tunc transiret in dominium etiam furis, iuxta. l. si alieni numi. ff. de solutionibus. & sic talis pecunia non esset Ecclesiæ, vel pupillorũ quare res tali pecunia empta nomine alieno, ab illis non vendicaretur.

¶ Secunda conclusio: Si maritus ex bonis dotalibus etiam consentiente vxore, etiam nomine proprio aliquam rem emerit, vxoris erit, si eam vxor voluerit vendicare, quemadmodum dictum est de empto ex bonis Ecclesiæ, & minoris, & militis. Hæc conclusio patet. l. 48. & 49. titul. 5. partit. 5. *Conclus. 2.*

¶ Tertia conclusio: Si vnus fratrum lucrum aliquod reportauit ex negotiatione, emendo, scilicet, aliquid cum pecunia hæreditatis, si nomine communi id fecit, illius lucri diuisionem tenetur facere cum alijs fratribus. Hæc conclusio patet: quia si nomine fecit communi, fecisse videtur, quasi nomine societatis: ita Bartolus. l. si patruus. C. commu. vtri. iudi. *Conclus. 3.*

¶ Quarta conclusio: Si vnus fratrum nomine proprio, cum pecunia hæreditatis fecit mercantiam, non diuidet cum alijs lucrum. Hæc conclusio est iuridica, & patet. l. Titium, & Mæuium. §. alterum. ff. de admi. tuto. Huic autem conclusioni illam exceptionem supra positam adiungimus, scilicet nisi frater sic nomine proprio cum pecunia indiuisa hæreditatis mercantiam exercens tutor esset, aut curator aliorum fratrum cohæredum. Nam tũc primam pecuniam lucratam teneretur diuidere, non tamen si aliud lucrum de pecunia lucri sibi ex sua parte contingenti iterato negotiationi expolita proprio nomine, retulerit, id cum confratribus cohæredibus etiam si eorũ tutor sit, diuidere tenetur. *Conclu 4.*

¶ Sed quid si ignoratur cuiusnam nomine fecerit. Ad hoc respondetur planè, quòd si prædictus frater negotium solitum, & sibi commune cum alio fratre dum viueret, eo iam mortuo, eius filijs superstitibus continuauit, dum cum illis in communi indiuisam substantiam possideret; tunc communi nomine fecisse videtur. Ar. in. l. nam & si seruus. ff. de negotijs gestis. Secus autẽ præsumitur, si insolitam exercuit negotiationem nisi ex libro rationum aliud apparuerit. *Quæstio.*

¶ Addè, q̃ quia & de hoc dubitari cõtingit, scilicet, an si alter duorũ fratrũ ex lucro subministrauit expensas pro reparatione communis patrimonij, aut emit boues pro colendis pos- *Quæstio.*

sessionibus communibus repetere illud possit. Ad hanc verò quæstionem licet absolutè respondeat Bald. quòd repetere id possit per l. ex duobus. ff. de neg. gest. sed tamen limitãte Syluestro verbo peculium. 2. quæstione 23. intelligendum est, si emit boues, de eo lucro, quod communicare cum alio fratre non tenetur ratione patrimonij communis, aut alicuius societatis: Nam si aliqua harum rationũ lucrum impensum in pretium bonum communicandum erat cum fratre, tunc quia commune est repetere non poterit. ¶ Hinc iam palam fit solutio ad illum casum, vbi proponitur, an mulier quæ prædium habens indiuisum cum alijs sibi cohæredibus, ad illud meliorandum ex proprijs bonis insumpsit, possit quod sic expendit repetere, quia respondetur, quod si ex bonis non communicandis, sed omnino proprijs eos sumptus suppeditauit repetere eos poterit, alias non, quia communicanda sunt communia aliàs.

Concl. 5. ¶ Quinta conclusio: Si aliquis pecunia propria aliquid emit nomine alterius, si ille, cuius nomine res est empta, eam emptionem suo nomine factam ratam habuerit: tenetur ei rem sic emptam tradere cum fructibus: cæterùm eam emptionem ratam habens tenetur tali pro se ementi rem, persoluere tunc pretium rei, tum etiam expensas, si quas forte fecerit. Hæc conclusio habetur l. 48. & 49. titulo. 5. partit. 5. Et patet, quia accedente tali rati habitione illa emptio est valida, & ratam eam habens adquirit ius ad illam rem sic pro se emptam: ergo tenetur, quia suum negotium gestum est ad pretium illius & expensas soluendum.

Quæstio. ¶ Insuper, quia ad hanc materiam alludere videtur & ista quæstio, scilicet in casu contingenti in noua Hispania in populo Indorum, vbi agasso, quia ea copia maicij, qua indigebat pro pabulo suorum iumentorum obtinere non potuit à senatu Indorum, vt sibi venderetur pretio legali taxæ, submisit quendam Hispanum amicum, & gratum senatoribus, qui sua pecunia emeret, eam maicij copiam pretio taxæ à senatu, qui id obtinuit gratia fauoris an possit hic sic ad emendum submissus eam copiam maicij sic ex pecunia agasonis emptam, pluris, quàm sit taxa agasoni vendere. Neque ratio dubitandi hic deesse videtur. Tum, quia licet eam ex pecunia aliena, id est, agasonis emerit, nomine tamen proprio (vt supponimus) eam copiam maicij emit, ergo cum pretio currenti communi in mercato pluris venderetur, merito ambigitur, an pluris quam esset taxa agasoni eam potuit vendere.

Respons. ¶ Hoc nihilominus non obstante dicendum videtur, quòd ille suppositus ad emendum siue nomine proprio, vel nomine agasonis, siue pecunia propria, vel agasonis emerit non potuit pluris, quàm taxa esset, agasoni eam copiam maicij vendidisse, quia pretium taxæ iustum erat, neque violandum erat. Nam si pluris in mercato Indorum communiter vendebatur, id erat, quia minutim, & mensuris quibusdam incertis, & minutis (prout modus vendendi est vsu receptus in mercato inter Indos) vẽdebatur, quemadmodum & inter nos res minutim venditæ maioris solent vendi, quàm si vendantur coniunctim, & in magna copia. ¶ Supposititius autem hic emptor, neque rationem lucri cessantis, vt pluris vendat agasoni prætexere sibi potest: quia nihil minus, quam paratus erat ad eam copiam maicij in mercato Indorum minutim, atque ideò pluris vendendam. Si autem agaso via gratitudinis ei aliquid fuerit largitus, id quidem recipere poterit.

Quæstio. ¶ Porrò, Quia in mercatis Indorum fertur granum maicij propter magnam copiam, quæ minutim vendenda ab Indis affertur, interdum etiam ibi minutim emptum minoris constare, quæritur an tunc, dum non est imposita taxa, extra Mercatum in magna copia & coniunctim per fanecas vendẽs possit pluris vendere: quàm constet faneca in mercato Indorum minutim empta.

Respons. ¶ Igitur licèt non satis liqueat quid adhoc sit dicendum: tamen aliquomodo defendi potest in magna copia pluris tunc posse vendi, quando communiter in magna copia sic vendẽdo maius currit pretium frequenter. Nam licet regulariter inter nos merces in magna copia, & coniunctim vẽditæ minori pretio soleant æstimari, & vendi quàm si minutim venderentur: tamen in casu particulari, vt in hoc, vbi tanta est abundantia grani maicij allati ad mercatum minutim, & vltroneè vendendi à tanta abundantia venditorum ibi cõfluẽt, umifit sanè, vt talis merx, tunc minoris iusto pretio ematur, & vendatur ibi in mercato inter Indos, quia ibi sic minutim vendenda abundat, tum, quia ibi vltrò à tot offertur, & merces vltroneæ vilescunt: quod non contingit, dum extra mercatum venditur coniunctim, & in magna copia per fanecas venditur, vbi pauciores

ciores venditores occurrunt, quòd causa est iusta, vt maioris idcircò vendi possit, quàm in mercato minutim empta constaret. Quare caueant sibi in noua Hispania Commendatarij Indorum, qui debitum sibi tributum maiori (vt aiunt) ab Indis etiam in termino oblatum, ideò recipere renuunt, quia tunc vilioris valeat: qui quò posteà in pretio auctum iam consumptum ab Indis, in pecunia, & in maiori pretio recuperent, causantur pro tunc illo maicio non egere, quòd etsi illo egerent, nihilominus hanc illis Indis (quia eos deamant) velle facere gratiam prorogandi terminum, nec vexandi eos, vt sibi ipsis, & suis domibus inde subueniant interim. Nam vulpina hæc est vafricies, quæ licet simplices homines quales sunt Indi fallat: non tamen dominum omnium inspectorem, quem latere nihil potest.

Caueant cõmendat. Indorum.

¶ At sicut in rei naturalis constitutione, quædam concurrunt vt essentialia, vel intrinseca, & quædam circunstant eam, vt extrinseca: ità in contractu venditionis præter intrinseca, quæ ad eius constitutionem conueniunt, eius circunstantias extrinsecas rimari opus est: inter quas est circunstantia loci, vel temporis, ideò de vtrisq; hic differendum est, scilicet, qualis culpa sit tam in loco sacro, quàm in tempore festiuo negotiationem exercere.

¶ Igitur ad quæstionem primo dicitur, quod emere, vel vendere negotiando in die festo non licet. Cuius potissima ratio est, quia, vt patet, capit. 1. & finali. de ferijs, sic negotiari inter opera seruilia computatur, & potissimè est finem seruandi festum præpediens. Vnde existimo, quòd si quis per totum diem festiuum, vel per notabilem eius partem, sine causa excusante negotiationibus his occuparetur, non euaderet culpam mortalem, sicut neque qui sine colore excusante mechanicis operibus, & seruilibus sic tempore festiuo vacat, à tali culpa non fit immunis.

Quæstio.

Dictum. 1.

¶ Secundò dicimus cùm Petro de Palude, quòd siquis in nundinis toleratis ab Episcopo sciente, vel propter necessitatem patentem in die festo, secluso scandalo, negotationi intendat, non est saltem culpa mortali damnandus: quia tolerantia, dissimulatioque Episcopi à nundinas audita missa exercentibus in festo culpam mortalem excludere videtur. ¶ Imò secundum Diuum Thomam. 2. 2. quæstione. 122. articulo quarto, ad penult. In quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in lege noua. Quapropter ea, quæ victui quotidiano necessaria sunt tunc temporis non prohibentur emi, & vendi.

2.

¶ Tertiò dicimus ad secundam partem quæstionis, quòd negotiatio intra tecta ecclesiarum adeò execrabilis est, & irreuerentia plena, quòd Dominus noster Iesus Christus ex funiculis quasi flagello, facto (vt testatur Euangelium) voluerit eam à templo suo eliminare, dicens Ioannis. 2. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Quare ex sententia Caietani, verbo, immunitas, tenentes banchum in Ecclesia ad vendendum candelas, imagines, vel aliud peccant mortaliter: quia domum Dei faciunt domum negotiationis: non autem sic si tenent in cœmeterio, quod est domus defunctorum. Addit tamen Caietanus, quod ponentes candelas in aliquo loco in ecclesia, vt qui vult emat (vt communiter fit sine persona ibi stante, pro seruitio populi, sine auaritia, & pauperes portantes candelas per Ecclesiam, vel imagines dummodo non teneant banchum, & qui propter pluuiam retrahunt se cum bancho ad horam, excusantur omnes hi prædicti à mortali: Sic enim solet fieri, Prælatique id scientes tolerant.

3.

CAP. XI. *Diffinitur, quale pretium sit iustum, & an emptor rem sibi inutilem multò minoris possit emere, & an ratione maioris affectionis rem suam possit quis pluris vendere.*

Quæstio. De pret. iust.

POrrò quoniam hactenus reliquas partes diffinitionis, vẽditionis, & emptionis scrutatu sumus: nunc etiam de hac potissima parte, scilicet de pretio peragendum venit: de quo tria veniunt suo ordine scisscitanda. Primò, an pretium iustum mercium, vt iustum esse censeatur, valori mercium adæquandum veniat, ita vt in nihilo excedat, vel deficiat. Secundò pretium iustum rei quale sit, diffinire opus est. Tertiò pretiorum differentias scire refert. Igitur quia circa primum quæsitum Diuum Thomam Doctorem habemus: qui. 2. 2. quæst. 77. art. 1. eius meminit, ideò eius doctrinam hîc in forma subijcientes primam statuimus conclusionem, præmissa eius distinctione, scilicet,

cet, quod dupliciter loqui contingit de emptione, & venditione, vno modo secundum se, alio modo secundum quod emptio, vel venditio peraccidens cedit inutilitatem vnius & detrimentum alterius.

Concl. 1. ¶ Est ergo prima cóclusio eius: si vendatur res, prout venditio eius consideratur secundum se, ideſt, quatenus talis venditio videtur pro communi vtilitate tam ementis, quàm vendentis introducta, dum, scilicet, quis indiget re alterius, & è conuerso, sic adæquandum est pretium emptionis, & venditionis valori rei communi, vt iustum sit, ita vt neque excedat, neque deficiat. Patet autem hæc conclusio ex ratione D. Thom. qua sic absolutè considerata venditio autore philosopho in primo politi, videtur introducta pro communi vtriusque contrahentis vtilitate: quod autem pro communi vtilitate inductum est, non debet magis in grauamen vnius, quàm alterius cædere: & ideò debet secundum æqualitatem rei contractus venditionis iniri. Cum autem quantitas rei, seu eius valor quatenus in vsum hominis venit, mensuretur secundum pretium datum, ad quod est inuentum numisma, sic docente Aristot. 5. Ethic. sequitur si pretium excedat valorem quantitatis rei, vel è conuerso, res excedat pretium: quod iustitiæ æqualitas tunc tollatur. Igitur non licet vendere carius rem, aut eam vilius emere quàm valeat, secundum se si consideretur venditio: quia sic secundum se iniustum, & illicitum est: quare vt ista iniustitia tollatur adæquandum est pretium valori communi rei.

Corol. ¶ Hinc iam corollariè satis considerate inferunt aliqui, hanc conclusionem suum potissimum obtinere locum in his venditionis, & emptionis contractibus, qui communiter causa negotiationis exerceri solent, & in quibus non gratia indigentiæ rei, res emitur: sed ad eam reuendendum. Tales sunt venditiones artificum vendentium res sua arte fabrefactas: Tales etiam bibliopolæ: tales denique omnium tantum ad reuendendum ementium. Quare hîc in consimilibus contractibus pretium ab his solum venit prætaxandum secundum valorem legalem, seu communem fori, si legalis valor desit. Neque enim pretium harum mercium præfigendum ab eis venit secundum indigentiam, qua eis ipsi indigent, aut secundum detrimentum, quod subeunt eas vendendo postquàm ordinariè hæc in eis cessant.

Concl. 2. ¶ Secunda conclusio: Non est illicitum vendere rem plusquàm valeat secundum se, dum maiori pretio non veneat, quàm ipsi vendenti valebat. Hæc est Diui Thomæ, vbi supra, quæ ex eius patet ratione: Nam in tali casu iustum pretium erit, vt non solum respiciatur ad rem, quæ venditur, sed ad damnum, quod venditor ex venditione incurrit. Hæc est communis, & verificatur, secundum Garciam in lib. 1. de contract. capit. 8. pag. 216. in libro necessario, valdeque vtili cuidam medico, qui licet in se non tanti valeat: tamen eius valori absolutè considerato superadditur alius gradus valoris: quia causa maioris valoris additur, quia detrimentum quod ex venditione venditori obuenit recompensandum venit. Suffragatur & Metina, qui in sua instructione. §. 25. fol. 141. exemplum adducit in iumento hortulani claudo, senio confecto & vili tantum suo domino ad rotam cisternæ pro exhaurienda aqua pro horto deseruiente, quod licet venale expositum fere nihil valeat, tamen siquis importunè instet, vt sibi vendatur, potest pro tanto, quanti sibi valet pro tali ministerio, illud sic instanti prius de his admonito diuendere.

¶ Non tamen hic Garcia abs re admonet, hanc prædictam conclusionem verum tantum habere, quando persona huiusmodi res sibi valde necessarias vendens non sponte eas venales offert: sed vel coactus, vel importunis precibus adactus eas diuendit emptori. Nam si vltrò eas ipse venales offerret, cum nihil detrimenti contra voluntatem suam venditor pateretur, tunc cessaret sibi ius plus pro tali re valde necessaria exigendi. Sicut pari ratione ait Garcia, si aliquis coactus, vel importunis precibus venditoris lacessitus rem parum sibi vtilem, vel iacturam aliquam sibi inuecturam emeret, licitè pro ea minus pretij rependeret, quam ipsa absolutè secundum se considerata valeret.

Moderatio assérti Garciæ. ¶ At vtrumq; hoc assertum Garciæ quàuis videatur rationi consentaneum: sed non transit sine difficultate, nisi aliqua moderatione temperetur. Igitur, quia vt ipse Garcia subinfert ex doctrina præcedentis conclusionis secundæ, ex qua hæc duo asserta, veluti corol-

corollaria subiecit, fundamentum sumitur illius iuris, quod quis ad recompensam exigendam pro damno emergente, & lucro cessante sibi prætexere potest. Ideò sicut in materia de lucro cessante (licet regula, vt plurimum extet vera, quod nemo se offerens, vltroneus ad mutuandum, potest licitè obtendere lucrum cessans:) si tamen non cupiditate illectus, sed ex charitate sola, miseria grauiter indigentis, & oppressi proximi, cuius miseriæ, & vexationi quam patitur coniectus in carcerem, commotus, vt ei subueniat: quia non potest ei aliter subuenire, se offert ad subueniendum cum pecunia, qua vere paratus erat negotiari seruatis alijs conditionibus iustificantibus lucri cessantis exactionem, licitè lucrum cessans, & in hoc casu exigit: ità & in casu, quo simili casu miseriæ vexaretur proximus, si venditor non potest ei aliter subuenire, ex sola charitate, & non cupiditate ductus se posset ei licitè offerre dicens: Non fictè misereor tui, quia non possum tibi aliter subuenire: Verumtamen accipe hoc prædium meum, quod licet in se tantum valet: tamen propter emolumenta quæ capio inde ex mea industria, & arte, mihi magis valet, vendo illud tibi pecunia credita, quo de præsenti, pecunia numerata reuendens illud inde tuæ magnæ miseriæ præsenti subuenias, hac lege, vt prædicta ratione, quia mihi magis valet, quam in se valet, aliquid vltra arbitrio boni viri postea rependas, hoc non censetur illicitum, licet in hoc casu sponte se offerat, vt in materia de vsura meminimus cum præclaris aliquibus Thomistis nos diffiniisse.

Exceptio regulæ.

¶ Similiter in secundo asserto Garciæ limitationem apponendam duximus, nempe, quòd rem sibi inutilem rogatus minoris, quàm in se valeat, posit quis emere: dummodo non notabiliter minoris emat, quando occultè fuit rogatus eam emere à domino indigente, & ne prodat suam inopiam nolenti eam publicè, vel coram plures, qui eam maioris emerent venalem exponere, & quando licet sibi ementi parum sit vtilis, absque multo labore, & sine dedecore suæ personæ, si eam exponat venalem inueniet notabiliter maius pretium: quia etsi sibi est inutilis, communiter alijs accidit, vt sit vtilis. Quare hac ratione tunc non poterit pretium eius notabiliter extenuare, notabiliter minoris emendo.

Moderatio asserti. 2. Garciæ.

¶ Sed quid, an ratione maioris affectionis, qua quis afficitur ad rem suam, putà ad equum non multum pretiosum, ad preces ementis pluris possit illum vendere, quàm in se valeat, vel quàm sibi sit vtilis. Et quidem ratione maioris affectionis prædictæ, dumtaxat videtur id non liceat: quia cùm homines summopere, & plusquàm pars est afficiantur ad res suas, hinc sumeretur ansa pluris, quam in se valeant eas diuendendi. In contrarium autem est, quod cedere solatio meo, & voluptati meæ, quæ capiebam equitando tali equo meo est appretiabili pretio: ergo pro hac cessione, dum rogatus eum vendo, possum pro eo, admonito emptore, aliquid plusquam in se valeat accipere. At quis non videat hic, quàm pedetentim, & cautè sit nobis ad quæstionem hanc respondendum. Igitur super hoc non omnino respuimus sententiam Nauarri, qui in sua summ. Lat. capite. 23. numero. 83. sic ait, quòd ex his sequitur, quòd non peccat, qui rem, qua magnopere opus habet, importunitate alterius ei vendit, tantò pluris iusto pretio, quanto damno saltèm affectionis eius venditione afficitur. Tamen solam affectionem maiorem, qua quis afficitur ad suam rem quando solum imaginaria est, vel nullo nixa fundamento consentaneo rationi, vel quum ex nimia cupiditate, ex qua putat pluris valere rem suam oritur, non putò causam iustam esse eius augendi pretium. Secus autem esset si verè, & non fictè, ideò maximè affectus est ad suum equum: quia mansuetissimum sibi eum expertus est, eiusque nouit placidas conditiones, sedatum gressum, & incessum in itineribus: quia tunc hac ratione, si sit rogatus, neque putat facile alium similem inuenire admonito emptore poterit pluris quàm in se valeat eum diuendere.

Argum. *Incontra.* *Resp.*

Quæstio.

¶ Sed quid, an ratione maioris affectio-

CAP. XII. *An ratione commodi maioris, quod affert res venalis pluris vendi posit, proponuntur argumenta Conradi contra S. Thomam, & soluuntur.*

CÆterum antequam conclusionem tertiam Diui Thomæ in articulo supracitato contentam statuamus, in dubium controuertenda videtur, quo magis illucescat. Quæritur ergo, an in casu, quo ex re vendita, eius emptor multum commodi reportat, & eius venditor ex eius vendi-

Quæstio.

tione nihil incommodi patitur, possit venditor eam pluris vendere, quàm in se valet? Igitur quæ pro parte affirmatiua, Conradus in suo lib. de contract. quæst. 56. commentus est argumenta, libuit hic in medium proferre.

Arg. 1. Cõradi.

¶ Nam primò sic arguit: Res tantò maiori pretio vendi potest, quanto magis valet: at res tãto magis valet, quanto vtilior est, magisq; necessaria: ergo quo fuerit magis necessaria emptori, eique vtilior, ratione istius maioris vtilitatis pro maiori pretio ei vendi poterit. ¶ Et confirmatur, quia licitum est vendere fundũ pro maiori, vel minori pretio, quanto minus vtilitatis, vel magis attulerit emptori: ergo ratione maioris vtilitatis, quam capturus est emptor, licebit eum carius vendere ei. ¶ Item secundo arguitur: quia contrariorum eadẽ est disciplina: sed licet emptori rem minoris emere: quando res sibi minus est vtilis: ergo è contrario licitum erit, si ei vendatur pluris: quando res empta sibi ementi futura est magis vtilis. ¶ Item confirmatur: Nam vtilitas maior accrescens venditori ex re sua, facit eam magis valere: quia facit eam magis æstimari: sed vtilitas maior accrescens emptori ex re empta, facit eam magis æstimari: ergo facit eam plus valere, ac per consequens hac ratione licebit eã emptori pluris vendere. ¶ Vltimo sic obijcit Conradus: Ideò triticum tempore inualescentis famis carioris est pretij, quia tunc ad conseruationem vitæ vtilissimum est emptori, & eadem de valore medicinarum tempore pestilentię est ratio: ergo licebit maioris vtilitatis obuenientis inde emptori gratia, pluris illi rem vẽdere, puta equum, quo summè eius emptor indiget ad fugiendum pro euasione mortis, & tutamine vitæ.

Confirm.

Confirm.

Argum. 2.

Argum. 3.

Conclus. 3. D. Thom.

¶ His supra positis argumentis, statuitur tertia conclusio Diui Thomæ, scilicet, si aliquis multum iuuetur ex re alterius, quam emit, ille vero, qui vendit non damnificatur carendo re illa, non debet eam superuendere pretio maiori, quàm in se valet. Cuius rationem subijcit Diuus Thomas, scilicet, quia vtilitas, quæ alteri accrescit, non est ex venditione: sed ex conditione ementis. Nullus autem alteri vendere debet, quod non est suum: licet possit ei vendere damnum quod patitur: ille autem qui ex re alterius accepta multum iuuatur, potest propria sponte aliquid vendenti supererogare, quod pertinet ad eius honestatem. Hæc Diuus Thomas in forma ait. Quamuis autem facie tenus, eadem ratio videatur esse de vtilitate venditoris, & emptoris in hoc casu: sed penitius inspecta re longè diuersa de vtraque vtilitate occurrit ratio, quam Diuus Thomas insinuat apertè. Nam emolumentum maius, quod capit venditor ex re sua, suum est proprium, sicut emolumentum, quod iurisperitus ex singulari libro suæ facultatis capit suum est: quare nihil mirum, si rogatus eum vendere ratione huius emolumenti, quod suum est, quo se priuat possit plusquàm in se valet pro eo exigere: quod certè bibliopolæ eum vendenti non concederetur. Cæterum vtilitas accrescens emptori ex venditione, quia venditoris non est: sed ex conditione ementis prouenions: ideò emptori à venditore superuendi non potest: quia solum ad gratitudinem, & non ad iustitiam pertinet; si aliquid pro hoc supererogetur à venditore.

¶ Responsuris igitur nobis ad argumenta Conradi prænotasse est opus: Primò, quod tam valor rerum, quàm earum vtilitas est duplex, scilicet generalis, & specialis. Generalem valorem, & vtilitatem earum dicimus, quam habent generaliter in manibus cuiuscunque, penes quem contigerit eas esse. Sicut, vt exemplificat Garcia, liber Astrologiæ valorem communem obtinet tum apud bibliopolas, tum apud mercatores, excepto, si esset inuentus penes Astrologum eo indigentem. Particularem autem vtilitatem intelligimus esse, quam res in vno particulari habet: quia ea particulariter indiget, quam in alio non habet, quia ea tantopere opus non habet. Secundò cum Garcia de contract. capit. 8. pag. 220. notandum duximus, duos hos valores ità separari posse, vt interdum vnum sine alio reperiri possit. Generalis namque valor sine particulari inueniri potest, licèt non è conuerso particularis sine generali. Sicut est videre in libro, qui penes bibliopolam suum obtinet valorem generalem, non tamen particularem: si tamen Astrologiæ liber penes Astrologum sit, vtrumque valorem tam generalem, quàm particularem in eius manibus positus habere poterit. Hæc autem doctrina licet sub alia forma ipsissima est, doctrina est Diui Thomæ.

Prænot. 1.

2.

¶ Igitur cùm triplex conclusio Diui Thomæ hic præstituta sit, prima de merce tantum generalem valorem obtinente intelligitur. Secunda vero, & tertia intelligendæ veniunt, quando iure venali vterque valor tam generalis, quàm particularis simul inuenitur, præterquàm differẽtia inter vtranq; est. Nã secũda in eo casu loquitur, quãdo venalis res in potesta-

Intelligentia Concl. D. Thom.

te ven-

te venditoris vtrumq; valorem tam generalē, quam particularem obtinet: tertia autem verū habet, quando vtrumq; valorē res empta habet existens apud emptorem.

Ad. 1. arg. His autem prælibatis ad argumenta in forma respondentes, dicimus ad. 1. distinguēdo istam minorem, scilicet. Res tanto magis valet quanto est vtilior, vtilitate generali, concedo, quia tanto res maioris valoris esse censetur, quantò in ordine ad vsus communes, & humanos generaliter commodior fuerit. Si autem de vtilitate particulari loquamur, non est verū, quòd ratione illius magis valeat venditori, nisi apud ipsum reperiatur ista particularis vtilitas: quia sic apud ipsum reperta est sua: alioquin, si apud emptorē reperiatur: quia emptoris est propria talis vtilitas, emptori tantum plus valebit non autem venditori, aut alijs, quorum illa particularis vtilitas non est propria, plus valebit, quare neq; venditor ratione vtilitatis istius eampluris emptori licitè vēdere valebit: quia neq; absolutè, neq; respectū venditoris (vt supponimus) quia sua particularis vtilitas non est, non magis valet ei.

Ad confir. Ad confirmationem, quia eodem peccato peccat, respondentes distinguimus antecedēs, scilicet, quod licitum est vendere fundum pro maiori, vel minori pretio, quātum minus vel magis attulerit emptori vtilitatis. Quia si loquamur de vtilitate generali, quippe quæ ab vno quoq; est participabilis, qui talē rem emerit, sic verū est antecedens: sed nihil concluditur contra tertiam conclusionem Diui Thomæ, quæ intelligēda venit nō de ista generali vtilitate, sed de vtilitate particulari emptoris, quę particularis dicitur respectu illius: quia taliter illi conuenit, quòd non conuenit alijs emptoribus. Sicut liber philosophiæ vsui esset philosopho emptori, & non agricolæ emptori, nisi tantum ad eum reuendendum.

Ad. 2. arg. Iam ad secundum argumen. dicitur, quòd supposito, quod tam in antecedenti, quàm in consequenti de vtilitate, & in vtilitate particularibus, scilicet respectu istius emptoris, & venditoris fit mentio, quia si de vtilitate, & inutilitate generali argumentum contēderet probare, nihil conuinceret aduersum tertiam conclusionem D. Thomæ, quæ (vt præ diximus) de vtilitate particulari obuenienti emptori loquitur, dicimus quòd quid sit de antecedenti, de quoquo ad eius minorem postea fumus dicturi: negamus consequentiam propter differentiam assignatam, scilicet, quia vtilitas particularis vendentis, cum sit sua, potest eam vendere: sed vtilitas particularis emptoris cum sit propria eius, & non venditoris qua ratione sibi vendi licitè poterit à venditore. Et sic clarius patet solutio ad argumentum. Nam Garcia solutionem eius inturbat, dum ibi ait, quòd venditor quia sua res inutilis est, sibi ideò tenetur eam minoris vendere, quàm aliàs posset vendere. Quæ quidem eius assertio, si pro vt sonat accipiatur lectorem offendet. Quia licet res sit inutilis particulariter venditori, vt liber Theologiæ, aut partes Diui Thomæ agricolæ eas vendenti: non ideò tenebitur eas minoris vendere, quàm sit earum pretium commune. Igitur sano modo eius dictum est accipiēdum, scilicet, quòd tunc tenebitur eas minoris vendere, quàm posset vendere si essent sibi particulariter multum perutiles, & necessariæ tales partes: non tamen minoris, quam sit earum pretium commune. *Garcia solutionē inturbat.*

Item ad confirmationem concesso antecedenti, scilicet, quòd vtilitas propria proueniens vēditori ex re sua facit eam maioris extimationis apud se, distinguitur minor, scilicet, sed vtilitas maior accrescens emptori facit rem magis æstimari: quia solum est vera loquendo de æstimatione particulari, qua magis valet apud emptorem, non autem de æstimatione absoluta, qua magis valeat apud omnes, aut apud venditorem: quare non ideò venditor pluris eam vendere licitè poterit, quam sit eius pretium commune. *Ad confir.*

Ad vltimum argumentum, negando antecedens, non admittimus, quòd tempore sequentis famis ideò carioris sit pretij triticum hac sola de causa, quia vtilissimum sit valdeq; necessarium ad conseruationem vitæ humanæ: sed carioris eius pretij causa potissima est eius magna penuria: nam & tempore abundantiæ non minus necessarium atq; vtile est ad sustentationem vitæ: sed tamen ipsa eius abundantia suppetens illud vile reddit. *Ad arg.*

CAP. XIII. *Explanatio axiomatis, tanti valent res, quanti vendi possunt, & illius etiam, scilicet posse contrahentes se decipere vsq; ad dimidium iusti pretij: & consilium Nau. & pretium emptionis cum pacto de retro vend. quale erit iustū, & an deceptio permissa à iure in conscientia excusetur à restitutione.*

NVnc de pretio rerum sermonē exorsi eā pergimus explanare sententiam, seu cōmune dictum, scilicet tanti valere rem, quanti vēdi potest, vt colligitur ex. l. 1. §. si hæres. ff.

ad Trebel. & ex. l. quærebatur. ff. ad. l. falcid.

Quæst. Interpretatio axiomatis iuris

quomodo inquam hoc axioma cõmune iuristarum veniat interpretãdum. Nauarrus igitur in summa cap. 23. num. 80. intelligendum esse ait de pretio, quo vendi potest in illo loco, & tempore, & modo communi vendendi venditoris præsenti pecunia. In huius interpretationis gratiam citat. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcidiam. Ita Alex. ibi, modo cessat omne monopolium, fraus, & dolus, id est, secundum Siluestrum verb. emptio. q. 7. nisi adsit fraus minorantium, vel augentium pretiũ studiose. Nam sunt quidã vulpini homines, qui sua intendentes vendere frumenta, inter se de nõ vendendo, nisi certo pretio cõueniunt vel de omnibus emendis mercibus, quæ in foro cõmuni veneunt, ineunt inter se pactum: quatenus sic pretium crescat, & postea suo modo diuendant, aut volentes emere exponunt in foro multa venalia, vt pretium vilescat. Vide D. Antoninum. 2. parte titu. 1. c. 16. §. 2. & l. 1.

Limitatio.

C. de monopol. ¶ Sed alij limitãt prædictum axioma secluso scãdalo: sed hæc limitatio valdè generalis est, quippe quæ etiam in alijs materijs currit. Insuper alij addunt hanc limitationem, scilicet secluso vi, aut metu præsertim graui, neq; perperam videtur sic limitare. subinde alij quoq; illud axioma, tãti res valere, quanti vendi possunt, secluso necessitate vendentis verificandum esse censent: sed certe necessitas ementis, aut vendentis per accidens se habet ad augendum, vel minuendum pretium, præsertim si sit necessitas particularis, de hac enim nunc loquimur. Verumtamẽ ex necessitate vendentis, per accidens solet minui pretium, scilicet, quia pauper constrictus necessitate solitus est suas res offerre venales: at merces vltrò oblatæ vilescunt: sicut etiam voce præconis venditioni subhastatione obiectæ. Aliàs necessitas particularis venditoris non viliorem facit rem. ¶ Deniq; alij cordati doctores nõ immerito, & istud axioma restringunt ad eas tantum merces, quæ ad vtilitatem communem hominum non pertinent, sed solum ad autoritatis decorem, & splẽdorem: cuiusmodi sunt lapilli pretiosissimi, & gemmæ, & equus valde decori aspectus & raræ velocitatis: quia cum huiusmodi res ad splẽdorem, & ornatum maiestatis. & nobilitatis spectent, quia vt indicia magnificentiæ maximæ appetuntur: nihil mirum, si tam maximi æstimentur, & tanti valeant quantum vendi possunt. Sed dico, certè multi sunt lapilli sicut de, alxofar, Hispanicè nuncupati & alij cõmunes, qui iam frequenter sunt in vsu, quorum perinde pretium est commune quod violari non debet. ¶ Concludimus tandem axioma istud, Tantum valet res, quanti vendi potest, non recipere tam amplũ sensum ita, vt quilibet venditor pretium suarum mercium possit taxare pro libito, alioquin liceret eis suas merces in duplo, vel triplo maiori pretio, quàm valeant, exponere venales. Accedit Siluest. loco citato, qui licet fateatur iuristas varias super hoc tenuisse sententias: sed iam in hanc omnes concordasse refert, scilicet quòd non licet semper venditori rem suam vendere quãtum potest. Tum quia est sententia iuris. 10. q. 2. hocius. addita glos. Tum quia autore Diuo Thoma. 2. 2. q. 7. oportet pretiũ esse rei æquale, & è contra in venditione, quæ quia pertinet ad iustitiam commutatiuam secundum philosophum in libro ethic. de eius ratione est æqualitas. ¶ Axioma ergo istud commune (vt pro constanti habetur apud omnes) nõ habet locũ in mercibus, quarũ per legẽ taxatum est pretiũ. Nam cũ istud pretiũ legale sit, cõsistens in indiuisibili non est trãsgrediendũ, igitur intelligendũ venit de pretio communiter currenti tali loco, & tẽpore ex cõmuni modo vendẽdi, scilicet, quòd cessante fraude, vi, metu, licet vendere rem non quantum absolute vendi potest: sed quantum vendi potest intra latitudinem pretij sic communiter currentis, scilicet, quantum vendi possit pretio infimo, vel medio, vel rigoroso, vel supremo de præsenti communiter currenti, dum modo hoc pretium non excedatur, & hoc in conscientia.

Sẽsus axiomatis.

Axiomatis intelligentia.

Præterea, quia etiam iuristis vtriusq; facultatis & hîc ex animo inseruire studemus, & illud quoque axioma commune iuris quod ex C. de rescin. ven. l. ij. colligi videtur, & etiam extra de emptio. & vend. cap. cum causa scilicet posse se contrahentes decipere vsq; ad dimidiũ iusti pretij explicare hîc aggredimur. Verumtamen non multum in hoc immorabimur, quia res est omnibus peruia, hanc licentiam non indulgere ius contrahentibus in conscientia. Nam vt refert Siluester, verbo. empt. §. 8. iuxta sententiam Innocentij, hoc axioma procedit iure fori non iure poli, neque quo ad Deum. Igitur per hanc licentiam iuris ad sic se decipiẽdum, impunitatem illis concessam tantum intellige quatenus sic decipiens vsq; ad medietatem iusti pretij, & non vltra pœna reuocationis talis venditionis non punitur: sicut & meretriciũ sic per leges permittitur, idest, non punitur, non tamen approbatur. Neq; inconsultò ius commune in hoc conniuet: quia tum in odium litium noluit

Axioma aliud iuris.

luit pro media læsione concedere actionem: sed solum quando excessus est magnus, puta cum quis deceptus est vltra dimidium iusti pretij. Tum, quia cum pretia rerum communia non consistant in indiuisibili: sed latitudinem graduum habeant, magnum negotium iudicibus faceſſeret, & fere impossibile in foro exteriori videretur multoties id punctualiter attingere.

Quæst. Quare dicendum nobis supereſt, qualis sit illa deceptio, seu quanta quæ si interueniat in contractibus, etiam in foro exteriori non tole-
Resp. ratur, Respondetur ergo primò, quòd si deceptio fuit vltra dimidium iusti pretij non toleratur contractus: sed venit rescindendus, vel pretium est supplendũ, vel diminuendum in vtroq; foro, patet. l. 2. C. de rescin. ven. & cap. cum dilecti. de empt. & vend. cum ann. eis, vt allegat Nauarrus, addens quòd in regnis Lusitaniæ per statuta regia lib. 4. ordinat. tit. 14. §. & se fosse. tit. 27. §. 1 &. 2. si deceptio fuit vltra quartam partem iusti pretij cum pacto de retrouendendo, venit rescindendus contractus.

Secundò dicimus cum Nauarro in sua summa, cap. 23. num. 85. quòd ad rescisionem cõtractus in foro exteriori opus es probasse rem emptam, aut commutatam tanto pluris, aut minoris valuisse in illo loco, & tẽpore, & modo vendendi particularibus, quibus vendita fuit, neq; enim ad hoc sufficit probasse in generali in illa regione tempore contractus tanto pluris, aut minoris valuisse iuxta communeme xtimationem tantum.

Vnde inferimus cũ eodem, quòd emptor, cui in foro exteriori obijcitur, quòd rem emerit minoris, quã sit medietas iusti pretij, si probauerit in illo anno, tempore, & loco, quibus emit caritate annonæ homines laborasse, propter bellum, vel pestem, vel aliam similem calamitatem, quæ abundãtiam venditorum huiusmodi rerum venalium, & penuriam magnã eas ementium inuexerunt, ita vt pauci essent emptores, & ægrè ementes: hoc probato iam sufficienter probasset rem emptam à se multo minoris valuisse, quàm alio tempore, vel loco. Quare tunc non rescindetur contractus; quia probatum est non minoris dimidio iusti pretij, quod tẽpore emptionis valebat fuisse emptam. ¶ Insuper & venditor, qui contenderet probare se rẽ pretio maiore iusto non vendidisse, si probaret prædicta cõtrario modo se habuisse, scilicet propter fœlicitatẽ illius temporis, & magnam copiam tunc occurrentium mercatorũ, pretio auctiori rem talẽ valuisse: sufficientẽ conficeret probationẽ ad nõ rescindendum contractum, vt alia pars obtendebat.

Consilium Nauarr. Ideò non malè consulit Nauarrus, ibi, non ità facilè in hac parte consulendas esse lites, tũ quia periculo non carent, tũ quia difficile est eos de iniustitia conuincere, cõtra quos intentarẽtur, maximè, si qui se affectũ dãno cõqueritur, talis persona fuit, quæ conscia existens damni potens fuit ad donandũ, & sponte absq; vi & metu, & graui necessitate, id dãni subijt: quia tunc verisimile fit id damni voluisse donare, iuxtà mentem Petri. ab Anch. in cap. de regulis iur. lib. 6. num. 22. & in gratiam huius argumentum sumitur ex. l. quisquis. C. de resc. vend. cui accedit lex. quod quis sciens ff. de cond. indeb. Sed neq; via denuntiationis Euangelicæ obtineri poterit, vt contractus, in quo aliquis nõ vltra dimidium iusti pretij defraudauit, rescindatur per notata à Nauarro. c. nouit. de iudic. vt refert de vsur. q. 21. se defendisse notab. 6. nu. 61. post Saly. in auth. Tum, quia iudices sæculares interdicunt huiusmodi lites alia via agitari in foro ecclesiastico.

In pacto de retrouend. quantum pretium. Prætereà, quia pactum de retrouendendo pretium rei sic venditæ cum tali pacto vsq; ad quartam partem, vel amplioré licitè solet extenuare arg. extrau. 1. & 2. de empti. vbi probatur annuũ censum. 12. emi posse iustè. 100. si cum pacto de retrouendendo perpetuò venditur, si sine tali pacto valeret. 200. & amplius, ideò autore Nauarro cap. 23. in sum. nu. 86. leges, quæ loquuntur de deceptione vltra dimidiam, vel quartam partem iusti pretij interpretandæ sunt de dimidia, vel quarta parte pretij, quæ per tale pactum de retrouendendo, pretio aliàs iusto iuste solent subtrahi. Quare nisi deceptio in his contractibus de retrouendendo vltra medietatem pretij non sic absolutè sumpti, sed sic ob tale pactum iuste diminuti interuenerit, in foro exteriori nõ venit rescindendus contractus.

Insuper quia ex capitulis, cũ dilecti. & cap. cum causa, extra de empt. & vend. reuocandũ fore contractum constat, vbi deceptio ex parte venditoris vltra medietatem iusti pretij trãsilierit, vel vbi ex parte emptoris infra medietatem iusti pretij se continuerit, nisi decipiens (quod ad eius electionem spectat) vsq; ad iustum pretium recompẽsauerit decepto, & sic contractum ratificauerit, ideò quæstio scitu *Quæst.* digna proponitur, scilicet quid sit in medietate iusti pretij vel vltra eius medietatem decipere, aut decipi, tam ex parte venditoris, quã ex parte emptoris. Igitur, quia glossa super cap. cum causa. de emp. & vend. id exponit, lector consulat illam. Nos autem subiecto hoc

Exẽplum. exemplo hanc quæstionẽ patefacimus. Verbi gratia, si liber argenteorum viginti valoris sit, talisq; valor eius esse pretium iustum reputetur, liquet sanè tunc eius pretij iusti dimidiũ 10. argenteos esse, vltra vero eiusdem pretij medietatem computari vndecim, & supra, & infra medietatem eiusdem pretij, quæ erat. 10. contineri. 9. & infra. Qui igitur vendens librũ vltra. 20. argenteos, qui erant eius pretiũ iustũ 10. argenteos alios super accepisset, emptorem eius in medietate iusti pretij decepisse diceretur: quod tunc contingeret. quando pro. 30. argenteis eum vendidisset, sicq; etiam emptor emens eum pro. 10. in medietate iusti pretij venditorẽ decepisse dicendus est. Si quis autẽ eundem librũ vendens vltra. 20. argenteos, vndecim alios exegisset, vel vltra, vltra medietatem iusti pretij decepisse emptorem constat. Sicut etiam si quis eũ emeret pro. 5. argenteis: quia sunt infra. 10. qui quidem. 10. medietas erat respectu. 20. argenteorum, qui erant pretium iustum libri, diceretur emisse infra medietatem iusti pretij: sicq; minus quàm sit medietas iusti pretij soluisse. Supremam autem manum huic quæstioni imponimus hanc doctrinam D. Thomæ. 2. 2. q. 77. art. 1. in sol. ad. 1. memoriæ lectoris commendantes, vbi sic ait. Quia lex diuina nihil impunitum relinquit, quòd sit virtuti contrarium: ideò secundum legem diuinam illicitum reputatur si in emptione, & venditione non sit æqualitas iuste obseruata, & tenetur ille qui plus habet recõpensare ei, qui damnificatus est: si sit notabile damnum. Quod ideò dico, inquit D. Thom. quia iustum pretium non est aliquando punctualiter determinatum: sed magis in quadam existimatione consistit: ità quòd modica additio, vel diminutio non videtur tollere æquitatem iustitiæ.

Respondetur ad obiectiones cõtra d. Tho. Præterea obiectiones contendẽtium, quòd vbi deceptio non fuit vltra dimidiũ iusti pretij, licèt cõtingat fuisse factam citra dimidium iusti pretij, non inducit in conscientia vim seu obligationẽ restituendi, nihil conficiunt contra S. Thomam in prædicto secũdo argumento, cuiusmodi sunt obiectiones Durandi, & Gersonis tractatu de floribus: quia talis lex nõ concedens repetitionem decepto in medietate iusti pretij, vel citra non est concessiua dominij sic partis excessiue acceptæ, vel partis subtractæ à iusto pretio, quia solum est permissiua, atq; sententia iudicis, quæ super hoc fertur, solũ est iusta in hoc, quòd contractum iubet non rescindi, & in eo quòd ad tollendas lites, repetitionem non concedit: non autem esset iusta, si in conscientia fieri restitutionem vetaret: sed hoc certè non vetat, sed ipsum contractum in iure naturali relinquit: quia obligationem, quam ex iure naturali habet obligandi, non aufert. Sed neq; contra hoc militat regula iuris. 24. scilicet, quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse, neq; illud quod habetur. l. gratus. C. ad. l. Iuliam, de adulterijs, &. 23. q. 4. cap. qui peccat, scilicet, quòd qui peccat non peccat legis authoritate: sed contra legis autoritatem: quia intellectus germanus harum legum est quòd autoritate legis iustæ præceptiuæ nullus peccat: sed bene peccare potest, si aliquid faciat virtute tãtum legis permissiuæ, & sic meretrices autoritate legis permissiuę humanæ peccant, non authoritate legis diuinæ. Præterea nec obstat quod obijcit Gerson, scilicet, quòd sic emens voluntariè maius pretium iusto soluit, ac per consequens quod illius in venditorem transferat dominium: quia dico licet faciat cũ voluntate emendi, sed non cum voluntate transmittendi dominium, excessus pretij in venditorem: sicut in vsurario lucro contingit. Imo vero in voluntarium sufficiens ad non transferendum dominium illud est, quod licet coniunctum sit cum volũtario simpliciter, tamen nolleitatem continet rationabilem, vt in casu: quo iniuria, seu damnum infertur ab alio. Sed neq; Innocẽtius in cap. pleriq;. de immunitate ecclesiarum. pro se allegatus nobis refragatur, vbi expresse ait, quòd vbi contractus iure est validus, pars quę lædit, non tenetur restituere, nisi repetatur à decepto, & læso, quia ibi expresse loquitur tãtum de contractibus prohibitis, vbi transfertur dominium, vt in ludo, ibi enim lucrans id lucri restituere non tenetur, nisi in iudicio repetitus, & ad id damnatus. Secus tamen est in venditione prædicta citra medietatẽ iusti pretij, vbi exceditur sic: quia tunc venditor non fit dominus excessus illius pretij. ¶ Denique neq; hîc rectè argumentum contra S. Thomã assumunt Durandus, & Gerson ex lege præscriptionis, quæ in conscientia transfatiua est dominij ad probandum, quòd etiam per leges negantes facultatem repetendi, aut rescindendi talem venditionis contractum, dominium traducatur. Est nanq; differentia: cum quia in præscriptione interuenit bona fides: at hîc in tali venditione iniusta vix, aut raro bona fides intercedit: sed fraus, & dolus reperitur: Tũ quia in præscriptione interstat magnum tempus ad explorandam bonam fidem, quæ ibi requiritur, in vẽditione autẽ iniusta breuiuscula

mora

mora est, neque satis sufficiens ad discernendam, vel cognoscendam illam malam, vel bonam fidem.

CAP. XIII. *De causis 5. aut 6. maioris valoris, vel minoris rei venalis: & pretia, à quibus & quomodo taxanda; triplex pretiũ, naturale, pium, medium & rigorosum, & exempla ipsorum: & quomodo dupliciter differt à legali pretio.*

QVia pretium iustum commensurãdum est valori rerum venalium, nota q̃ longe aliud est iudicium: quod de valore rerũ profert philosophus naturalis ab eo, quòd philosophus politicus habet, quia naturalis iuxta maiorem, vel minorem perfectionem naturalem rerum eas maximi pendit, vel minimi facit: & inde est, quod apud philosophum naturalem maioris ęstimationis est mus, quàm granum frumenti: quia hoc est inanimatũ quid, mus autem animatum est, & viuens. At verò si philosophum moralem, & politicum cõsulas quid magis existimet, aut murem aut triticum: quia is per ordinem ad vsus humanos rebus venalibus æstimationem imponit, mure in ordine ad hunc finem vilem, imò nullius valoris iudicabit: triticum maximi esse momẽti, & pretij palam pronuntiabit.

¶ Præterea est hoc notatu dignũ, vsus hos humanos per ordinem, ad quos res maiorem, vel minorem æstimationem valoris accipiũt multiplices esse contingere. Nam vsus quidã sunt, qui vt necessarij ad conseruationem vitæ humanæ à nobis appetuntur, cuiusmodi sunt vsus cibi, potus, & vestitus, & medicaminum etiam aduersus ægritudines humanas. Alij verò sunt rerum vsus, qui potius ad delicias, voluptatesq́ue humanas respiciunt: cuiusmodi sunt, autore Garcia, Lectio, curiosi libri, contemplatio naturæ rerum, vsus equi per vicos & plateas equitandi gratia. Sunt deinde & alij rerum vsus, qui solum spectant ad curiosum hominum cultum, & ornatum: cuiusmodi sunt vsus auri, & argenti, & lapillorum pretiosorum, in ordine ad recamaturas, & intertexturas fulgentes vestium & cætera. Sunt deniq́ue alij vsus ad commoditates humanas relati, qui penè adeò innumeri sunt, vt recenseri cuncti non possint.

Quæstio. ¶ His præliabatis fundamẽtis, iam illa quæstio se offert, scilicet, quibus de causis rẽ vnã alteram in valore excedere contingat, quęstio est, cuius Garcia meminit in lib. 1. de cõtract. Resp. cap. 9. pag. 231. Respondet autem ipse ex parte vsus rei in ordine ad finem humanum id tripliciter contingere. Primò si talis res conducentior sit, ac vtilior, quàm alia in ordine ad plures commoditates, & vsus: sic nanq; illud mancipium maioris pensi, & valoris erit, qui ad plura officia præstanda, & obsequia exhibenda, quàm alius idoneus magis fuerit. Idem de equo, qui ad plures vsus est habilior, scilicet ad cursum, ad onus, ad iter. Secundò ea res cæteris paribus in valore præualet alteri, quæ ad potiorem altioremq́ue finem ordinatur, quàm alia. Huius enim rei gratia triticum cæteris paribus, valore prętare saxo dicitur: quia saxum ad ædificium, triticum verò ad conseruationem vitæ confert: quæ potior est finis. 1. 2.

¶ Tertiò illa res cæteris paribus valore antecedit aliam, quæ ad eundem vsum, & finem commodior inuenitur, quàm alia. Sic nanque triticũ in valore antefertur frugibus: est enim ad alimoniam hominum cõuenientius, quàm fruges. Ex consulto autem aduertatę in omnibus his tribus comparationibus seruandam huius contemperamenti, scilicet cæteris paribus meminimus: quia licet ità proferenda sit sententia: quatenus est ex parte finis, scilicet, quòd panis valore carnes præcedat, quia magis est necessarius ad sustentationem vitæ, tamen aliundè, scilicet, ex parte abundantiæ panis, quàm fertilitas anni secũ attulit, & ex parte penuriæ cărnium, quàm pestis grassata in greges inuexit, vsu euenire potest, vt meritò carnes tunc panem valore antecellant. 3.

¶ Præterea, an vlla prædictas, causæ aliæ suppetant, quæ maiorem æstimationem, vel minorem rebus venalibus afferant, indagandum supereſt. ¶ Sunt autem plures. Nam prima est abundantia, vel penuria mercium. Secundà verò est emptorum, vel venditorum abundantia, vel defectus. Tertia insuper est pecuniarum magna copia, vel inopia. Quarta subinde, ex modo emendi, vel vendendi merces prouenit, vt si venditores rogãtes vendãt, emptores autem rogati emant. Hinc vsu euenit, vt merces, quæ subhastatione, aut permanus proxenetarum veneunt minoris æstimentur: quia exquirunt rogantes earum venditores emptores, vt emant vltrò eas eis obtrudendo. Modus igitur hic merces vltro venales offerendi vilescere eas facit, & ab eo pretio decrescere: quod si expectarent emptores, neq; vltrò offerrentur valerent. Sic abundantia earum eas in pretio minuit & penuria adauget. Sicut è contra penuria emptorum eas vilescere facit, sicut penuria pecuniæ etiam: at abundantia tam emptorũ, quam pecuniæ eas in pretio *Quæstio. Causæ maioris valoris. 1. & 2. & 3. & 4.*

tio facit ascendere. Igitur vltro eas offerre venales argumentum nonnullum est emptorũ penuriæ. Quinta denique causa (vt aliquibus placet) est necessitas, qua venditor astringitur vendere, aut emptor emere. Hæc tamen causa à Soto lib. 6. de iust. & iur. quæst. 2. art. 3. neutiquam probatur: sed neque Garcia ei assentit: quia causa motiua vendendi, id est, qua vẽditor ad vendendum rem suam est ductus, parum iuxta eorum sententiam refert ad eius augendum diminuendumue pretium: quare cẽsent merces vendentis eas ex necessitate non minoris esse æstimandas: quam merces domini vendentis eas citra necessitatem. Ego autẽ (vt memini me dixisse) iterum dico, quòd si de per se loquamur, ità est vt isti doctores aiunt: neque enim de per se talis necessitas minoris, vel maioris pretij rei est causa: bene tamen de peraccidens necessitas vendentis in causa esse potest talis minoris pretij, in quantum necessitas est interdum in causa vltrò eã exponendi venalem, rogandique cum ea emptores. Imo necessitas generalis cõtingens nõ in vno, sed in pluribus populi, tempore inualescentis famis vendendi res suas ad coemenda frumenta, per accidens efficit, tales res minoris valeant, quatenus plures venditores inducit, eorumque abundantiam causat: quia plures tunc necessitas famis suas res venales exponere cogit. Sicut etiam necessitas generalis astringens plures emptores ad emendam aliquam mercem, cuius esset generalis indigẽtia apud illos, mercem illam precioſiorem efficeret. ¶ Inter has autem postremas. 5. assignatas causas illa potissima est ad augendum, vel minuendum pretium, quæ in abundantia, vel penuria mercium consistit; vtpote quæ proximior est ad sustentationem conseruationẽque vitæ humanæ, quæ finis est æstimationẽ tanto maiorem, vel minorem imponens rebus quanto necessariores, vel minus necessariæ in ordine adhunc finem, inueniũtur esse.

Necessitas quomodo causa minuendi valorem.

Corol. ¶ Porrò ex omnibus præmissis corollariè sequitur, valorem absolutum rerum naturis rerum conuenientem in ordine ad conseruationem vitæ humanæ ex prædictis causis, & circunstantijs accipiendum esse. Cæterum pretium rerum non absolutum, sed respectiuum & particulare penes subiectum, id est, personam eam sumitur, in qua res venalis eo quòd tali personæ vtilitati magis est, pretioſior est illi iuxta D. Thomæ mentem, vt videre est in equo, qui licet iuxta eius absolutum, & commune pretium apud quemlibet inuentus. 30. aureis veneat, si tamen penes me, qui dominus eius sum, ratione industriæ meæ, vel meæ artis, maiorem vtilitatem afferat; quam alteri afferret, si apud illum contingeret esse, nõ immerito pro illo rogatus eum vendere plusquã 30. aureos exigerem, quia mihi plusquam. 30. aureis valet. Neque D. Thom. quæst. de malo. quæst. 13. art. 4. ad. 14. nobis aduersatur. Nam licet ibi sic in forma asserat, scilicet, qui rem mercatur tantum iustè pro ea impendit, quantum illa valet: non tamen tantum, quantum est detrimentum, quod ex eius venditione eã vendens capit: verumtamen Syluester verbo emptio. quæst. 7. hæc duo asserta D. Thomæ, quæ sibi inuicem videntur aduersa componens ait, dictum D. Thom. quæst. de malo. verificandum esse, quando is, cui vtilior est res propria, eam sponte vendit, & non importunitate precum adactus: quia iuri suo plus exigendi cædit, cum sponte vendat. Cæterum, cum. 22. quæst. 77. art. 1. oppositum docet, accipiendum venit in casu, quo non spõtaneus, sed obnixè precibus efflagitatus rem suam vẽdit: quia tunc contra suam nolleitatem, vel subit damnum, vel ad instantiam emptoris cessat ei ex venditione suæ rei lucrum.

¶ Ex eadem fere radice innascitur, quòd quando emptor, quia re venali non eget, ex talis rei emptione sibi parat damnum, si precibus impulsus emat eam, licitè minoris, quàm sit pretium eius commune, eam emere poterit: dum (vt supra meminimus) ex eo quòd sit sibi oblata tantum, vel sit rogatus tãtum emere à nolente præ pudore rem suam venalem publicè exponere, vbi plus inueniret pretij, non multum notabiliter detrahat de eius pretio, pretium pro ea soluens. Secus autem esset si inde notabile damnũ esset incursurus: quia, verbi gratia, qui rogatur emere gladium, pecunia sua eget pro damno præsenti resarciendo, aut pro lucro sibi parando: non autem indiget gladio, quia tũc iuxta suũ interesse ab admonito de hoc venditore, tantum minus pro eo gladio soluere posset. Subscribũt huic nostræ sententiæ Syluest. emptio. quæst. 7 & Garcia lib. 1. de contract. cap. 9. pag. 239. Nauarrus in sum. cap. 23. num. 83. Et patet: quia iam emptor hîc magis adductus necessitate vendentis, vt ei pecunia præsenti subueniat, quam cupiditate rei venalis illectus eam emit; poterit ergo, quod inde patitur, exigere interesse.

Corol. 2.

¶ Sed quia authore D. Thoma, sermones in vniuersali minus prosunt, licet in generali causas omnes, quæ ad constitutionem maioris, vel minoris pretij rerum venalium conuenire solent, abũde scrutati sumus, tamen eam

Quæstio.

quæstio-

quæstioneni, quæ maiorem difficultatem præ
sert. Superest nobis hic enodare. Ea nempe
est, quomodo in particulari quantitas pretij
iusti cuiuscunque rei venalis prætaxanda ve-
niat. Huius autem quæstionis expeditio hu-
ius dubij absolutionem exposcit, scilicet ad
cuius arbitrium attineat rebus venalibus pre-
tium iustum præfigere. Videtur nanque hoc
mercatorum proprium munus esse; ideò de
hoc p imò disputemus. Pro parte ergo affir-
matiua Aristot. dictum facere videtur, qui. 2.
Politicorum. cap. 17. in omni arte credendum
esse peritis illius artis docet: ergo & peritis mer
catoribus est adhibēda fides in taxatione pre-
tij rerum venalium. Item in. l. in re mandata.
C. mandati. traditur, suæ quidem quemq; rei
esse moderatorem, atque arbitrum: ergo iuxta
hanc legem mercatorum erit pretium suarum
mercium arbitrari: præsertim quod. l. quære-
batur. ff. ad. l. Falcid. &. l. 1. §. si hæres. ff. ad Tre-
bel. conceditur eis res vendere, quantum ven
di possunt. ¶ Accedit & ratio, quod merces
mercatorum sunt res, vnusquisque autē pro-
priè rei pro libito dispositor esse dicitur: ergo
& mercatorum erit pro suo arbitrio suis mer-
cibus præfigere pretium: sicut in pretio gem-
marum, & lapillorum pretiosorum pro libito
ascendunt. Igitur circa hanc materiam consu
le Caiet. in sum. verbo. emptio. Sylvestrum
eod. tit. §. 6. & seq. Ex quibus hæc desumun-
tur documenta. Primum est, quòd pretium re
rum nusquàm potest benè præscribi, aut taxa
ri ex ipsis naturis rerum secundū se acceptis:
sed prout cedunt in vsus humanos: quia auto
re Aristotele, & experientia docente, & sacris
literis testantibus, omnes res commutabiles
conditæ sunt propter hominem, quibus si nō
indigeret, superflua ei esset earum rerum em-
ptio aut venditio. ¶ Secundum, quod pretia
rerum venalium, si cōmodè fieri posset, sem-
per taxanda essent per rempublicam pretio le
gali: quia sic succiderētur fraudes, & tæchnæ,
quas praui mercatores moliuntur in rempu
blicam. Sed ea est malitia hominum & huius
rei difficultas, vt Nauarrus in sum. cap. 23. nu.
88. ausus sit in forma hæc verba proferre. Ar-
bitror, inquit, rarissimè ponendam esse hanc
taxam; Tum quia dat occasionem vendendi
corrupta, & ferè inutilia eodem pretio, quo
sincera, & vtilissima; tum quia superueniente
maxima necessitate annonæ, & frumenti tol-
litur omnino taxa, & illa non occurrente pa-
rum est necessaria; tum quia nemo diuitum
vult mutuare, neque vendere creditò res taxa
tas, nisi pretio taxæ etiam tempore abundan-

Arg. 1.

Arg. 2.

*Documen-
tum. 1.*

2.

tiæ; tum quia præbet occasionem innumero-
rum peccatorum mortalium mille modis ta-
xam fraudantibus, quorum vnus est nolle vē-
dere rem taxatam, putà, triticum, nisi ematur
etiam non taxata, putà, vinum duplo, & qua-
druplo maiori pretio, quam valet, quod spe-
ciatim reprobat Metina. Cæterùm licet Nauar
rus his suasus inconuenientibus taxam hanc
rarissimè imponendam arbitretur, consilium
tamen regale tyrannidem diuitum tempore
penuriæ frumenti, sine moderamine prolibi-
to ascendentium in pretio, compescere volēs,
quatenus indigentibus & pauperibus, ne in-
humaniter depillentur, consulat, ne pereāt so-
litum est, tanquam minoris occasionis mali
rem, mandans præfigere taxam. Nam illi into
lerabili malo, quod inde diuites occasionem
sumunt abscondendi, & subtrahendi alimo-
niam in populo indigenti necessariam, solitū
est prospicere scrutando per fideles ministros
diuitum horrea, quò tempore vrgentis famis
superflua illis resecet, vendereque pro indigē-
tibus pretio taxæ compellat.

¶ Tertium documentum sit, quòd dū pre- 3.
tia non sunt taxata à republica: sed arbitraria
pretia sunt: certè non arbitrio ipsorum merca
torum, sed arbitrio prudentum, & peritorum
arbitranda sunt. Tum, quia sicut quisque su-
spectus habetur iudex in propria causa, ità &
mercatores in hac sua causa iudices essent de-
prauati. Tum, quia cupiditas sic excecat, trās-
uersosq; à ratione agit animos: vt facilè à re-
cto, & æquo deuiarent mercatores, si ex eorū
affectu taxandæ venirent merces eorum. Tū,
quia semper innecterent fraudes, obtenden-
tes semper pro expensis. & laboribus accipere
pretia, cum aliqua accessione lucri, quod ta-
men nequaquàm semper eis licet, præsertim,
cùm sua ignauia, & imperitia interdum in cau
sa sit viles emendi merces, caroq; pretio, quas
tunc, idcirco minoris vendere tenentur. Item
hoc confirmatur ex. l. pretia. ad leg. Falcid. vbi
sancitur pretia rerum non deberi ex affectu,
& vtilitate singulorum instituti, & apertius.
l. 4. eod. titul. sed communiter pretia æsti-
mantur.

¶ Ex quo sequitur iam explosis mercatori- *Sequela.*
bus à iudicio huius causæ tanquàm propriæ,
institutionem iusti pretij rerum per legē, aut
decretum iudicis, aut per vsum communem
fieri debere: si ex affectu, & vtilitate singulo-
rum interdicente, id lege pretium hoc insti-
tui non debet. Pro quo & facit hæc noua ra-
tio: Quia, si in hac taxatione pretij, prædicta-
rum circunstantiarum habēda est ratio, nēpe,
abundan-

abundantiæ, tam venditorum, quàm emptorum, & eorum penuriæ copiæ quoque, vel inopiæ pecuniarum, & mercium, cum hęc nõ dependeant ex arbitrio, vel voluntate cuiuscunque hominum, sed potius ex casu, quem fortuna solet inuehere: fit, vt non per affectũ singulorum ex eorum vtilitate pretium rerũ constituendum sit: sed potius per vsum communem, aut per legem, vel decretum gubernatoris reipublicæ stabiliendum veniat.

¶Insuper ex prædictis ad venandam distinctionem pretiorum rerum paulatim perueni-

Quotuplex pretium rerũ. mus. Est autẽ tradente Aristotele lib. 5. Ethic. cap. 7. duplex rerum pretium. Vnum, quod legale, seu legitimũ pretium rerum dicitur, nempe, quod per rempublicam, aut eius gubernatorem est prędiffinitum. Aliud verò pretium rerum est, quod naturale dicitur, quippe quod ex naturali successu rerum pendet: quod & arbitrarium quoque dici posset: quatenus non in diffinitione legis, sed in communi arbitramento prudentum consistit. ¶Sed

Quæstio. quid inter vtrumque interlit nosse est opus. Dupliciter ergo inter se inuicem vtrumque pretium differt. Tum, quia pretium legale nõ tam facile variationi subiacet: naturale autem pretium multum de mutabilitate participat. Tum, quia legale pretium partibus, seu gradibus caret: est nanq; prorsus indiuisibile, & veluti in puncto consistens. Naturale autem pretium, seu arbitrarium constat ex suis partibus, seu gradibus: non enim est in indiuisibile & in puncto consistens.

Quæstio. ¶Sed si quæras, quot sunt huius pretij naturalis, seu arbitrarij gradus, triplicem esse noueris. Diuiditur nanq; in pretium, quod vocatur pium, quod infimum esse solet, pro quo veneunt merces, cum vsque ad infimum descendunt in pretio iusto. Secundum autem pretium, medium, appellari solet; eò quòd inter pretium, pium, & riguosum mediet. ¶Ri-

Exempla pretiorum rigidi, medij & pij. guosum deniq; pretium dicitur quod altius ascendit, & ad quod pertingunt merces, cum ad suum supremum attigere pretium. Sicut, verbi gratia, res. i. frumentum contingit, vt veneat in foro quinq; argenteis licitè, item quinq; argenteis, & dimidio, item & 6. argenteis: sicque quinq; pretium esset pium, & infimum, quinq; autem cum dimidio medium pretium reputaretur: Sex autem pretium riguosum, & supremum esset. Varietatem autem huius triplicis pretij inducit prudentia hominum peritorum, ex qua desumendã esse æstimationem arbitrariam rerum diximus, quæ non adeò potis est, vt in indiuisibili puncto pretium rerum valeat assequi. Idcircò viri etiã experti, atq; prudentes persæpe in tam varias sententias solent discedere, vt alij pretium rei iustũ quinque esse extimẽt: alij vero quinque & dimidiũ argenteos, alij autẽ sex. ¶Hinc fit, vt liceat pretio riguoso vendere ad creditũ, si pecunia de præsenti numerata contingat in foro cõmuni inuenire. ¶Hinc etiã vsu euenit, vt mercator, qui in principio nundinarũ, quia magna copia emptorum confluxerat, posset suas merces distrahere pro viginti, verbi gratia, iam in fine nundinarum, vbi iam pro magna parte illa emptorum copia disparuit, non posit licitè, nisi minoris, scilicet, pro quindecim vẽdere, aut pro tredecim, aut duodecim: quia ex natura rei diminutum est tũc pretiũ. Sicut, si à principio non tot conueniissent emẽtes, si posteà in fine nundinarum conuenirent (quod tamen rarò contingit) possent tunc è conuerso in fine plures merces venire.

¶Iam argumenta supra adducta post hic prælibatam doctrinam existimo parum nobis obsistere. Neque enim authoritas Aristotelis 2. Politicorum contendit credendum esse peritis alicuius artis, quãdo pro se ipsis, & in propria causa iudicium proferunt: sed cum in cõmuni, vel aliena. ¶Insuper lex. in re mandata. C. mandati. si iuxta glossam intelligatur, nihil nobis officit: quæ per arbitrum intelligit non propriè iudicem, sed dispositorẽ rei suæ posse esse quemq;. ¶Deinde vnusquisque arbiter, & moderator suę rei esse permittitur, dum rem sic fieri, vel aliter bono communi, vel tertij non nocet. ¶Deniq; neq; illud axioma cõmune, scilicet, Tantum res valet, quantum vẽdi potest, nobis aduersatur: cum iam sententiam hanc seclusis fraude, ignorantia, violentia, metu intelligendam esse veram, doctores communiter doceant. Incuius gratiam legito Sotum de iust. & iur. q. 2. art. 3. ad 1. & Sylvest. emptio. q. 9. Nauar. in sum. c. 23. n. 80.

Ad arg. 1.

Ad obiect. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

¶Sed neq; illud quidquàm facessit incontra, scilicet, quòd lapilli pretiosi, & gemmæ pretiosissimæ tantùm valeant, quantum vendi possunt: quia id ideò est (vt supra meminimus) quia ad vsus necessarios vitæ humanæ parum conferunt: sed potius ad splendorem, & magnificentiam magnatibus tantum sunt vsui. Nos autem hic de pretio rerum conducentium pro conuictu humano disputationẽ inimus. Nam pretium gemmarum, & lapillorum, & similium solet vocari voluntarium.

Ad. 5.

CAP.

CAP. XV. *De pretio legali, taxa in cuius fauorē fiat; quomodo varianda pro tēpore: de deceptione mercatorum in non seruando taxam: quæ sint considerāda in taxando de nouo, & quid vbi in diuersis locis est diuersa taxa, an sit color mercatoribus eam excedendi.*

QVoniam de pretio rerum inchoato sermone, totam materiam (& si multa dixerimus) nequiuimus absoluere: ideò nunc de alio genere pretij, quod de almonedas nūcupari solet, quod quidem rebus venalibus subhastatione positis competere solet, nobis opus est agere, simul & de pretio legali. Verumtamen, quia pretium legale, vtpote minus variationi subiectum potissimum est, ab eo aptius exordium sumemus, rursus redituri ad alia pretiorum genera.

¶ Igitur circa pretium legitimum, perpendum primò venit interdum tale pretium per taxā sic moderari in gratiam emptorum, quatenus effrænis venditorum cupiditas compescatur, qua ratione tunc merces sic prætaxatæ, etsi vendi nequeant altiori pretio citra reatum culpæ, & restitutionis: tamen minoris vēdi nihil vetat, cum solum finis taxæ talis fuerit ne ascendatur in pretio. ¶ Contingit insuper leges pretij taxam aliquoties in gratiā vtriusq; tam venditoris, quàm emptoris sancire, scilicet, quando sic præstituit pretium certum, & subtrahit facultatem maioris, vel minoris vendi, & emendi. In quo quidem casu, si minoris merces veneant venditore renitente, emptor in obligationem incidit restituendi, quod de pretio taxæ subtraxit. Si autem venditor non inuitus, sed spontaneus renuntiare volens iuri taxæ minoris venderet, tunc emptor minus soluens, & culpam, & restitutionis obligationem euaderet. Perinde etiam, quia vnicuiq; iuri suo in gratiam alterius cedere liberum est: emptor si vltrò cedens iuri taxæ in gratiam venditoris, venditori plus pretij velit supererogare, venditor licitè posset id accipere.

Legis taxa in cuius gratiam fiat.

Quæstio.

¶ Porrò iā hic obuia nobis fit illa quæstio, an sicut venditor tempore, quo maius pretiū de facto posset inuenire, tenetur non superexcedere taxam: ità quoq; tempore, quo minoris in communi foro venēunt frumenta, maiori pretio, id est, taxæ posit ea diuendere. Nā videtur, quod hoc ei liceat, quia hoc est æquali se aleæ exponere. Verumtamen, quia F. Antonius Cordubensis in tractatu de casibus cō scientiæ, quæst. 84. & Metina in sua instruct. fol. 14. quibus Garcia accedit lib. 1. de contract. cap. 9. pag. 244. Negatiuam tenent, ideò ab eorum sententia non est recedendū. Quia verè docēt, scilicet, quòd etiam si per pragmaticam pretium prætaxatum sit mercium: si tales merces iam in communi foro communiter minori pretio, quàm taxa pragmaticæ diffiniuit veneunt, maiori tunc pretio, id est, pretio pragmaticæ vendi non possunt: sed pretio minori in foro communi currenti vendendæ sunt necessario; esset nanq; tunc venditio iniusta, si pretio taxæ, numerata pecunia fieret, imo vsuraria esset, si ad creditum tali pretio vēderētur. Neq; enim taxa ideò edita est, vt venditori vendendi semper tali pretio taxæ facultas suppeteret: sed tantum, vt vendendi vltra limites taxæ libertas subtraheretur. Noluit enim legislator casu, quo secunda fortuna annonæ abundantiam minuentem pretium inuexit, indigentes tali fauore priuare. ¶ Cæterum licēt prædicta sententia tantorum virorū suffulta sit authoritate, Mercatus tamen de cō tract. lib. 1. cap. 7. fol. 21. licet ei videatur accedere, dum ait, quòd ratione abundantiæ superuenientis dum in publica domo, alhondiga, Hispanicè nuncupata, triticum decrescit à pretio taxæ, & ibi minoris, & communiter minoris venditur, ei minori pretio venditor conformari debet: tamen ista quæ benedixerat inturbare videtur, dum paulò inferius ait, doctrinam, quam subiungit ad multos casus contingentes dissoluendos multum conferre. Ea nempe est, quòd non obstante legis taxa, quæ tanti vigoris habetur, vt vbi semel posita est seruanda sit: si lineæ merces quoad singulas mensuras prætaxatæ essent lege ad. 6. argenteos, ex accidentiq; casu propter magnam copiam earum aduectam ad. 5. argenteos pretio communi currenti decrescerent, durante taxæ lege, dumq; pro nō reuocata habetur, pretio legali taxæ eas vendi nihil prohibet, licet sit maius. Culpæq; non vendentis pretio taxæ, sed potius culpæ emptoris tribuendū est: qui cùm vilioris emere posset, cariori pretio taxæ emere maluit. Hæc Mercatus. Qui tamē, quia doctrinam parum tutam tradidisse se sensit, quasi se retractans adiunxit tutius fore si venditor tunc à communi pretio, quo tales merces venduntur ab alijs, nō discreper. Quia licet taxæ derogare ascendēdo super eius pretium nemo venditorum posit: tamen ei derogare minoris, quam sit eius pretium vendendo omnes possunt; quod & feciſſe videntur, dum quasi omnes venditores, quasi taxam, quoad hoc reuocantes decenderūt in pretio. Quare cum se retractauerit, & nobiscum in hac

Argum. Respons.

Mercatus se retractans.

hac parte magis videatur conuenire, nihil est cur magis immoremur eum impugnando.

¶Præterea alicui fortè videretur conueniẽtius fore, si leges præstituentes pretia rerum diuturniores essent, atque permanentes, quia pretium legale non tantæ variationi est subiectum. At Mercatus loco citato contrariè est sententiæ, scilicet, huiusmodi leges æstimatiuas pretij rerum non perpetuas debere esse, sed iuxta tempus, circunstantiasq; occurrentes fore mutandas: quia teste philosopho leges sunt adaptandæ dispositioni reipublicæ, eiusq; gentis conditioni, & genio. Sed quia circa harum circunstantiarum occursum aduertendum parum inuigilant principes, & res publicas administrantes: fit sanè vt mille inconuenientia huic pullulent. Igitur sicut iudices hic suas rectè implent partes, dum pensatis temporibus, & circunstantijs omnibus, & reipublicæ bono communi consulunt ei pro moderato ratione pretio venalia exhiberi statuentes, & aliquid lucri in prædictarum rerũ taxatione mercatoribus inseruientibus reipublicæ, ne cum sua iactura ei inseruiant relinquentes. Ita patres confessores suum officium rectè gerunt, cum pœnitentes ad obseruantiã harum ordinationum, & legum in foro conscientiæ compellunt. Quare quatenus sic fiat ex parte gubernatorum, & principum, curandum est eis has taxationum leges, ne in perpetuum prorogent: sed temporibus diuersis circunstantijsq; copiæ, vel inopiæ frumẽti eas attemperent. Neq; enim illa persuasio, qua sibi persuadent parum esse in rem reipublicæ, aut in remedium iuxta varia tempora variare quoque per taxationem nouam pretia rerũ (quia inquiunt mercatores, reuenditoresq; harum mercium non ideò desistunt ab augendo pretium) eos à culpa liberat, non inquam meritò hæc causa eos inculpabiles efficit: quia ipsi in hoc si aduerterẽt: aduerteret & singulus quisque de populo ad obseruationem legis ratione moderatæ ab ipsis, iamque subesset causa magis iusta transgressores puniẽdi. Nam aliâs cum pragmaticam taxę populares inuariatam vident per multum temporis, neq; obseruari, quadam dissimulatione eam vel abrogatam esse autumant, vel certè sola causa extorquendi pœnas à transgressoribus eã perdurare velle gubernatores malitiosè suspicantur, postquàm variatis temporibus, & circunstantijs eã vident immutatam, vnde mille scrupuli, & penè innumera pullulant inconuenientia: dum vnum profligare satagunt. Nam si ad rigoris perpendiculum loquamur: dum taxæ lex permanens executione pœnarum vallatur, subditos in conscientia ad eius custodiam obnoxios facit, nisi de eius iniustitia clarè pateat. Sed & tunc prius ab ea supplicatio interponẽda est, senatoresque populi admonendi veniunt de his nobis successibus, atque causis, quæ ad tollendam, vel derogandam, vel mutandam, vel moderandam ab ipsis prius præfixam taxam nouiter emersere. Ante hanc autẽ supplicationem monitionemq; non est vnicuique ius violandi taxam ea sola ratione, qua sibi apparet iniusta, poterit nanque facillime falli.

¶Iam ex præmissis liquet, quomodo illa doctrina Soti. de iust. & iur. accipiẽda sit. Vbi faciens satis illi quæstioni, vtrùm absque vitio iniustitiæ liceat alicui priuato minuere mẽsuram mercium, putà, vini, aut olei, ibi sic respondet, quòd aliquando citra iniustitiam mensura à priuato, putà, à venditore minuitur, scilicet, quando emptores nolunt emere vinum, quantũ re vera valet, vel propter monopolium ementium, vel propter grauamen senatoris populi: quia re vera nõ vult vinum, vel merces iusto, & æquiualenti pretio taxare: sed euidẽter minus iusto pretio taxat merces. Quia tunc venditor cum sua euidenti iactura, & lucro ciuitatis non tenetur inseruire ciuitatis necessitatibus: quia secundum ius nemo cum alterius iactura locupletari debet. Hæc enim doctrina Soti cum eo moderamine suprapositio acceptanda est: vt, scilicet, patentissima sit prius iniustitia taxæ à senatore præsignatæ, item & tunc de hac iniustitia, vt eam emendet præmoneatur: vt optimè cẽsuit Mercatus. ¶Addit tamen ibi secundò Sotus, quòd etiam in casu, quo venditor mensuram fraudando, vel substantiam rei vitiando iniustitiã sic faciendo non committat: putà, quia ex pretio demit, quod in mensura tollit, vel in substantia vitiat, iustè tamen à magistratu punitur, si sic feciſſe deprehendatur, licet aliquando propter supradictas rationes, & causas sine crimine id faciat: quia oportet occurrere scandalo populi, & succidere calumniandi, & fraudandi causas.

¶Præterea adhuc in dubio hoc vacillat animus, an casu, quo senatorum taxa venditoribus mercium eas aliunde asportantibus aliquod non præbet lucrum, tanquam iniusta possit violari in conscientia. Videtur autem, q̃ possit: quia cum lucrum non concedat, sed potius iacturæ manifestæ sit causa talis taxa, eius iniustitia in propatulo est. Nihilominus tamen dicendum est cum Syluestro emptio.

quæst.

Sententia Merc. circa variat. taxæ.

Nota.

Quæstio.

Pro tempore variandæ taxæ.

Quæstio.

quæst. 10. & communiter cum omnibus doctoribus alijs, huiusmodi institutores aliúde vehentes merces teneri ad non transgrediendam taxam reipublicæ: quod si hæc taxa absit, ad obseruationem pretij in reipublicæ foro communiter currentis, etiam si sine accessione lucri, vel cum iactura eorú id eueniat. Quapropter hinc succiditur, & depellitur mercatorú deceptio nequissima, persuasioq; fallacissima, qua sibi suadent ius sibi semper inesse lucrandi, & nusquam perdendi, ac semper cum lucro vendendi. Hanc autem eorú proteruam cecamq; sententiam falsissimam esse conuincit vel ipsa negotiantium ars: quę suaptè natura vtriq; aleæ perdendi, & lucrandi, quam inuexerit sors fortunæ est subiecta.

Deceptio Mercatorum.

Non enim rationi consentaneum esse videtur, vt aspirante fortuna mercator suas possit distrahere merces cum accessione lucri, & maiori pretio, quàm à se emptæ sibi constitere, & quod reflante fortuna contraria, cum iactura aliqua sua eas diuendere non teneatur. Sors nanq; æqua pro vtraq; parte tam venditorum, quam emptorum esse debet: quatenus si fortuna ex abundantia inuecta emptoribus fauerit, minoris emant sua prospera sorte potientes, venditoribus tunc patienter id sustinentibus. Sicut è diuerso, si fortuna prospere cesserit venditoribus, quatenus ex aliquo euentu creuerit pretium gaudentibus sua secunda sorte (prout oportet) venditoribus, necesse est, vt emptores id æquanimiter ferant. Accedit ad hoc non rarò venditores in culpa esse: dum ex ignorantia carentiaque industriæ viliora maiori pretio, immodicisq; expensis emunt, quam iacturam aucto pretio plusquàm par est, velle resarcire à ratione prorsus dissonum est.

Not.

¶ Præterea & aduertendum est, quod animaduersione duxerunt Nauarrus, & Garcia esse dignum, scilicet, quòd pretium legalis taxæ non est adaptãdum vitiatis, aut corruptis, & ferè inutilibus mercibus: sed solum syncericis, vtilibus, & incorruptis. Vnde triticum viciatum, corrosum, aut exesum pretio taxę vel le vendere, & culpa & restitutionis obligatione non caret. Tantò ergo minoris vendenda sunt, quanto magis deteriorata sunt, quod etiam de pretio communi intelligendum venit, quando legale pretiũ prædiffinitũ nõ est.

Quæstio.

¶ Porrò non absre hic in dubiũ est reuocabile, an pretium taxę si in diuersis locis variũ esset: tũc pretium taxæ vbi rei venditæ ex cõuentione soluendum est pretium sit obseruãdum, an potius iuxta taxam receptã, vbi res venalis emptori tradenda est, solutio sit faciẽda. Idemq; de pretio cõmuni, quando in his locis diuersum est quæri potest. Cum ergo de hoc puncto non meminerit Syluester verbo. emptio. q. 1. licèt ibi doctrinam fundamẽtalem ad id dubium dissoluendum subministrauerit: dicimus cum Corduba de contract. q. 84. pot. 3. Primò, quòd quando res cõmuniter veneunt de præsenti, statim de præsenti pecunia numerata, earũ pretium erit tunc, ꝙ taxa præfignat, quæ tunc temporis currit (vel si taxa hæc desit) iuxta pretium tũc temporis communiter inuentũ, quo emptor in possessionem earũ manu mittitur, vel taliter in eũ earum dominium transfertur, quòd iam suo perstant periculo, & commodo. Secundò ad punctum quæstionis attingendo, dicimus cum Garcia lib. 1. de cõtract. cap. 9. pag. 248. pretium iustum rei venalis non id esse, quod currit in loco vbi venditio inita est, vel vbi solutio est facienda: sed id quod communiter inueniri contingit in loco vbi rei emptæ fit traditio, vel quod lege prætaxatum esse ibi reperitur, quia ibi secundum Syluest. consummatur venditio. Quapropter quasi corollariè infert Garcia hinc conuincẽdum esse magnũ abusum conscientiæ, valdeq; detrimentosum, quem in Valentiã cupiditas væsana mercatorum induxit, vbi vsum receptum est emi triticum eademque in ciuitate recipi eo pretio, quod tempore messis valiturum est in oppido de Castellon: cum ordinarie in illo tempore ibi vilioris veneat, quàm in Valentia. Contractus autem hic duplicis iniquitatis esse arguitur particeps, tum ex parte temporis, tum ex parte loci. Quia cum huius venditionis pretiũ id iustum sit, quo in Valentia venit triticum eo tempore, quo venditionis contractus perficitur, cum ibi id est, Valentiæ sit recipiendum: fit sanè, vt ex parte emptoris illud pretium iniquum sit, quo habitu respectu ad pretium vilius, quo alio tempore, & loco minoris communiter emi solet, sibi illud granũ comparat. Æquitas ergo pretiorum, eorumq; iustitia respicit, tum locũ, tum tempus, quatenus considerando locum, vbi res venalis est tradenda, & tempus vbi contractus consummationem recipit, pretium illius loci, & temporis obseruetur. Tunc autem regulariter cõtractum venditionis consummari dicimus, cum res empta, vel eius dominium ad emptoris manus peruenit iuxta diffinitionem de vẽditione præmissam.

Dictum. 1.

2.

Corol.

¶ Insuper licèt, cæteris paribus, cæterisque animaduersis etiam circunstantijs copiæ, vel

inopiæ mercium, & pecuniæ, emptorumque & venditorum communis sententia doctorum sit in prætaxatione pretij mercium conijciendum esse oculum ad eos sumptus, labores, & pericula: quæ à negotiatoribus causa transuehendi merces per terram, vel mare de longinquo, vel gratia eas beneficiandi suscepta sunt: tamen hoc sic intelligendum venit, scilicet, quando de nouo taxanda veniũt pretia mercium: quia neque per taxam, communemue vsum inueniuntur in republica, vlla certa pretia. Si enim aliquo istorum modorum in republica prædiffinitum extaret pretium: quia præsumendum est iustũ, omnibusque debitis circunstantijs pensatis fuisse introductum censendum est, nemini mercatorum tunc fas est sub prætextu maiorum sumptuũ, laborum, periculorum, quæ subijt tale pretium transgredi licet, cũ iactura mercatorum id contingat, prout Syluester verbo emptio. q. 10. adnotauit.

Considerãda in taxãdo de nouo

¶ Adhæc cum Fratre Antonio Corduben si in tractatu, de casibus conscientiæ, quæst. 84. circa notabile. 3. pensandum venit, quòd licet excluserimus illam æstimationem communem mercatorum, tanquam falsam, scilicet, quod semper illud extimandum sit pretium iustum, quod consideratis expensis, & laboribus, illis confert aliquid lucri: quia taxæ, seu æstimationi communi velint, nolint, siue cum lucro, vel iactura illorum fiat, illis standum est, quia ea est fortunæ mercatorum alea. Tamen quando negotiatores communiter nihil, aut parum lucri ex negotiatione sibi parant: nonnullum est argumentum merces minoris suo iusto pretio venditari: ascendendumque tunc fore in pretio. Quapropter tunc respectus hic (si non obstet, scilicet, nimia abundantia mercium quam fortuna, vel nimia abundantia, seu frequentia negotiatorum volentium sic semper tutè cum accessione lucri notabilis, & cum iactura reipublicæ negotiari & locupletari inuexit) in causa deberet esse, vt reipublicæ curæ esset æquo pretio taxare merces.

Nota circa taxam.

¶ Cæterum quando iam taxa reipublicæ circa has merces præcesit, vel iam vsus communis mercibus pretium præfixit: quia tunc æquo maturoque consilio rem sic geri extimandum est, non est ius mercatoribus tale pretium taxæ, aut communi vsu inductum prætereundi quouis colore. Accedunt autem huic sententiæ Metina Complut. de restitut. quæst. 31. & quæst. 38. Nauarrus, cap. 23. num. 78. & 82. S. Thom. opusc. 67. & 22. q. 77. art. 1. & q. 78. art. 2. & ibi Caiet. & Florentinus. 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4. & Summa Angelica. vsura. §. 19. & Sylvest. vsura. 2. §. 1. & titulo emptio. §. 6. 78. & Conradus de contract. quæst. 30. quæst 56. & præcipuè, quæstio. 59. & Sotus de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 4. art. 1. ad 4. Qui omnes vnanimes tenent pretio taxæ si extet, aut pretio in communi foro currenti vendendum esse tam ad numeratum, quam ad creditum.

CAP. XVI. *De taxa frumenti de tribus permißiuis modis, & qualis dißimulatio, & quorum superiorum excusat à taxa, an consilij regalis, vel gubernatorum prouintiæ: de taxa panis cocti, & panis cocti forensis: de rectoribus populi in hoc negligentibus: de pistoribus ex officio, vel non.*

PRætereà illa celeberrima quæstio inter reliquas scitu potissimè necessaria de taxatione frumenti, sub silentio prætereunda non est: An venditores alimentorum, scilicet tritici, farinæ, panis cocti, si taxam super excedant, hac de causa in obligationem restituendi incidant: quando præsertim in anno magnæ superuenientis penuriæ panis, iudices excessus hos animaduertentes transgressores impunes abire sinunt, quadam dissimulatione prætereuntes. Igitur, quia author Corduba in quæstione. 78. de casibus conscientiæ (vbi satis exquisitè de hac materia differit) quæstionis huius difficultas in eis annis potissimè procedit, in quibus inopia panis graui laboratur, tres opiniones in hoc sibi obuiant. Prima nanq; pars sequitur negatiuam: dum asserit in casu quæstionis, non licere pragmaticam taxæ præterire, talemque pragmaticæ præteritionem pretium superaceptum restituendi, vel erogandi pauperibus in his inopiæ annis obligationem secum afferre. Quia pragmatica hæc taxæ panis cum eo fine potissimè edita sit, vt annis inopiæ panis subueniretur, ne caritas eius panis induceretur, ne tunc absconderetur, & pauperibus pereuntibus, & indigentibus subtraheretur, permissio tolerantiaq;, qua super excedere taxam venditores tritici permittuntur impunè, neque eos à restitutione, & culpa liberat, aut reddit immunes. Nam si id tolerant iudices, non id faciunt, quia his excessibus sponte conniueant: sed quia prudenter ea inconuenientia cauere curant, quæ ex inflictione pœnæ, si contenderent, punire orirentur. Ideò quadam tacita dissimulatione

Quæstio.

Opinio. 1.

latione

latione prætereunt id, cui nullatenus tacendo consensum præbent, iuxta cõmunem sententiam Doctorum relatam à glossa in regul. iur. lib. 6. qui tacet consentire videtur, & in regula ibidem sequenti, is qui tacet. Facit ad hoc, & capitulum cum iam dudum. de præbend. Vbi dicitur: Multa per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicium non deberent tolerari. In hanc sententiam conuenere Metin. Complutensis de restitu. quæstione. 36. & quæstione. 31. & Sotus de iustit. & iur. lib. 6. quæstione. 2. artic. 3. & Castrus de lege pœnali. lib. 1. cap. 12. & Nauarrus in summa, capite. 23. numero. 83. vsque. 86.

Opinio. 2. ¶Secunda autem opinio oppositam tuetur partem, affirmat enim illam super acceptionem pretij vltra taxam pragmaticæ, & culpa carere, & obligationem restituendi nõ contrahere. Videturq; apparenti ratione se tutari: quia ea taxa panis non est æqua pro annis panis penuria laborantibus, quæ ordinariè pro alijs non tantæ indigentiæ annis edita, & promulgata est. Sicut enim in annis, in quibus vini, aut olei, aut carnium sterilitas accidit, vel mercenariorum penuria euenit iustè in his omnibus ascenditur in pretio: ità quoque par ratio est, vt in magnæ frumenti sterilitatis annis, frumenti pretium augeatur: præsertim cum maioribus expensis constent frumenta, quæ in quantitate modica in sterilitatis annis ab agricolis demetuntur, quàm quæ abundantioribus annis abũdantius colliguntur. Accedit & alia secunda ratio, quia non est verisimile, cum rex sciens transgressionem legis suæ positiuæ merè toleret transgressores, cum pœna plectere possit, à pœna illæsos relinquens, velit in conscientia eos per legem pragmaticæ obligari ad culpam. Hoc enim nihil aliud esset, quàm his animabus inijcere laqueos: quæ ex tali tolerantia licitum esse, sibi contra legem agere putant. Sicque tolerantia hæc regis non abesset à culpa, vtpotè occasionem delinquendi contra legem præbens: nisi cum consensu pro tunc suspendendi vim obligatiuam legis coniuncta esset in rege. Hoc autem Anton. de Butrio astruit cum alijs sibi subscribentibus doctoribus, vt refert Syluester verbo. lex. quæstione. 6. & verbo consuetudo, quæst. 6. & quæst. 7. & glos. in regul. iuris, lib. 6. is, qui tacet. Et Panorm in. cap. quia circa. de consang. & affinita. quibus valde suffragatur præcedens iuris regula, scilicet, qui tacet consentire videtur, exceptis his specialibus casibus, quorum ibi glossa, & communiter doctores meminere, in quibus consensu expresso est opus.

¶ Sed, quia hæ duæ recensitæ opiniones, tum sibi ex diametro aduersari, tum etiam in aliquo deficere videntur: nobis illa inter has medians opinio, quæ illarum conciliatiua est, quam & sequitur Corduba loco citato, magis placet, quæ iuxta tres permissionis modos in tribus constituta est punctis. Dicitur ergo primò iuxta primum permissionis genus, quod si Rex, vel eius regale consilium, vel aliquis præfectus iustitiæ ex autoritate regia verbo, vel scripto expresse nuntiat, vt omnes, vel talis conditionis homines, siue sint populares, siuè foranei: qui aduexerint, vel produxerint ad forum, vel locum communem alhondiga Hispanicè nuncupatum triticum, vel panem coctum, aut farinam ad vendendum, ea diuendere hoc, vel illo pretio, vel quo possint sinantur, neque ob id aliqua pœna afficiantur, tunc planè quibus hæc gratia conceditur, & non alijs, neque aliter, neque in alio loco: quam concesso ius erit, sine noxa restitutionis vltra taxam iuxta concessum vendendo ascendere in pretio. Hæc autem indulgentia communiter in curia fit per regale consilium.

Opinio. 3. Quæ autori magis placet.

Permissionis modus. 1.

¶ Iam verò iuxta secundum permissionis modum dubium obuiat casu, quo rex eiusque iudices tacent videntesque transgressores taxæ in eos non animaduertunt & cum citra graue scandalum, & inconuenientia magnatum ad exponendum suum frumentum venale in loco publico, tum ad illud pretio taxæ diuendendum eos cogere possint: non pœnas de transgressoribus sumunt: sed ex consultò dissimulant quo spõtaneè maior copia frumenti venalis asportetur, sicque abundet, neque deficiat in populo, & si cariori pretio vendatur, an tunc ex vi huius permissionis liceat vendentibus in conscientia excedere taxam. Iam hîc opiniones secunda & prima sibi contra pugnant. Verumtamen licèt res in controuersia sit: illa secunda opinio tum probabilior, tum rationi magis consentanea videtur, scilicet, quòd stante hoc secundo permissionis genere in casu huius secundæ quæstionis iustè væneant merces pretio maiori, quàm quod perscribit taxa sine obligatione vlla restitutionis, quam sufficienter suffulciunt, firmãtque rationes, & iura pro ea allata supra. ¶ Porrò iuxta tertium modum permissionis nunc

Quæstio.

Secundus modus permissionis.

Quæstio.

Tertius permißionis modus.

proponendum, quænam opinio prævalere debeat, nunc occurrit ostendendum, scilicet quando rex, & ab eo præfecti iudices sub silentio rem hanc prætereuntes de omnibus transgressoribus taxæ pœnas non exigũt: sed tantum in aliquos pœnas exercent parcendo alijs: sicq; non imprudenter à pœnis omnibus taxæ transgressoribus infligendis sese tẽperant: quia citra magna scandala inconuenientiaq; ad producenda in forum frumenta, eaq; pretio taxæ vendenda constringi non possunt: quapropter respublica aliâs malè pateretur: quæ mala cauentur cessantque, dum

Respons.

iudices dissimulantes se exhibent. Respondetur ergo in hoc casu primam opinionem suum locum maxime tenere, scilicet violatores taxæ in hoc casu, neque à culpa, neque à restitutione excusari. ¶ Nam rationes secundæ opinionis in hoc puncto deficere videntur. Nam prima ratio non apparet vsquequaque vera semper, quatenus ponit ita semper potentem esse principem, vt sine obsistentia aliquorum inconuenientium, & citra scandalum, tum omnibus transgressoribus taxæ obsistere: tum de eis vlcisci possit. Experientia etenim teste didicimus ita, vt inficiari id non possimus, quanta respublica afficiatur calamitate, & ærũna famis, & indigentiæ, quàmq; omnia sint perturbata, quando quia magnates, & potentiores reipublicæ: qui tunc temporis frumento abundant, coguntur sua depromere frumenta pretio taxæ vendenda, nam ea potius abscondunt, & computrescere sinunt, id damni eligentes magis, quàm postquam iurarunt frumento carere, illud propalare. Sed neque eius secunda ratio satis persuadet, deficit enim in hoc suo principio, scilicet, quod taxa hæc contra agricolas in annis penuriæ grauis iniusta sit: quia in oppositũ est, quòd dum pragmatica taxæ edita est, legislator, & princeps cum prudentum, & expertorum maturo consilio omnia hæc inconueniẽtia prospiciens eam pragmaticam taxæ tam pro annis sterilibus, quàm fertilibus promulgauit, vt agricolis ex vno tempore fertili fieret recompensatio pro sterili. Imò si legislatoris mentem consulas intelliges planè pragmaticam taxæ magis pro annis indigentiæ, quam abundantiæ fuisse latam.

¶ Igitur cum iuxta triplicem modum permissionis in tribus assertis punctis totã quæstionem à principio motam primam, & secũdam opinionem, quæ circa eam obuersabantur iuxta mentem circunspectam Cordubæ conciliantes, absoluerimus, supereſt hæc tria à nobis asserta præcipua aliqua doctorum grauium ratione, & autoritate communire. Inter quos potissimus est D. Thomas, in. 1. 2. quæst. 97. art. 2. & 3. & Sotus de iust. & iur. lib. 1. quæst. 7. qui in confirmationem doctrinæ his tribus assertis punctis contentæ, docẽt legem humanam iustam, vi obligandi vigere pro eo solum tempore, quo princeps in toto, vel parte vult obseruari: & dum indulgentia non vtens cum aliquibus non dispensauerit, vt contrauenire ei possint. Sic ergo vsu euenit in primo permissionis casu, vbi expressè indulgetur, dicturq; venditoribus: fiat copia vendendi vltra taxam: & vt id impune faciãt quia iam tunc princeps ex causa sibi nota dispensare videtur cum eis, ne teneantur ad pragmaticam taxæ, quapropter tolerantia hæc non tantum est pura permissio: quinimò indulgentiæ, & dispensationi legis æquiualens est sicut Ioanne Andrea referente, Panormitanus hoc affirmat in capit. quia circa, de consanguinit. & affinit. & in capit. nisi essent. de præbend. Vnde subinde fit, vt tolerantia hæc, seu concessio perinde sicut legitima consuetudo excusat, potis sit excusare, tum à peccato contra legem mere humanam cõmisso, tum à restitutionis reatu.

Confirmatio dictorum.

¶ Eademque viget ratio in secundi puncti casu: vbi princeps, vel officiales iustitiæ ad hoc ab eo facultatem obtinentes, cuiusmodi est consilium regale, scientes, vel videntes, cum potentes sint ad compellendum, & puniendum pragmaticæ violatores: quasi conniuentes tacent: quia tunc absque restitutionis noxa taxam transilire videntur. Habet nanque hic verum locum illa regula iuris, libro. 6. Qui tacet consentire videtur, iuxta glossam in regula sequenti, is qui tacet. Quibus accedit communis animi conceptio doctorum asserentium tolerantiam, seu permissionem vicem obtinere consensus taciti, & dispensationis, vel legis, vel pragmaticæ derogationis in toto, vel in parte, vel pro tunc tantum, vt supradictum est. Huic secundo puncto astipulantur secundæ opinionis doctores, quorum opinio in hoc secundo puncto procedit, quibus & Metina Compl. assentit vbi supra, quæstione. 36. in responsione ad. 4. argum.

Confirmatio puncti. 2.

¶ Porrò, quia magni refert scisse, qui nã officiales iustitiæ hac tam egregia potestate polleant: vt per dissimulationem & concessionem generalem & publicam efficere possint, vt taxæ tritici aut pragmaticæ derogetur

modo

Quorum dissimulatio excusat à taxa.

modo prædicto. Igitur tanquam stabilimentum multarum difficultatum, & perplexitatum decisiuum hîc assumamus illud assertũ Bartol. in. l. si Publicanus. §. fi. ff. de public. sci licet, quòd quando requiritur scientia, & patientia principis, sufficit scientia, & patientia rectoris, vel præsidis prouintiæ. Subscribunt & huic Bartoli sententiæ Cardin. & Imol. & Panor. in cap. cum contingat. de foro competenti. col. 4. & in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. colum. 1. extensiusque hoc tradit Franciscus Balbus de præscriptio. partita. 5. princip. part. 2. quæstione. 3. dubio. 2. fol. 114.

Corollarium pro multis casibus.

¶Igitur ex prædicto fundamento quasi corollarium sequitur ad multos nodosos dissoluendos casus, scilicet, consilium regale, item & gubernatores generales prouintiarum regnorum à rege, vel ab eius regali auditorio potestatem habentes per suam generalem, & publicam dissimulationem, vel concessionẽ, in causa esse possunt, vt contra pragmaticam taxæ tritici, vel aliam sine obligatione restitutionis eatur perinde ac si rex pragmaticæ huiusmodi contrauenire concessisset: dum manifestè de contraria mente principis, aut regis non constiterit.

¶Vnde secundò infertur, quòd animaduersione quoque valde dignum est non ad hoc satis esse, aut quidquam præstare permissionem, vel licentiam particularium rectorũ, & iudicum ciuitatum, & populorum nisi speciali adhoc potiantur licentia sibi à rege, vel à consilio regali concessa, sicut sic solet eis cõcedi licentia ad panis cocti in suis populis taxam præstituendam.

Confirmatur tertius modus.

¶Præterea ex prædicta doctrina S. Thom. & Soti, & communi doctorum assumitur quoque ratio ad probandum tertium punctum iam assertum, scilicet, quod dùm non generaliter hæc permissio omnibus indulgetur: sed quibusdam dum parcitur, alij in transgressione taxæ deprehensi pœna legis plectũtur: talis permissio, neque liberat transgressores à culpa, neque immunes eos efficit à restitutione pretij super accepti contra ius naturale, atque diuinum, quod violando taxam accepere. Huic assertioni expresse fauet Panormitanus vbi supra, & in cap. cum iam dudum, & in capit. dilecto. de præbend. Et ad hoc confert regula iuris lib. 6. Is qui tacet, nõ fatetur, neque negare videtur, glossa quoque ibi suffragante, doctoresque primæ opinionis & hoc sensisse videntur, quod etiam pragmatica Matritij edita anno. 1571. satis expresse explicuit: quare extra controuersiam hoc à nobis tertium assertum relinquitur.

¶Insuper, vt omnia, quæ in hac materia potissimè supersunt dicenda exemplo adhibito illucescant, ipsam pragmaticam Matritij vltimate anno. 1571. promulgatam producamus in medium, vbi eius puncta summantes, dicimus per eam primo esse sancitum sub grauissimis pœnis, & sub restitutione facienda & cætera, ne faneca tritici in grano, siuè numerata pecunia, siuè credita veneat maiori pretio, quàm vndecim argenteorum vendatur: licèt præcedẽs tritici taxa. 9. argenteis dũtaxat cõstaret: & ne hordei faneca pluris quã pro ducato dimidio venundaretur, cum antiquioris taxæ pretio, minoris emeretur. Taxaturque in prædicta pragmatica, blata, id est, centeno Hispanicè dicta ad ducenta, & quadraginta duoq; dipõdia, cum antea ducentis tantum dipondijs constaret. Granum quoq; Hispanicè dictum, auena, ad centum dipondia taxatur: sicut etiam granum panitij ad ducenta quadragintaque, & duo dipondia prætaxatum est: Farina verò ad vnum argenteũ pluſquam valet in grano triticum. Agassones verò ab extra de foris gratia vendendi reportantes triticum, sed dipondia pro leuca, & faneca singulis supra taxam percipere possunt, dum testimonium secum afferant à tabellione populi confectum vnde asportauerint exhibendum ante iudicem populi, vbi granum est diuendendum.

Pragmatica taxæ.

Taxa panis cocti.

¶Sanciturq; eadem pragmatica circa panẽ coctum, vt rectores populi vbi venalitati est exponendum præstituant pretium, quo venundandum est, & ratione habita ad pretium grani empti aliquid lucri iusti moderatique pro labore, & sumptibus superimperiant.

¶Inhibet insuper ibi pragmatica sub grauissimis pœnis, vt nullus in vendendo panem coctum se occupet, nisi ex numero pistorum sit, qui ex officio habent esse pistores: & hoc ad euitanda damna, fraudes, & caristiam, quæ in republica ex contrario suboriri solent.

Taxa panis cocti forensis.

¶Ex qua quidem pragmatica liquet panẽ coctum triticumq; populi, neq; tam carè fore taxanda, aut vendenda sicut panis, & triticum cum veniũt à foris ratione sumptuum, & itineris: quare super acceptum defraudato in pretio restituendum est, si constitetit, quis nã is sit: quod si adhibita diligẽtia eum inquirẽdi, adhuc ignotus permaneat pro ipso pauperibus erogabitur, vel in bonum commune populi erit conferendum, iuxta Sylvest. ver-

bo, restitutio.8.per totum,& Nauar.in Sum. cap.17.nu.93.& cap.29.num.24.

Corol. ¶Sequitur etiam ex prædictis, quod qui fraudulenter satagunt, ne in populo suppetat, vel ad eum asportetur panis coctus, vel triticum in grano, vt sic in pretio ascendant inducaturque caritas communis pretij: obnoxij fiunt ad resarciendum hoc commune dānum, cuius causa fuere testantibus, id Metina Complutensis de restit.quæst. 30. & Nauarrus in Sum. capit.23. nume.92.& Soto de iust.& iur. lib.6.quæst.2. art.3. & Sylvestro, verbo. emptio.quæst.5.vsq; quæst.14.

Corol. ¶Ex prædictis iam liquet, quod officiales iustitiæ,rectoresq; populi, quibus incumbit hanc promulgare pragmaticam, & iuxta eam cum moderato lucro pretium panis cocti prętaxare,si scienter, notabiliq; negligentia hoc facere omittunt, quo sui cognati amicique sub prætextu, quòd pragmatica ibi diuulgata non est, vel quòd ibi taxa panis cocti præstituta non est carius vendant, inducaturq; caritas pretij,consuetudoque contra pragmaticā, tenentur ad damnum. Quia præterquā, quod tenentur ad restitutionem illius in quo pluris vendidere, quàm pragmatica prædiffinierat, tenentur rectores hi ministriq; iustitiæ ad damnum ex hac omissione, dissimulationeque inuectum in rempublicam resarciendū, quia specialiùs ad eorum munus hoc damnū euitare attinebat, sic tradentibus Meti. de restitut. Soto vbi supra,& Sylvestro restitut.3. quæst.6.& Nauar.cap.17.num.20.& cap.25. num.34. Neq; sufficit teste etiam Nauarro(vt asserunt etiam doctores ei subscribentes cōmuniter) subisse pœnas graues, quas pragmatica indicit, si deprehendantur eam violasse: quia tenentur violatores etiam ad supradictā restitutionem in conscientia: quandoquidē pretium iustum transgrediuntur.

Pistores nō ex officio. ¶Arbitror tamen, quòd qui vsurpant officium pistorum, licet id officij vsurpantes delinquant, si tamen alias fraudes nociuas reipublicæ non immisceant, neque alia damna moliantur si pretio æquo taxato pistoribus ex officio adhoc expositis vendant, non tenebuntur ad aliquam restitutionem: nisi forte ipsis ex officio pistoribus quando æquiori,& tenuiori taxæ eis ab rectoribus populi impositæ consenserunt ea lege, vt ipsi soli adhoc ex officio designati, & non alij panem decoquerent ad vendendum: quia sic suo damno consulere voluere. At quia regulariter isti se introgerentes, cum ex officio pistores nō sint destinati, incommodum suum aliquid, & in perniciem reipublicæ, & tertij machinantur, regulariter non inueniūtur immunes à restitutione. Cæterùm pragmatica hæc, vt ipsa se explicat ad panem, qui per mare trāsuehitur, & procertis locis mari finitimis nō extēditur.

CAP. XVII. *Vtrùm clerici subijciantur taxæ, an iura iam constituta minoris emi possint, quā fuere vendita per conclusiones satis fit. Consuetudo qualis excuset à culpa transgressionis taxæ & à restitutione.*

QVoniam pragmaticæ præstituendi quotam pretij parendum esse ab omnibus diffinitum est, taliter, quod secundū Metinam. C. de restitut. q.36.& Castrum. de leg. pœn. lib. 1. cap.12. & Nauar.in Sum.cap.23. *De clericis* num.88.neq; pœna in pragmatica æstimatoria iniuncta, neq; donatio ab emptore facta in emptione (quia tunc nō præsumitur fieri voluntate libera, nisi postea cessante emendi necessitate liberè confirmaretur) excusant à restitutione,& trāsgressionis pragmaticæ culpa. Ideò alicui in mentem venire hæc dubitatio poterit, an clerici, quia legibus sęcularibus non subijciuntur, huic quoq; legi æstimatoriæ pretij rerum venalium non sint subiecti? Igitur, quia res perspicua est, clericos quantumuis à legibus sæcularibus exemptos legi naturali,& diuinæ esse astrictos,& cū lex naturalis, & diuina aliquid vltra pretium iustū diuendi prohibeat: fit sanè, vt clerici res suas venundantes pretium taxę quod iustum est, præterire non possint, quia tunc excedentes ius naturale violarēt. *Quæstio.* ¶Sed quid, si prout vsu euenire solet, lex æstimatoria pretij pretium solum rerum ibi in illis terris, vbi imponitur collectarum tantum moderaretur, res autem aliunde importatas, quoad earum pretiū non limitaret, an si res clericorū ibi collectæ æqualis bonitatis, & conditionis essent, ac aliunde asportatę, possint pretio nō limitato, quo exteri suas aliunde aduectas diuendunt suas vēdendas exponere? Nam videtur affirmatiuam *Argum.* hæc ratio ex iure desumpta persuadere, quia vt habetur, cap. decernimus. de iud. & cap. si diligenti. de for. comp. clerici ità sunt exempti à iurisdictione edicentis, ac exteri, imò etiam sua sunt exempta bona, quoad aliqua. Can. Benè quidem. 96. dist. & cap. Ecclesia sanctæ Marię. de constit. His nihilominus nō *Respons.* obstantibus, dicendū est cum Nauar. in Sum. cap.23. nu. 88. tales clericos in hoc casu non eximi à taxæ custodia, dū res suas his terris innatas ibi diuendunt: quia negari non potest,

bona

bona clericorum initiatorum sacris, aut beneficiariorum exceptis his, in quibus immunitate gaudẽt, quoad aliqua alia magis subijci reipublicæ, quam extera. Quapropter respublica causa suæ prouidendi necessitati, indulgere posset priuilegium bonis, vt tam subditi, quàm externi possint talia bona transuehere in suas terras à foris, vt vbi veneant in publico excludendo ab hoc priuilegio suæ terræ bona etiam si sint exemptorum à iurisdictione seculari, & à tributis. Imo adijcit Nauarrus charitatis Christianæ fore, vt principes Ecclesiæ qui maiore misericordia fulgere debẽt taxas, pœnasq; sæcularium, quas subuentionis pauperum gratia promulgant: suis edictis etiam iuuarent.

Quæstio. ¶Insuper cum de pretio legali inierimus disputationem: quia iura census peculiaribus Hispanæ legibus, quo ad eorum pretia, vt statim dicemus, prætaxata sunt, non erit absonum à ratione, si huc illam quæstionem aduocemus, cuius meminit Corduba in tracta. de casibus conscientiæ, quæst. 79. scilicet, vtrùm iura regia redimibilia pro. 14. aut. 16. emere quis possit ab eo, qui pro. 20. ea sibi comparauit à rege, & an alia iura pretio legali constantia. 14. mercari possit, quis sibi pro. 12. At verò, quia circa hanc quæstionem Nauarrus in additionibus huius fuit sententiæ, scilicet, q̃ census antiqui fortè minoris possunt emi, quàm per suam taxam perscribit lex noua, nõ autem census de nouo imponendi minoris comparari possunt. Vtriusq; autem vna, eadẽq; ratio est (inquit) quia obuiare facilitati imponendi hos census legislatoris legem taxæ condentis mens fuit, quod in iam impositis cessat. Sed, quia hæc sententia non probatur ab omnibus, quid sit circa hoc tenendum edicendum nobis restat.

Pretiũ iur.

Regula generalis. ¶Igitur absoluturi quæstionem cum Corduba illam præmittimus omnium doctorum regulam generalem, quam ratio quoq; naturalis dictat, scilicet, quod nulli redditus, siue iura, siue res alia, siue ad creditum, siue pecunia statim numerata veneant, minoris suo iusto pretio licitè emuntur: nisi litigiosa sint, aut difficilia recuperatu, scilicet expensas, labores, periculaq́ue, quia habent annexa: patet, quia ratio naturalis iuris pretium rei æquãdum esse ait eius valori. Si autem periculosa sint iura hisq; dispendijs obnoxia iam iuxta horum æstimationẽ tanto licitè minoris emibilia sunt, quantò horum inconuenientium gratia minoris ea valere æquum est, quod cõfirmant breuiter Sylvest. vsura. q. 14. p. 2. & 4. & Nauar. in sum. cap. 17. nu. 230. 231. & superius. q. 84. &. 88. ¶Ad quæstionis ergo punctum accedendo per distinctionem duximus respondendum: quia quæstionis casus dupliciter accidere potest, vno modo, si nulla extet lex regni prohibitiua; alio modo si talis lex vsu recepta vigeat. Igitur hac distinctione præmissa. Prima statuitur conclusio. Regulariter (vt liquet) iura census minoris comparari nõ possunt, quàm sit eorum legale pretium, præfixum per legem regni. Patet, quia regulariter non suppetit causa transgrediendi legem iustam vsuq; receptam.

Distinctio

Conclus. 1.

¶Secunda conclusio: vbi non esset aliqua lex regni constitutiua pretiorum census, practica tantùm communi pensata vltro offerendi hæc iura venalia passim rogando, vt emantur, quantum est ex modo vendendi tam iura regia constantia. 20. quam reliqua iura census constantia. 14. minoris emi possent, seclusis fraudibus, & monipolijs (vt supponimus.) Hæc conclusio patet: quia volenti, & roganti cum mercibus non fit iniuria, si aliquantulũ minoris emantur, quàm valerent, si non vltrò offerrentur suæ merces. Quod & vsu euenit in his sua iura venalitati exponentibus, & obnixè cum eis rogantibus: quia non necessitate adacti, sed potius negotiandi, & cum suæ pecunia lucrandi cupiditate illecti iura hæc pretio distrahere summopere cupiunt. Sicut, verbi gratia, iocale quoddam, vel vestis valet centum, si domino eius roganti, & inquirenti emptores nullus occurrit emptor: qui pro tali iocali, aut veste plusquàm sexaginta contribuat, nõ fit iniuria, si emptor pretio sexaginta sibi ab eo ea emit, vt testatur Nauarr. in sum. cap. 23. num. 78. 81. 82.

Conclus. 2.

¶Tertia conclusio: Nũc de facto in regno Hispaniæ, vbi viget lex Matritij condita anno. 1563. non licet minoris emere iura census redimibilia, quam. 14. pro milliari: si sana iura sint, & tuta. Hæc conclusio patet, quia talis lex cum sit iusta, vsuque recepta in conscientia obseruatu necessaria est. Hac autem lege cautum est, ne possint vendi, neque emi, neque imponi, neque constitui census pecuniarij, neque iura regia redimibilia minoris, quàm. 14. pro mille seu milliari. Quæ verba pragmaticæ aduersari videntur præmemoratæ opinioni Nauarri, & aliorum (si qui sint cum ipso asserentes, quòd verba pragmaticæ vim tantum habent in censibus redimibilibus de nouo imponendis, hoc est, in prima census vniuscuiusque constitutione, non autem vltra in casibus, quando

Conclus. 3.

rursus post venalia exponuntur, & emuntur, vel in alios transferuntur. Nam tunc minoris emi possunt iuxta illorum sententiam. Aduertant illis (inquam) videntur verba supradicta pragmaticæ: quæ (vt ex ipsorum tenore patet) vniuersaliter hoc prohibent in omnibus censibus redimibilibus, siuè iam constitutis, siue de nouo constituendis, vel in alios transferendis: quia omnes vniuersaliter comprehendit. Quare verbis legis standum est, quando non sequitur absurditas, neq; de contraria intentione legislatoris constat.

Notatio. ¶Notanter autem in hac tertia conclusione adiecimus, si ea iura censuum sana sint, & tuta. Quia si difficilia essent recuperatu indigentia laboribus & expensis, & super ruinosis, & non multum duraturis hypothecis constituta non obstante lege, & consuetudine cõtraria minoris prædicto pretio emi licitè in conscientia possent. Nam pragmatica, & consuetudo, si quæ esset incontra, contraria de facto non esset: quia solum iuribus censuum sanis, & tutis, pro quibus condita est, venit adaptanda. Dixi notanter hæc non sana iura licitè minoris emi in conscientia, seclusa scandalo: quia in foro exteriori, tum ratione scandali, tum ratione contrariæ præsumptionis, talis minoris emens, quàm pragmatica Matritij edita dictat, non abiret impunitus. Fulcit & hanc nostram tertiam conclusionem pragmatica quoq; illa Matritij anno. 1534. & illa Valli soleti edita, anno. 1537. & illa Toleti, anno. 1539. lata, vbi stabilitum est, vt omnes census siuè tributa panis, vini, olei, mellis, aliarumq; quarumlibet rerum ad quotam vnius correspondentis. 14. vt sit in censibus pecuniarijs reducerentur, quod etiam de censibus pecuniarijs in. l. prædicta Matritij anno. 1563. cautũ est, vt prædiximus.

Conclu. 4. ¶Quarta conclusio: Si in aliquibus populis in censibus redimibilibus emendis communiter, & publicè taxa hæc quotam hanc, scilicet. 14. pro vno pensionis soluendam ab emẽte censum indicens, non est vsu recepta, vel si census regij ad. 20. instituti iam communiter in aliquibus oppidis est vsu receptum, vt minoris reuendantur, transferanturque in alios, sicq; accidit iam communiter inter diuites, & non diuites, & inter probos, & non tam probos: tunc minoris hæc iura ementes non videntur fore damnandi. Ità Corduba loco citato. Cuius rationem subiungit: quia vltra in gratiã huius supra allatas rationes, consuetudo legitima, & interpres legum humanarum est potissima, quæ etiam eas solet moderari, restringere, cassare, vel saltem circa eas dispensatiuã vim habere. ¶Animaduertione quoq; dignũ est circa hanc. 4. conclusionem, quòd Corduba ibi nos admonet, scilicet, quod si timoratę conscientiæ viri custodes se exhibent talis legis, & pragmaticæ: tunc tali nomine indigni si eam transgrediantur, & à culpa, & à restitutione eius, quòd minus soluere, non veniunt excusandi. Pro quo facit Syluester Tit. lex. q. 6. inquit. Sed Syluester citatus à Corduba verbo lex. non tam expræssè huic suæ assertioni fauet: quia solum ait, quòd vbi maior pars legem recipit, minor pars ab eius obseruantia non excusatur. Sed magis fauet sibi, quod prima secundæ dixit Metina contra Syluest. scilicet, quòd tunc consuetudo incipit præualere contra legem, quando viri probi, & prudentes censent esse iam introductam. Quia verò quando viri timoratæ conscientiæ eam obseruant (licet eis dissimiles eam transgrediãtur) tunc viri probi, & prudentes, quales sunt timoratæ conscientiæ viri, non censent introductam esse consuetudinem præualentem cõtra legem: quia alias, si id censerent, legem nõ obseruarent. Ideò dignum puto esse hoc dictum Cordubę, vt admittatur: licèt maior deprauatorum hominum pars conspiret in legẽ, eius rationabili causa adhuc perdurante, quia si timoratæ conscientiæ eam obseruent, nitentes contra legem non excusantur, nisi de consensu, quem transgressioni legis præstat princeps eis constiterit: quia in dubijs vita bonorum, & non actio deprauatorum nobis ad viuendum, & ad nostras disponendas actiones regula debet esse. At præsertim hæc assertio Cordubæ locum habet, quando iam per maiorem partem reipublicæ cum recepta sit lex in vsu timoratis probisq; eam obseruantibus, effrenes eam passim deuastant, & violant. *Notat.*

CAP. XVIII. *An emptio bractearum argenti in noua Hispania sit licita, quãdo minoris fit, quàm valeat secundum suos gradus: & quid si detur, vt reddatur in pecunia bractea argentea: & de numis aureis, an possint dari pro maiori pretio, quàm valent.*

De negot. in noua Hispania. Quæstio. NIsi ordo seriesq; materiæ nos cogeret illam hîc rursus interserere quæstionem, quæ propriè ad hunc locum attinere videtur: eam hic libenter præteriissemus: cum iam in secunda parte primi tomi nostri instructorij, capit. 515. eam suis numeris absolutam reliqueri mus. Ea nempe est de negotiatione celebri, multumq; vsu recepta in noua Hispania, scilicet,

licet, vtrùm liceat bracteas argenti ex massa argenti congestas minori pretio emere: quàm gradus argenti, id est, quilates argenti, iuxta legis taxationem valent. Huius quæstionis meminit Mercatus in suo libro de contractibus. Pro cuius intelligentia animaduersione opus est, metallum argenti habere suos gradus, quilates, vulgariter nuncupatos, atq; quilibet gradus taxatus est, lege Hispaniæ ad valorem. 20. dipõdiorum. At quia quæstio hæc prima facie non tam facilis apparet: libet pro eius parte negatiua sic instare. Nam videtur, quòd talis contractus licitus non sit, quia iuxta regulam generalem doctorum, vbi inuenitur taxatio regis publica, quæ pretium legale præstituit, non licet eam excedere in vendendo, neque ab ea deficere in emendo: sed iam in his metallis auri, & argenti prætaxatum est lege pretium iuxta gradus auri, vel argenti, non ergo licet bracteam argenteam minoris emere, quàm eius gradus, id est, quilates valent.

Argum.

Incontra.

¶ Incontrarium autem est: quia iam iste cõtractus vsu receptus est in noua Hispania. Igitur quò quæstionis veritas illucescat subijcitur hic hæc responsiua conclusio. Si aliquis in regionibus Indiarum casu fortuito, aut propter adhibitam à se diligentiam bracteam argẽti aliquantulum minoris emat, quàm valet, secundum suos gradus, licet hoc speciem videatur præferre mali, non est in culpa mortali sic minoris emendo. Hæc conclusio est Mercati in lib. de contractibus, fol. 59. cap. 13. vbi agit de peculiaribus quibusdam Indiarum contractibus, eamque probat ex vsu. Primò, quia inter peritos, & expertos regionis nouæ Hispaniæ, Honduras, & Campechæ in mineralibus ita est vsu receptum. Cuius ratio potissima est: quia in omnibus his regionibus bractea, vel massa aurea, vel argentea reputatur tanquàm quædam species mercium, cuius valor solet crescere, & decrescere propter easdem rationes, & causas propter quas cæteræ merces, siuè olei, siuè vini, vel pannorum solent crescere, vel decrescere in valore. Verum est tamen autore Mercato, quòd istud crementũ, aut decrementum pretij, quod solet contingere in massa rudi argentea, vel aurea parum excedit valorem graduum, vel ab eo decrescit: ergo licitè emi potest minoris talis bractea, quàm valeat iuxta gradus æstimata. Et confirmatur: quia nunquàm cõsules regij, & gubernatores huiusmodi contractum interdixere: neq; sic contrahentes pœna aliqua affecere. Quare argumentum est huiusmodi contractum non contrauenire legi regiæ, neque obstat sic replicare, quòd aliquando bractea, vel massa argentea, quia est ex puriori argento conflata, vel, quia cum sit argentea aliquid participat mixtionis auri, ideò plus valet etiã iuxta valorem graduum: ergo non licitè minoris emitur. Quia respondetur, quòd etiam cũ purius est argentum, aut alicuius mixturæ auri est particeps pluris solet etiam à venditoribus, quàm emptoribus æstimari, quàm si tanta non præstaret puritate. Sed tamen generale est in his contractibus, quòd quando bractea argentea, vt merx venditur, nõ tanti æstimatur, quin possit aliquantulo minori pretio emi, quàm gradus illius bracteæ argenteæ valent.

Ratio.

Conclusio.

Resp. ad obiectionẽ.

¶ Iam, & si velimus, non possumus illam missam facere quæstionem, quàm in secunda parte nostri instructorij, primo tomo, capit. 515. latius sumus prosecuti: quia hic sibi proprium locum vendicare videtur. Sed ne prolixa disputatione rursum lectorem oneremus, hic eam summatim perstringemus. Ea quippe quæstio est, vtrùm liceat mutuare, mihi massam, vel bracteam argenteam hac conuentione, vt per acto certo tempore mihi illam mutuanti tibi, tantum reddas in pecunia, quantũ argenti illius massæ lex valet. ¶ Pro huius quæstionis intelligentia, quæ (quia perplexa satis visa est Mexici) in concertationibus literarijs controuertebatur: neque satis veritas attingebatur, prænosse opus est, quòd in ordine ad venditiones, & emptiones lege cautum est, vt massa argentea pretium legale sit, & iuxta gradus, quibus cõstat in ordine ad prædictos contractus pretium legale obtineat. Omissis igitur (quæ illic attulimus) argumentis, respõsuri ad quæstionem præmittimus distinctionem, iuxtaq; illam subijciemus conclusiones resolutiuas quæstionis. Distinctio sit: aut talis contractus, quando datur bractea argentea, vt soluatur in pecunia iuxta valorem legalẽ eius graduum: fit per modum mutui, & intentione mutuandi pretium graduum bracteæ pro pretio in pecunia soluendo, aut intentione mutuandi pretium minus, quod bractea argẽtea vendita, vt merx in communi foro valet, aut fit intentione cambiendi, aut permutandi bracteam argenteam pro pecunia: quemadmodum in cambio minuto vna pecunia cambitur pro alia propter cõmoditates, quas mutuanti solet magis afferre vna, quàm alia, aut intentione vendendi eam pro pecunia, vt mercem.

Distinctio.

¶ His præiactis sit prima conclusio: Si qui dat

Concluſ. 1.

dat massam, vel bracteam argenteã hac conuẽtione dat, vt reddatur in pecunia tantum quãtum argentum illius massæ iuxta gradus suos secundum legem valet: cum regulariter (vt accidit) minoris soleat vendi: si ratione mutui talis cõtractus fiat, scilicet, quia mutuat, & vult mutuare bracteã argenti, vt ad legẽ graduũ argẽti mutuati, in massa in pecunia æquiualẽs sibi reddatur, vsura palliata nõ vocat. Patet conclusio, quæ videtur esse de mente Nauarri in Sum. Lati. cap. 17. nu. 226. Et Hostiẽsis de vsura. §. an aliquo sub finem, quia ratione mutui non licèt aliquid lucri velle reportare, aut aliquam obligationẽ ciuilem, aut onerosam alteri iniũgere; ergo sicut non licet mutuare pecuniam argenteam, vt pro ea aurea reddatur: ità neque massam argenteam, quæ vt merx est, communi foro minus valet, vt pecunia argentea æquiualens gradibus illius massæ pro ea reddatur: quia in parte perinde esset, ac si quis mutuaret mercem valentem decem: vt pro ea in pecunia postea. 12. redderentur: quod perinde esset ac si mutuasset. 10. vt postea pro eis redderentur. 12. Secundò etiam patet: quia videtur, quòd pecunia aurea licet in cambio minuto magis soleat æstimari, quàm sit eius pretium legale: tamen secluso damno emergenti, aut lucro cessante, non videtur via mutui pro maiori pretio, quam sit eius pretium legale, posse mutuari. Quod si hoc ita esse conceditur, pari ratione fatendum est bracteam argenti, quæ, vt merx, minoris valet, non posse pro pretio in pecunia correspondenti valori graduum eius mutuari. Sicut iniustum esse reputant Nauarrus, & Metina Salmanticensis mutuare triticum reddendum pretio taxæ, cum iam communiter in foro minoris veneat, quàm taxa: ergo pari ratione illicitum est reputandũ mutuare massam argenteam: pro quota pecuniæ eius taxę: & valori legali correspondente, quando in foro communi, vt merx, minoris emitur.

Quæstio. ¶ Sed quid, vtrùm ratione cambij veluti minuti & permutationis possit talis contractus licere. Quo quæstioni fiat satis statuitur.

Concl. 2. Secunda conclusio probabile est, ac defensabile, quòd si nulla habeatur ratio dilationis temporis per viam permutationis, & cambij veluti minuti licitum sit cambire, & permutare massam, seu bracteam argenteam pro pecunia æquiualenti valori graduum argenti in massa conflati, vt in tali pecunia æquiualenti soluatur. Hæc conclusio quoniam ad quæstionem est responsiua pluribus rationibus apparentibus à me in secunda parte primi tomi nostri Instructorij, cap. 515. corroboratur, quas breuitatis causa lectorem illuc remittẽdo consultò missas facimus, probando eam primò ex illa Aristotelica maxima, scilicet, quæcunq; sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: sed ista massa argentea secundum suos gradus æquialet, verbi gratia, merci valenti. 20. aureos, & 20. aurei æquialent illi merci: ergo. 20. aurei, & ista massa argentea æquialent inter se, ergo si æquialent inter se, poterit massa ista cambiri pro ista pecunia. 20. aureorum æquialentium gradibus massæ, qui æquialebant merci pretij. 20. aureorum. Vide ibi alias satis apparentes rationes, quæ licet hanc conclusionẽ probabilem reddant, tamen insurgunt contra eã valida argumenta. Quorum primum ortum habet ex doctrina Metinæ in sua instruct. fol. 14. pag. 2. vbi ait, quòd si triticũ foro currenti communiter minus valeat, quàm pragmaticæ taxa, non potest pretio credito vendi ad pretium taxæ: quia tunc (inquit) iustum eius pretium non est pretium taxæ, sed pretium fori communiter currens, quod est minus: ergo etiam nõ licebit permutare massam argenti (quando in foro communi minoris emitur) pro pretio eius legali, quod est maius, quia tunc iustum eius pretium non erit pretium legale taxatum iuxta suos gradus: sed pretium iustum talis permutationis erit, vt cõmuniter emitur, & venditur in foro, quod est minus. Profectò licèt argumentum hoc prematur, sed in promptu est solutio, negãdo consequentiam (licet concedamus antecedẽs Metinæ) quia nonnihil discriminis inesse video inter casum antecedentis & inter casum illatum in consequenti. Quia triticum ad instar aliarum mercium, quæ lege taxantur, est prætaxatum hac sola intentione, ne ascendat in pretio venditor tritici plusquàm taxa præscribit. At vero taxa legalis, qua bractea, vel massa argentea prætaxatur iuxta gradus sui argenti, nõ est taxa, qua taxatur in ratione mercis (quod singulari animaduersione dignum est) sed taxatur, vt moneta, siuè vt numisma, vt scilicet, pretiũ legale possit esse rerum, quę emuntur, taxaturq; sic non cum sola intentione ne talis bractea pro maiori pretio quam sit eius pretium legale accipiatur, sed cum intẽtione qua intendit legislator, id est, rex in ista taxatione, scilicet, vt in tali eius pretio taxato venditor mercium pro mercibus à se venditis cogatur eam bracteam acceptare, maximè si in his argenteis bracteis acceptauit sibi solui, & sic coguntur acceptare in noua Hispania

Patet ex Aristotile.

Arg. 1. ex Metin.

Solutio.

per

per iudices ipsi mercium venditores. Sicut, quia etiam numus argenteus prætaxatus est lege ad tot dipondia, in foro interiori in tali valore acceptãdus est à venditore mercium, & non in minori, si soluantur sibi merces in

Solutio. 2. argenteis. ¶Item etiam, quia taxatur bractea argentea vt moneta, & quia vt sic habet pretium fixum, ideò non desinit esse iustum, licèt minoris in foro valeat, vt mercimonium. Secus autem est de tritico, quod solum taxatur in ratione mercis: quare eius pretium nõ est adeò fixum, quin mutari possit, vt si communiter minoris in foro veneat. Et quia taxa hæc tritici facta, est non vt non descendatur à venditoribus in pretio: sed ne ascendatur. At taxa bracteæ argenteæ ideo facta est, vt quatenus numisma, neque pro maiori pretio daretur, neque pro minori acciperetur in ordine ad venditiones, & emptiones aliarum rerum: non tamen sub illa taxa continetur quatenus merx est, sicut etiam taxa legalis pecuniæ currit in ordine ad contractus alios, non tamen in ordine ad cambia, vbi aliunde pretium eius sumitur, scilicet ex abundantia, vel penuria pecuniæ in diuersis locis.

Argum. 2. ¶Secundum argumentum apparens aduersans conclusioni est, quia in ista permutatione, vbi permutatur massa argentea pro pecunia æquiualẽti eius gradibus, pecunia, quæ redditur est pretiũ ex natura sua: sed ista massa argentea, quæ datur pro illa pecunia, datur vt mercimonium, quia, vt emitur non est taxatum eius pretium, sed tantum eius pretiũ est taxatum, quatenus pretium est rerũ, quæ per ipsam massam argenteam emuntur: ergo si traditur ista massa argentei vt merx, cum vt sic in ratione mercis minus valeat, videtur non debeat commutari pro pretio, quod vt numisma valet: nisi forte in casu, quo pretiũ inuentum de præsenti, pro quo venditur in ratione mercis, æquiualere pretio, quod valet, vt numisma.

Solutio. ¶Argumentum hoc licet aliquantulum vrgeat, sed sufficienter soluitur, dum dicitur ad id ex mente Soti in materia de cambijs dicentis, quod in venditione consideratur pecunia, vt legale pretium, at in cambijs, & permutatione, vbi vna res pro alia permutatur, vtraque se habet, vt pretium alterius ad inuicem: quia non est maior ratio, quod vna sit pretium alterius, quam altera. Quare negatur minor, scilicet, q̃ in ista permutatione, vbi datur massa argentea pro pecunia argentea, tradatur vt mercimoniũ: sed potius traditur vt pretium: quare pro suo pretio legali potest commutari: Sed iam tandem admonuimus lectorem: sed & nunc denuò admonitum esse volumus, hunc contractum permutationis fore licitum, si nulla habeatur ratio dilationis temporis. Quia aliàs, si hæc haberetur, cõuinceretur permutans sic bracteam ratione mutui virtualis velle alium grauare, aut lucrum reportare, quod ratione mutui non licet: quia esset vsura secundum Sotum. *Nota.* ¶Nõ me latet Garciam de contractibus, lib. 2. cap. 7. pag. 25. pro probabili tenere cum aliquibus limitationibus, scilicet, pecuniam auream in ordine ad eius vsum principalem, vt scilicet est pretium in ordine ad venditiones, & emptiones, & ad debita soluenda posse pluris æstimari, quàm eius legalis taxa, sicut cõmuniter in ordine ad cambia minuta pluris æstimatur. Et idem est eadem ratione de bractea argentea, cuius in ordine ad emptiones, & vẽditiones, & debita soluenda in noua Hispania taxatus est valor: Sed quia sententiam oppositam, quæ est Soti lib. 6. de iust. & iur. q. 9. & Nauarri in commentario de cambijs. 51. 52. & Caietani in opusculo de cambijs, cap. 1. & 6. probabiliorem esse æstimat, vt re vera probabilior est, ideò de vtroque, tam de pecunia aurea, quàm de bracteis argenteis tenẽdum est in ordine ad emptiones, & venditiones, ac ad debita soluenda non maioris esse æstimanda ab emptore cum eis soluẽte merces, vel à debitore eas tradente in debiti solutionem: etiã si quia alijs caret pecunijs, in aureis pecunijs hæc debita habeat necesse soluere: non sunt (inquam) magis, vel minus vtraque æstimanda, quam sua pretia legalia valent. Vnde confectarium est, quòd si ego creditori meo. 25. argenteorum debitor essem, non ei facerem satis iuxta hanc Soti, & Nauarri, & Caiet. opinionem, si aureum duplonem (qui cum iuxta eius taxam legalem solum. 22. argenteos valeat: tamen iuxta æstimationem vulgarem cãbij pro. 25. argenteis solet cambiari) pro debito viginti quinque argenteorum soluam ei. Quod tamen secundum Garciam iuxta aliã non tam probabilem opinionem probabiliter posset fieri cum hac limitatione duplici, scilicet, dum debitor creditorem inuitum nõ cogat in pecunia aurea, scilicet in tali duplone susципere solutionem. Secundò dum licet non suppetat sibi alia pecunia, nisi aurea scilicet duplones tantum ad soluendum, creditorem non cogat in debiti solutionem susципere duplonem eo pretio maiori, quo vulgariter solet cambiri: sed solum eo pretio legali, quod per taxam regiam valet. Sed de his satis,

Duplex opinio.

tis, quia potius ad materiam cambiorum attinent.

Quæstio. ¶Cæterum interim, quia ad materiam vẽditionis, & ad pretium legale, de quo nunc agimus, alludit hæc quæstio, vtrùm coronæ, & ducati aurei minuto cambio pluris cambiri, & permutari possint, quàm iuxta legalem taxam valeant, breuiter nũc ad eam dicimus

Dictum. 1. aliàs in suo proprio loco de cambijs latius dicturi. Primò cum Nauarro in additionibus, ꝙ tam duplones aurei, quam etiam moneta maioris gradus, vendi possunt pluris, quàm sit eorum legale pretium per legem taxatum à rege propter speciales commoditates, quas secum afferunt, scilicet ad deaurandum, ad medicandum, cor lætificandum. Tum etiã, quia faciliores sunt custoditu, & asportatu, tũ etiã id licet propter vnius pecuniæ penuriam, & abundantiam alterius, & quia nulla vrgente necessitate, sed interdum solum ad quæstum hæ monetæ aureæ solitæ sunt inquiri ab emptoribus, quo illinc transferantur ad regna,

Dictum. 2. vbi maioris veneunt, quia magis ibi valent. ¶Secundò dicimus cum Nauarro in commentario de cambijs, num. 19. Nequaquàm verum esse, quod ab aliquibus asseritur, scilicet in his regnis vetitum esse, ne aliquà priuata persona aliquid super accipiat pro permutandis pecunijs. Tum, quia legem id interdicentem non allegant. Tum, quia si aliquæ leges huius meminere, solum officium cambiatoris publicè priuata autoritate ab aliquo vsurpari prohibent, idque etiam interdicunt exteris naturalitatis regnorum Hispaniæ priuilegio gaudentibus. Tum, quia in libro pragmat. pragmatica. 129. bis, vel ter hoc ipsum repetit, scilicet, quòd id super accipere possit cambiator, vel quælibet alia persona, quę has cambiauerit monetas. ¶Garcia quoque loco citato asseuerat hanc opinionem per communem vsum, & practicam probatæ gentis esse confirmatam, quæ nullo agitata scrupulo duplonem iuxta legem non valentem, nisi tantum viginti duo regalia, pro viginti quinque vel pro viginti sex solet cambire: neque hoc sibi crimini tribuitur à confessoribus. ¶Concludit ergo quòd consuetudo, quæ nunc generaliter viget permutandi pluris ducatos aureos, atq; coronas quàm taxa præscribit, eos excusat, qui tali consuetudine nixi ea vtuntur. Nascitur enim consuetudo hæc ex huius monetæ aureæ penuria, quæ cum sit tolerata & ab eo permissa, qui potis est (si velit) obsistere, & trangressores punire, & à culpa, & à restitutione super accepti liberat. Iam hinc

Prag. 124.

Sententia Garc.

corollarium Garcia infert, scilicet, quòd vbi tanta penuria numismatis aurei non esset, vel tempore, quo eius magna suppeteret copia, iam numisma aureum non pro maiori valore posset permutari, quam taxa legalis præstituit: nam tunc ea ratio deesset, propter quam rationabiliter introducta est permissio contraria. Sed an hoc corollarium Garciæ sit omnino certum, ego non sum certus. Et licèt ità interim tenendum sit, sed nõ transit sine difficultate: quia non solum permissio, sed consuetudo præterita inuecta effecisse potuit: quia interpres est legis, quod lex taxæ in ordine tantum ad venditiones, & emptiones, & debita soluenda vigeret, non autem in ordine ad cambia. Quare vendentes numismata aureũ pro argenteo, veniente abundantia numismatum aureorum, pluris permutando ea, seu vẽdendo facerent tunc forte contra pretiũ vulgare, vt merces sunt, quod tunc ratione super inductæ abundantiæ iure extenuaretur: non tamen agerẽt cõtra pretium legale, eo quòd hoc pretium vulgare in ordine ad cambia pecuniarum non tollit.

Coro. Garciæ nõ ita certum.

¶Infert secundò Garcia consentaneè quoque ad supradicta fore dicendum de permutatione regalium Castellanorum, vbi eorum penuria laboraretur: sicut vsu euenit in insulis Mallorca, Menorca nuncupatis, alijsq; regionibus, vbi quia argenteorum Castellæ penuria subesset, iuste possent ibi pluris vendi, & cambiri, quam sit eorum taxa legalis. Vide Mercatum de contract. lib. 2. cap. 2. vbi agens de coronarum aurearum venditione, licèt fateatur aliquid posse super accipi etiam à priuata persona pro permutatione, qua suas coronas aureas permutat: inuehitur tamen ibi vehementer cõtra eum, quem vocat abusum merita ob iurgatione dignum eorum, qui cã biunt coronas pro. 12. argenteis cum ipsæ nõ valeant iuxta æstimationem legalem, nisi decem argenteos, aureos quoque duplones ex lege æstimatos pretio viginti duorum argenteorum pro viginti quinque argenteis permutant. ¶Nos autem in hac parte ne alicuius reprehensionis sit locus, eam regulam generalem, quam obseruandam tradidimus in venditione aliarum rerum, scilicet obseruandum esse pretium communiter currens, quod etiã abundantiam, vel penuriam rerum venaliũ, & modum vendendi solet attendere, & hic in permutatione coronarum aurearum, & duplonum pro argenteis obseruandam esse ducimus, nempe, vt iuxta maiorem abũdantiã, vel penuriam horum numorum aureorum,

Moderatio assertionis Mercati.

& alias

& alias solitas obseruari circunstantias minuẽtes, vel augentes venditionis, vel permutationis eorum pretium, communi pretio & vulgari hic, & nunc communiter inuento commutentur, neque rigidum pretium de præsenti communiter sic inuentum excedatur. Idemq; dicendum est de monetarum inferioris gradus metalli permutatione ad inuicem.

CAP. XIX. *De casu Metinæ, & de prætio legali, & de officialibus iustitiæ & tabellionibus illud non seruantibus: De stabularijs pluris vẽdentibus hordeum, & de senatoribus pluris vendentibus vinum populi: de contractu in fraudem taxæ: de argentarijs ratione mixturæ extenuãtibus pondus auri, vel argentei.*

Quæstio. PRæterea nequid intactum prætereamus, quod ad hanc materiam prætij legalis spectare videatur: & illam quæstionem hunc accersere lubet, cuius meminit Metina in sua instructione, folio. 142. circa regulam. 4. Verbi gratia, si quis priuatus homo, dum penuria subest tritici tot modios habet tritici, & cum purgatum purumque sit sibi triticum, valde enim glebulas terræ immiscet in ea quantitate tantum sine qua aliorum triticum non so-

Argum. letinueniri, neque vendi, an ad prætium taxę possit eos modios tritici diuendere? Apparet namque id non licere: quia prætium taxæ mercibus non vitiatis, aut deprauatis non respondet, sed sinceris, & sanis (vt supradictum est) at modij hi tritici deprauati sunt per mixturam glebularum, quò crescceret in quanti-

Sent. Met. tate, ac per consequens in valore: ergo eos modios prętio taxæ vendere non licet. ¶ Verum Metina ibi proponens hunc casum, sic sufficienter sibi visus est illum dissoluisse, dicens, non nihil esse discriminis inter casum, quo eos tritici modios venditor vendit cum glebulis terræ, cum quibus ordinariè ex area, & messe solitum est colligi, quia hic nihil machinatur fraudis, quia suum triticum prout autor naturæ illud produxit venale exponit & inter casum prętactum in quęstione. Quia in casu quæstionis, vbi tritico iam repurgato immiscetur aliquid terræ fraude vsus est venditor, quare contractum inualidum esse ait, tenerique talis tritici venditorem resarcire damnum obueniens emptori.

¶ At profectò licet apud me Metinæ autoritas magni momẽti sit, tamẽ eius sentẽtia in

Moderata Responſ. hoc casu parũ grata est. Quia licet libẽter ei cõcedã primum casum fraude carere, & in secundo casu non sine fraude illam interuenisse nouam terræ mixturam: sed cum fraus hęc non imminuat, vel augeat valorẽ iustum tritici, non video quomodo inducat reatum alicuius restitutionis. Et quò veritas patentius innotescat: sic coarguo istam assertionem Metinæ. Si alius agricola, quale triticum solet recondi ex area communiter, cũ aliquibus glebulis terræ non immixtis ex industria, sed ex solo areæ contractis vendat prætio taxæ non iniustè facit: sed tritici huius bonitas, & conditio est æqualis bonitati, & qualitati tritici, & cum antea esset purissimum vltra ordinariã puritatem, aliquid glebularum ei admixtum est in ea tantum quantitate, qua solet ex area colligi, & in ea tantum mixtura, qua illud, quod communiter venditur ad taxam, solet communiter inueniri: quia (vt supponimus) mixtura illa non effecit illud deterius, quàm aliud triticum sic solitum colligi ex area, & sic communiter vendi: ergo nulla inæqualitas est eodem pretio taxę seu communi (si non extet taxa) illud diuendere, sicut valet aliud triticum tantundem, & communiter impurũ à terra, & patet denique, quia potuit hic agricola à principio non tantopere triticum suũ repurgasse: sed vendere illud cum mixtura ordinaria, qua reliquum solitum est communiter vendi: ergo si vltra solitum illud expurgauerat in eo gradu, quo triticum nouiliũ pro sua mensa iterum, atque iterum cribratum, & summè repurgatum solet committi molẽdino: si pœnitens de facto eas immiscat glebulas, quas extra assuetum subtraxerat triticum nimis cribrando (vt hoc latius patet in nostri instructorij primo tomo. 2. parte. c. 42.) poterit illud pretio taxę venundare.

¶ Porrò quia de pretio legali cæptum est *Quæstio.* ági, quod etiam ministri iustitiæ circa sibi taxata stipendia tenentur, non transgredi, de tabellionibus causantibus sibi minuta stipendia pro suis functionibus esse prætaxata quæritur, an hac ratione possint legalem excedere taxam. Verum quia in confesso est omnibus, quod taxa legalis eis præscriptæ est rationabilis, & iuxta qualitatem conditionemque temporum moderata (quòcirca iusta esse presumitur) ideò in conscientia ab eis necessaria est obseruatu. Mercatus autem in suo libro de contractibus licet hoc concedat, tamen ausus fuit dicere, quòd tabelliones, quando importunis precibus inducuntur ad noctes ducendas insomnes, ad quod non tenebantur & plus solito debitoque coguntur laborare quando celerius debito tempore transsumptum ex originali processu transferentes tradant

dant expeditum parti possunt pro hoc extra ordinario labore subeundo aliquid extraordinarij stipendij plus accipere. Neque hoc Mercati assertum irrationabile videtur: quia hic anxius, & extraordinarius labor assumitur, per quem tabellio maciem contrahit, & suo defraudat genio: ideò, si aliquid accipiat non illicitum erit ei dummodo pro exhibenda scriptura continenti duas plicas papyreas intra tres dies post requisitionem partis, vel si fuerit maior intra octo dies nihil supra taxam accipiat: quia hic (vt mihi videtur) ratio Mercati non currit. Nam in pragmaticis, cap. 4. l. 2003. cauetur sub pœna reficiendi damnum parti, vt intra tale tempus eas scripturas exhibere parti teneatur.

Assertum Mercati rationabile.

¶ Posset tamen tabellio, si causa conficiendi scripturam ab ea ciuitate, vel loco, vel eius suburbijs, vbi commoratur, per distantiam trium leucarum profecturus est foras, vltra taxam scripturæ accipere pro itinere trium primarum leucarum. 40. dipondia, quòd si pro ea conficienda vltra id spatij progressurus sit: poterit pro singulis diebus. 4. dipondia exigere, siuè ad instantiam vnius, vel plurium proficiscatur, & non plus: sic nanq; habetur in pragmaticis, cap. 8. ¶ Illud verò, quod Mercatus ibi superaddit, scilicet, quòd loco strenarum post obtentam victoriam litis, à parte tabellioni aliquid licet superaccipere, quia legi Hispaniæ repugnare videtur, non ausim tã audacter concedere. Nam pragmatica Reginę Isabelis Compluti edita, anno. 1503. l. 2004. decernitur, vt tabellio publicus, quidquid stipendij acceperit in parte posteriori patẽte scripturæ, vel processus superscribat: & quòd vltra sibi consignata, & taxata stipendia plus aliquid quouis colore, neque exigere, neque recipere possit.

Assertum Mercati non rationabile.

Quæstio.

¶ Prætereà dubitari ab aliquibus poterit, an stabularij hordeum minutim vendentes hospitibus ad sua hospitia, & diuersoria declinantibus, pro suis iumentis possint illud illis diuendere maiori pretio, quàm taxa, aut quàm sit communiter currens in foro illius populi. Neque immerito de hoc hic controuertimus. Tum, quia inhumanum videtur, & contra ius canonicum, quòd carius vendãtur necessaria hospitibus, quàm oppidanis, & conciuibus. Tum, quia à taxa communi pretij hordei præstituta per legem seruanda, non videntur fore exceptandi stabularij, nisi per eam expressè sint excepti.

Taxa hordei.

Dictum. 1.

¶ Igitur expediturí quæstionem, dicimus primò, quòd in casu, quo taxa hordei legalis non esset: si iuxta taxam sibi assuetam præfigi in particulari per ministrum iustitiæ ad hoc habentem authoritatem (quæ taxa particularis Hispanicè, aranzel vocatur) venderent hospitibus, dum talis taxa modicum excederet pretium commune, quo hordeum venditur (sic minutim, vt ipsi vendunt) in populo, nõ esset illis crimini tribuendum. Tum, quia cũ hoc fiat authoritate iustitiæ præsumitur dolus abesse iuxta regulam iuris. 24. scilicet, q̃ quis mandata facit iudicis dolo facere non videtur. Tum, quia suæ industriæ & obligationi habendi in suis diuersorijs aliunde cõportatũ hordeum pro hospitum iumentis, vt illud inueniant in promptu, & ad manum ne diuagentur per vicos, & plateas illud quæritando cum dispendio bestiarum, quæ statim vt exonerantur in diuersorio hordei appetũt pabulum, quia id illis conceditur in recopilatione noua. Secus autem esset in hoc casu, si talis iustitiæ officiarius conficiens taxam cõtemplatione stabularij, vel ab illo muneribus subornatus plus æquo, vel aliter augeret pretium. ¶ Secundò dicimus: quòd vbi taxa pragmaticæ pro faneca hordei esset introducta, si stabularij non habito respectu ad illam, hordei modios pluris diuenderent, quàm valerent ad rationem taxæ, non viderentur liberi à culpa & restitutione, nisi in tribus casibus. Primò, quando expressè exciperentur à custodia taxæ per ipsam legem taxæ. Secundò, quando vsus communis scitus, & dissimulatus per rectores generales, & gubernatores prouinciarum transgressionem taxæ legalis hordei in stabularijs non punientes, induxisset contrarium. Tertio, quando iuxta pragmaticam tales stabularij aliunde ex alijs oppidis, vbi eius suppeteret copia, pro prouisione hospitibus ne desit in suis diuersorijs illud suis expensis ad sua diuersoria importarũt. Nam in his tribus casibus possent aliquid moderatum plus accipere, quàm diffiniisset pragmaticæ taxa. Non tamen adhoc (vt prædiximus ex mente Bartoli in. l. si publicanus. §. fin. ff. de public.) Sufficeret tolerantia partícularium iudicum vniuscuiusq; oppidi. Sed iam in recopilat. legum cõceditur eis aliquid plus accipere.

Dictum. 2.

Quæstio.

¶ Vtrùm contractus in fraudem taxæ initus censendus sit ille contractus, quoquis rei publicæ sui oppidi ea lege, & pacto mutuauit quingentos aureos, vt insumerentur in triticum diuendendum in pane cocto ad expensas, & lucrum ipsius mutuantis. Quæstio est, cuius meminit Corduba in tractatu de casibus

Respons. bus conscientiæ, quæst. 106. Respondendũ est ergo iuxta mentem eius, id quidem contra pragmaticam taxæ tritici fuisse intentatũ singulari vafricie, qua ipse mutuator, scilicet Petrus videns se non tutè posse emere triticũ ad diuendendum id in pane cocto in locis illis finitimis pretio superexcedenti taxã: quia non erat ex officio pistor electus, cui id est licitum, quod cæteris est vetitum, iuxta pragmaticam, has thecnas excogitauit (vt manu aliena efficeret, quod propria conficere non erat datum,) scilicet mutuare senatui populi suam pecuniam cum conditione prædicta.

¶ Quia talis neque ratione mutui, neque ratione lucri cessantis, quia neque tale lucrum intendebatur, neque de eo mutuans senatui fecit mentionem, neque ratione alicuius contractus societatis mixti cum conductione, & locatione operarum (quia nihil huiusmodi in mentionem tunc illis venit) neque de hoc actum est, neque conditiones adhoc prærequisitę intercessere, quarum vna est, quòd periculum, & lucrũ æqualiter cædat socijs ęquales sortes ponentibus, & quarũ alia est, quòd iustitia, & æquitas seruetur in pretio exponẽtis labores, & expensas) potuit lucrum id reportare. Quocirca conuincitur per illam vafriciem commissam contra pragmaticam taxæ tritici molitus fuisse id lucri expiscari. Quare licet sic mutuando insigni beneficio prosecutus sit populum: non tamen euadit labẽ vsuræ, si ratione huius mutui, & impensi beneficij illud velit referre lucrum.

Quæstio. ¶ Iam verò, quia de taxa pretij cæptum est agi; illa quæstio & ab hoc loco non est extranea, cuius meminit Corduba in tractatu de casibus conscientiæ. quæst. 81. Ea scilicet est, vtrùm culpæ sit dandum, quòd fit à senatoribus populorum. Hi nanq; carius taxant panem, & vinum à se, & à conuecinis sui populi diuendẽdum, quàm venderetur ab hæc victualia asportãtibus aliunde à foris ex alijs populis, si tempore, quo sua in suo populo prius veneunt, permitterentur ea importare & diuendere. Quæritur ergo an id fiat licitè.

Respons. Breuiter ergo dicendum esse videtur, hoc nõ apparere illicitum, si ex eo quòd sic fiat maius est emolumentum commune, quod inde redundat in populum, quàm sit id detrimenti, quod inde capiunt pauperes populi, aliàs secus. Circa quæstionem consulendos ait Corduba ibi Gabrielem in. 4. dist. 15. q. 10. not. 7. & dubio. 2. & Sylvest. titul. emptio. q. 5. q. 6. & q. 9. & q. 10. 11. 12. & iuramẽtum. 4. q. 2. in fine, & Nauar. in Sum. cap. 23. nu. 92.

Et quia quæstio dependet ex facto, exacta examinatione discernendum venit hoc factum, an magis vergat in commodum commune populi, quam in detrimentum pauperum, populi: quòd si adhuc in ancipiti esset res, tunc consuetudo introducta præualeret. Sicq; fertur respondisse Doctor Metina Cõplutensis.

¶ Præterea, licet quæstio hæc ad deceptionem, quæ contingit in emptione circa merces viciatas reduci posset, sed, quia agitur de extenuatione legitimi ponderis auri, vel argẽti ratione mixturæ extraneæ materiæ in rebus fabrefactis ex auro, & argento, vt in vasis argenteis, vel aureis, & quia pondus auri, & argenti quædam veluti taxa est eius, & illius quantitatis veluti mensura: ideo ad hunc locum eam aduocasse non erit prorsus alienũ.

Quæritur ergo, an aurifices licitè ad auri põdus vendant eam ligam, seu mixturam alterius metalli, siuè materiæ, quàm auro immiscent ad compactiones, seu iuncturas operis sui conficiendas. Nam videtur id eis nequaquam licere, quia integre sui operis mercedẽ accipientes mixturam illam non subtrahunt à põdere vasis aurei, vel argentei à se confecti. Quæstio est, cuius meminit Corduba in suo tractatu de casibus conscientiæ. quæst. 80. Quocirca iuxta mentem eius dicendum videtur adhoc, quòd si sine fraude huiusmodi argentarij solum immiscent alterius materiæ ligamen pro iuncturis vasis conglutinandis iuxta suam artem necessarium, possunt sui laboris integram recipere mercedem, non cõputando pondus ligæ, vel mixtæ materiæ alterius in sui laboris stipendio, propter apparentes rationes. Quia dum ad hunc vsum parum miscetur alterius metalli inferioris iuxta artem, dum est necessarium, id in partem pretij iusti ipsis argentarijs videtur impendi secundum communem æstimationem. Tum, quia in cæteris artificialibus mixturis, aut cõfectionibus id accidit esse licitum: Nam faber ferrarius in ferruminatione, & compactione ferri cum ferro solitus est immiscere puluerem arenæ: & pharmacopola in confectionibus medicinalibus interdum necessario immiscet aquam naturalem, aliasuè materias ferè nullius pretij, vt melius fiat earum contemperamentum, & sic in concoctione vini, quo commodiùs fiat, aliquid aquę solet superinfundi: caldariarum quoq; artifices ad iuncturas conficiendas, vel ad contemperamentum operis sui, ferrum soliti sunt coniũgere: & tamen hi has mixturas necessarias facientes

Quæstio.

Argum.

Dictum. 1.

cientes pro his mixturis nihil demunt de soli to pretio.

Dictum.2. ¶ Dicitur autem secundò, quòd tales argẽ tarij si plus extraneæ materiæ, aut metalli in ferioris immisceant in suis operibus argẽteis, vel aureis, quàm secundum regulam suæ artis sit opus miscere: tunc id non caret culpa mortali, nisi modica admixta materia à culpa excuset lætali, & sicut non sunt liberi in hoc casu à culpa: ità neq; à restitutione. ¶ Ex quo *Corol.* infertur ibi corollariè à Corduba, quòd si verum est, quod refertur, scilicet aliquos argentarios solitos esse cum pondere. 7. regaliũ argenti immiscere in iuncturis operis conficiẽdi pondus trium argenteorum, vel eo plus in ære, vel in alia extranea materia ad ligaturam: si huiusmodi artifices nihil demunt hac de causa de pretio sui laboris, vel si nihil remittunt de alias sibi soluendo pretio, genus est fallaciæ, in quo, neque etiam tacitè, sicut neq; in vitium occultum ab ementibus talia consentitur: & quia potissime vbi interuenit opus aureum, non modicum ex hoc detrimentum obuenire solet: ideò cum notabilis quantitas venditioni exponitur, tenentur argentarij, vel patefacere pondus extraneæ mixturæ, vel id subducere à pretio facturæ, alioquin culpa mortali non carent, neque liberabuntur à restitutione vltra iustum accepti.

CAP. XX. De *macellario qui pretio taxæ carnes deteriores vendit de defraudantibus infideles in taxa ponderis vel mensuræ: an domini vilioris gallinas à vassallis emere possint: an vectigalia emens in summa taxa ea exigere possit: an vltra taxam stipendiari possit senator iturus ad curiam.*

PRætereà ne aliqua quæstio, quæ ad materiam taxæ, vel ponderis rerum venalium attinet, de qua iam ex magna parte egimus prętereatur, operępretiũ fore duximus, & hic alias minutiores quæstiones ad hanc materiã alludentes sub breuitate transcurrere. ¶ Ex *Quæstio.* pediẽda ergo venit hic primò illa quæstio, cuius meminit Cord. in tract. de casi. cõsc. q. 9. vbi de macellario agit, qui cũ populo cõuenit de exhibendo populo in macello carnes arietũ castratorũ venales pro certa pretij taxa. De quo quęrit, an si sub eadẽ pretij taxa intermiscet mꝛticinas carnes, vel carnes arietũ incastratorũ in macello suppeditat, reus ob hoc fiat alicuius restitutionis. Cui quęstioni, *Respons.* quia non magnã facesit difficultatẽ, prõpta est respõsio affirmatiua, scilicet, ꝙ is restitutionis obligatione tenetur. Neq; enim debuit in castratos arietes, quorũ nõ tãti æstimantur carnes in macello diuendere eo pretio taxæ, qua castratorũ carnes subministrare populo pollicitus est. Imò, si hinc aliquid nocumenti circa salutẽ populariũ subcreuisset in populo & id dãni reparare teneretur. Vltra restitutionem, quã tenetur facere, eò quod carnes incastratorum minus valẽtes pretio taxæ pro castratis factæ vendidit. Sicut neq; à restitutione immunis est, qui mixtum aquæ vinũ, vel id quod est vitiosum pro sano, & incorrupto diuendit. Igitur damnum hinc passis restituendum est à macellario, si quibus debetur, & quantum innotescere possit, quod si id constare nequeat, pauperibus populi restituendũ erit: & quo securus conscięntiæ suæ securitati magis consulat pro eo, de quo adhuc remanet incertus compositionis bullam assumat. Pro quo facit Sylvest. tit. emp. q. 19. 20. Metina Complutensis. de restit. q. 34. Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 3. artic. 2. Nauar. in Sum. cap. 23. nu. 87. 88.

¶ Porrò huc aliquomodo accedere vide- *Quæstio.* tur & illa quæstio, vtrũ cõtractus emptionis venditionisue ineundo cũ infidelibus, liceat eos in taxa numeri, aut põderis, vel mensuræ circũuenire. Huius quoq; quæstionis memi nit Corduba in tractatu de casibus consc. q. 96. ¶ Igitur respondetur primò, non licere *Respons.* Christicolis negotiantibus cum infidelibus *Dictum.1.* eos in numero, pondere, mensura, taxaq; pretij mercium, quas illis vendunt decipere. Nõ enim hoc contingeret fieri sine peccato, neq; sine restitutionis noxa: siue tales Pagani hanc fraudem passi de his essent, qui in re cognitionem alicuius subiectionis, aut fœderis principibus Christianis tributa præstarent, siuè de his, qui terras Christianorum à se occupatas incolunt, siue non. ¶ Et idem prorsus dicendum est de manifestatione mercium, quas illuc ad infideles venales transueherent. Non enim possunt eas causa defraudandi principes infideles in debitis sibi vectigalibus Christicolæ occultare. Quia quamuis terras quæ olim fuere Christianorũ inuaserint, tamen earum dominium non ad singulares mercatores cum huiusmodi infidelibus negotiantes attinet: sed ad dispositionem eorum Christianorum principum, quibus eas recuperandi terras cura incumbit, spectat. Quare, nisi huiusmodi principum, aut Papæ interueniente authoritate publica non licèt mercatoribus hac ratione eos occultando merces, suis debitis tributis defraudare, præsertim eos infideles principes, qui in alicuius

cuius subiectionis professionem (vt prædiximus) aliquid tributi, parias, Hispanicè dicti pendunt principibus Christianis, quia iam cũ authoritate, seu ratificatione talium christianorum principum eas leges vectigalium videntur edidisse. ¶ Cæterum infideles siue sint soluentes tributa recognitionis nobis, siue non, siue terrarum nostrarum præoccupatores sint, aut non, in pondere, & mensura, & taxa nõ posse licitè defraudari à nobis, ideo diximus, iuxta responsum Metinæ Complutensis, quia suæ particulari industriæ, & labori debetur pretium iustum taxę, quod siue pro suis mercibus recipiunt, siue quod pro mercibus emptis à mercatoribus Christianis eis impediunt. Quocirca in taxa, numero, pondere, & mensura, infideles hi indemnes sunt seruandi.

2. ¶ Secundò, & vltimò dicimus, quod si infideles de eo numero sint, qui neq; nobis infesti sunt, neque terras Christianorum inuaserunt, hos neque authoritate cuiusuis principis Christiani, neque authoritate Papę, possumus in suis tributis defraudare: quia neq; domino suarũ rerum priuare. Ita Sotus in. 4. sen. ita Victoria in relectione de Indis. ita Cordub a in suo quæstionario lib. 1. q. 57.

Quæstio. ¶ Insuper non parum huic materiæ coheret & illa quæstio, vtrùm vassalli teneantur vẽdere dominis suis gallinas, capreolos, certo pretio taxæ à dominis præfixo minori, quam par erat: sicut Garcia lib. 1. de contractibus ca. 13. pag. 372. refert vsu sic venire Valentiæ regno, vbi tali pretio has merces coguntur diuendere vassalli prædicta. Subterfugere autem videtur Garcia ibi super hoc suã edicere sententiam. Solum etenim hanc coactionem, qua coguntur ad istam taxam diuendere prædicta, an iusta sit, vel iniusta examinandam relinquit his, quibus magis constat de origine, vnde obligatio vendendi dominis prędicta tã infimo pretio ortum traxit. Nam, ait, rem esse, quæ apud se sicut & apud alios suspicione laborat. Quocirca consulendum esse ait fratrẽ Antonium Cordubensem in tractatu de casibus conscientiæ q. 114. vbi in dubiũ reuocat vtrùm dñi exsuis populis gallinas sibi pro sua mẽsa assumere possint venales infra medietatẽ iusti pretij, cùm sic eas à vassallis emisse ab immemoriali sit in vsu.

Subterfugium Garciæ.

Dictum. 1. ¶ Igitur iuxta mentem Cordubæ ibi, cui accedimus, quia cordatè loquitur, dicimus ad quæstionem primò, quod si talis vsus tam vili pretio emendi gallinas fundarũt domini in solo contractu emptionis, vel venditionis, liquet hoc, & contra iustitiam esse, & obligatio ne restituendi eos teneri. Sed quia forte talis vsus ex contractu mixto & emptione, & venditione, & ex remissione debiti tributi initiũ habuit, ideò distinctione est opus. ¶ Dicimus ergo secundò, quod si vassalli ea iura, & reddi tus, quæ secundum leges dominis sunt debita, sufficienter implent ea iura illis integræ soluendo, tunc talis contractus siue tantum simpliciter contractus emptionis, & venditionis sit, siue mixtus esse dicatur, iniustitia non caret: quare defectum pretij iusti gallinarũ restituere domini tenẽtur iuxta temporum, quo eas recepere, & recipiunt valorẽ. Et huius refectionis pretij faciendi prõpta est ratio: quia si meram emptionem, & vẽditionem ibi interuenire dicamus, notabilis quoque ibi in pretio gallinarum interfuit defraudatio. Si autẽ mixtum prædictum contractum ibi conflatũ esse inter dominos, & vassallos dicamus adhuc titulo tributi, vel seruitij debiti remissi talis defectus pretij iusti gallinarum nõ potest iustificari. Quia postquam (vt ita esse præmisimus) vassalli omnia iusta onera, & tributa debita dominis exactè adimplent ea illis soluendo, conuincũtur domini in emptione prędicta gallinarũ id subtraxisse à debito pretio pro illis, quo minoris eas emerunt à vassallis. Non autem ad id persuadendum coniectura deest probabilis. Nam quantum coniectare licet antiquis temporibus, videntur gallinæ in illo pretio vili, scilicet. 10. dipondiorum venales constitisse, tuncque verisimile est dominum cum vassallis conuenisse de exhibendis sibi gallinis venalibus pro tali pretio ad suam mensam: cũque post hoc earum creuerit pretium, proportionabiliter auxisse earũ pretiũ credibile est. Cùm ergo nunc gallinæ in pretio iam ascenderint: sequitur etiam à domino vassallorum necessariò augẽdum esse pretiũ. sicut necessariò à vassallis eas vendentibus diminuendum erat si nunc in pretio descẽdissent. Accedit ad hoc, & aliud non mediocre indiçium, & id quidem est fama, communisque æxtimatio, quæ apud omnes habetur, scilicet, redditus, iuraque solita præstari à vassallis ad illud augmentum nunc peruenisse, quale hactenus non fuit, & vltra quam par esset: accedente præsertim illa obligatione maiori, qua astringitur dominus subditorum indigentijs suppetias ferre. Nam cæteris paribus magis suis, quàm alienis tenetur conferre eleemosinam, quocirca expediret, ne ad rigorem sua tributa à subditis erigeret. Neque talis dominus in hac emptione gallinarum

tam tenui pretio, & vili, titulo præscriptionis se tutari potest, cum iniusta præscriptio fuerit, neque bona fide suffulta:

Tertiũ dictum.

¶ Præterea tertiò dicimus, quod si reddi tus, & iura quæ dominus de facto à suis subditis exigit, minora sint, quam sint ea tributa, & iura debita, quæ iuxta leges posset ab eis exigere: tunc eam quotam, quam remittit de debitis sibi tributis, potest à pretio iusto gallinarum à se soluendo demere, iuxta quotam partis remissæ tributorum, de gallinarum sibi venditarum pretio communiter currenti aliquid subtrahendo vassallis. Non enim in hoc casu dominus minoris sic emendo, delinquit, aut vlli restitutioni subijcitur, cùm contractus mixtus emptionis, & venditionis ex vna parte, & ex relaxatione debiti seruitij, aut tributi interceserit ex alia. In hãc sententiam consentiunt Doctores, sic referente Gabriele in. 4. dist. 15. q. 5. concl. 2. & 3. & 4.

Quæst.

¶ Quia de taxa rerum venalium sermonem iniuimus, non multum præponere, & hic hæc ascita est quæstio, scilicet, an domini, qui pretio, vel dono, vel aliter obtinuerunt à rege suorum populorum vectigalia, ea exigere possint ad perpendiculum taxæ, id est, ex decẽ vnum, vt perscribit lex, cum rex neque modò, neque tempore, quo vectigalia contulit, vel vendidit ita in summo rigore exigat, aut exegerit. At quia Corduba, in tractatu de casibus conscientiæ. quæst. 115. & Sotus de iust. & iur. lib. 3. q. 6. circa hanc quæstionem discordes sunt, præmittam hic

Sẽten. Cordubæ.

sententiam Cordubæ, dicturus tandem meã (si quidquam valet) sententiam. Igitur Corduba eius est sententiæ, scilicet, quod qui emptione, vel quocunque alio titulo hæc vectigalia pleno iure obtinuerunt a rege, perinde ac ea iura obtinet rex ad summum, scilicet, ex decem vnum exigendo, possunt ea percipere, dum hanc taxam non transcendant. Neque obstat (inquit) quod rex indulgentior sit in suis vectigalibus exigendis; quia in re sua vnusquisque est moderator, & arbiter intra limites iustitiæ, & dum speciali lege non prohibetur. Neque obstat (ait) contra hoc indulgentia, qua rex indulsit regno per aliqua curricula annorum, ne vectigalia ad summum ascendant, vel in summo exigantur: quia hæc indulgentia non vergit in præiudicium aliorum dominorum, quibus ista vectigalia sunt debita. Sicque in facta contingentia latam fuisse sententiam in regali consilio asseuerat Corduba.

¶ At verò licèt contra sententiam authoritate regij consilij munitam mihi hic obloqui non sit cordi: sed res est quæ (vt in. 2. parte tomi primi mei Instructor. cap. 18. dixi) scrupulo non caret, quatenus attinet ad conscientiã, tum propter egregiam authoritatem Soti tenentis contrarium, tum propter rationes valde æquitati consonas, quæ pro eo facere vidẽtur. Primò, quia lex eatenus obligat, quatenus est vsu recepta: at lex ista vectigalium sic est vsu recepta, vt quota hæc non ad summum exigatur, sed infra summum se solet Rex cum regno componere, vt remissior fiat pensio, ac tolerabilior: quia vt bene ait Sotus, licet decima sit consignata, tamen, nisi vrgens necessitas regni illud postularet, nimis graue esset tributum hoc ad rigorem exigere. Vnde vsus rigorem huius quotæ vectigalium temperans non videtur esse tã indulgentia regia, quam vsus admissus à rege vt modificans, & interpretans legem. Nam & Victoria dixisse fertur, quod aliquod tributũ contingit esse iustum, si soluatur secundum consuetudinem: quod tamen esset iniustum si solueretur secundum rigorem, & exemplificat in vectigalibus, id est, alcaualas. Ideò cũ Rex non plus iuris in tales emptores iurium transtulerit, quam ipse rationabiliter haberet, neque voluit transferre, cuius argumentum est: quia si Rex cum ea vendidit, ad summũ exigenda ea esse censeret, non tam moderato pretio, sed auctiori, & cariori illa vendidisset. Sequitur ergo in conscientia, huiusmodi iurium, id est, vectigalium emptores, vel aliter ea à rege assecutos non posse illa ad summũ, id est, ad quotam ex decem vnum exigere, & multominus, qui ea non pleno iure obtinuerunt à rege, sed tantum vt eorum collectores. In quo vltimò nobis cũ concordat Corduba. Alias verò satis efficaces rationes, quas in gratiam Soti in nostro Instructorio, loco citato attuli consultò hic missas facio, consulẽs breuitati. Imò sic iuxta nostram sententiam diffinitur in Recopila. noua de quo infra rursus.

Senten. Soti.

Quæst.

¶ Insuper & ad materiam de obseruanda taxa, & illa quæstio pertinere videtur, scilicet, si perstante lege regni decernente senatori ciuitatis eunti ad curiã ad negotia ciuitatis procuranda, non ampliora salaria fore suppeditanda, quam duodecim argenteorum pro singulis diebus, si vnus dumtaxat Senator adsit, qui idoneus sit ad hoc munus magni momenti obeundum, qui tamen, quia non tam prospera valetu-

dine

dine gaudet ad id muneris pro republica subeundum, compelli non potest, neque eo stipendio duodecim argenteorum, quod pro sano sufficeret, ipse quia valetudinarius est sustentari potest, an huic plus cæteris in hac functione bonum commune reipublicæ promoturo plus stipendij, quam legis taxa consignat, possit à senatu ciuitatis impendi. Quæstio est, cuius Corduba meminit in tractatu de casibus conscientiæ quæst.81. A qua breuiter nos excutientes, ad mentem eius dicimus, posse quidem pro hoc senatorem hunc tam strenuum præ cæteris ad negotia reipublicæ incurri aggerēda maiori stipendio, quam taxa sit ad id muneris à senatu ad curiam delegari: tum quia id in maius emolumentum cædit ciuitatis, quam si pro duplo pretio alijs personis id negotij esset demandatum. Neque ad hoc obsistit taxa legis, quæ intelligenda venit de senatore, cui etiam inuito id muneris imponi potest: quia illud suscipere tenetur, qualis non est senator hic non tanta valetudine fruens: quare hic pro maiori stipendio se conducere ad id poterit, sicut & alius particularis, & priuatus.

Resp.

¶ Insuper in prædicto casu ad euitandas lites pretium maius taxę, quod huic præstatur à senatoribus imbibi potest sine restitutionis noxa in alijs reipublicæ sumptibus. Hoc autem licere conceditur, dum mendacia absint, & dum, si super hoc consultus fuit Rex, ad sic faciendum licentiam senatoribus non deneganerit: quia tunc, sicut & in omnibus casibus vbi constat intentio legislatoris seruanda est.

Nota.

CAPIT. XXI. *Vtrùm correctores ciuitatum præter salarium taxatum possint accipere assessorias. Taxatio arbitris commissa an sit seruanda. Taxationes rerum dotalium quando vilioris taxantur, vergunt in detrimentum creditorum mariti interdum.*

Quæst.

VT cætera, quæ ad materiam de taxis attinet, prosequamur, & hic hæc quæstio interserenda videtur, cuius meminit Corduba in tractatu de casibus conscientiæ quæst. 110. scilicet. Vtrùm correctores ciuitatum, populorumque gubernatores, vltra salarium sibi prætaxatum assessorias quoque sibi vēdicare possint.

Arg.1.

¶ Videtur autem quæstio hæc non adeò patens propter rationes, quæ nituntur in contrà. Nam primò obstat assessorijs assumendis à iudicibus, scilicet, quod habetur capitu. cum ab omni specie mali, de vita, & honestate cleri. & in l. lex iusta. ff. ad. l. Iuliam. repetum. & in capitulo statutum. §. nisi forsan. in verbo moderatas. vbi dicitur, quod iudex ordinarius, & suus delegatus non possunt accipere expensas à partibus. Et glossa in dicto capitulo cum ab omni. in verbo propter expensas. ait, quod iudex delegatus ab ordinario, debet habere expensas à delegante. Ex quibus locis licet arguere assessorias (quæ sunt veluti expensæ pro inuisendis processibus à iudicibus ad sententiam proferendam eis collatæ à partibus, ab ipsis non fore assumendas.

¶ Item Secundò, peculiares regni leges assessorias sibi præoccupare iudices prohibent iuxta l. tertia titulo. 16. de Corregidores, in Ordinamento regali libro secundo, vbi inter dicitur correctores stipendiatos assessorias sibi assumere. Et. l. 16. titu. 15. prætoribus ordinarijs præcipitur, quòd dum eis consignata sunt salaria, eas assessorias non recipiant: sicut neque iurisperiti prætores eas exigere possunt. Idemque prorsus cauetur titulo. 26. de correctoribus, vbi indicitur pæna restitutionis in quadruplum.

Arg.2.

¶ Deinde Tertiò, edictum regium taxæ, aranzel Hispanicè nuncupatum, id vetuisse videtur, postquam ibi consignat stipendia iudicibus exoluenda pro actibus iudicialibus, & sententijs, vbi nihil meminit rex de assessorijs assumendis à iudicibus: Imò quamcumque consuetudinem recipiendi vltra ibi illis consignata stipendia reprobat.

Argum.3.

¶ Igitur respondsuri ad quæstionem, statuimus hanc conclusionem: Iudices gubernatoresque non sufficienter stipendiati in recompensam iusti sibi debiti salarij possunt sibi applicare assessorias, id est, quinque dipondia pro singulis folijs criminalis processus, & tria dipondia pro singulis folijs processus ciuilis. Hæc est Cordubæ loco citato. Quæ ratione hac naturali fulcitur, quæ dictat stipendium sufficiens consignandum esse reipublicæ ministro: est namque de bonis reipublicę decenter alendus iuxta doctrinam Diuæ Thomæ in secundæ quodlib. articulo octauo & 22. & quæst. 63. & habetur in authenti. Vt iudices sine quo suffragio. in principio. & facit textus in capite militare. 23. quæst. prima, & Archidiaconus in capit. non sanè. 14. quæst. 5. numero. 6.

Concluſ.

Ratio.1.

¶ Accedit, & alia ratio, scilicet, quod re-

gni leges hoc ipsum decernunt: sicut videre licet in regalibus Ordinationibus libro secundo, titulo de Corregidores. l. septima. Vbi cauetur, correctoribus ex proprijs bonis magistratus ciuitatis, id est, del consejo fore consignanda stipēdia, quòd si hæc bona desint, per contributionem inter particulares dispertiendam. & ab vno quoque iuxta normam iustitiæ distributiuæ eis consignandam & soluendam, prouidenda fore eis stipendia.

Corol. ¶ Ex quo sequitur, illam permissionem, consuetudinemq; recipiendi assessorias in aliquibus populis Ducis del Infantazgo, tanta antiquitate pollentem, cessisse in partem decentis stipendij, quòd gubernatori impenditur, aut impendendum de iure est. Quòd conijcere ex eo licet, quòd habita ratione æstimationis assessoriarum, aliorumq; actorum iudicialiū, totum hinc resultans stipendium ad quotam triginta millia dipondiorum reduci constat: quòd fermè tantundem est ac stipendium, quod illi impenditur à Duce prædicto. Vndè verisimile videtur, neq; probabili caret præsumptione inter ipsum Ducem, eiusq; terræ populos conuenisse, de tribuendis gubernatori à Duce triginta mille dipōdijs, & de eidem gubernatori assessorijs, & alijs actibus iudicialibus persoluendis à populis, quæ alijs triginta mille dipondijs æquiualent, & eatenus sic conueniſſe inter subditos, & dominum, qua tenus gubernatori decens sufficiensque salarium pro more non deesset.

Ad. 1. arg. ¶ Iam verò ad primam obiectionem in contra desumptam ex legibus, & doctoribus ibi citatis, contendentem iustitiam administrandam esse gratis, dicitur, quod tales leges, & doctores partim loquuntur de iudicibus ecclesiasticis obtinentibus beneficia ecclesiastica, & partim de iudicibus secularibus decenter stipendiatis à republica, vel ab illius domino. De quo consulendus est Florentinus tertia parte Sum. titulo nono, cap. secundo. §. octauo. & nono. & Siluester titulo. iudex. 1. q. 10. & Adrianus in. 10. quodlibeto articu. 1.

Ad 2. arg. Resp. 1. ¶ Ad eam verò obstantiam, quæ in legibus regni fundabatur respondetur, quod tales leges de assessorijs non recipiendis vbi non sunt in obseruatione, neque in memoria, aut neque in vsu sunt receptæ, ad suam custodiam nullam obligationem inducunt iuxta caput. in istis. §. leges distinct. 4. & communiter Doctores in cap. 1. de tregua & pace, & prout tradit Gregorius Lopez in libro. 16. titul. 1. Partit. prima. concludens rege sciente legem vsu non recipi à populo, neque compellente ad eius obseruantiam, cum possit sine inconuenienti ad eius custodiam cogere si sic vsu recepta non sit, caret obligandi vi: quia visus est tunc Rex in eius non obseruantiam consensisse. Consentit Siluester titulo lex. quæst. 6. estque communis Doctorum assertio. Secundò respondetur, quod etiā si donemus leges huiusmodi regni fuisse olim vsu receptas, iam per contrariam consuetudinem sic potuerunt annullari, vt desierint iam obligare, iuxta legem, de quibus. ff. de legi. & in capit. final. de consuetu. & in. l. 6. titulo. 2. part. prima. Maximeque eis derogatur per immemorialem consuetudinem contrariā, quippe quæ vim habet priuilegij iuxta capit. super quibusdam. de verbor. signifi. & in. l. hoc iure §. ductus. ff. de aqua pluui. arcen. & in. l. sexta tit. 3. libro. 3. Ordina. rega. Quare cum nulla memoria hominum vigeat in contrarium de huiusmodi assessorijs nō soluendis in illis Ducis populis, sequitur leges de assessorij non serendis ibi vim non obtinere. In huius confirmationem videto Speculatorem in titulo, de claratio. §. si verò ordinarius. Resp. 2.

¶ Consuetudo ergo potest valere circa salaria: quo circa per talem consuetudinem fiet licitum quod aliàs esset illicitum: contra ius tantum humanum, vt habetur in Authen. vt iudices sine quoquosuffragio. §. sic igitur verbo, sciat enim. & in Authen. de sanctissimis Episcopis. §. si quis autem. verbo, pro consuetudinibus. D. Augustinus fauet cap. non sanè. 14. quæst. Consulito Siluestrum, verbo cō suetudo. quæst. 6.

¶ Tertiò, respondetur ad obstantiā, quod leges regni expresse interdicentes assessorias intra suos proprios terminos, id est, tantum de his personis, quæ eas ibi recipere prohibentur, sunt accipiendę: quales sunt correctores, id est, Corregidores iam à magistratu ciuitatis stipendiati, & prætores ordinarij consignata salaria habentes, insuper, & prætores ordinarij in iure periti etiam si salarijs careant. Correctoribus autem stipendium consignari à populis lex sanxit (vt supra meminimus). Gubernator autem in suis populis perfectus à Duce, neque Corrector est salariatus, neque de numero prædictorum, vnde à legibus illis excluditur: quia neque etiam prætor est ordinarius, quia tantum est iudex delegatus, iuxta glossam in Clem. & si principalis. de rescriptis. & Alexandrum in rubrica. ff. de officio eius, cui est mandata iurisdictio, quam Gregorius Lopez citans sectatur. in. l. 2. tit. 4. par. 3. Resp. 3.

¶ De-

¶ Denique cum ius naturale dictet ministris iustitiæ dignum stipendium esse præstandum, infertur hinc prædictas leges de iudicibus sufficienter instipendiatis fore intelligendas, non verò de iudicibus insufficiēter stipēdiatis, quibus vsu receptum est subueniri per assessoriarum contributionem.

Quæst. ¶ Insuper quoniam de taxatione rerum venalium incidit hic sermo & in traditione dotis taxatæ suo pretio, quoddam veluti genus emptionis tacitè interuenit: ideò & quæstio hæc, cuius meminit Corduba in tractatu de casibus conscientiæ non præposterè hic collocatur: habetur autem ab ipso ibi. quæst. 130. Ea nempe est in casu, quo socer & gener inter se pacti sunt de consignandis duobus arbitratoribus ad æstimandum, & taxandum precia supellectilium dotalium cum animo quia fuit genero sibi secreto recompensandi, si in tali taxatione damno affectus esset, an talis gener sentiens se prægrauatum ab arbitratoribus in taxæ pretio valde aucto, possit sibi secreto id detrimenti restaurare.

Dictum. 1. ¶ Igitur ad quæstionem primò occurrit dicendum, quod in casu, quo in animo habuit gener acquiescendi arbitratorum taxationi, si notabiliter in taxa læsus non fuit, neque manifestè, quidquid á se causa recompensationis secretò acceptum est restituendum socero est. Quòd si hic animus ei defuit, scilicet parendi arbitratoribus in taxa, non abfuit ipse á culpa mortali, quia fictio interfuit ex parte sua in re notabili iuxta mentem Soti, de iust. & iur. libr. 8. quæst. 2. articul. 1. ad. 1. argum. & iuxta Nauarrum in sum. capi. 18. num. 3. & 9. & Siluest. pactum. quæst. 4. sicque communis est sententia doctorum.

Variæ sententiæ. Cæterum quidquid sit de peccato de restitutione restat agendum. At verò, quia hic doctores variant in sententijs præmissis, hic eorum varijs sententijs, quid sit tenendum

Dictum. 2. in hac parte á nobis edicendum erit. Igitur Sotus vbi supra, & Nauarrus vbi supra, num. 3. & 4. eius sunt sententiæ, vt existiment, quod pacta non liberalia, neque mere simplicia, sed onerosa, & ex vtraque parte contrahentium conflata, vt verbi gratia, do, vt des, facio vt facias: solida sunt facienda, etiam si interfuerit fictio, abfueritque animus ea implendi, ad eaque se obligandi in eorum altero. Quòcirca iuxta mentem ipsorum ne sic decipiens ex sua fraude reportet commodum (quod contra æquitatem est) tenetur stari promissioni, & pacto. Quod si hoc verum est ex hac eorum sententia elicitur generum prædictum, quia stare taxationi arbitratorum pollicitus est, quod præstare non potest, nisi restituat socero, quoddam in recompensationem sibi adaucti pretij accepit, ad talem restitutionem faciendam obligatum manere. Quamuis secus accidat in liberalibus, & simplicibus promissionibus, & contractibus. Nam in his authoribus Siluestro, & Nauarro, vbi supra, iuxta Diu. Thomam. 2. 2. quæst. 110. articulo 3. licet peccatum in animo non se obligandi, neque implendi promissum, interuenerit propter fictionem, tamen sic eluidens alteram partem obligatione restituendi ei quidquam regulariter caret, nisi ex tali fictione aliquid detrimenti alia pars sit passa.

¶ Verū non desunt Doctores alij: qui Scoto, & Metinæ Complutensi subscribentes in hoc casu autumant, generum hunc liberum manere à restitutione suo socero facienda propter recompensam dictam sibi secretò à se de bonis soceri factam, si nihil plus accepe rit eo pretio iusto, quo supellectilia illa forent taxanda: quia pactum de parendo taxationi arbitratorum sic accipiendum fuit, vt tantum ligaret in casu, quo æqua fieret taxatio, & non aliter, licet gener in hoc non se explicuerit causa offensionis tollendi, & inimicitias, & inconuenientia alia inde oriunda cauendi.

Ad punctū quæstionis ¶ Tandem, quo ad punctum quæstionis faciamus satis, cum Corduba dicendum esse duximus, quod quia de facto non constat tale pretium taxationis supellectilium dotaliū fuisse manifestè iniustum, licèt genero videatur esse iniustum: tamen ex affectu in propria causa, quia deceptione teneri potest, dimidium in recompensam à genero acceptorum bonorum est socero restituendum, vel pars eorum, dum gener omnino certus non est in tota quota à se pro recompensatione sibi facienda accepta fuisse prægrauatum. Placet hoc Metinæ Complutensi, eiusque studioso discipulo Cordubę.

Notā. ¶ Porrò consideratione hic dignum est, huiusmodi taxationes dotium, quæ vltra dimidium iusti pretij fiunt, & admittuntur in gratiam sponsarum, interdum in detrimentum creditorum maritorum cedere, præsertim, quādo mariti creditoribus soluendo non sunt: Quia cum bona dotalia priuilegiata sint, dum viri ad inopiam vergunt, opponentes

se vxores in iudicio pro suis dotibus in dam num creditorum habentium posteriores hy pothecas etiam expressas, vel habentium ante riores tacitas plus sibi debito recuperant, & extorquent, quod certè periculo & scrupulo conscientiæ non caret.

CAP. XXII. *De pretio communi: & de quæstione ardua, scilicet, quomodo sit taxandũ pretium mercium, quæ communiter non inueniunt prætium de præsenti. Et de pretio cocci in noua Hispania cõiunctim venditi, ad creditũ.*

POrrò postquãm de pretio legali, quæ no bis occurrere dicenda discussa reliquimus, iam de pretio communi, quo res in foro communi veneunt nobis differendum venit. In qua materia illa primò ardua quæstio obuiat, quæ à multis præsertim in noua Hispania controuersa est, scilicet, quomodo sint taxanda pretia mercium arbitrio bonorum virorum, quæ non inueniunt pretium de præsenti: cuiusmodi sunt merces, quæ venduntur in magna copia coniunctim tempore aduentus classis in noua Hispania. Cuius quæstionis meminit Mercatus in suo libro de Contractibus. Quã & si in secunda parte primi tomi nostri Instructorij suis numeris absoluimus, eam tamen hic, vbi suum genuinum obtinet locũ, dissimulare nequaquam potuimus: quam propterea ad has conclusiones redigimus si cut & ibi. Prima conclusio sit: In tota ferè Hispania bene potest regulari pretium ad cre ditum per pretium de præsenti, etiam si in magna copia ad creditum merces veneant. Hæc conclusio est Mercati de contractibus. Cuius rationem affert hanc: Quia mercatores in Hispania, licèt exponant merces in ma gna copia vendendas ad creditum, vendunt tamen eas merces prætaxando quamlibet speciem earum seorsum pretio, quo de præsenti veneunt, quia tale pretium de præsenti reperitur communiter: ergo earum mercium coniunctim, & in magna copia, in Hispania venditarum pretium ad creditum regulari potest per pretium de præsenti inuentum.

Quæst.

Conclus. 1.

¶ Ex quo corollariè sequitur quod tales vendentes in Hispania etiam in magna copia, nõ possunt prætermisso pretio de præ senti æstimare aliud pretium ad creditũ: sed pretium repertum communiter de præsenti debent obseruare etiá vendentes ad creditũ.

¶ Secunda conclusio, quæ est etiam Mercati loco vbi supra sit. Mercatores nouæ Hispaniæ non possunt vendere merces in magna quantitate ad creditum pretio, quo venduntur de præsenti. Patet: Quia merces, quæ venduntur in noua Hispania de præsenti numerata pecunia sunt merces, quæ venduntur minutim à minoribus mercatoribus reuenditoribus, qui eas emerunt in magna copia ad creditum à grossioribus mercatoribus, vt reuendendo eas minutim aliquid lucrarentur; Sed iniustum prorsus est, quæ venundantur in magna quantitate coniunctim, æquali, & tam magno pretio veneant, sicut venduntur pro minutim venales: quia mercatores, vendentes in magna copia coniunctim pretium solent, & debent aliquantulum extenuare, quod vendentes minutim merito augent, quia magis laborant, & immorantur in vendendo minutim merces, ergo iniquum esset, si mercatores grossiores in noua Hispania eodem pretio, quo merces minutim venditæ veneunt, prorsus merces vendentes coniunctim in magna copia, ad creditum vellent vendere: quia acciperetur tunc ab ipsis plus iusto pretio. *Conclus. 2.*

¶ Tertia conclusio, illud est iustum pretium mercium in globo, & coniunctim in magna copia venditarum in noua Hispania, si ad creditum ibi tempore aduentus classis vendantur, quod valent tempore applicationis classis ad portũ: licet tale pretiũ tũc de præsenti ibi non inueniatur. Ita Mercatus libro primo capit. 13. folio. 54. & sequẽtibus de contractibus: & patet, quia tunc mercatores attentis his circunstantijs, vtrum aduenial magna classis asportans magnam vim mercium, vel modica classis paruam copiam inertium transuehens, considerato etiam vtrum in breui sperentur aliæ naues, vel classis, pensato etiam vtrum intra vrbes nouæ Hispaniæ magna copia illarum mercium adhuc inuendita suppetat, vel magna sit talium mercium indigentia, solent taxare pretium augentes, vel minuentes illud iuxta has considerationes: Quo tunc sic taxato, & æstimato pretio, eodem soliti sunt vendere merces in globo in magna copia coniunctim ad creditum intra tres terminos solutionis intra annum. Quocirca istud est iustum pretium etiam ad creditum. Hæc conclusio patet, quia si inueniretur pecunia de præsenti, qua emeretur ad numeratum de præsenti, istud- *Conclus. 3.*

Probatio.

met

met pretium sic taxatum his habitis rationibus censeretur iustum pro venditione: si solueretur de præsenti. Neque militat contra hanc conclusionem, quod si solueretur sibi pretium, de præsenti minori pretio mercatores merces darent quàm sit pretium quo ad creditum vendunt, quia (vt secuti authorem D. Thomam diximus) non ideo minoris darent: quia magis non valerent, sed quia accipiendo pretium de præsenti exponendoque illud statim negotiationi illam iacturam minoris pretij accepti sibi resarcirent.

Concl. 4. ¶ Quarta conclusio in grauissimam incidunt vsuræ labem mercatores: qui in noua Hispania in magna quantitate coniũctim vendentes ad creditum, vendunt maiori pretio quàm sit pretium globorum mercium, idest, de las cargaçones: quod tempore aduentus classis iustum esse æstimatum est communiter inter mercatores, & taxatum attentis prædictis rationibus, verbi gratia, quando tempore aduentus classis pretium iustum esse taxatur ad. 65. pro centum, & ad tres solutiones vt communiter fit per annum in noua Hispania, tunc si mercator, quia ad maiores dilationis terminos emptores sibi vendi petunt ad creditum, ideo maioris dilationis gratia pretium ad octuaginta pro centum auget, & tanto magis auget, quanto maiorem dilationẽ emptor petierit: sine dubio vsuræ culpa non caret, quo circa restitutioni huius actionis pretij manet obnoxius: & hoc est quod vitio vertunt, & vt vsurariũ contractũ execrantur doctores quando vident ratione maioris dilationis temporis istud pretium augeri. Ita Mercatus loco supra citato, & in. 2. parte tomi. 1. nostri instructo. cap. 514. vbi diffusius hanc materiam pertractauimus.

Quæst. ¶ Præterea præcedenti quæstioni finitima est illa quæstio, quę circa commercium cocci de la grana vulgariter dicti versatur in noua Hispania. Quæritur ergo an ille contractus tam celebris in noua Hispania, & præsertim in ciuitate Angelorum eiusdem nouæ Hispaniæ, licitus sit, vbi copia cocci venditur ad creditum pretio quod non inuenitur de præsenti: quia communiter tale pretium pro cocco vendito in magna copia non inuenitur inter Hispanos de presenti, quamuis verum sit quod minutim pretio præsenti minoris huiusmodi merces soliti sint mercari ab Indis in Indorum populis: dum illuc causa emendi illas pergunt. Verum quia & quæstionem hanc, cum latius à nobis fuerit agitata in. 2. part. tomi primi nostri instructorij, necessitas materiæ, & series doctrinæ (quia hic suum proprium vendicat locum) cogit huc iterum inculcare: breuitati consulendi gratia multa illic dicta fusius resecantes hæc prædocumenta responsioni quæstionis substernimus primò.

Documentum. 1. ¶ Primum prædocumentum sit: quod apud nos est probabile, quamuis apud alios non vacare periculo extimetur, scilicet, quando venduntur merces in magna copia coniunctim: neque sic tales merces inueniũt pretium communiter de presenti: pretium iustum earum erit, quod communiter inuenitur pecunia credita. Itaque si pauciſsimi sint, aut nulli, qui numerata pecunia emant: atque ideo in magna copia coniunctim tales merces sic de præsenti vendi non possunt, habebunt valorem, qui communiter currit ad creditum. Hoc documentum fuit Victoriæ: qui fertur cùm consultus esset á Burgensibus Mercatoribus sic respondisse. Cuius rationem subiungit hanc, scilicet: quia vendi in magna copia merces coniunctim est prorsus necessarium reipublicæ, quo deinde á grossioribus mercatoribus in magna quantitate emptis à nauibus eas de longe asportantibus, in minuto emere post volentibus prouideatur. Ergo si sic in magna copia non inueniunt pretium de præsenti: pretio quod communiter inuenitur pro eis ad creditum, possunt vendi. Sed iam hoc documentum, vt diximus de mente Mercati parum deseruit in Hispania: quia mercatores ibi etiam vendentes in magna copia eas solent, & possunt taxare merces seorsum pretio, quo quelibet species earum de præsenti veneunt: atque ideo quia tale pretium inuenitur de præsenti per illud in Hispania se regulare debent aliquod minus pretium taxando pro eo quod in magna copia & coniunctim vendunt, & hoc est verius.

2. ¶ Secundum prædocumentum est. Quando sunt plures ementes: qui volunt numerata pecunia emere in magna copia, & ipsi mercatores causa augendi pretium nolunt sic vendere: sed malunt contrahere ad creditum, tunc non erit aliud pretium ad creditum, quàm pretium commune quod verisimiliter curreret: si venderetur ad numeratum. Hoc assertum est etiam Victoriæ, & patet: quia hæc licentia taxandi pretium etiam ad creditum, quando non inuenitur de præsenti solum habet locum, quando non occurrunt aliqui, qui volentes emere ad nume-

ratum offerant depræsenti pretium communiter, licet vnus, aut alius tantum velit vilissimo pretio sic depræsenti numerata pecunia emere, quia vna arundo non facit ver.

3. ¶ Tertium prædocumentum sit, qui minutim maiori pretio vendunt merces pecunia credita, quam numerata de præsenti, nulla excusatione suâ prætexere possunt vsuram palliatam, est Victoriæ, & patet, quia euidentissimum est argumentum: quod illud plus accipiunt ratione dilationis temporis his præmissis.

Conclus. ¶ Statuitur conclusio responsiua ad quęstionem, si loquamur de mercemonio cocci, id est, de la grana, vbi in magna copia coniunctim venditur ab Hispanis incolis nouæ Hispanię: dum cesset monopolium, & dum nihil exigatur à venditoribus ratione lucri cessantis, tunc pretium iustum huius mercimonij erit, quod communiter tempore, quo traditur cocci merx currit ad creditum inter mercatores timoratæ conscientiæ, nisi sint emptores plures, qui numerata pecunia velint emere de præsenti: quia si tunc ipsi venditores gratia augendi pretiũ, malũt vẽdere ad creditũ propter necessitatẽ eorum, qui emũt pro onerãdis nauibus remeãtibus in Hispaniã, non eis licebit propter hoc alio, quam depræsenti oblato vendere pretio. Hæc conclusio habet fautores Theologos nouæ Hispaniæ: & licet conclusio hæc hic asserta, non careat difficultate, tamen non ideò venit damnanda, si aliæ fraudes non immisceantur: quia videtur habere fulcimentum in documento illo Victoriæ supra dicto, scilicet, quod merces in magna copia quę communiter sic in magna copia venditæ non inueniunt emptores ad numeratum, per pretium commune currens ad creditum vendi possunt: quia tunc per præsens pretium cum non inueniatur adnumeratum (vt supponimus) de pretio earum ad creditũ iudicari non potest.

CAPVT. XXIII.

Vtrùm res immutata carius possit vendi quam empta est. An liceat negociari reuendendo triticum emptum de lucro cessante, & de eius quatuor conditionibus. Et an possit pretendi ab inuite contrahentibus, vel ab vltrò ineuntibus contractus.

DE pretio communi rerum exorsi sermonem: iam de casibus in quibus pretium hoc possit augeri, aut diminui licitè, vel non operosius est nunc à nobis inquirendum, quò circa ab hac quæstione scitu digna exordientes, quærimus primò, vtrum mercatorem quam emit non immutatam possit carius vendere, quæstio est, cuius meminit Diuus Thomas 2.2. quæstio. 77. articulo quarto. vbi quærit, vtrum liceat negotiando aliquid carius vendere, quam emere. *De merce immutata. Quæst.*

¶ Et ne ab argumentis D. Thomæ secedamus, arguitur sic primò ex authoritate Diui Chrysostomi super illud Matth. vigesimo primo, dicentis, Quicunque rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator, qui de templo eijcitur. Et idem dicit Casiodorus super illud Psalmi, Quoniam non cognoui literaturam. nullus autem de templo eijcitur, nisi propter aliquod peccatum: ergo si quis sic negotiatur quod rem, quam comparat integram, & immutatam carius vẽdit quã emit, id nequaquã agit sine peccato. *Argu. 1.*

¶ Insuper, & id confirmatur, quia contra iustitiam planè est rem emere aut vendere pluspuam valeat: Sed ille, qui negotiando carius vendit, quam emerit, necesse est quod vilius emerit, quam valeat, vel carius iusto valore eam vendat: ergo fieri sine peccato non accidit. Igitur præsuppositâ D. Thomæ doctrina in corpore articuli, scilicet, quod duplex sit rerum commutatio. Vna quidem quasi naturalis & necessaria, scilicet, per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter necessitatem vitæ, quæ ideo laudabilis est: quia ad eam prouidentiam spectat, qua de rebus necessarijs ad vitam domui, vel ciuitati prouidendum est. Alia verò commutationis species est, vel denariorum ad denarios, vel quarumcunque rerum ad denarios, nó propter res necessarias vitæ, sed propter quæstum captandum; quæ secundum Philosophum propriè negotiatio dicitur: quæ secundum se considerata, quandam turpitudinem continet, quatenus in sua ratione neque finem honestum, neque necessarium lucrum includit, quod negotiatione est finis. Sed neque de sua ratione vitiosa est, aut virtuti contraria, quippe quæ ad finem honestum, id est, ad lucrum destinatum ad aliquem finem necessarium, vel honestum *Confirmatio.*

stum referri potest, scilicet, dum negotiationi insistitur ab aliquo ad domus suæ sustentationem, vel ad indigentium substentionem, vel ad publicam vtilitatem, ne, scilicet, res necessariæ ad vitam reipublicæ propria desint, dum lucrum non expectat quasi finem, sed quasi stipendiũ sui laboris. Iã respondere ad quæstione est opus.

Conclu. 1. ¶ Sit igitur prima conclusio, licitè potest quis rem in melius mutatam carius vendere, quam emit. Hæc est Diui Thomæ in loco vbi supra in solutione ad primum: quæ quia intelligenda est demutata re in melius (vt sonat) ideò antequam probetur modos huius mutationis in melius, qui quatuor solent esse, operepretium erit hic præmemorasse. Prima ergo rei emptæ mutatio potest esse quantum ad substantiam, quantitatem, & qualitatem, verbi gratia, mutatio, quo ad substantiam est, vt cum vinum per corruptionem in acetum vertitur. Quantum autem ad quantitatem mutatio fit, cùm vitulus fit bos, vel pullus in gallinam euadit. Quod ad qualitatem autem, mutatio dupliciter fit, scilicet, vel naturaliter, vel artificialiter: naturaliter autem, vt cum vuæ per exiccationem fiunt passæ aridę, vel cera pallida. Artificialiter verò fit, vt cùm vestis reparatur cum dissuta esset.

Mutatio. 1

2. Secundus mutationis modus est in melius per translationem, vt cum res empta in vno loco transfertur ad alium vbi creditur magis valitura.

3. Tertius autem mutationis est, quo ad tempus: vt cùm res empta in vno tempore venditur, in alio tempore vbi auctior est eius valor.

4. Quartus verò mutationis modus est, quando forma vendendi, & emendi variatur: vt cùm merces quæ coniunctim in magna copia erant, & veluti in globo emptæ minutim posteà venduntur, vt à tabernarijs vina, à pigmentarijs pigmenta, & à reuenditoribus aliæ merces. Similiter mutatur forma emptionis, & venditionis in modo vendendi, & emendi diuerso, vt, verbi gratia, res publicæ subhastatione veneunt quæ priuatim, & secretè antea emptæ fuerant. Nunc autem post hæc licèt satis pateat conclusio, probatur tamen ex ratione D. Thomæ, quia si emptor rei eam sic in melius mutatam carius vendat, videtur premium sui laboris accipere: ergo non peccat contra iustitiam commutatiuam, immò neque contra aliam virtutem, sibi finem præstituat honestum, si rem in aliquo melioratam, vel in pretio immutatam, & auctam secundum diuersitatem loci, vel temporis, vel propter periculum, cui se exposuit transferendo rem de loco ad locum emptor pluris eam vendat, quam emerit.

Probatio.

Quæstio. ¶ Cæterum quia ista conclusio extra controuersiam est, ad id puncti perueniamus, cuius difficultas magis premit, scilicet, an tunc res vilioris empta pluris vendi possit, quando prædictarum mutationum nulla præcessit.

Conclusio. ¶ Sit igitur ad hoc responsiua secunda conclusio, non obstante D. Chrysostomi sententia, non est illicitum rem semel emptam pluris vendere, quàm sit empta etiam si nulla prædictarum mutationum mutatione mutata vendatur: dum tamen pretium quo pluris venditur latitudinem iusti pretij non excedat, verbi gratia, si aliquis rem emisset pretio infimo, & eandem medio pretio, vel supremo diuenderet, non idcirco aliqua culpa esset notandus. Cuius conclusionis in promptu est ratio: quia omnia ista pretia infima, media, suprema, seu rigida: dum communiter inueniuntur de præsenti iusta, & licita esse censentur, aliunde tamen hoc posset sibi vitio verti, scilicet, propter speciem mali, quam præ se fert ista venditio: dum debitus non apponitur finis: qua de causa tam. D. Chrysostomus, quàm Cassiodorus eam videntur damnare.

¶ Consule Syluestrum, qui, emptio, 2. culpæ tribuit factum eorum, qui ex consultò vilioris emunt, vt statim carioris vendant, eos tamen hac culpa non notat, qui cum hoc fine minoris non emerint merces à casu pluris eas vendiderunt.

Quæstio. ¶ Quia vero huiusmodi negotiationes, scilicet, emendi minoris ad reuendendum maioris in reipublicæ damnum solent verti, contra huiusmodi reuenditores annonæ sunt leges latæ, propterea autem quod leges hæc ab aliquibus nihili fiũt, libiut hic illa tria quæ in tractatu de casibus conscientiæ. quæstio. 83. Corduba inquirit dubia hic discutienda proponere, scilicet. Primò, an ingenua puella quæ aliunde non habet, vnde propriæ vitæ substentationi prospiciat, nisi cum tercentis aureis, quos duntaxat habet negotietur, possit eos in tri-

ticum insumere ad illud cum aliquo lucro reuendendum.

¶ Secundò, an qui ex suis messibus, vel redditibus triticum vltra sibi, & suæ familiæ necessarium in horreo suo reconditum habet, possit hoc pretio distrahere, rursusque omne triticum suæ domus victui necessariũ pretio sibi comparare.

¶ Item Tertiò, an qui pro debitis sibi pecunijs recuperat triticum pretio tunc currenti, possit sine violatione legis illud postea diuendere pretio tunc in foro inuento.

Quæst. ¶ Ad Primum dubium cum Corduba videtur dicendum: talem puellam non effugere posse culpam: si talem negotiationẽ exerceat. Nam tenetur ipsa sicut & cæteri eas nõ violare leges iustas, quæ pro bono communi reipublicæ promulgatæ sunt, & quæ huiusmodi sunt, vt earum transgressio in eius notabile vergeret detrimentum: si ab omnibus non custodirentur, quò circa puella hæc inducenda est, vt hac omissa illam negotiationem exerceat, quæ vetita lege non est.

Quæst. ¶ Ad dubium autem Secundum respondemus regulariter tale factum carere peccato: quia is qui in casu proponitur propriè ad reuendendum non emit. Non enim legi, aut menti eius obuiat suum triticum ex sua messe, vel prouentu collectum vendidisse, & suæ sustentationi necessarium postea emisse: neque inde id paratur damnum reipublicæ, quod ex emptione tritici ad reuendendũ solitum est oriri.

Quæst. ¶ Idemque videtur dicendum ad Tertiũ propositum dubium, & quia argumenta in contra ex authoritate D. Chrysostomi, ex prædictis cõclusionibus manent diluta, ideo de his sit satis.

An ratione lucri cessantis possit augeri pretium. ¶ Quoniam de pretio rerum iam hic disputationem suscepimus, hic omnes modos venari nos oportet, quibus vltra pretium cõmuniter currens liceat res vendendo, vel emendo aliquid plus accipere, vel infra illud minus dare: & quia inter causas, quæ ad hoc conferre possunt, potissima est causa, quę obtenditur, scilicet, damni emergẽtis, & lucri cessantis, de his hic aptè incidit sermo: sed quia in secunda parte tomi. 1. nostri Instructorij conscientiæ latius quàm alij in materia de vsura hanc materiam de lucro cessante, & damno emergenti prosecuti sumus: illuc remittentes lectorem, ne interim tamen hic ab aliquali notitia huius materiæ maneat ieiunus, vtque ordini doctrinæ hic pertractãdæ non desimus, præmissa diffinitione tam lucri cessantis, quã damni emergẽtis, vtriusque materiam sub breuitate possibili rursus repetemus: quia materia hæc potissima est, & celeberrima omnium, quæ in hac materia emptionis, & venditionis pertractari solent, quippe quæ negotiantibus pallium, & velamen solet præbere, ad sua prætenta lucra iustificanda, damnaque excusanda: quæ materia minus illis est nota, vt probè ait Garcia in lib. 1. de Contractibus cap. 10. quantò magis est in ore eorum est vulgaris.

¶ Igitur ad tollendam eorum deceptionem, qui vtrumque interesse tàm damni emergentis, quàm lucri cessantis confundũt, in vnum præmittimus duplicem differentiã inter vtrumque, tradituri diffinitionẽ vtriusque. Differunt autem Primò, quia lucrum cessans consistit in actione, non enim nisi aliquid agendo lucramur. Damno verò emergens consistit in passione, siquidem patiendo aliquid detrimenti, damno afficimur. Secundò verò discriminantur in eo, quòd damnum propriè quis patitur in eo, quod iam anteà erat, suum lucrum autem nobis cessare non dicitur in iam nostro, & à nobis acquisito, sed in eo, quod per nos venit acquirendum, authore D. Thoma. 2. 2. quæsti. 62. artic. 4.

Differẽtia dãniemerg. & lucri cessant. 1.

¶ Lucrum cessans diffinitur esse lucrum illud, quod cum quis posset, & vellet mediante aliqua negotiatione, vel industria assequi, ideò omittit lucrari: quia in fauorem alicuius aliquid facit, vel quia præpeditur iniustè, sub illis particulis posset, & vellet intelligitur spes probabilis lucrandi, ad lucrum cessans prætendendum prærequisita. Nam nemo est qui velit aliquid adipisci, quod illud assequendi spe non teneatur: quod si spe illud assequendi non caret, impossibile sibi illud esse non reputat. Item etiam sub illa particula, posset, intelligitur, quod licitè, & iure posset, nã in moralibus id possumus quod de iure possumus, neque enim si quis aduersus de factò sua pecunia posset lucrari aliquid: quia eam ad preces alicuius ei mutuat: posset obtendere lucrum cessans, quia licet defactò sic posset lucrari: sed non de iure. Igitur ad lucrum cessans potentia & voluntas negotiandi, & lucrandi simul requiruntur.

Differẽtia lucri cessantis.

¶ Præmissa iam diffinitione lucri cessantis de conditionibus ad eius recompensam exigendam prærequisitis edisserere est opus.

Quatuor

De conditionibus. 4.lucri cessant.

Quatuor ergo sunt conditiones, quæ ad huiusmodi lucri recompensam exigendam necessariò concurrunt, si licitè exigenda sit. Prima autem conditio est, vt hoc lucrum realiter, & verè cesset, at verè cessare non potest, nisi hæc tria simul adsint: Primò quod eam expetens recompēlam, & posit, & probabiliter speret. Secūdò, & absoluta volūtate paratus sit lucrari. Tertiò, vt loco lucri vnavia cessantis tāmdem lucri ei alia via non succedat. Nam si negotiaturus hac pecunia, quam mutuat, quia eam mutuat, iam quasi expeditus à labore negotiandi vacat alijs officijs, & occupationibus vnde tantumdem lucri reportat, vel aliter, tunc ius exigendi lucrum cessans non habet. 1.

¶ Secunda autem conditio est, quòd id negotij quod petens hoc interesse agit gratia, & causa alterius, verè causa impediens sit à lucro sperato probabiliter: quia verè causa est, quæ impedimentum præstat negotiationi, vt si quia mutuat pecuniam verè expositam negotiationi, vel ad hoc paratissimam, hæc mutuatio ad preces mutuatarij facta in causa est amittendi lucrum ex predicta negotiatione probabiliter speratum. 2.

¶ Tertia autem conditio prærequisita est, quod recompensaturus lucrum cessans verè in causa sit, quod recompensandus de hoc lucro aliquid agat propter quod á sua negotiatione, vel industria adhibenda præpeditus maneat: quod tunc contingit, quando hæc duo ad hanc tertiam conditionem prærequisita adsunt simul: primò quod de tali lucro recompensandus à sua negotiatione non desistat sua sponte: sed quod causa alterius, & gratia complacendi ei suam negotiationem intermiserit: secundò, quòd recompensandus de hoc interesse nulla lege teneatur eum quæstum intermittere, quem facere parabat cum iactura sua, causa alterius. Nam si alteri debito iustitiæ, aut charitatis subuenire tenebatur non licitè à tali lucrum cessans expetit, quia pro ei subueniendo á negotiatione fructifera destitit. 3.

¶ Quarta denique conditio ad hoc prærequisita est, quod ille, qui iure hoc lucrum cessans recompensaturus est, præmonitus sit à principio de tali lucro cessanti soluendo. 4.

Quæst. ¶ Porrò licet inter omnes doctores conueniat posse prætendi lucrum cessans, exigique ab eo, qui per vim, aut violentiam ab hoc lucro acquirendo præpeditus est: tamen an extra violentiæ huius casum licitè lucrum cessans expeti possit, in controuersiam est apud illos. Conradus namque in libro de cō tractibus quæst. 3. Siluester quoque vsura. 1. quæst. 19. & Caietanus. 22. quæst. 78. articu. 2. & in summa vsura. membro. 2. & Adrianus q. de vsura, quibus tādem accedit Nauarrus in sum. ca. 17. nu. 211. &. in cōmentario de vsura num. 44. alijque doctores, egregia authoritate pollentes, asserunt lucrum cessans etiam à principio posse licitè obtendi, quamuis nulla vis, aut violētia, aut metus interuenerit. At Sotus lib. 6. de iustitia & iur. licet istorum opinionē non improbabilem reputet, in illam tamen magis inclinat, scilicet, quod secluſa violentia, vel metu vt si sic expetens hoc interesse, à principio non cogatur impeditiuum sui quæstus inire contractum, à principio interesse hoc lucri cessantis expetere licitè nequit, quod nititur ibi probare Scotus: primò, quia hoc interesse exigere nequit, nisi à negotio sibi lucroso impeditus, at impeditus tantum is dicitur: qui inuoluntarie id negotij intermittit, intermittit autem nemo inuoluntarie aliquid quod sine vi, metu, aut ignorantia omittit, quia hæc tria tantum authore Aristotile. 3. & hic, iuxta interpretationem. D. Thomæ. 1. 2. quæst. 6. inuoluntarium causant: ergo nisi aliquo istorum trium modorum inuoluntarius cessarit, quis à negotio non potest expetere lucrum cessans.

Variæ sententiæ.

Arg. 1.

¶ Et confirmatur authoritate Caietani, affirmantis spontaneum cessatorem: qui voluntarie cessat à negotio non posse expetere lucrum cessans: at spontaneus censetur esse, qui vi, metu non cogitur, ergo non potest lucrū huiusmodi expetere.

Confirmat.

¶ Secundò arguitur, quia si lucrum cessans, verbi gratia, mercenario sponte impedit à suis operibus resartiendum veniret: sequitur quod ei conduplicandum esset lucrū, quod æquitas non compatitur, sequela autem patet, quia iā sic mercenarius hic restituēdus esset in lucro sibi cessāte, & quia cessaret ab hoc opere, vacando alteri operi posset aliud lucrū reportare: ergo duplo esset cumulād⁹ lucro.

Arg. 2.

¶ Multa hic nobis dicenda suppeterēt de hac materia, nisi illam loco allegato copiosiùs disputassemus: ideo hæc hic sub breuitate sufficiat repetere per hæc asserta. Primū quod lucrū cessans iustè petit, qui mutuare cogitur: quia tunc propriè inuoluntariè illam subit iacturam lucri cessantis. ¶ Secundum assertum sit, iustè à principio in pactū quis deducit lucrū cessans: si post præfixū tēpus solutionis pecunię mutuatę, quia sibi nō soluitur sibi cessaret, dū verè negociaturus erat, & probabiliter

Assertū. 1

2.

lucra-

lucraturus:dum tamen illam vltra terminum
solutionis dilationem sponte causa huius lu
3. cri non patiatur sed inuitus. Sed & Tertium
assertum sit, lucrum cessans eum qui non
coacte mutuat posse à principio in pactum
deducere. Probabile est satis:est enim iam ve-
luti opinio communis, idque locum habet
dum absoluta voluntate alias negotiari erat
paratus,& motiuo non proprio : sed alieno
motus,& charitate proximi adactus,vt ei sub
ueniat mutuando à negotiatione lucri facti-
ua dimouet pecuniam, & animum : quod
Ratio Soti hæc ratio Soti corrobarat,scilicet, quoniam
illa pecunia sic negotiationi exposita, & in-
dustriæ negotiandi mancipata non æstima-
tur secundum se, sed cum illo lucro quia vt
fructifera est,sicut granum terræ, iam man-
datum iam non tantum,secundum se, sed vt
fructiferum est in potentia consideratur : er-
go si mutuatarius sciens,& volens, vult cum
illo onere illam pecuniam mutuò accipere,
potest mutuans de illo lucro cessante sibi red
dendo pacisci. Item confirmatur ex ratione
Diui Thomæ.2.2.quæst.77.articulo primo.
vbi ait,quod licet res secundum se considè-
rata pretio communi sit æstimanda:tamen cõ
siderata per accidens,id est, in ordine ad ex-
traordinarium damnum:quod eam vendens
non proprio motiuo,sed ad petitionem alte-
rius eam vendendo incurrit,licitè pro ea acci
pit aliquid vltra commune pretium : quia li-
cèt tunc accipiat pro illa plusquàm secun-
dum se valeat:non tamen pro ea recipit ali-
quid plusquam valeat habẽti eam. Ex qua do
Fundamen ctrina Diui Thomæ recte intulit Garcia su-
tum lucri mi fundamentum lucri cessantis exigendi:
cessant. cum ergo res negotiationi addicta plus,vt sic
valeat paranti negotiari:sequitur eam mutuã
do,pro ea possit licitè plus exigere, id est, lu
crum cessans,si cessat ratione mutui:quia al-
teri negotio interim non dat operam, vt hoc
restauret damnum.

4. ¶ Quartum assertum sit,lucrum cessans li-
cet possit cũ limitationibus prædictis à prin-
cipio taxari,deductis deducendis arbitrio bo
ni viri,sed non potest à principio de præsen-
ti recipi secundum sententiam Metinæ Com
plutensis,& Nauarri:quia illud quod de præ
senti soluitur à ratione lucri cessantis subdu-
citur,tum quia potest negotiationi exponi,
tum quia à quota mutuata, ex qua sperabà-
tur per negotiationem lucrum,quota quæ in
solutionem lucri cessantis à principio est mu
tuanti impensa,& soluta est detracta.ergo sal
tẽ de illa tulisse non potuit lucrum cessans.

¶ Ad Primùm,iam tandem argumentum *Ad.1. arg.*
respondetur,disti nguendo illam partem mi
noris,scilicet, intermittit nemo in voluntà-
rie aliquid,quod sine vi,metu omittit, si lo-
quamur de inuoluntario ab extrinseco prin-
cipio causatum per retinentiam voluntatis
cui infertur vis, aut quæ nollet nisi ignorãtia
deciperetur,quod propriè dicitur inuolũtariũ
cõcedo. Si autẽ loquamur de inuoluntario
largo modo pro eo ad quod nõ tã ex nobis,
aut ex proprio motiuo, quàm ex voluntate
alterius,aut ex arbitrio alieno mouemur, sic
nego quod nemo inuoluntariè ad hoc sine
vi,aut metu possit moueri, immò inuolunta
riè isto modo dicor agere quod ad preces al-
terius me incitantis contra firmum,quod an-
teà conceperam propositum contrarium, re-
uocando illud ad instantiam alterius, cùm
illud mallem sequi.ago : licèt vi non cogar:
tunc namque inuoluntarie id dicor agere: *Inuolunta*
quia non à me motus:sed aliunde à charitate *riũ duplex*
debita proximo moueor : & quasi impellor.
Primum autem inuolũtarium,metus, vel vio
lentia,aut ignorantia causat.Secundum verò,
inuoluntarium ab amicitia,vel charitate cau-
sabile est. Inuoluntarium autem hoc secun-
dum sufficit tunc, vt à negotiando dicatur
impeditus,vt lucrum cessans exposcere pos-
sit,quod tunc contingit,quando interueniẽs
amicitia,vel charitas in causa fuit,vt mutuans
omittere negociationem,quam alias omitte
re nollet, licèt simpliciter velit : est namque
inuoluntarium hoc inuoluntarium secun-
dum quid,licet sit voluntarium simpliciter,si
cut proiectio mercium in mare ingruente tẽ-
pestate,authore Aristotile, mixta est ex vo-
luntario simpliciter , quia simpliciter vult
naufragus merces in mare proijcere, & ex in
uoluntario secundum quid,quia alias nollet
proijcere.

¶ Ad cofirmationem desumptum ex au- *Ad confir-*
thoritate Caietani:quia simili æquiuocatio- *mationem.*
ne laborat:simili distinctione ad eam solven
dam nobis vtendum est : quia Caietanus lo-
quitur de voluntario vt opponitur inuolun-
tario in secunda significatione sumpta,quod
tunc contingit sic voluntarie à negotiatione
desistere:quando à nullo rogatus, vel requisi
tus,vel coactus & ad nullius instantiam ne-
gotiari prætermitteret:tunc palam est quod
omni iure ferendi lucrum cessans careret,se-
cus si ad instantiam alterius nolens alias à ne-
gotiatione recedere,ab ea reuocaretur, quia
tunc inuoluntarie secundo modo saltem im-
pediretur.

¶ Ad

Ad.2. arg. ¶ Ad Secundũ argumentum respondetur negando sequelam, quia in casu probationis, si impeditus talis mercenarius à suis operibus pro aliquo tempore liber relinquitur ab impeditore, vt alteri operæ locatus vacet, ex quo sibi lucrum quod cum alio erat lucraturus (si non esset præpeditus) sibi resarciret tũc aliud lucrum cessans exigere prohibetur: quia tunc tantum sibi illud accipere licitè licet, quando ad hoc impeditus aliunde laborando recuperare nequit, sic etiam repetimus hic quod antea nos dixisse meminimus, scilicet, non licere mutuanti pecunias inde lucrum cessans sperare: quando esto istam pecuniam, qua negotiaturus est mutuet, in alijs functionibus, & ministerijs est occupatus, vnde tantundem lucri, aut plusquàm ex negotiatione, quam aliàs gessisset reportabit.

CAPVT. XXIIII. *Quota lucri cessantis quomodo taxanda disceptatio cum Garcia. An labores necessarij sint à lucro cessante deducendi, de pacto triplici lucri cessantis. Et an post Extrauag. Pij. V. liceat à principio de eo conuenire, & recompensa istius lucri quando sit accipienda.*

POrrò quoniam in capitulo præcedenti, & si paucis hanc materiam de lucro cessante attingere nobis in animo fuit: nequiuimus tamen eam absoluere: hic rursus reliqua ad hanc materiam attinentia percurrere decreuimus, inquirentes primò quota pro lucro cessante soluenda: qualiter æstimanda veniat. At quia authore Garcia libro primo de contractibus capit. secundo. pagina. 319. ad arbitrandum de quota ferenda pro lucro cessante tria animaduertenda occurrũt. Primùm, an determinate de quantitate lucri cessantis liquere possit an non. Secundùm si esto quantitas hæc certa possit esse, an de eius certitudine à principio constitit an non. Tertiùm, vtrùm spes sit certa, vel non assequendi certam quantitatem lucri, vel incertam: Ideo iuxta hanc distinctionem per dicta duximus re respondendum.

Tria aduertenda pro quota lucri cess.
1.
2.
3.

Dictum.1. ¶ Primò, quando tam quota lucri cessantis alias acquirenda, quam spes eam acquirendi esset incerta, tũc recõpensa illius maior, vel minor ex bonorũ virorũ fit arbitrio, eatenus, quatenus quãtitas hæc, eiusq; assecutionis spes magis, vel minus fuerit certa, quemadmodum sic damnum grani in agro sati iuxta spem maiorem, vel minorem tanti, vel minoris fructus percipiendi arbitrio boni viri magis, vel minus recompensandum venit.

¶ Idem prorsus dicendum est de casu, in quo de certitudine quotæ lucro parandæ nõ constaret: licèt de aliquali quæstus parte certa spes arrideret, vt venator vbi abundant feræ siluestres venaturus certus est: quod sit aliquas feras venaturus: sed numerum earum ignorat. Huic enim si præpeditus iniustè esset à venatione, arbitrio boni viri his pensatis magis, vel minus esset recompensandũ pro hoc sibi lucro cessante venationis. Item ex eodem arbitrio boni viri sumenda est æstimatio illius lucri cessantis, cuius quantitas esset certa: sed spes eam assequendi certitudine careret, vt mercenario impedito constare potest aliquãdo de quota diarij quam posset lucrari, cùm in certitudine qua laborat, an præ infirmitate impotens fiet ad laborandum. Cuius arbitrariæ æstimationis stante altera harum incertitudinum, vel vtraque, est ratio, quam D. Thomas. 2.2. quæst. 62. articu. 4 affert, quia in his casibus hæc lucra cessantia sunt multipliciter impedibilia: quia impotentia, qua ratione id quod est in potentia minoris æstimatur, quàm si esset in actu. Cum autẽ hic in potentia loquimur esse lucrum, de potentia propinqua, vbi in virtute continetur, non de remota intelligimus.

Dictum.2. ¶ Secundò dicitur, quod quando vtraque adest, vel adesse potest certitudo tam de quota certa lucri cessantis, quám etiam de certa spe eam obtinendi: quia nihil occurrit, quod impedimento esse possit, tunc totius quotæ cessantis lucri recompensa expeti potest. Quẽ admodum videre est, in mercenarij exemplo: qui prohibitus esset à diario certo, scilicet trium argenteorum citra dubium à se lucrando, posset illud in integrum exigere. Itẽ in casu quo quis suas merces tanti certo erat venditurus, si sibi in hoc illicite obstitit aliquis ab illo tantumdem expostulare potest. Neque huic nostræ secundæ assertioni fundamentum in doctrina Diui Thomæ deest loco citato. Quia res in actu æqualiter recompensanda venit, quamuis res quæ tantum est in virtute ex æquo non sit recompensanda: at rem habere in spe omnino certa, & eam iam actu possidere æquiualentia sunt quantum ad ius obtinendi eam, ergo lucrum cessans vtroque modo omnino certum demptis expensis ex æque recompensandum venit: sed an deducendi ab illo sint labores postea est differendum.

¶ Postquam de quota recompensanda pro lucro

lucro ceſſante dictũ eſt, de his quæ ab huiuſmodi recompenſa lucri ceſſantis deducenda ſunt, diſquirendum à nobis hiç eſt, verum in hac parte vnum eſt certum, & aliud de quo merito poſſumus dubitare. Hoc primum extra controuerſiam eſt omnibus ſcilicet, quod expenſæ in hoc lucro ceſſante alias faciendę in his recõpenſandis lucri ceſſantis ſunt deducendæ, pro his enim expenſis recompenſatio exigenda non eſt. Si quidem ea ratione ab his expenſis faciendis quilibet euadit, qua ratione à negotiatione lucrũ ſibi allatura præinditur. Quòd autẽ dubiũ vertitur, id eſt, an labores neceſſarij ad lucri alias ceſſantis aſſecutionem perinde ſint, deducendi à recompenſa lucri ceſſantis, ſicut expenſæ faciendæ. Nam Garcia in primo libro de contractibus, capite vndecimo, ait, non eximendos eſſe labores in hac recompenſa, hac ductus ratione, ſcilicet quod labor, & queſtus ex labore partus pro eodem computãtur: quatenus attinet ad iacturam, & lucrum. Nam per laborem paratur lucrum, quod citra laborem non contingeret: quemadmodum & ſemen virtualiter eſt fructus in de pullulans. Vnde ſicut ad amiſsionem ſeminis ſequitur amiſsio fructus inde naſcituri, & è contra ad amiſsionem fructus ſequitur amiſsio ſeminis: perinde ad amiſsionem laborum interuenientium in negotiatione conſequitur iactura lucri, & contrà.

Quæſt.

An à lucro ceſſante de ducend. labor.

Arg. 1. Gar tiæ.

Argu. 2.

¶ Secundò id hac ſuadet ratione, ſcilicet quia ſi à recõpenſa pro lucro ceſſante faciẽda aliquid ratione laborũ a quibus mutuans liberatus eſt non negotiando, cum ſua pecunia: ſed eam mutuando: detrahendum eſſet: perinde eſſet ac illud a lucro detraxiſſe, quod à ratione (inquit) diſſonum eſſe videtur, quia impediri aliquem à ſuo labore: perinde eſt ac ſi impediretur a ſuo queſtu: vnde ſicut impediens tenetur recompenſare lucrum, eademmet recompenſatione tenetur recompenſare & de facto recompenſat & labores.

Arg. 3.

¶ Tertiò arguitur in gratiam Garcię argumento Victoriæ contra Maiorẽ in. 4. diſtin. 15. quæſt. decima nona. Sic quia fingamus labores eius cui ceſſat lucrum tercentum valere aureos, & propterea lucraturus erat illam lucri ſummam, ſcilicet alios tercentum aureos, quia ſui labores tantundem merebantur: ergo ſi eximendi ſunt labores nihil illi ceſſanti a lucro dabitur. ¶ Et confirmatur quia mercenario lucraturo diarium duorum argenteorum, ſi prohibitus eſt aliquo die laborare (eſto a labore ob id ſit ocyatus) ab prohibente, & impediente duo ſunt recompenſandi argentei: ergo quia a labore eſt leuatus, non eſt ei aliquid addimendum.

Confirm.

¶ Sed in contrarium eſt, quia ſecundum omnes, immo etiam ſecundum Garciam in illo capite vndecimo, pagina. 353. ſeruaturus ſuas merces ad tempus: quo maiorem æſtimationem obtinebunt, licet ad inſtantiam emptorum eas vendendo de præſenti poſsit ſe ſeruare indemnem, eo maiori prætio quam de præſenti væneunt: diuendẽdo, tamen hoc nõ ei licet niſi deductis inde expenſis, periculis, & laboribus, de quibus nunc agimus: ergo ſimiliter a recõpenſa lucri ceſſantis, non ſolum ſumma correſpondens periculis, & expenſis: ſed etiam correſpondens liberationi æſtimabili pretio, qua ab huiuſmodi laboribus releuatus eſt, ſic recompenſandus, detrahenda eſt tanto minus pro hoc lucro ceſſante ei ſoluendo. Nam nulla videtur diſparitatis ratio. Nam neque illa, quam ibi aſsignat Garcia omninò facit ſatis: profectò quæſtio eſt anceps, de qua breuiſsimè meminimus in ſecunda parte, tomi primi noſtri Inſtructori capite. 62. Sed quia quæſtio hæc videtur in æquiuoco laborare, eam enodare præmiſſa diſtinctione conabimur.

In contra.

¶ Prima eſt diſtinctio aſsignata a Garcia in fine illius capituli vndecimi, per quam ſe putat omnem tollere ambiguitatem: ſed (niſi ipſe fallox) ille per illam diſtinctionem non totam difficultatem euacuat. Diſtinguit etenim de laboribus ad negotiationem lucroſam concurrentibus. Nam alij, inquit, ſunt labores neceſſarij ad lucrum ceptandum, quippe qui negotiationi ipſi ita hærent intrinſicè: vt ſine illis exercere non poſsit, ſicut ſunt labores emendi, vendendi, venandi, piſcandi, fodiendi, metendi, & his ſimiles: alij verò ſunt labores antecedentes, & extrinſici contractui, & negotiationi lucroſæ, cuiuſmodi ſunt longa aſſumpta itinera de loco ad locum cauſa negotiandi, emendi, vel vendendi: qui labores ideò dicuntur extrinſici: quia abſque illis celebrari poteſt lucroſus contractus. Poſtquam diſtinctionem ſubiungit de laboribus intrinſicis, & ſinè quibus negotiatio exerceri nõ poteſt intellexiſſe quod antea dixerat, ſcilicet, labores nõ eſſe deducẽdos à recompenſa facienda pro lucro ceſſante: non autem

Diſtinctio Garciæ.

autem de laboribus antecedentibus. Nam hi certe deducendi sunt. Nam ab his releuari est quasi à damnis eripi: quæ ad suam reparationem non obligant, nisi cum realiter incurruntur, aut subeunda sunt. Hæc autem Garciæ doctrina tantum abest, vt quæstionem illucidet, vt moraliter, & regulariter loquendo, iuxta eam oppositum quam ipse concludit sit inferendum, nempe quod cũ regulariter institutores, & mercatores celebres, & grossi suam artem negotiandi sine his antecedentibus laboribus itinerum, & diuagationum quibus diuersa loca adeunt siue gratia emendi, siue vendendi merces, siuè contrahendi, vel eas pretio distrahendi, siuè debita recuperandi exercere non possint moraliter loquendo, moraliter, & vt in plurimum tales labores, quos vocat antecedentes à tali recompensa lucri cessantis deducendi non essent, sicut secundum ipsum, neque labores intrinseci.

Doctrina Garciæ.

¶ Igitur vt media via incedamus: statuimus conclusionem, scilicet, qui recompensandus est de lucro cessante: pro quo acquirendo per multum temporis, plurimos frequentesque labores tam intrinsecos, quam antecedentes erat subiturus æquius est. Vt pro hac releuatione ab huiusmodi laboribus, arbitrio boni viri aliquid de recompensa lucri cessantis sibi facienda demat. Hæc est communis & Victoriæ, licèt videatur contra Sotum. Notanter hic diximus arbitrio boni viri, quia non sumus hic eius sententiæ, quam per sua argumenta videtur impugnare Garcia, scilicet, quod omnes labores intrinseci sint deducendi, sed aliquid minus arbitrio boni viri erit soluendum pro releuatione, qua recõpensandus est exoneratus, & releuatus ab illis. Hæc autem conclusio probatur ratione Victoriæ. Nam si negotiator aliquis per totum annum non sine multis exhaustis laboribus negotiaturus erat, & lucraturus centum aureos: vellet meritò quiescere per totum annum ab his laboribus contentus tantum lucro. 80. aureorum. Sicut operarius cuius diarium diurnum duo sunt argentei, licèt in bino die vellet magis laborare, quam in vno quoque horum dierum pro cessatione à labore vnum tantum argenteum recipere: tamen si lucraretur per annum centum aureos, quotidie operi insudando maluisset per totum à toto anni labore feriari, si pro hac cessatione reperderentur. 80. aurei. Habendus ergo est respectus ad labores non tamen sic, vt omnes labores intrinseci: qui etiam possunt durare per totum annum vendendo minutim, vel hinc, vel illinc ex diuersis locis congregando merces, easque emendo deducantur à recompensa lucri cessantis faciendaised taliter quod pro releuationt qua sic recompensandus venit releuandus à laboribus alias a se assumendis arbitrio boni viri aliquid minus accipiat.

Conclusio Autor.

Probatio.

¶ Iam ex supradictis argumenta in contra excogitata a Garcia constat parum contra nostram hanc sententiã militare: quia esto conuincãt tales intrinsecos labores non omnino deducendos esse a recompensa lucri cessantis. non tamen probant, quod pro releuatione, qua sic recompensandus ab his laboribus releuatur, ab impediente, non possit ei minus rependi innitendo æquitati. Nam hoc æquitas, & ratio suadet non in illo casu vbi proponitur mercenarius vno vel duobus tantum diebus a suo labore impeditus: sed quando per totum annum ocyatus esset. Quia per totum annũ esset a suis operibus impeditus: propterea quod ratio æquitatis (vt prædiximus in probatione conclusionis exmente Victoriæ) facit pro vno casu, quod non facit pro alio.

Solutio argu. Garciæ

¶ Insuper quia hæc quæstio veluti connexa est cum superiori hic interserenda fuit, scilicet, quando lucri cessantis recompensa recipienda sit, an a principio contractus an post, scilicet, tépore, quo tale lucrũ si non cessasset obuenturũerat: at verò quoniã ius lucrum cessans recipiendi, præsertim vbi non interfuit vis, aut metus in pacto fundatur: an tequã ad quæstioné istam respondeatur, oportet præmitti prænotamentum cum Garcia li. 1. de contractibus cap. 2. scilicet, quod pactum lucrum cessans recompensandi tripliciter potest iniri a principio contractus. Primò, dum fit pactũ vt tale lucrũ arbitrio boni viri eo valore reficiatur, quem valet: quatenus solũ est in potentia: quod tunc habet locum, quando de quota lucri cessantis quanta foret, constare non potest. Secundò, paciscendo a principio quod tanta, vel tanta summa determinate rependatur pro lucro cessante: quod tunc contingit habere locũ, quando iã a principio pro certo compertum habetur, quantum futurum esset lucrum, quod cessat, sicut id liquere posset in lucro ab opificibus acquirendo. ¶ Tertiò dum stipulatio fit a principio de tanta repenenda summa pro lucro cessante: quanta obuentura erat

Quæst.

Pactum lucri cessantis triplex

1.

2.

3.

in

in fine negotiationis si non cessaret: quod maximè contingere potest in casu quo post euentum alium similem certo innotescere posset: quanta esset illa quantitas quæ isti passo impedimentum alias obuentura esset, quia antea id certò sciri non poterat: & tamen per lucrum partum ab alijs simili contractu negotiantibus intelligi id postea potuit.

Quæst. ¶ Cæterum in dubium alicui veniri potest vtrum post editionem Extrauagantis illius quæ incipit in eā: cuius autor fuit Pius. V. anno. 1571. liceat conuenire à principio, vel ante terminum solutionis super interesse verisimili lucri cessantis vel non. Neque hic dubitādi ratio deest: quia id videtur Pius. V. vetuisse in cambijs: cum ergo eadem ratio militet in mutuo, & in alijs contractibus, videtur neque in mutuo, neque in alijs contractibus licere à principio sic conuenire, & confirmatur, quia id videtur prohibuisse in cambijs, vt ipse ibi ait ad tollendas fraudes feneratorum: sed similes fraudes in mutuo alijsque contractibus solet interuenire, ergo hæc prohibitio Pij. V. locum habebit in mutuo, alijsque contractibus. Verum his nihil obstātibus ad hoc per hæc dicta fieri satis putamus, quod id proconstanti ab omnibus habetur, scilicit non posse recipi interesse cessanti lucri, prius quā constet quod recepturus illud verisimiliter lucratus fuisset: qua ratione dicimus ad paciscendum de lucro cessante spem probabilem requiri in mutuante, vel contrahente de tali lucro scilicet, quòd verisimiliter illud lucri adeptus fuisset ex negotiatione, si negotiatus fuisset vt in animo destinarat accedit: Nauarrus in summa c. 17. num. 212. vbi ait id in cābijs vetuisse Pium. V. scilicet nè sine tali verisimili spe reciperetur aliquid lucri: sed aliquid plus ibi vetuisse videtur.

Argu.

Dictum. 1.

2. ¶ Præterea secundo addimus de iure communi esse licitum conuenire a principio, vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimile vt certum quid soluatur: vnde Metina. C. de restitutione fol. 132. ausus est affirmare soluendum esse interesse verisimile à principio conuentū, licet in fine appareat nullum obuenturum fuisse, cui subscribit Sotus lib. 6. quæst. 1. artic. 3. de iustitia & iur. hæc sententia est Nauarri in Sum cap. 17. num. vltimo in expositione extrauagantis Pij. V.

3. ¶ Deinde tertiò ad quæstionem præambulam, vtrum à principio contractus de lucro cessante verisimiliter alias futuro pacisci liceat, respondemus cum Nauarro loco citato quod licet antea ex iure communi liceret: sed iam post extrauag. Pij. V. in cambijs loquendo, dumtaxat quoad forum exterius non licet: sed in cambijs in foro interiori non esset illicitum: quando debita esset de tali lucro futuro moralis certitudo, quia Extrauagans hæc (vt innuit) quòad hoc in præsumptione fundatur: at præsumptio cessat in foro conscienciæ iuxta caput. tua. & cap. 15. qui de sponsalibus cum ei annot. Sed an idē sit in mutuo quod in cambijs, cùm dubitari posset Nauarrus, inquit, quod licet disputando vtraq; pars defendi possit: tamē iuri magis consona est pars negatiua: quia in hoc extrauagans hæc de cambijs, quia est velut lex exorbitans â iure communi, non est extendenda ad lucrum cessans in mutuo: neque in cōscientia, neque quatenus attinet ad forum exteriùs, sicut neque extendenda est ad interesse proueniens ex alijs: quia hoc licet interesse in pactum deducere ex iure antiquo: à iure autem antiquo non est recedendum plusquā exprimitur. l. præcipimus. C. de appellationibus.

Quæst. ¶ Iam non immemores principalis quæstionis, ecce iam reuertimur ad illam, & quando quæritur recompensa lucri cessantis: quādo sit recipienda respondetur, primò quòd aliud iudicium ferendum est in hac parte, quando huiusmodi interesse consideratur vt omnino certum, & quasi in actu, & vt nullo modo moraliter impedibile, & prout est veluti in potentia, & vt in via in sola spe habitum aliud iudicium proferendum est de illo. Sicut verbi gratia, aliter mercenarij diarium prout est in potentia impedibili, & aliter pro est iam certum, & veluti in actu consideratur. ¶ Lucrum igitur seu interesse consideratum, veluti in actu, idest, prout est omnino certum, & nullo modo impedibile: quia maioris est æstimationis, quam cùm consideratur impotentia impedibili, ideò maiorem exigit recompensam.

Resp.

Conc. 1. ¶ His præiactis fundamentis statuitur prima conclusio: quando lucrum cessans integrè recompēsandum venit: quia de eius quota, & summa certa, & quod citra vllum periculum erat alias obuentura certitudo moralis habetur à principio, non potest à principio cum de eo reficiendo celebratur contractus eius recompensa recipi. Hæc est Nauarri in sum. cap. 17. num. 212. & in commentario de vsuris num. 58. cuius prius Metina Complutensis meminerat in quæst. de restitutione, quibus vltimò accessit Garcia in illo cap. 11. & probatur duplici ratione Metinæ: quia si ad

Ratio. 1.

instan-

instantiam mutuatarij mutuans pro lucro sibi cessante, ex centum à se mutuandis viginti sibi statim dari anticipatè postulet: iam nō mutuat, nisi octuaginta, igitur de lucro tantū obuenturo, sibi ex octuaginta, quia tantum de facto octuaginta manent penes mutuatarum, recompensam exposcere potest: at illa recompensa anticipatè sumpta, scilicet viginti maior est ea, quæ correspondet lucro cessanti ex mutuatione octuaginta, vtpotè quæ correspondet lucro cessanti ex mutuatione centum. Ergo non potest aliquid anticipatè recipi, quia iam illud subduceretur à mutuata sorte, & in tali parte non impediretur mutuans à mutuatario.

a. ¶ Secundò etiam patet, quia mutuans aliàs negotiaturus, & lucraturus (si non esset impeditus á sua negotiatione) non statim percepturus erat lucrum, sic etiam licet impedimento sibi fuerit mutuatarius, non habet ius recipiendi statim anticipatè à principio interesse cessans antequàm adueniat tempus, in quo illud percepturus erat, si negotiatus esset. Hæc conclusio intelligitur etiam in casu quo non determinatè sciretur à principio summa lucri ex tali negotiatione reportanda, quia cū hæc à principio non posset determinatè constare, neq; determinatè à principio recipi posset.

¶ Deinde, quia difficultatem nobis ingerit quædam secunda conclusio, quam Garcia lib. 1. de contract. cap. 11. pag. 339. statuit, ea nempe est, quòd quando lucrum cessans pro parte, & prout in potentia, & in virtute possidetur consideratur, & in spe sola, tunc eius recompensa ab initio contractus recipi potest: ideò de ea imminet nobis disputatio an vera sit. Ratio de ea ambigēdi ea est, scilicet, quòd nullus hactenus, neq; Metina, neq; Nauarrus huius distinctionis meminit, scilicet, quòd quando tale lucrum cessans consideratur, vt certum, & prout in actu non potest à principio recipi: secus si consideretur, vt in spe, & in potentia sola habitum, sed absolutè negarunt lucri cessantis recompensam á principio posse recipi. Igitur loco secundæ huius conclusionis Garciæ subijcimus nos hîc & aliam, quæ sit suo ordine secunda.

Quæstio.

Concl. 2. ¶ Secunda conclusio, licèt ista secunda cōclusio Garciæ apparens sit, ac subinde non sit contemnenda, sed conformior est rationi sua opposita, scilicet, quòd neq; recompensa lucri cessantis, etiam si tale lucrum, vt habitum tantum in spe, & in potentia consideretur: est recipienda anticipatè à principio contractus. Hæc conclusio patet, tum, quia licèt verum sit, vt Garcia ait, tale lucrum sic in potentia consideratum esse iam, vt sic in spe præsens: sed non inde sequitur, quòd mutuatarius inuitus possit cogi, ad statim recompensandū lucrum cessans etiam in potentia, quod post annum, verbi gratia, & non anteà erat à mutuante habendum, tum etiam patet arguendo ad hominē, quia secundū Garciā, ideò lucrum cessans, prout consideratur, vt certum: & in actu non est statim ab initio contractus recompensandum, quia si mutuator etiā impeditus non fuisset, sed fuisset negotiatus, tale lucrum ex tali negotiatione nō erat relaturus statim, sed post annū, verbi gratia: sed lucrū, vt in potentia consideratum non erat percipiendum ab aliâs negotiaturo, nisi post annum, ergo non est obligandus mutuatarius ad illud antea reparādum, scilicet à principio. ¶ Tum, quia (vt diximus anteà) hæc quota lucri cessantis anticipatè sic soluta subduceretur à quota mutuata: quare quoad illam mutuans nō impediretur à lucro cessante. Tum etiam, quia iuxta Diuum Thomam hæc recompensatio fit pro damno, quod consideratur in hoc quòd de pecunia non lucratur, ita 2. 2. quæstio. 78. artic. 2. in solut. ad. 1. sed damnum non est soluendum antequam sit incursum: quia antequàm sit incursum nihil habetur minus de eo, quòd debet haberi, & quando debet haberi, sed ante finem anni (vt supponimus id lucri non erat habendum: ergo neque ante id temporis est soluendum) nisi Garcia fingat esse quandam vēditionem, qua venditur illud lucrum in potentia pro pecunia præsenti, sicut granum in potentia frugiferum, quia terræ est mandatum, vel mandandum, pecunia statim numerata (licèt minoris) vendi solet. Sed certè hæc mera esset fictio venditionis contra Garciam, tum, quia non intenditur â contrahentibus, scilicet, à mutuante, & â mutuatario venditio aliqua, aut emptio, sed sola mutuatio pecuniæ exponendæ negotiationi, & vitatio iacturæ lucri cessantis, tum, quia non est eadem ratio de grano seminato, quia illud cum possit esse merces est vendibile: at pecunia acquirenda per negotiationem quæ consideratur â Garcia, vt lucrum in potentia, quia non est propriè merx: sed pretium mercium, non est propriè vendibilis, neque venditio eius intenditur, sed neque D. Thomas. 2. 2. quæst. 62. artic. 4. ab hac nostra sententia dissentit, dum ait, quòd dum auferetur ab aliquo, quod in potētia habebat, & cuius habēdi in via erat tale damnū nō oportet

Prob.

recompensari ex æquo, quia licèt recompensationem in minus in hoc casu faciendam esse doceat, sed ad eam statim faciendam antè tempus actualis incursionis damni non astringit.

CAP. XXV. *Quid si postea apparuerit lucrū non cessasse, & quid si solum iacturo lucri cessantis postea pro parte acciderit: & operarius impeditus à labore, an ratione stipendij vel lucri cessantis possit exigere aliquid si constat postea, quòd nullum secutum est ei damnum disceptatur cum Garcia.*

POrrò, quoniam vtrumq; inconueniens, scilicet, in longum protrahere capitulū, & quæstionum connexarum succidere filū vitare hic nequiuimus consultius, hîc esse duximus quæstionis materiæque membra disse cuisse, quàm prolixiori capitulo lectorē molestia affeciſſe. Nunc igitur accessoriè ad supradictas quæstiones, & hic nobis inquirendum supereſt, id quod anteà transcursim tetigimus, scilicet, an accedente tempore, quo recompensa lucri cessantis facienda est, si apparuerit nullum lucrum cessasse, quia nullum lucrum in simili negotiatione occupatis tandem obuenit, tunc recompensatio habeat locum, id est, pro cuius quæstionis intelligentia notatu prius est opus. Primò, quòd illud suprà assertum á nobis ex sententia Metinæ. C. de restitutione, fol. 132. & ex mente Soti, libr. 6. quæstione. 1. articul. 3. de iustit. & iure. Vbi soluendum esse interesse verisimile à principio conuentum diximus, licet in fine appareat nullum fuisse obuenturum, intelligendum est esse verum, quando ex pacto præcedenti arbitrio boni viri non totum lucrum speratum, sed aliquid minus propter pericula, quæ habet annexa pro eo recompensaretur, quia hoc pacto iustè inito vterque contrahentium æquali se aleæ, & periculo lucrandi perdendiq; exponit. Nam lucrum speratum poterat æqualiter crescere, & decrescere, ergo etiam, si appareret postea talis spes fuisse frustranea: soluendum nihilominus erit ex conuentione præcedenti signatum.

Quæstio.

Dictum. 1.

2. ¶ Secundò dicimus, quòd quando, quia ab initio constaret de certa summa lucri cessantis certò obtinenda, propterea de tota illa recompensanda esset conuentum, aut quando in cōuentionem venit ab principio: quòd tanta recompensa pro lucro cessante soluerē tur, quanta iactura lucri cessantis in fine videretur ex euentu fuisse facta, tunc si appropinquante tempore successus sperati experiētia doceret nihil lucri cessasse, quia nihil lucri in simili causa obuenit: tunc non haberet locū recompensa lucri cessantis. neque tunc soluēdum esset, quoniam qui sic conuenit æquali sorti se subdidit, quòd reficiatur, sibi totum lucrum cessans ad summum, vel quod nihil, sibi resarciatur, si nulla successerit lucri cessantis iactura. ¶ Hinc Garcia corollariè infert, quòd in prædictis casibus si accidisset non totius lucri cessantis, quod putarat mutuans, subisse se iacturam, sed solum partis: tunc illa pars soluenda est, & nihil vltra, quod & exēplo operarij, cuius diarium diurnum quatuor argentei sunt, confirmat. Qui si pactum iniſſet cum præpediente se ab suis quotidianis operis de toto illo diario, quo quotidie præpeditur sibi soluendo, & forte fortuna ingruens pluuia per totum diem stillans, sibi obstitit quo minus laboraret aliquo die, iam tunc illo die recompensandi sibi de suo diario ius non esset, quia cum à principio de toto suo diario, sibi recompensando conuenit certa innixus fide, & spe id effecit, nempe credens certò, sine obice alio se esse laboraturū, ergo reflante fortuna experientia edoctus de contrario euentu impletionem cōuentionis non potest expetere.

Corol.

¶ Præterea, quid veritatis contineat illud assertum Garciæ indagandum est, qui loco citato, scilicet, lib. 1. cap. 11. pag. 344. & sequenti aliud esse, quòd operarius recompensam postulet sola ratione lucri cessantis, & lōgè esse differens, quòd petat illā nomine debiti, sibi stipendij pro suo opere, & ministerio: ex quo infert, & quando recōpensam exposceret ratione salarij semper posset illā efflagitare, & recipere quādiu alterius seruitio incumberet, etiam si experientia postea doceret nullum damnum ex impeditione, qua aliás fuit prohibitur laborare in alijs ministerijs, fuisse sibi secutum, quod tunc inquit cōtingeret quando ratione amicitię, vel alio speciali nomine non statuisset illa seruitia, & operas impendere gratis, nisi lucrum aliās sibi suarum operarum cessaret. Secùs autem est (inquit) si ratione amicitiæ, vel alio singulari respectu motus, mercedem sui ministerij non peteret, sed gratis ministraret, si hinc á suo lucro aliās à se acquirendo non præoccuparetur: quia si ex tali præoccupatione nihil damni, sibi aliās, circa lucrum cessans experientia teste, patet, postea esse illatum: tunc nihil recōpensæ exposcere potest.

Quæstio. Sent. Garciæ examinatur.

Corol. 2.

Dico

Dico igitur, quòd licet verisimilis videatur ista assertio Garciæ: tamen quia videtur eam fundasse in præsumptione orta ex amicitia, vel aliter. Amicus autem in necessitate propria magis præsumitur esse quis sibi, quã alteri, iuxta axioma commune, ego sum proximusmet, ideò defacto, & moraliter loquẽdo in casu, quo operarius egenus est: dum de sua mente non constat, non est præsumendus, dum fuit impeditus aliàs à suo lucro, propter præstandas impedienti suas operas, illas illi voluisse præstare gratis: quare, quia in hoc cessat præsumptio præsuppositа à Garcia, etiam si aliàs ex euentu constaret nihil aliàs fore lucraturum, licet ratione lucri cessantis nihil expetere tunc posset, sed bene ratione suarum operarum quas præstitit, quia necessitate oppressus illas condonasse non est visus. Secus si esset diues taliter, quòd quia minus indiget, & amicus erat, præsumẽdum esset, quòd gratis suas operas voluit alteri largiri ratione amicitiæ, quia tunc in hoc casu nihil expetere potest, neque ratione suarum operarum, quia gratis eas contulit amico, neque ratione lucri cessantis, quia ex euẽtu iam constitit, quòd nihil esset lucraturus.

Sent. autoris.

CAP. XXVI. De *damno emergente, & de iure pro eo recompensam exigendi, & de tribus conditionibus eius inter esse iustificantibus, quota istius damni, quomodo taxanda sit, & quo tempore sit recipienda, & de triplici pacto de damno emergente recompensando.*

POstquám de lucro cessante disputationẽ finiuimus, quia disputatio quoq; de damno emergente illi confinis est, & in multis cum illa conueniens, eam hîc breuiter expedire aggredimur à diffinitione eius initium sumentes. Damnum igitur emergens est, quòd quis incurrit, vel incurrendi periculo se exponit causa faciendi aliquid, quòd periculum nullatenus subiret, si ab eo faciendo desisteret. Hæc autem est eius diffinitio quid rei. Diffinitionem vero eius quid nominis est, q̃ damnum emergẽs est damnum, quasi se exerens, & in lucem prodiens, cum antea esset absconditum. Hoc etenim significat emergere, scilicet ex abscondito præsertim aquæ in lucem, & in conspectum astantium prodire: vnde damna multum rara, & ab oculis, & considerationе hominum valde remota, quæ semper quasi latentia sunt dãna emergentia propriè dici non possunt. Sed ea damna quæ non solum passibilia sunt: sed etiam incursu facilia, quæ meritò & formidari, & caueri solent, propriè emergentia damna dicuntur.

Diffinitio dam. emer.

¶ Nunc in summa explicanda est illa quæstio. s. quãdo alicuius ineſt recompẽsam pro damno, sibi emergenti postulandi. Respondetur, quòd tunc ius suppetit alicui hanc recompensam dãni emergentis expetendi, quãdo quis causa alterius subit damnum, vel illud patiendi periculose subdit. Rationẽ huius siquis desideret, ea nẽpe est, scilicet, quia nemo regulariter cum suo proprio dispẽdio, commodo alieno prospicere tenetur, ergo quando causa emolumenti alieni patitur dãnum in proprijs, vel tali periculo se subijcit, ius indemnitatis, quò se seruet indemnem expetere talem recompensam concedit. Hæc Diui Thomæ sententia est. 2.2. quæstione. 77. articulo. 1. & quæstione. 78. artic. 2. ad. 1.

Quæstio.

¶ Subinde animaduersione dignæ sunt cõditiones illæ, quę recompensam damni emergentis ex parte eam petentis solent iustificare. Igitur tres sunt conditiones præcipuè, quę adhoc præexiguntur. Nam si quæ sunt aliæ ad has reducuntur. Prima igitur est, quòd id quod in gratiam, & fauorem alterius fit, ab aliquo verè & non fictitiè, & ex natura sua, & non ex culpa faciẽtis taliter est causa damni, quòd aliter damnum nullatenus accideret. Dicitur signanter verè, & non fictitiè, quia propter non veram, sed fictam causam damni eius recompensa exigi non potest. Dicitur ex natura sua: quia talis causa est mutuatio pecuniæ, qua imminens ruina domus erat reparanda, quando aliter talis reparatio mutuanti non erat facile possibilis. Secùs si aliter erat sibi possibilis, quia amicus ad hanc reparationẽ tantundẽ pecuniæ offerebat spontaneus, quã siuè ex malitia, siuè ex negligentia renuit accipere: quia iam tunc non ex natura rei, sed ex culpa sua talis mutuatio pecuniæ à se factæ fuit causatiua illius dãni. Diximus, quòd taliter sit causa damni, quòd aliàs non esset subsequutum, hoc est dictu, quòd sit causa, sine qua non iuxta modum loquendi philosophorum: & iuxta Syluestrum in Rosa Aurea in casu. 16. respondendo ad. 2. vbi sic hanc conditionem primam interpretatus est. Exempli causa, si aliàs mercator id subiturus erat damnum, sine spe aliter id euitandi, quia damno afficitur suas merces vendendo ad creditum, & non pecunia de præsenti, sibi numerata: quòd vitaret, si emptores de præsenti occurrerent, qui non adsunt: non potest tunc etiam si

Conditiones tres iustificantes exactionẽ dam. emer.

ad petitionem alterius, ad creditum ei suas merces vendat, illius damni expoſcere recõpenſam, quod quia vendit tunc ad creditum patitur: quia licèt damnum inde ſubeat: ſed non ab iſto emptore ad creditum cauſatum cum á penuria ementium de præſenti, quia tales non inueniebantur, fuerit occaſionatum, quòd ſi cauſa illius damni iſte emptor ad creditum non fuit, obligatione hoc damnum reficiendi caret. Secus autem eſſet, ſi inuentis emptoribus de præſenti ad inſtantiam alterius, venderet ei ad creditum cum damno ſibi accidente ex venditione tali ad creditum, quia tunc ad inſtantiam ementis ad creditum vendens, poſſet paciſci de tali reficiendo ſibi damno, poſtquam in hoc caſu emptor illius eſt cauſa.

2. ¶ Secunda conditio requiſita ad ius damni emergentis expetendi eſt, quòd id damni expetens, id damnum ſubeat ea ratione, quia ſcilicet, in fauorem alterius, à quo id expetit aliquid agit, ſiuè id precibus efflagitatus, ſiuè charitate adductus, ſiuè violentia, vel metu adactus id agat. Quæ quidem conditio primò efflagitat, vt taliter reſpectu, & contemplatione alterius id agat, quòd aliter id damni expetens non faceret: quia ſecus eſſet ſi aliàs id facturus erat, etiam ſi ad petitionem alterius faciat, quia tunc reparationem damni expetẽdi caret iure. Sicut, verbi gratia, ſi ego iturus eram ad curiam Romanam, cauſa illic mea peragendi negotia, quod facere non poteram, ſine periculo piratarum, vel raptorum per mare, vel per terram graſſantium, tunc ſi quis me locaſſet ad idem peragendum iter ſua negotia Romæ gerendi gratia, non liceret mihi, vltra debitum pro meo labore ſtipẽdium recompenſam pro illo periculo, ſeu dãno emergenti cui me expono poſtulare, ſicut neque expetere poſſum damnum, quod ex venditione ad inſtantiam emẽtis patior, quãdo aliàs etiam ſpõte, & nullo rogatu alterius, ſed meæ tantum proſpiciendi neceſsitati cauſa rem huiuſmodi eram venditurus. Secundò, hæc ſecunda conditio requirit, vt is qui in fauorem alicuius aliquid agit, cuius gratia ſubiturus eſt damnum, ad id agendum cum tali iactura, ſiuè damno non teneatur ex aliqua obligatione iuſtitiæ, vel charitatis: nam ſi obligatione charitatis ad id teneretur, ſicut autore D. Thoma. 2. 2. quæſtione. 32. artic. 6. diues de neceſſarijs ad ſtatum tenetur extremè indigenti ſubuenire, tunc ſicut pauper aſtrictus non manet ad id reſarciendum damnum, ſic neque tali fauore aſtrictus. Sicut miles cum militare lege iuſtitiæ tenetur, licèt militiæ munus obire non poſſit, ſine periculo vitæ: non tamen ob id huius periculi, vel damni recompenſam vltra ſtipendium ſibi debitum expoſcere poteſt.

¶ Tertia conditio, ad damnum emergens exigendum requiſita eſt admonitio, qua præmoneri opus eſt refecturum damnum ab illud paſſuro, vt ante conſenſum in contractum: qui reparaturus eſt damnum: an cum tali grauamine, ſibi expediat acceptare contractum, vel non, ſecum poſsit deliberare. Nam aliàs accidere poſſet ipſum, cum tali grauamine talem contractum nolle acceptaſſe. At hæc conditio obſeruatu intelligitur neceſſaria, dumtaxat in caſu, quo quis cum damno ſuo aliquid præſtat in fauorem alterius precibus allectus, vel inductus charitate. Secus autem eſſet, ſi metu, vel violentia addactus eſſet, ad id operis in fauorem alterius conferendum, quia tunc tali præmonitione nequaquám opus eſſet, manet etenim vim, vel metum inferens ad inde ſubſecutum alteri damnum reſarciendum (etiam ſi præmonitus fuerit de hoc damno) aſtrictus, & reſtitutioni damni manet obligatus. Cuius potiſsima ratio eſt, ſcilicet, quia hic vis, vel metus incuſſor contra voluntatem damnum paſsi illius damni fuit autor. Vnde in hoc caſu præmonitum fuiſſe non fuit neceſſe. Hanc quoque præmonitionem á principio contractus præmitti neceſſe eſſe duximus ad ius lucri ceſſantis expetendi, quæ tamen eodem modo in lucro ceſſante exigendo habet locum, ſcilicet, quando ad meras preces alterius, ſiuè aliter, ſine interueniente metu, vi, vel dolo lucrum ceſſat. Nam in hoc caſu præmonitio de lucro ceſſante, vt poſtea in conſcientia ſit debitum, præmiſſum neceſſaria eſt. Secus autem eſt, dum ex parte impediẽtis lucrũ ceſſans dolus, vis, metus interuenere: quæ lucraturo impedimento fuere, ſi talia obſtantia lucro, ſcilicet, metus, vel vis, illata fuerunt contra iuſtitiam. 3.

Ratio.

¶ Neq; contra hanc conditionem eodem ſenſu acceptam, tam in damno emergente, quam in lucro ceſſante præualet illa obiectio qua quis obijcere poſsit ſic arguendo contra eius rationem & differentiam, ſcilicet, quòd etiam, qui non metu, vel vi cogẽdo, ſed ſolũ precibus inſtat apud aliũ, vt ſibi mutuet, vere obſtat lucro acquirendo, vel ſic eſt realis cauſa damni, ſi quod mutuanti emergit, ſicut

Obiectio.

qui

qui vi, vel metu mutuare cogit: ergo sicut iste sic cogens etiam non prænonitus de dãno, & lucro, ad illud resarciendum in conscientia manet obnoxius: sic etiam & precibus tantum instans, postquàm verò est causa damni inde emergentis, aut lucri cessantis etiam si prænonitus non fuerit, in conscientia hæc reparandi obligationem induit.

Solutio. ¶Quia respondetur, disparem esse ratione de vtroque. Nam qui solis precibus adductus in gratiam alterius aliquid agit, nullam pro damno sibi emergenti, aut lucro cessante á principio expetendo recompensam, neque de ea prænonendo in contractu inito, visus est in talia detrimenta consensisse. Quare alter ab his reficiendis damnis, dum ea passurus de eorum reparatione, sibi faciẽda á principio prænonendo in contractu non cauit, liber manet. Cæterùm, quando quis per violentiam, vel metũ autor est damni in id nulla tenus, qui patitur damnum consentire videtur, vnde sine alia prævia monitione violentus illator damni ad illud resarciendum astrictus in conscientia manet.

Nota. ¶Liquet autem ex prædictis primò á principio ineundi contractus obligationem persoluendi lucrum cessans, aut damnum emergens notificandã esse alteri contrahenti, quò ad illius recompensam maneat astrictus in conscientia.

Quæstio. ¶Porrò dubitari à quibusdam hic posset, an qui in mora soluendi est debitum, post moram hanc obnoxius fiat ad reficiendum damnum ex tunc emergens, aut lucrum cessans.

Respons. Sed plana est solutio dubij, quia respondetur negatiuè. Non enim tenetur ad reparationem dãni, vel lucri cessantis, nisi post prævuiam monitionem de illo factam, & adiunctam protestationem, qua creditor protestetur se nolle dilationem vltra concedere: nisi damnum, sibi ex inde emersurum, aut lucrũ cessaturum recompensetur. Argum. in. l. si ex legati causa. ff. de verbor. obliga. vbi habetur, quòd vbi dies non est appositæ obligationi requiritur admonitio: ergo vbi à principio non precessit admonitio, neq; protestatio de dãno requiritur, vt fiat saltem post solutionis moram, vt ex tunc non soluens teneatur de damno, deinceps emergenti, aut de lucro cessante. Hoc & sentire videtur Panor. in cap. licèt Heli. de Simo. & de accusat. cap. 2.

Quæstio. ¶Prætereà non præter propositum hic accidit examinare, quæ nam sit habenda ratio in taxando quotam in recompensam emergentis damni. Sed quia taxa hæc regulanda ad instar taxæ quotæ soluendæ pro lucro cessante, breuiter hoc expedientes. Primò dicimus, quòd quando innotescit, vel innotescere potest, quanta sit determinatè damni quantitas ex vna parte, & ex alia etiam parte procertò habetur tale damnum obuenturum, neq; aliquomodo fore euitabile: tunc tanta recompensa pro damno exigi licitè potest quantum damnum ipsum in se est. Nam damnum ita determinatè, & certè pro constanti habitum, veluti, iam in præsenti esse censetur, quapropter non minori recompensa remetiendũ venit ei, qui illud est subiturus, quam si illud de præsenti ad instantiam alterius pateretur, ita Garcia libr. 1. de contractibus. capit. 11. folio. 329. *Dictum. 1.*

¶Secundò dicimus, quòd in tribus casibus arbitrio boni, & prudẽtis viri libranda venit, & moderanda quota illa, quæ pro damno emergenti recompensanda est: primò quando de quantitate damni formidati nihil certi habetur, neque determinatè talis damni quota sub scientia cadere potest, quamuis absque vllo dubio compertum sit tale damnum esse obuenturum: nam tunc non in integrũ: sed iuxta maiorem, vel minorem probabilitatẽ: qua speratur minus, vel maius futurum damnum, pro eo magis, vel minus ad æstimationem boni viri erit recompensandum. Secundò, quando è conuerso damni quantitas determinata pro certò cum constet, euentus tamen ipsius damni omnino certus non est: sed dubius aliqualiter: Nam tunc vir bonus, ac prudens iuxta maiorem, vel minorem certitudinem, vel incertitudinem euentus damni, magis, vel minus pro eo rependendum arbitrabitur. Sicut, verbi gratia, quanta sit iactura damni, id est captiuitatis, cui se exponit ad instantiam alterius nauigaturus mare plenũ grassantibus Turcis, aut Mauris, satis innotescere potest: licet de probabilitate maiori, vel minore periculi, cui se obijcit satis liquere non possit. Huius potissima ratio est, quia vt ait Garcia loco citato, cap. 11. & colligitur ex Diuo Thoma. 2. 2. quæst. 62. artic. 4. Res quæ in potentia solum habentur, & virtualiter tantum possidentur, tanti maioris, vel minoris pensi, & æstimationis sunt apud homines, quantò in maiori, vel minori sunt potentia, vel quanto hæc earum potentia magis, vel minus propinqua est actui: ergo pari ratione cum damnum, cuius periculum timetur tantum in potentia, & in virtute habeatur, recompensandum magis, vel minus venit, quãto eius potẽtia magis, vel minus propinqua *Dictum. 2.*

pinqua est actui, id est, quantò certiùs est, vel minus certum, quòd huiusmodi damnũ obuenturum sit in actu, vnde corollariè infertur eò maiorem recompensam expetere posse pro periculo nauigandi eum, qui ad instantiam alterius tali periculo se obijcit, quò maius ex hac nauigatione, sibi imminet periculum.

Dictum. 3. ¶ Tertiò arbitrio boni viri pensanda venit quota recompensanda pro damno emergente: quando tam in certitudine quantitatis dãni, quàm etiam quantitatis periculi laboratur. Quia tunc tanto maius, vel minus repẽdendum est pro hoc damno, quanto maior, vel minor certitudo, vel incertitudo habetur de vtraque quantitate, scilicet, periculi incurrendi in damnum, & ipsius damni. Hoc autẽ eadem ratione, quæ pro secũdo est allata firmatur, scilicet, de potentia remotiori, vel magis propinqua.

Nota. ¶ Ad hæc cum Garcia illo. c. 11. hîc aduertere libuit omnia, quæ de taxatione, & æstimatione, tam damni emergentis, quàm lucri cessantis arbitrio boni viri facienda diximus, vera esse intelligenda sunt, quando prædictæ quantitatis æstimatio fit à principio contractus antequàm in præsenti immineat tẽpus, quo damni iactura, vel lucri cessantis dispendium subeundum est: quia iam hoc impendente tempore nihil plus, aut minus pro hoc lucro, aut damno recompensandum est, quã in re iam apparet contigisse.

Quæstio. ¶ Adhûc nequid scitu necessarium missum faciamus, si quis sciscitetur, scilicet, quãdo emergentis damni recompensa sit facienda, id est, quo tempore: Respondemus, quòd quia pari passu in hoc quæsito currunt, tam lucrum cessans, quàm damnum emergẽs, dicendum est de damno emergenti, sicut de lucro cessante suprà diximus, scilicet, ꝙ quando damnum emergens in integrum recompẽsandum venit, tunc licitè eius recompensa à principio contractus exigi nó potest, sed spectandum est tempus, quo damnum realiter iam imminet. Sed de damno cum non in totum, sed in potentia consideratum: & in parte recompensandum venit, licitè posse statim à principio cõtractus exigi, & accipi eius recõpensam, insinuat Garcia libr. 1. de contract. c. 11. fol. 342. Verũ (vt antea diximus) de recõpensa lucri cessantis licet apparens sit, ac proinde non contẽnẽda ista Garciæ sentẽtia: sed conformior est rationi, ꝙ recompensam damni etiam in potentia considerati ante eius euẽtum realem eam ex pacto ab initio inito debens non est cogẽdus eam soluere, quia, ver bi gratia, ante finem anni (vt supponimus) illud damnum non erat realiter incurrendũ: ergo antequàm realiter sit incursum: nihilominus habet creditor de eo, quod debet habere, & quãdo debet habere: ac per cõsequẽs debitor ante id temporis, statim ab initio cõtractus, scilicet mutuationis, vel venditionis ex natura horum contractuum causantiũ dãnum emergens, non astringitur ad id damni persoluendum: sed de hoc cum plura sint à nobis supradicta, superaddimus tandẽ, quòd ex peculiari alio ex parte debitoris damni voluntario pacto, quo ad statim soluendum dãnum non integrum, sed in parte: quia incertũ & in potentia erat se voluit obligare: manebit ante damni realem euentum obligatus, aliàs non: quia ex eo quod in potentia consideretur damnum, non statim à principio primo pro tunc debetur.

Sent. Garciæ, & autoris.

¶ Insuper est animaduersione opus, scilicet, tripliciter iniri posse pactum de damno emergenti recompensando, primò dum conuenitur inter partes, quòd quia consideratur tantũ sicut res in potẽtia, tantũ arbitrio boni viri sic æstimatũ nó in integrũ, sed in parte soluatur, in quo casu quãdo partes sic volũt nó est expectãdus successus dãni. Secundò, quãdo quia à principio constat certò de quantitate damni, ab initio conuentio fit inter partes de recõficiendo toto dãno signando, tũc eius quantitatẽ, in quo casu damni recompẽsatio differenda est, vsque ad actualem euentum damni. Tertiò, quando conuenit inter contrahentes de tanta damni recompensa facienda, quanta tempore euentus damni apparuerit fuisse secuta: quæ quidem conuentio tunc locum habet, quando aliquo futuro tẽpore determinatè innotescere potest quantũ dãni sit passus, qui á sua negotiatione est præpeditus: in quo etiam tertio casu, quia attendendus est euentus rei, vsque ad hunc euentum, solutio damni est spectanda. Sicut & in casu secundo.

Triplex pactum de dãno emergen. 1. 2. 3.

Nota. ¶ Atque etiam in vtroque casu tam secundò, quàm tertiò, si tempore successus damni appropinquãte compertum fuerit nihil dãni contrahentem fuisse passum: tunc iam iure exigendi recompensam damni carebit: quia qui sic conuentionem init æquali aleæ se exponit, vt vel reficiatur sibi totum damnũ, si totũ illud eũ postea pati contingat, vel quod nihil sibi pro eo reſarciatur, si totum illud damnũ euaserit. Hinc corollariè infertur, ꝙ si neq; in his duabus casibus, scilicet secũdo, & ter-

Corol.

& tertio inuentus fuerit totum damnum incurrisse, aut euasisse: sed partem pro ea dumtaxat parte, quam passus est damni, manet restitutioni obnoxius, & non tenetur ad amplius, sicut neque mercenarius conueniens de sibi soluendis quatuor argenteis pro suo diario, si præpeditus pluuia per totum diem destirit laborare, exigendi huiusmodi stipendium non habet ius, quia cum sic pactus est spe certa ductus laborandi per totum diē id fecit: si ergo experientia testante, spe hac frustratus est non pactioni tali, sed potius euētui rei standum est illi.

CAP. XXVII. *An vendens ad creditum augere possit pretium propter periculum illud recuperandi, aut propter expensas verisimiles, an liceat illud augere per impositionē gabellæ, id est, fisa: an Medici & Aduocati pro libito possint pretiū exigere: vel integrū aduocatus ante litis consummationem possit accipere: vel quando non fuit in culpa omittendi causam.*

QVoniam de pretio rerū sermonem nobis habentibus operę pretium fuit eo. etiam modos inquirere, quibus vltra pretium communiter currēs liceat res emendo, vel vendendo, aliquid plus accipere: ideò de lucri cessantis, aut damni emergentis materia meminisse hic (quoniam ratione vtriusque contingit licitè aliquid plus posse exigi) necesse habuimus. Hac ergo vtcumq; absoluta materia, en reuertimur adveluti interruptam de pretio rerum disputationem complendā. *Quæstio.* At vero affinis: & hæc quæstio supradictis de lucro cessante, & damno emergenti accedit, scilicet, an spectata solutione, id est, ad creditum vendens suas merces augere possit pretium propter periculum, quod cōtingere potest, eò quòd debitor earū potest fieri inops, & impotens ad soluendum pretium, vel tradendam mercem, vel ingratus, & malignus, qui nolit id facere. Quæstio hæc negotium nobis hic faceſſeret, nisi in. 2. part. primi tomi nostri Instructorij cōscientiæ, cap. 70. de vsura. ex parte Soti de iust. & iur. lib. 6. q. 4. art. 1. negantis ratione huiusmodi periculi pretiū licite posse augeri, aut aliquid vltra sortem recipi aduersum Metinam Complutensem. C. de rebus restit. q. 39. affirmatiuam partē tuētem disputationem suscepissemus, vbi non solum eum impugnauimus: sed etiam expugnauimus, quapropter ad locum citatum in nostro Instructorio remittimus lectorē hic addentes cum Nauar. in sua Sum. Lat. cap. 23. num. 81. quòd licet hæc sententia affirmatiua Metinæ loco citato, neruose fuerit confutata à Soto, tamen (vt apparet Nauarro) neruosiùs confutari potest, eò quòd est noua, & cōtra omnes alios Theologos, & Canonistas: & quod ecclesia declarauit id esse illicitum per caput in ciuitate de vsuris, per quod inquit Nauarrus soluuntur omnia argumenta Metinæ, cum ex illo inferatur Ecclesiam Catholicam determinare pericula illa non magis conferre ad augendum pretium, quàm si ad aliquid dandum vltra sortem mutuanti, vt causæ huius dationis iustificatrices assumerentur, lex ergo ipsa naturalis & diuina, quibus prohibentur vsuræ, dictant non esse consideranda pericula in mutuo ad pretium augendum.

¶ Præterea subinde inquirere hic consentaneum est, an quando verisimiliter timentur expensæ in recuperando pretium mercium ad creditum venalium, possit hac ratione venditor augere aliquid vltra pretiū mercium. Et videtur id non esse illicitum, quia licet sic per hanc viam se seruare indemnem. *Quæstio.* *Argum.* Huic quæstioni facit satis Sotus de iustit. & iure. lib. 6. q. 4. artic. 1. Respondet ergo, quòd quatenus ad expensas res attinet non est dubium quin quidquid debiti recuperandi causa creditor dispendit, possit à debitore exigere. At multo est (inquit) tutiùs dum creditor hominis vafriciem, & infidelitatem timet, ni hil ei mutuare, aut ad creditum vendere, vel dum mutuat, aut sic vendit spectare solutionis terminum, an fortè, sine vllis expensis solutio fiat. Nam expensarum anticipatæ conuentiones vix suspicione vsuræ carent, nihilominus tamen, dum omnis fraus absit, si probabilibus coniecturis timentur futuræ in recuperando debitum expensæ, nempe, quia debitor ab vrbe creditoris loco distat: ab initio stitia procul abest de expensis, & laboribus creditorem cum debitore tale pactum inire, constitutumq; pretium pro sumptibus, & laboribus recipere, etiam si nullos postea contingat facere. Nam etiam si esset plura expensurus, nō posset ampliùs, quàm fuit conuentione firmatum accipere. Sed profectò licet Sotus hic æquitati niti videatur, res est quæ non caret scādalo coram iudicibus, & vulgo, si casu, quo sine expensis est sibi debitum satisfactum, eas expensas conaretur recuperare, etiam si conuentione fuissent antea firmatæ: quia ab omni specie mali, & scandali abstinendum est. Hac igitur de causa, Nauarrus in Sum. Lat. cap. 23. num. 84. cuius sententia *Resposs.* *Sent. tuta.* *Sent. autoris.*

vtpotè tutior sequenda videtur in hac parte, limitatius loquitur dicens, quòd quamuis vẽditori liceat solutione spectata diuendere eatenus pretium postea soluendum augendo, quatenus extimat in eo postea recuperando se plus expensurum: tamen authore Maiore (cui ipse subscribit) sic tradente in. 4. dist. 15. q. 40. art. 7. id tantum ei licet. Dummodo proponat id a debitore non exigere: si absq; iumptibus præstituto die debitum mercium soluerit. Verumtamen, quia neq; hæc sententia Maioris, & Nauarri sic moderata Syluest. in Ros. Aur. casu. 6. tuta videtur hac ratione, scilicet, quia venditor potest mutare voluntatẽ, aut sui propositi obliuisci, aut interire, & sic emptor totum cogeretur soluere: Nauarrus probè ait, quòd occurri potest omni periculo, si venditor schedam subscriptã tradat emptori: qua promittat se tantum de pretio se dimissurum illi si præfixo termino, sine expensis soluerit debitum mercium, quãtum iusto pretio addidit. Imò in tali scheda, vt exprælsio remissionis causæ non fiat oportet, ne in foro exteriori presumatur vsurari, & sic cum his limitationibus, quia tuta est, tenenda est sententia Nauarri licet alias non videatur carere periculo: quia vix expensarũ anticipatæ conuentiones suspicione vsuræ carent. Vide de hoc infra limatiùs cap. 37.

Quæstio. ¶Insuper consequens est, & illa dubitatio an per impositionem gabellarum sisas Hispanicè nuncupatarum, quæ hodie imponũtur in vino, & in carnibus in macello venalibus, & in similibus liceat augere horum victualiũ pretium. Ad quam facilis est solutio, nam si regia autoritate fiat licita erit impositio illarum, dum sit moderata, & dũmodo pro vtilitate, vel necessitate publica reipublicæ fiat. At non est iusta quando istius gabellæ, ideſt, sisæ imponendæ licentia impetratur a Rege solùm pro bono proprio senatorum reipublicæ, iniquaque fieret illius exactio: si cessante causa communi, pro qua imponeretur adhûc perduraret, & quòd a republica quæ subest suo regi, sine regia facultate talis gabella, id est, sisa imponi non possit, videtur colligi ex cap. super quibusdam de verborum significatione. At licet secundum Syluestrum verbo immunitas. 1. q. 22. Ecclesia, vel clerici non teneantur ad huiusmodi gabellas, id est sisas, quæ imponuntur in vino, & in carnibus, & similibus secundum Panormitanum cap. non minus de immunit. eccles. & tenet Bald. in. l. placet. C. de sacrosan. eccles. Tamen si gabella fuisset imposita pro oneribus, ad quæ teneretur ecclesia: teneretur tunc ad talem gabellam: quia tunc succedit loco onerum, vt voluit Butri in. l. ad instructiones.

Solutio.

¶Insuper quoniam de pretio rerum dispu tatio hic habetur, de medicis, & aduocatis ambigi, an pro libito exigere possint operarũ sui officij pretium. ¶Ad quam quæstionem respondetur primò, iuxta sententiam Victoriæ in suis scholijs super. 2. 2. D. Thom. & iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 4. Quòd medicis, & aduocatis non licet immoderatum petere pretium pro suis functionibus, nam licet non sit contra iustitiam pro his officijs recompẽsationem accipere: quia pro eo quod quis alteri de iustitia non debet, eã potest recipere: tamen quia pro necessarijs ad vitam, qualia sunt medicari, vel pro alio patrocinari non est licitum exigere, nisi quod iustum est, & rationabile: ideò aduocatus pro suo patrocinio pretium non quantumcunq; vult exigere debet, sed pensatis conditionibus personarum, & negotiorũ, & laborum, quos assumit, & iuxta consuetudinem rationabilem non tyrannicam. Sed rationabilem patriæ oportet, quod stipendium exigat. Idéque dicendum est de medico medicãte, aliàs ad restitutionem tenebitur.

Quæstio.

Dictum. 1.

¶Secundò dico, quòd secundum D. Augustt. iudices iudicium vendere non debent, quia iam habent constituta stipendia á rege, vel á republica. Sed neq; testes pretium pro testimonio licitè possunt accipere: licet pretium laboris, & itineris pro testificãdo assumpti licitum sit eis accipere. Cæterùm de accepto pretio pro testimonio an sit restituendũ, si quærat aliquis, dicendum censeo, quòd sit absolutè restituendum, quia veritas in testimonio asserta inuendibilis suapte natura est, vt magister meus docebat: quamuis refutare nolim opinionem Cordubæ in tractatu de casibus conscientiæ asserentis, quòd tale pretium licet malè acceptum, non est restituendum, dum id accipiens ad tale testimonium ferendum non tenebatur. Secus est si ad tale testimonium ferendum tenebatur præsertim ex iustitia.

Dictum. 2.

¶Prætereá, de aduocatis iterum dicimus tertiò cũ D. Tho. quòd quamuis vsus scientiæ iuris, quia fit opere corporali, & quia principaliter hic véditum est corporale ab aduocato vendi possit: tamen iuri ciuili in aliquibus eorum functionibus moderata sunt determinata stipendia. Nam primò aduocato, seu procuratori non licet facere pactum de quota litis, neque etiam de certa quantitate,

Dictum. 3.

vel

vel re cum hac conditione si vincat. l. siqui. C. de postu. est enim eadē ratio sicut de quota litis promissione, quæ ideò prohibita est, ne per fas, vel nefas ad Victoriam causæ quis contendat vt promissi compos fiat. Licet tamen ei pro mercede promittere quid certū, siuè quantitatē, vel rem, siuè vincat, siuè nō.

¶Sed an vltra hoc aliqua munera recipere aduocatus possit, meritò hic aliquis hęsitare poterit, nihilominus dicitur, quòd licet vltra suam mercedem aduocatus aliquid paruuli munusculi sibi promissi accipiat non illicitè facit. Neq; contra iura, quia in hoc ratio prohibitionis cessat. Nā & in Recopilatione noua legum tit. de aduocatis, conceditur eis in modica quantitate comestibilia posse recipere, sed de hoc latius & limatius in opusculo hic adiecto.

Quæstio. *Respons.* ¶Sed ante finitam litem aduocati integra stipendia possint recipere an non, quia in dubium verti potest respondetur: quod quādo ipsis intercedentibus, & mediantibus in componendo partes vt arbitris, vel aliter mediādo transactio litis, vel compositio super litem fit inter partes: suum integrum ex pacto conuētum possunt recipere stipendium etiam antè finitam litem, vt decernitur in Recopilatione noua legum titulo allegato. Si tamen ipsi aduocati in ipsa transactione nō interuenerint, neque in conciliando, concordandoque partes mediauerint: tunc pro rata tantum temporis, quo patrocinati sunt debitum ab eis est recipiendum salarium, id est tres partes ex quatuor post publicationem probationum. Ante eam verò si sine ipsis mediantibus concordauerint partes medietatem tantum sui salarij accipient, ita in pragmaticis. l. 54. cap. 14. At verò aduocati recipientes stipendia, & salaria, strenas, ideſt, albricias Hispanicè dictas lege Hispaniæ accipere prohibentur: sicut tales stipendiati, neque pensionem pro informando recipere possunt, eisq; ibi in dicta Recopilatione prohibetur, ne pro vna petitione soluta in lite, in qua non sunt salariati vltra duos argenteos accipiant, & vbi fuerit res alicuius momenti, vel studij taxabitur á iudice.

¶Insuper si litigator promittat centum suo aduocato, si vincat: si vero non vincat. 50. secundum Speculatorem, pacta in hoc casu seruanda sunt. Aduocatus autem deserens causam ex causa, quam potuit prius præuidere, suæ imperitię imputatur. Si autem deserat ex causa noua, & repentina, vt quia clientulus aliquid confessus est contra seipsum, habebit nihilominus salariū. ff. de va. mu. l. pen. §. fi.

Quæstio. ¶At verò hic decisione dignus est casus, de quo sum rogatus Mexici dicere, aduocatus, qui non fuit in culpa in non prosequēdo causam: sed cum incepisset eā prosequi, ideo ab eius prosecutione destitit, quia eius clientulus eam causam deserere voluit, an tunc aduocatus retinere possit totum stipendium, quod pro patrocinando in tota causa, vsq; ad eius consummationem acceperat. *Obiectio.* Et prima quidem facie apparet, quòd quia in hoc casu lis non est terminata inter partes per concordiam extra iudicium per aduocatum conciliatam, & compositam inter partes: ideò solū debeat habere de salario, vel de promisso secundum proportionem litis de æquitate (vt dixeramus.) Verumtamen, quia hic in puncto huius casus non est finita lis, neque in iudicio, neque per transactionem, vel aliam cōpositionem inter partes, sed solum, quia clientulus eam deserens prosequi nō voluit. Ideò dicendum videtur: quòd nihil salarij recepti restituere teneatur ad instar operarij, qui locauit operas suas alteri, neque stat per ipsum quin soluat operas: sed per conductorem, qui (etiam si impediatur, eius cōductor casu fortuito) recipere potest suam mercedem: & eā ei conductor soluere tenetur, maximè si sua culpa locator operum, id est operarius est impeditus: quod & absolutè, & sine distinctione esse verum affirmat Nauarrus: quia est casus diffinitus. §. cum quidam. ff. loca. lege. Sic & in præsenti casu, vbi culpa clientuli deserentis causam, eius aduocatus operas patrocinandi locatas non compleuit cum paratus esset complere. Imo si aduocatus moriatur non repetetur salarium ab eius hæredibus lege prima. ff. de va. & extraord. cog. & idem de quocunque habēte officium publicum. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. nisi consuetudo obstet, sed peculiari lege Hispaniæ. l. 9. tit. 8. in Part. 5. cauetur, quod hæredes aduocati ante finē litis mortui tantum pro rata patrocinij exhibiti recuperent salarium. *Respons.*

¶Porrò aduocatus salariatus de publico non potest aliquid accipere à litigantibus: sicut, nec medicus ab infirmis: quamuis à sanis possit accipere, secundum Panorm. cap. 1. de post. post Innocētium: quia talia salaria sunt constituta pro litigantibus, & infirmis.

Nota Bal. ¶Prætereà vltimò non erit ab re hic notasse: quòd quia authore Corduba in tractatu de casibus. q. 78. quando requiritur scientia, & patientia principis: tunc sufficit scientia, & patientia præsidum generalium prouinciarum, secundum Bartolum in. l. si publica-

nus.§.fi.ff.de publica.& Cardin.& Imol.& Pa non.cap.contingat.de foro compet. hinc infertur,quod in taxa quæ imponiturper legẽ aduocatis de non accipiendo pro vna petitione ſoluta ſuper lite, in qua non ſunt ſalariati vltra duos argenteos, & ſimilibus ſcientia & patientia conſilij regalis non punientis aliquos huius taxæ tranſgreſſores, quando ſine inconuenienti, & ſine ſcãdalo poteſt eos punire:videtur eos a taxæ obſeruatione excuſare:niſi princeps manifeſtè conſtando oppoſitum iuberet,vel vellet nihilominus taxam obſeruari.

CAP. XXVIII. *An rex & Domini temporales imminuta pretia operarijs poſſint ſoluere pro operis,vel ſuis ſubditis pro gallinis, vel pro ædificijs publicis conſtruendis,pro ſeruitijs perſonarum & iumentorum:de caſu mercatorũ accipientiũ ab inferioribus ex.10.vnum de caſu Cordub.de mediatore emẽte à mancellario & cetera: & an emptor licite minuit prætiũ,quia ſibi ſtatim non datur poſſeßio.*

Quæſtio. MVlta de pretio rerum cum dixerimus ad huc, quia inexhauſta eſt materia,multa ſuperſunt dicenda,& primò,an rex vel eius iudices poſsint pro ſuis vſibus victualia, vel
Dictum.1. alia neceſſaria emere abſque integra iuſti pretij compenſatione. ¶ Et quidem primò loquendo de rege in ambiguo hanc quæſtionem videtur poſuiſſe Nauarrus dum in additionibus dixit, q adhùc erat difficultas in ſaluando regem:quando agricolis ſibi inſeruientibus,vel alijs laborãtibus in proprio eius ſeruitio ſtipendium debitum non exſoluit, quãto magis ſaluandi non ſunt a culpa,& reſtitutione, ſi æconomi regis id laboris faciant ſubire agricolas,vel alios operariospro alijs integro illis nõ perſoluto pretio?ita ibi Nauarrus.
Sent. Nau. Sed iam in ſuo Manuali Latino huic quęſtioni,quatenus attinet ad regem, vel principem reſpondet cap.25.num.7.quod peccat mortaliter rex, vel monarcha: qui adigit ſubditos ſuos ad id non obligatos,quia ſcilicet alias integrè tributa ſibi debita perſoluunt, ad edificandum ſibi domus,& agros eius colendos, vineas fodiendas, & ad alia ſimilia facienda ſine integra ſui laboris compẽſatione, citatq; in huius gratiam D.Antoninum p.3.tit.3.c.4.§.4. vbi ſubdit idem D. Antoninus bis peccare principem,qui diebus feſtis ad hoc eos cogit.

¶Secundò ad quæſtionẽ dicimus, quòd
2. liceat rex, & alij tẽporales domini,& miniſtri reipublicæ,quibus id muneris incumbit pretium,& taxam præſtituere poſsint victualibus neceſſarijs pro ſuſtentione reipublicæ: tamen dominos temporales(quod & cõmuniter fit præſertim Valentiæ regno)cogere ſubditos ad vendenda oua pro pretio de vn dinero,& ad vendendũ hinnulũ capræ pro vno argenteo,& gallinam pro modico, cum res hæ magis valeant,res eſt ſuſpicione laborans,vt ait Garcia lib.1.de contractibus. cap.13.pag.371.&375.Nam in ſuſpicionẽ incidunt apud Garciam,immo apud alios(vt ipſe ait)& quod res ſit iniquitate non carens: & quod cauſa, & prætextu emendi ſuæ menſæ neceſſaria viliori pretio taxam imponentes tam vile prætaxauerint pretium cauſantes cauſa proſpicien di bono communi reipublicæ ſic taxaſſe: cũ tamen hoc eos non excuſet coram Deo. Nã iuxta axioma iurisnemo cum iactura alterius locupletari debet:ac perinde neque ipſi domini temporales, neque eorum reipublicę,locupletes cum iactura aliorum,qui ſua per iniquam,& nimio viliorem taxam coguntur diuendere,fieri debent.Huius ſententiæ videtur eſſe Silueſter,qui verbo dominium. q.5. vbi agit de his in quibus delinquere poſſunt domini temporales,&.§.4.ait,quod ſimiliter delinquat ſi cogunt ſubditos ad vendendum quando pretium eſt vile, aut ad emendum quando eſt carum:ergo neque etiam crimine iniuſtitiæ carent:ſi multo viliori pretio quam æquitas dictat taxant prædicta cibaria.

¶Præterea in confirmationem prædictorũ allegari poteſt, quod Recopilatione noua le- Confirma.
gum Hiſpaniæ cautum eſt,ſcilicet, quod ſolum regi,& reginæ, & ſuis filijs permittitur habere officialem,gallinero Hiſpanicè dictũ, ad gallinas emendas rationabili pretio, ecce rationabili pretio lex decernit emendas: quaſi æquitatem iuſtitiæ oſtendens:ergo contra legem,& contra æquitatem iuſtitiæ eſt viliori pretio dominos temporales cibaria ſibi vel le emere:aut huius gratia, cum iactura ſubditorum ea vendentium,prætio valde tenui,& pluſquam æquum eſt vili ea pretaxare: quia iam ex mente Cordubæ diximus (prout ipſe ait)in tractatu de caſibus conſcientiæ. q.114.gallinas non licitè emi a dominis temporalibus minori pretio quam pro tempore valent inter vaſſallos:niſi in alio recompẽſent. Cui ſententiæ videtur fauere Silueſter verbo dominum.vbi ſupra, vbi ait, ſimiliter delinquere dominos temporales:ſi a vaſſallis, vel alijs ſubditis exigunt indebita ſeruitia perſonarum,vel iumentorum, & mercedem non ſal-

soluunt, vel in alio non recompensant. Vnde neque iudicibus, licet emere pro suo victu cibaria, nisi pro rationabili pretio, id est, pro rationabili pretio quo alij ea emunt.

Vnde ædificanda ædificia publica.

¶Insuper licet. l. 20. titu. 32. in tertia Partit. cautum sit & stabilitum, arces, pontes, strata viarum, & ædificia publica ędificāda esse, vel reparanda ex proprijs prouentibus, & redditibus ciuitatum, & populorum suorum, si tales prouentus suppetant, quòd si tales prouentus non supersint, aut non suffecerint ad hoc tunc contribuendum esse à conciuibus, vel oppidanis ad huiusmodi ædificationem, vel reparationem, vsq; ad sufficientes impensas, lex ipsa decernit, à quibus declarat non immunes esse equites, neq; ingenuos, neq; pupillos, neq; viduas: tamen si ex eisdem oppidis pro huiusmodi ministerio assumerentur operarij manuales, tanto minoris pro laborādo in his operibus cōmunibus in casu, quo impensis omnium in eis laborandum esset, possent conduci, quantò si personaliter in tali opere communi non laborassent, pro eo ab ipsis, iuxta iustitiæ distributiuæ rationē pro sua rata contribuendum esset: nam hoc iustitiæ distributiuæ ęquitas suadet.

¶Porrò autore Gabriele, in. 4. dist. 15. q. 6. art. 5. iudex agnoscens superiorem peccat, si accipit plusquàm cera valet, & labor sigilli signandi. Verumtamen Nauarrus in Sum. Lat. cap. 25. num. 25. ait dictum hoc Gabrielis nō seruari: neq; verum esse, vbi est lex, aut consuetudo, quæ contrarium statuit. argum. cap. fin. de consuet. & cap. ad Apostolicam. de regul.

¶Iam quæstio scitu digna hîc nobis fit obuia. Cuius Corduba meminit in suo tractatu de casibus conscientiæ, quæst. 86. quæ interserenda hic fuisse mihi visa fuit, quatenus ad pretium rerum, de quo hic agimus attinet. Quæritur ergo, an licitus sit ille contractus, vbi mercatores alicuius oppidi suismet sumptibus mittunt ad nundinas pro emendis pānis lineis, quorum subeunt periculum. Quas quidem pannorum lineorum merces cum iā suis cum sumptibus, & suo periculo è nundinis importauerint in domos suas, accedunt alij tenuiores, & modicæ facultatis mercatores, qui venditores dicuntur, quibus sic easdē merces vendunt, vt si eas merces emere velint, sint soluturi (quia sic est ab ipsis lege, & consuetudine receptum) ex decem vnū, ex spectantq;, vt tales merces minutim à tenuioribus prædictis mercatoribus eas á se ementibus reuendantur: sicque paulatim de tempore in tempus illis soluantur: hoc autem pretio se contentos esse volunt, scilicet, vt accipiant ex decem vnum, siuè numerata pecunia, siuè expectata solutione easmerces minutioribus mercatoribus diuendant. Vnde iāvsu euenit, vt postquā de hoc vsu cōstat: ipsimet tenuiores mercatores accepta pecunia á mercatoribus grossioribus, ad horū grossiorū impēsas & periculū proficiscantur ad nūdinas eas merces meliores, & viliori pretio, quo possint empturi, quippe qui pro eis soluturi sunt grossioribus pretium, quo comparatæ fuerint, & vltra hoc ex decem vnum vice lucri.

¶Hunc casum licitum esse loco citato fatetur Corduba cum eo grano salis, scilicet, si exigere ex decem vnum iustum sit pensatis periculis, & laboribus, & cæteris ad hoc pensandis. Nam si hæc rationabiliter pensanda nō pensetur: tum iniustitia, tū vsura palliata posset immiscери. ¶Igitur ex contingentia facti decisio casus dependet. Nam si pretium prædictum, scilicet ex decem vnum communi extimatione virorum timoratæ conscientiæ, & prudentum iustum esse censetur, iustus quoque censendus est talis contractus, auctore Metina Complutensi sic respondente. Verumtamen & Cordubæ, & mihi videtur ex decem vnum exigere immodicum, & excedens esse lucrum pro tam modico labore, & pro tam breui tempore assumpto. Nam cum mercatores inferiores, seu tenuiores, qui diuagantur per oppida, vel villas eas merces venditurі minutim, lucrum quoque suum sint reportaturi, inde fit, vt vtriusque questus grauamen respublica sit passura, vel id grauaminis minutim eas ementes sint subituri quod in præiudicium prædictorum cædit: quatenus lucrum propriorum mercatorū immodicum est, & excedens.

Responsio.

¶Accedit & alia quæstio, cuius & si memi nisse recordamur in tomo. 1. nostri instructorij: sicut & meminimus antecedentis: tamen causa seruandi ordinis, & quia ad hunc locū attinere videtur, eam sub silentio hic prætеrire noluimus: ea nempe est, an licitus sit contractus, vbi verbi gratia dicitur, Petrus cōuenisse cū Ioane de emēdis per Ioannē á macellarijs terræ prope astantibus. 400. sagiminis ideſt, de sebo. pondera, ea conditione: vt pro quolibet pondere, ideſt arroba, tali, lucrum duorum argenteorum superimpenderet, superaddita quoque conditione de emendis per Ioānem. 400. ponderibus sagiminis, & nō in minori numero, & de non ascendendo in pretio cuiuscunque ponderis á Ioanne emendo

Quæstio.

do vltra decem argenteos, accedente quoq; pacto, quod si ex his. 400. ponderibus aliqua emerit pro. 12. argenteis Ioannes, tunc Petrus pro sic ad. 12. argenteos emptis singulis. 14. argenteos supererogaret, quod si minori pretio ex his. 400. aliqua pondera emeret quam esset. 12. argentei, pro his in singulo quoque pondere lucrum duorum argenteorum, & dimidij superimpenderet. Igitur hæc omnia pondera sagiminis, ideſt, de sebo, Ioannes à macellarijs terræ, & ab alijs circunstantibus comparauit, conueniens cum eis de sibi tradẽ do omni sagimine in macellis per discursum anni obuenienti, quò sic in his temporibus quibus Ioannes illud reciperet á macellarijs & in ea quantitate redderet illud Petro. Factũ est autem vt inductu Petri Ioannes á macellarijs anticipata pecunia, & pignore ante traditionem harum mercium dato, eas comparauerit: cum subesset probabilis fides sagimen tempore traditionis plùs valiturum, quam festo Sancti Ioannis, vbi cum macellarijs fuit inita conuentio, valebat.

Respons. ¶ Igitur quia libenter assentimus doctoribus cùm sana, & vera protulerint dogmata, & quia Corduba in tractatu de casibus conscientiæ. quæst. 87. eam quæstionem proponens eruditè resoluit, nec pilotenus ab eo deceden tes, dicim⁹ primò hic duos intermiscri cõtractus. Nam contractus vnus, & distinctus est, quem Ioannes cum macellarijs iniuit. Si igitur Ioannes á macellarijs emit pecunia anticipate soluta minori pretio quàm sagimen tempore traditionis sperabatur valiturum: quia vsura fuit palliata, macellarijs damnum passis restituere tenetur Ioannes, eandemq; obligationem sibi superinduxit Petrus, si suo suasu huiusmodi contractum vsurarium cũ macellarijs conflauit Ioannes: quia tunc Petrus, & causa inductiua fuit vsurę & particeps in lucro vsurario: quare vnusquisque eorum de parte sibi obtingenti ex tali lucro restituẽda tenetur. Vno autem non restituente partẽ sibi contingentem, alter manet ad restituendum in solidum astrictus. Secus est si Petrus non induxit Ioannem ad prædictam vsuram, neque eius animi fuit vt Ioannes, sic vsurariè contraheret, ignarusque fuit vsurę commissę, quia si quodlibet pondus non pretio maiori quàm. 12. argenteorum emi pactus est, solum id fecit ad cauendam fraudem, ne Ioannes fingeret pluris sibi constare. Nam in hoc casu Petrus ab vlla restitutione liber manet, Ioannes autem si quid vsurariè contraxit cum macellarijs, ad id tantũ tenebitur illis resarciendũ secũdus cõtractus aliàs minimè. ¶ Secũdus au tẽ cõtractus hic consideratur, scilicet, quẽ Ioã nes iniuit cum Petro. Circa hunc igitur contractum dicimus secundò. Dupliciter Ioannem potuisse sic contraxisse cum Petro vno modo, vt Ioannes pro singulis ponderibus, quæ pro Petro, & nomine Petri tãquam eius negotij solicitator emisset pro sua industria, solicitudine, & labore hãc mercem inter macellarios quæritandi, & ab eis emendi duos argenteos, vel duos & dimidium à Petro recipe ret: & si sic conuentione firmatum est inter illos, tunc siuè Ioannes ea pondera iustè, vel in iustè à macellarijs emerit, talis contractus in iustitia caret, respectu Petri, & Ioannis, si stipendium illud duorum argenteorum impẽsum Ioanni iustum esse censeamus, quod arbitrio bonorum, & prudentum negotiatorũ extimandum relinquimus, maximè sciẽte Petro quid pro eo ministerio, & labore mereatur Ioannes, ambobusq; sic vltro de tali stipẽdio duorum argenteorum conuenientibus iustum est censendum.

Secundus cõtractus.

¶ Secundo modo sic contraxisse inter se Petrum & Ioannem accidere potuit, scilicet, vt Ioannes id negotij non nominè Petri, neq; vt eius solicitator gerat, sed tantum nomine proprio, & non nomine Petri comparans pro 12. argenteis singula põdera à macellarijs, eadem Petro, siuè alteri pro 14. argenteis liberè vendat taliter, quòd nihil mutationis temporis, vel loci, vel formę mercium interuenerit, vel aliquid á Ioanne laboris fuit assumptum pro harum mercium custodia. Nã iuxta hanc normam contractus, non videtur Ioannes illos duos argenteos in singulis ponderibus fuisse licitè lucratus autore Sylvest. titu. emptio. quęst. 10. quibus sic assertis subscribunt Doctores communiter, qui in hoc casu loquuntur, dum damnant contractum, non autem in primo modo contrahendi, scilicet, vbi Ioannes, vt factor Petri obligatus sic negotiatur, vt prædictũ est, quòd prænotandũ censet Corduba ad decidendos alios per plures similes casus.

Quæstio. ¶ Tandem quæri hic posset, vtrũ emptor rarione possessionis statim sibi non traditæ possit minuere pretium. Sed quia de hoc meminimus nos prædixisse breuiter ex mente Nauarri in Sum. Lat. cap. 23. nu. 84. dicimus, quòd licèt actuali emptione emere minoris prædium aliquod ea conditione, vt venditor per tot annos obtineat possessionem eius, & fructus, quàm si emptor statim post emptionem actualem eius adeptus esset possessionem

nem

nem, & fructus autore Maiore in. 4. dist. 15. quæst. 40. art. 7. pro qua Nauarrus citat textum in cap. cum Ioannes de fide instrum. signanter post actualem venditionem dicitur, quia si solutum fuit pactum de tali prędio vẽdendo post tot annos, scilicet post decẽ, tũc non licet minoris emere, quàm tempore perficiendæ venditionis sit valiturum, eò quòd vsque ad illos. 10. annos dominus prædij, & possessionem illius, & fructus esset percepturus, quia esset plusquam palliata vsura: quia tunc ratione anticipatæ solutionis emptionis nondum factæ, sed faciendæ: quæ verè mutuum est vellet minoris prædium sibi vendi quàm valeret tempore perficiendi cõtractus.

CAP. XXIX. *An legale pretium sit seruandum dum emitur subhastatione res vendita, vbi explicatur sententia Garciæ, quale sit pretium iustum rerum quæ subhastatione venduntur, tutor hic commissam fraudem quomodo resarcietur, & de fraudibus cõmißis subhastatione ex parte emptorũ & venditorum: & quomodo sic damnum illatum per fraudes hic accidentes est restituendum.*

Nota. ADhuc nobis agentibus de pretio rerum operepretium est hic prænotasse: quod qui cum impositione census minoris iusto alias pretio pro construendis domibus solum suæ terræ vendunt, possunt hac ratione apponere conditionem: ne vendatur tale solum cẽsus sine sua licentia: nec diuidatur: quia id oneris, quod emptoribus soli imponunt, & libertatem hanc licitè emunt minuendo de pretio, sed quamuis hoc extenuatione pretij videatur iustificari: sed quid in hoc casu sit tenendum, suo loco, ideſt, in materia de censibus dicemus iuxta Extrauagantis Pij. V. decretum: quare hic interim nihil duximus diffiniendum.

Quæstio. ¶ Preterea de pretio rerum sermonem protrahentes: quia varius vendẽdi modus variat & pretium rerum illud augendo, vel minuẽdo dicere, iam nos oportet de pretio rerum subhastatione venalium: quia modus hic subhastatione vendendi specialem rationẽ pretij videtur exigere. Primò igitur difficultate plena hic est obuia quæstio, an legale legitimumque pretium per iudicem, vel rempublicam alias præstiturum in hoc modo vendendi subhastatione merces necessario seruãdum sit. At vero Garcia lib. 1. de contractibus cap. 21. pag. 572. audacter asseuerat in rebus subhastatione venalibus: sicut pretium naturale, quod est communiter currens necessario non est obseruandum, ita neque pretium earum aliâs legitimum per iudices, aut rem publicam constitutum: quia aliâs nihil, aut parum de mercibus subhastatione expositis emerentur, si iustum earum pretium ex modo subhastatione vendendi non aliter sumeretur, quám aliâs siuè legitimo suo pretio, aut naturali communiter currenti extra hastationem venditæ valerent. ¶ In oppositum est, quia si rerum venalium subhastatione posita rum precium legale: si quod alias habent prę fixum non est necessario ibi seruandum. Sequitur, quòd tempore famis, & caritatis annonæ posit, qui abundat frumento in republica illud exponendo subhastatione, vendere illud vltra pretium eius legale, id est, vltra pragmaticæ taxam, quia certè tempore penuriæ, vt suæ subueniant familiæ, non deerunt plures emptores, qui subhastatione positum triticum illud adaugeant, vltra pretium taxæ legale, neque de hoc est dubitandum, quod tamen est absurdum est concessu, quia via aperiretur violandi taxam, scandalumque publicum id facti ingeneraret. Secundò sequeretur, quòd iura census carentia periculo, & omnino sana eò quòd subhastatione venalitati essent exposita: liceret ea minoris emere: quám eorum pretium est legale, id est, minoris, quàm quatuordecim pro mille: quòd tamen non est concessu facile.

Incontra.

¶ Ne igitur hanc assertionem Garciæ duram, & dubiam videamur omnino explodere, & damnare: oportet eam in sano modo, & sensu intelligere, & explicare iuxta sensum pragmaticæ taxantis pretium tritici, & pragmaticæ taxantis pretium censuum redimibilium, quia diuerso fine positæ sunt, illa ne in pretio tritici vltra taxam vendendo illud ascendatur à vendente. Hæc autem, ne pretium taxæ censuum extenuetur ab censum redimibile ementibus minoris emendo. Igitur, quando Garcia asserit pretium legitimũ taxæ non esse necessariò seruandum: quando res venduntur subhastatione, id est, en almoneda, intelligendus venit taliter, quòd quando merces sunt taxatæ eo fine, nè â venditoribus pretium suprá taxam augeatur, vt triticũ, & vinum, & annona hoc fine taxantur: tunc si triticum, vel frumenta, sic taxata subhastatione vendenda ponantur: non est necessarium, quòd ab emptoribus pretio taxæ emantur, & non minori: quia certè sic possunt minoris emi, sed pretium taxæ à venditoribus frumenti etiam subhastatione: ita necessario

Sent. Garciæ explicatur.

Arg.

est

est seruandum, vt supra tale pretium non ascendant. Sicque è contrariò, quando venalia eo fine sunt taxata, ne ab eorum emptoribus in pretio descendatur, cuius modo sunt iura census, quæ hoc fine taxantur, tunc etiam si vendantur subhastatione, & voce publici præconis, si sana satis sint iura, & citra periculum recuperatuque facilia non est tutum asserere, quod minori pretio, quàm eorum perscribit taxa, possint emi: sed augere pretium emptor census supra taxam non ita vetatur. Non igitur Garcia clarè loquitur, nec omnino sanè.

Quæstio. ¶Nunc verò secundò indagandum venit, quale sit pretium iustum rerum venalium: quæ subhastatione venduntur, ad quam quæ

Dictum. 1. stionem dicimus Primò, illud esse iustum pretium rerum subhastatione venalium, quod medietatem iusti pretij non excedit, neque ab ea in minus deficit, quod valerent tales res si alio modo, quàm subhastatione venderentur. Cuius ratio potissima est, quia id censetur esse iustum pretium in hoc modo subhastatione vendendi, quod legibus non reprobatur: at leges solum id pretij reprobant, quod prædictã medietatẽ excedit, vel ab ea deficit, ergo tale pretium in modo vendendi subhastatione extimandũ est iustũ esse, quod iustitiæ vsus confirmasse videtur: dum interdum possessiones pupillorum venditas per tutores subhastatione, in posterum suis antiquis dominis restitui videmus, & pupillorum instantiam huiusmodi venditiones reuocari, eò quòd minoris medietate iusti pretij fuisse vẽditas allegatur & probatur.

Dictum. 2. ¶Secundò dicimus, quod si quis quærat an in rebus subhastatione venalibus inueniatur illa latitudo graduum pretij, scilicet, maximi, infimi, & medij, nouerit certè inueniri, verbi gratia, si predium subhastatione veneat cum extra hastationem aliter venditum valeat centum aureos iuxta suum iustum valorem: tunc in subhastatione pretium eius medium esset tota quantitas centum aureorum: infimum autem eius pretium tunc esset. 50. aurei: quippe quod ex medietate medij pretij constat. Supremum autem pretium tunc esset. 150. aurei, vtpote quod supra. 100. aureos eius centenarij medietatem vltra contineret: quæ omnia pretia rei venalis, prout venditur subhastatione iusta esse censentur, vbi notat Garcia, quod cum gradus extremi in pretio naturali parum distent ab extremis: tamen in pretio subhastatione gradus extremi tantum distant à medio pretio, quantum medietas ipsius medij pretij complectitur, vt in exemplo posito videre est, ita Corduba de casib. cons. quæst. 8. & Mercatus in Sum. de contract. lib. 2. cap. 12. & Frater Iosephus in sua Summa, de Floribus Theologiæ materia de venditione, & Garcia, lib. 1. de contract. capit. 21. qui ibi duo corollaria infert. Primum, quòd iniustum pretium erit etiam in rebus subhastatione venalibus: si à venditoribus excedatur etiam per auctionem, accipiẽdo vltra pretium supremum, quod supradicto modo ibi signauimus: vel si emptores deficiant à soluẽdo infimo pretio, vt supra considerato. Secũdum autem eius corollarium est, scilicet vẽditionem subhastatione factam tunc ad instantiam venditoris reuocari posse, quando res ibi minoris medietate iusti pretij subhastatione veneunt. Si autem ibi maioris medietate iusti pretij vendita subhastatione res sit: ad instantiam emptoris reuocari secundum leges debet, dum de superaccepto pretio emptori non satis fit.

¶Præterea illi difficultati, cuius locis citatis meminere Mercatus, & Corduba facere satis necesse est, scilicet, qualiter resarcire possint damnum illatum emptoribus subhastatione ementibus venditores illi, qui non nomine proprio, sed nomine alieno ibi res vendidere, cuiusmodi sunt tutores, ac testamentarij, qui bona pupillorum, seu bona defunctorum subhastatione, & sub voce publica præconis venalitati exponere solent: intercessitque dolus in excessu pretij vltra medietatem, sine culpa tamen eorum, quia in isto sensu loquimur. Coarctamur autem huic dubitationi respondere, quia videtur iniquum, q̃ isti sine culpa (vt supponimus) cum sint in hoc facto: de suis proprijs facultatibus cogantur resarcire damnum, quod ementibus alieno nomine vendentes subhastatione intulere, quod vitare nequiuere, sed nec adhûc (vt supponimus) possunt, quia leges his quorũ nomine vendiderunt illa bona subhastatione, inde omnem pecuniam pretiorum resultantem adiudicant. Ergo si restitutio est faciẽda cum de alieno eam facere non possunt, eam de proprio facere, vt apparet coguntur. *Quæstio.*

¶ Igitur ne de proprio sine culpa sua cogantur exsoluere, quod alieno nomine ab ipsis gestum est, prædicti doctores, quò id euadant damni tria consulunt, aut quatuor. Primum, quòd dum liquido non constat de excessu vltra medietatem iusti pretij, aut de defectu infra medietatem, nihil soliciti sint de aliquo damno resarciendo, quia tunc extra *Triplex consilium respectutorum. 1.*

hanc

banc obligationem fiunt omnes. Si autem cõ stat de tali excessu in pretio clare, & patenter: tunc vno istorum modorum sine suo incommodo reparare poterunt id damni emptoribus illud passis, primò requirendo iudicem de excessu pretij, quòd sui decreti authoritate illud reducat ad rectitudinem, & æqualitatem: qua debita diligentia adhibita, si renuerit iudex super hoc suum præstare officium, iam ex tunc huiusmodi alieno nomine venditores immunes fiunt ab obligatione vlla, post quam propria authoritate sine decreto iudicis id doli, & damni refarcire non possunt sine decreto iudicis. ¶ Secundo modo satisfeciſſe videbuntur: si eosdem emptores, qui sic in pretio sunt decepti, admonitos esse curauerint de damno sibi illato in excessu pretij ab ipsis soluto, vt pro tempore reclamantes de damno sic accepto restaurationem à iudice expostulent. ¶ Tertio modo in hoc casu suæ obligationi facient satis: si contingat, quod idem emptor, qui in vna emptione superinpendit vltra iustum pretium in alia emptione rei eiusdem domini, ideſt pupilli, vel defuncti, tantũ minus de pretio infimo soluit, quantum in alia emptione supra maximum, & supremũ exoluerat: taliter quod excessus iusti pretij, & eius defectus sic ad æqualitatẽ redigerentur. sic Magister Mercatus lib. 2. de contract. cap. 12.

¶ Porrò quoniam in rebus, quæ subhastatione venalitati exponuntur, quò iniustè augeant, vel minuant pretiũ tàm emptores, quã venditores singuli varias fraudes pro se ipsis moliuntur, & has fraudes hic patefacere non ab re erit. Nam primò venditor subhastatione res vendens multipliciter fraudulentiam cõmittit, vel rei ibi venditæ vitia cælando, cum sint occulta: quod quidẽ fraudis genus omni ferè venditioni commune esse contingit. Secundò dum venditor subornat personas, quæ sine animo emendi tamquam emptores in re ibi venali dicant, & licitatores sint: quatenus talibus appositis licitatoribus, emptores per quandã competentiã, & veluti emulationem rei subhastatione expositè magis adaugeant pretiũ, quàm esset augendum alias, si sine his licitatorum fictorũ suppositionibus ibi res vẽderetur. De hoc autẽ fallaciæ genere meminit Cicero. in. 3. lib. de officijs, vbi sic ait, non licitatorẽ venditor, neq; qui contra se licitetur emptor apponet, hos autem dolos (vt ait Garcia) machinari sunt soliti venditores, cum nomine proprio subhastatione suas proprias res venditãt. Cæterum si nomine alieno ibi res diuendant, sicut euenit curatoribus decreto iudicis subhastatione vendentibus res suorũ pupillorum, tunc tales aliud fallaciæ genus comminisci solent: solent nanq; eo tempore res eas subhastatione vendendas exponere, quò paucioribus emptoribus apparentibus, propter paucitatem emptorum, & prætensorum vilius ibi emantur à suis cognatis, familiaribus, vel amicis, quibus cum iactura suorũ pupillorum volunt cõsulere, vt vilius emãt illa bona, quàm alias venderetur. Simile quoque genus fallaciæ contingit inter testamentarios, qui subhastatione vendentes bona defunctorum soliti sunt submittere alios pro se ipsis emptores: qui sic submissi, licèt proprio nomine, & pro seipsis licitari ibi se simulent, tamen nomine testamentariorum illa bona subhastatione posita emunt. Itaq; ipsi testamentarij cum sint illorum bonorum venditores per hos supposititios licitatores fiũt eorum bonorum emptores, cuius gratia, quo illa bona minoris, sibi constent ante tempus legitimum, atque opportunum, præconis proclamationes abbreuiari, & compleri volunt, & ante competentiam volentium, & potentium ibi competere consummatam, finiri curant, quod sine iactura dominorum illorum bonorum non contingit, & quia sic accelerari proclamationes contra leges concedentes, terminos largiores ad competentias mercatorum admittendas contra legem est.

¶ Insuper ex parte emptorum in rebus expositis subhastatione fraudes annecti accidit etiam. Primò, dum conuenit inter competitores, ne in tali emptione ascendãt in pretio, ni si vsque ad tantam determinatam quantitatẽ dumtaxat, quod certũ genus monopolij est. Secundò, dum submittunt licitatores, qui sine animo emendi, sed solo animo in competitionibus remisse se habendi, ibi in auctionibus, id est, en las almonedas, liciten tur, vt citò sine imposito competendi concertationi, minori pretio ipsi emptores, & competitores sibi comparent res subhastatione venales, q̃ illicitum ostendit esse Cicero, dum loco supra citato dixit, nec qui cõtra se licitetur emptor apponat. Tertiò, dum minis, vel precibus, vel aliter impedimento essent emptoribus, ne licitarentur, vel à licitando desisterẽt, cum parati animo essent licitari ad suam experiendam fortunam, circa assecutionem rei ibi venditæ.

¶ Adhęc, quoniam supradicti omnes fraudes restitutione dignas commisere, venditores de superadaucto suis fraudibus excessiuo pretio

Fraudes cõmissæ subhastatione.

1.

2.

3.

Fraudes ex parte emptorũ subhastatione

1.

2.

3.

pretio tenentur, ſicut & vendentes nomine alieno de defectu pretij fiunt obnoxij: inſuper & emptores ad defectum pretij ſua culpa diminuti ſupplendum manent aſtricti; ideò inquiſitu hic opus eſt, quantum ab his reſtituendum ſit: nam de hoc parum apud doctores conuenit. Nam Mercatus in ſuo libr. de contract. libr. 1. capit. 8. fol. 32. in ſimili caſu reſtituendum eſſe ait omne illud, quod Moraliter creditur magis, vel minus valituras eſſe merces, ſi fraudes hę abfuiſſent, quod intellectu & extimatu (inquit) non eſt difficile: ſi diſcutſus negotij penſetur, & copia vel inopia emptorũ &, indigentia illarũ merciũ, & contẽtio maior, vel minor quæ alias futura erat inlicitando, vel augendo pretium. ¶ Garcia vero in libr. 1. de contractibus capit. 21. circa hoc hanc regulam autumat eſſe ſeruandam. Quã putat rationi conſonam, ſcilicet, tantum ab his fore reſtituendum quantum his interuenientibus fraudibus exceſſum eſt à pretio medio mediante inter maximum pretium, & infimum, vel ab eo defeciſſe contigit, verbi gratia, vt ſi demus medium pretium fuiſſe decem, & venditorem ſuis fraudibus eius augmentum cauſaſſe taliter, vt attingeret ad. 12. vel. 14. vel. 15. reſtituendum eſt id in quo exceſsit decem. Emptore autem ſuis fraudibus cauſante vt minoris, quam decem res à ſe ſit empta: quia pro octo, vel ſex, vel quinque eã ſibi ſubhaſtatione comparauit, ab ipſo reſtituendum erit omne reliquum vſque dum decem attingat. Hanc vero regulam eò commendatu, & obſeruatu dignam exiſtimat Garcia: quia inquit iuſtitiæ, & æquitati proximum eſt hanc proportionem ſeruare: Siquidem regula alia ſtatui nequit, quæ conſultior ſit ex omni parte omnibus, hæc Garcia. ¶ Veruntamẽ ſic ꝙ in hac parte cẽſeo dicere quid prodeſt arbitror ſententiã Mercati potius eſſe ſeruãdã, vbi difficile nõ fuerit ex predictis cõiecturis, & accidentibus arbitrio bonorum expertorumque virorum collegiſſe quantum fuerit illatum damni ſuper excedendo pretiũ alias futurum, vel ab eo deficiendo, ſi autem non facile ſit id coniectare, regulam Garciæ puto eſſe amplexandam, ſemper in huiuſmodi arbitramentis potius huiuſmodi fraudulentos grauando, quàm dãnum paſſos defraudando: dederunt enim huiuſmodi fraudulenti emptores operam rei illicitæ.

Sent. Mercati.

Sent. Garciæ.

Sent. autoris.

(¶)

CAP. XXX. *De exemplis venditionis variæ, de documentis victor circa pretia, & an liceat ratione pœnæ augere pretiũ, & de triplici pœna, & de coniecturis pœnæ vſurariæ, pœnam an ſoluturus ſit, vel intereſſe debitor moroſus ex impotentia & de alijs curioſis & neceſſ.*

Exempla venditionis varia.

POrrò, quia ex modo vario vendendi, pretia rerum varietatem ſortiri diximus, nũc exẽpla, quibus id demõſtretur ſubijiemus, & primò, Sylueſtro autore, in Aurea Roſ. caſ. 15. cui ſubſcribunt omnes, immunes non ſunt â culpa mortali, qui deliberatione plena per contractum emptionis, ſiue per alium notabiliter minoris iuſto pretio pio ſibi comparare contendunt, aut aliquid vendere, aut per contractum alium aliquid à ſe diſtrahere, aut dare iuſto pretio riguroſo notabiliter carius. Secùs eſt ſi inaduertenter id aliquis deſideraret, aut ageret. Neque culpæ tribuendũ, eſt autore Nauarro cap. 25. num. 87. ſi quis nõ vult emere res in officina ſpectantes emptores, quia carioris conſtant, ſed mauult emere ab vltro offerentibus ſe venditoribus, & rogantibus cum ſuis mercibus, quia oblatæ vltrò vileſcunt, quare excuſandos â culpa eſſe cenſet, qui à diſcedentibus malunt emere libros, aut ſubhaſtatione expoſitos emere libros defunctorum, quia viliori pretio iuſtè tunc veneunt, & emuntur, quam ſit pretium iuſtum, quod in officina venditi expectando emptores, ex modo vendendi valent. Sicut etiam non vitio vertendum eſt, ſed prudentiæ humanæ aſcribendum, ſi quis occaſionem attendat emendi, ſibi neceſſaria ad cultum ſuæ perſonæ, vel ad ornatũ ſuæ domus in auctionibus, vel à proxenetis quærentibus emptores mercium, quæ ſibi ad vendendum ſunt commiſſæ, quæ ex hoc vendendi modo minoris ſolent emi, quia & minoris æſtimari. Hinc fit, vt nõ imprudẽter exſpectetur ab aliquibus nundinarum finis, quo ibi iam decreſcente numero emptorum, vilioris ſibi comparent ibi merces.

Documẽti Victoriæ circa pretia.

¶ Iam & hic annectere libet, quæ de pretio rerum doctiſsimus magiſter Victoria in ſuis Scholijs ſuper. 2. 2. Diui Thomæ, quæſtione. 77. de emptione, anno. 1535. dictauit breuiter, quæ veluti quædam fundamenta ſunt, quæ ad hanc materiam viam aperiunt.

1. ¶ Primum eſt, ſcilicet, quòd quia pretia in rebus non ex natura ipſarum rerum, ſed ſecundum æſtimationem hominum conſtituuntur: hinc fit, vt res quæ ſemper ſunt venales, ſemperque inueniunt ſuos emptores, & venditores

venditores ad eas emendum, vel vendendũ paratos, cuiusmodi sunt panis, vinum, & oleũ vendi debeant, & emi pretio pro tunc currenti expensarum, & laborum nulla consideratione habita. Quod de pretio naturali Victoriã dixisse intellige. Nam de legali statim subdit, scilicet, quod si pretium est statuta per leges, id censetur iustum, quapropter non licet illud excedere, nisi ita manifestè iniustum sit, quod proculdubiò omnibus patenter constet esse iniquum, vel nisi obstet contraria consuetudo, scilicet, scita, & tolerata, neque punita per potentes legis transgressores, quãdo id sine scandalo, & sine inconuenienti facere possunt, punire: vt ex mente Cordubæ suprà diximus, nam sic intelligẽdum est hoc Victoriæ assertum. ¶ Secundò ait, quod quia merces vltroneæ vilescunt: quod, scilicet, quando ita vltroneè sint ex modo, & loco vẽdendi consideratur: ideo malè à quibusdam negatur reuenditores, qui regatones Hispanicè dicuntur, qui in loco communi, & in magna copia coniunctim emunt ad reuendendũ minutim, non posse postea particulariter, & minutim vendendo, pluris vendere. Quod quidem Victoriæ dictum, vt sine detrimento reipublicę contingat fieri intelligendum est: dum taliter illæ merces iam ad forum importatæ supersunt in foro, eò quod coniunctim volentes eas emere pro suarum domorum necessitatibus supplendis iam inde sibi prouiderunt. Nam tunc isti reuendituri minutim, coniunctim, & in magna copia ementes ad reuendendum, ne pro tempore desit annona in foro pro volentibus quotidie eam minutim emere, non malè agunt, immò sic prospiciunt indigentiæ populi. ¶ Tertiò ait, quod res, quæ non inueniuntur apud multos venditores, vt triticum tempore inualescentis famis, secluso pretio legali, tunc non sunt æstimandæ communi æstimatione emẽtium, tunc subsit paucitas venditorum. Nam tunc potest plus pretij exigi à venditoribus, non quidem tantum, quantum ipsi venditores pro libito exigere voluerunt, sed iuxta rationabilem considerationem sumptuũ, & laborum, & necessitatis instantis, & iuxta illa, quæ benè subnotauit Conradus de contract. q. 56. ¶ Quartò Victoria subiungit, quod quando suppetit copia magna venditorum: subest tamen raritas magna emptorum: quia vix vnus, aut alter apparet emptor, aut certè inueniuntur valde pauci: tunc & si à raris emptoribus vilioris possint emi merces: non tamen ita tenui pretio, vt irrationabile sic eos emisse videatur, itaque in his arbitrio boni viri eos acquiescere oportet potius quam pro libito extenuare pretium. ¶ Quintò Victoria subijcit, q̃ necessitas priuata ipsius emẽtis: quia valde indiget re licet nõ licitè adaugeat pretiũ rei, tñ necessitas, & indigentia cõmunis in republica illius rei licitè adauget pretium rei, ita vt liceat eam pluris vendere: non tamẽ vltra pretium rigidum communiter currens: sicut neque vltra hoc pretium licet eam pluris vendere, eò quòd emptori eam rem valde diligat aut ea maximè indigeat. ¶ Sextò tandem concludit Victoria, quod potius laudi quam culpæ tribuendum est alicui, si charitate quadã communi reipublicæ affectus, quatenus bono eius communi consulat vilioris velit vendere, quo cæteri venditores moderatius in vendendo se gerant.

¶ Porrò de pretio rerum nobis agentibus, operepretium est & hic illam agitare quæstionem, vtrum in contractu venditionis ad creditum, vel in alio simili, vltra pretium principale ratione pænę conuentionalis in termino præsignato non soluentibus impositæ, liceat aliquid plus recipere. Ne ergo causa ęqui uocationis nominis pænæ allucinemur, triplicem speciem pænæ prænotasse est opus: scilicet, pænæ legalis, id est, quam indicit lex: & pænæ iudicialis quam iudices in particularibus negotijs soliti sunt imponere: & pænę conuentionalis, quæ ex conuentione partiũ in contractibus, vel compromissionibus ex mutuo consensu solent adnecti. Præterea quia conuentionalis hæc pæna, vel in vitationem iacturæ propriæ, vel in commodum alterius, scilicet, alicuius hospitalis, vel pauperis à partibus solita est imponi: nos specialiter hic de ea pęna loquimur, quæ duplici respectu apponi potest, scilicet, vel causa vitandi iacturam lucri cessantis, aut damni emergentis, vel ad propriam parandam securitatem: quatenus debitor metu pænæ solicitus magis fiat ad solutionem præstandam in termino.

¶ His præmissis quoniam pæna conuentionalis hæc tam licitè, quàm illicitè imponi potest, vt ergo illicitè imposita à licitè imposita separemus: hic de illicitè imposita loquentes nostram sic statuimus assertionẽ. Primam. s. vsuræ labem, restitutionisque obligationẽ cõtraheret ille, qui quatenus suã palliaret vsurã sub prætextu pænę, pęnam contractui venditionis ad creditũ à se facto, debitore non soluente sibi in tẽpore pęnã adiecit, eamq; neque exigere, neque executioni mandare licitè

5.

6.

Quæst.

Triplex species pænæ.

Assertio. 1

poteſt. At quoniam de hac noſtra aſſertione nullatenus ambigitur, ab eius probatione ſupерſedemus.

Quæſtio. ¶ Sed ſi ſigna inquirat aliquis, quibus innoteſcere poſsit aliquem animo palliandi vſuras, pænam cõtractui venditionis adhibuiſſe, primò legat Nauarrum in ſum. Lat. ca. 17. num. 215. & Palacium ſuper ſum. Caieta. verbo. vſur. cap. 2. & Conradum in lib. de contra. q. 31. concl. 3. & Silueſtrum verbo pęna. q. 25. §. 7. & Nauarrum etiam in ſum. c. 23. nu. 68. & Scotum in. 4. diſt. 15. q. 2. qui de his apponẽdis pænis agunt, & præſertim Cõradus, & Scotus, & Siluester. vſura. 1. q. 28. aſſerunt tũc colligi cauſa palliandi vſuram, pænam apponi quando appoſitor illius animo caruit hac via recompenſandi ſibi damnum inde emergens, aut lucrum ceſſans, aut metu pænæ adigendi debitorem ad ſoluendum in tempore, ſed ſolum animo ſub nomine pæna palliandi lucrum id fecit.

Reſp.

Quæſtio. ¶ Porrò quia indicia prędicta generalia ſunt, indicia particularia quibus innoteſcat animus palliandi vſurá per appoſitionem pænæ forte deſiderabit lector. Hæc autem particularia colliguntur indicia ex prædictis doctoribus, & præſertim ex Nauarro in ſum. c. 17. nu. 215. primò quando appoſitor pænæ mauult debitorem pænã incurrere: quã tempore debito ſibi ſolui. c. ſuam. l. ſi pacto quo pęnam. C. de pact. ¶ Secundò quando á principio dum mutuando, vel vendendo ad creditum appoſuit creditor pænã: niſi intra ſtatutũ tẽpus debitor ſolueret ei, iam credidit debitorem ad id tem poris ſoluendum debitũ futurum eſſe impotentem ſecundum Scotum, & communẽ.

Indicia particularia.

1.

2.

Quæſt. ¶ At iam de appoſitione licita pænæ in cõtractu nobis dicturis reſtat inquirendũ, an ratione lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis, ſi in tempore non ſoluatur, pæna poſsit apponi pro hoc ſit ſecũda aſſertio: quãdo pęna (quæ potius in hoc caſu dicitur recõpenſa) apponitur in recõpenſationẽ propter moram ſolutionis nõ præfixo tempore factæ damni ſubſecuti, aut lucri ceſſantis: tunc licitè apponitur, dũ ea moderatione apponatur, vt non excedat damni, aut lucri ceſſantis quantitatem: quæ probabiliter futura ſperatur, patet autem aſſertio hæc quò ad primam ſuã partẽ ex iure naturali ex quo licet vnicuique ſe ſeruare indẽnem: ergo licèt creditori in caſu noſtræ aſſertionis ad ſuã indẽnitatem ſeruandã, hãc adiũgere pęnam. Secunda autem eius pars hinc illuceſcit: quia ſi pæna tũc locũ obtinet recompenſæ pro intereſſe creditoris recõpenſando, ſequitur pæna hæc maior eſſe nõ poſsit, quã illius intereſſe recompenſa futura eſſet.

Aſſertio. 2

¶ Porrò pro pleniori intelligentia prædictæ aſſertionis, & hoc dubium hic conſequenter accedit exponendum, ſcilicet. Quid ſi euentus rei poſteá docuerit experimentaliter, plus damni eſſe ſubſecutum ex plus debito tempore dilatata ſolutione, quã ſit intereſſe pænæ, vel plus eſſe intereſſe pænæ à principio impoſitæ, quám iactura iam præſens. Reſpondetur ergo, quod dupliciter potuit de hac pæna à principio conuenire inter partes: vno modo abſolutè apponendo pænam nihil admiſcendo de ſortium contractu: & tunc ait Garcia libro. 1. de contract. cap. 12. pag. 362. 363. in caſu, quo iam experientia teſte, realiter minor iactura ſucceſsit, quam eſſet pęna appoſita, tota pæna tunc exigenda non venit, quæ fuit à principio appoſita: ſed ea dumtaxat exigenda eſt illius pænæ pars, quanta ad reficiendũ damnum accidens neceſſaria fuerit, & nihil vltra, immo ſecundum Nauarrum loco citato non euaderet reſtitutionis, & culpæ reatum: qui in hoc caſu, vel ſimili perſoluta iam parte debiti in tempore, totam pænam exigeret: quando obligatio eſt diuiſibilis. c. ſuam. cum gloſſ. & communi de pœnitentia. Si autem ſic conuenit inter partes, vt tanta pæna arbitrio boni viri moderata ſolueretur, & nihil maius, aut minus in caſu quolibet, quò poſtea euentus rei oſtenderet iacturam damni fuiſſe ipſa pæna á principio impoſita ſiue maiorem, ſiue minorem, exponendo ſe incertæ aleæ: tunc in quocunque euentu, ſiue plus, vel minus eueniſſet damni, eam poſſet exigere pęnam: quoniam ibi attexitur contractus ſortium, vbi contrahentium vterque æquali ſorti lucrandi, & perdendi ſe obijcit: quod & confirmat Sotus, cum eadem forma pænam poſſe apponi, & recipi aſtruit, dum veriſimiles timentur futuræ expenſæ in recuperando debitum.

Quæſtio.

Sententia Garciæ.

¶ Hinc iam corollariè ſequitur, quod caſu quo creditor iure expetendi pro ſuo intereſſe recompenſam careret: quia conditiones requiſitæ ad intereſſe hoc expetendum deſunt, pæna indicta contractui expeti tunc non poſſet, ſicut neque pro intereſſe hoc recompenſa.

Corol.

¶ Porrò de hoc dubio, de quo magis cõtrouertitur inter doctores, & hic á nobis diſſerendũ eſt. ſ. vtrũ in caſu, quo nulla veriſimiliter timetur lucri ceſſantis, aut damni emergentis iactura, ea ſola ratione, vt ſibi debitum in termino prefixo ſoluatur, & non differatur pæna

Quæſt.

na aliqua possit communire cõtractum, circa hoc appositæ versantur opiniones: vna, scilicet, negatiua Scoti in.4. senten. dist.15. q.2. art.2. vbi videtur negatiua pro parte sentire, cui Albornocius in lib.de cõtractibus subscribere videtur, & altera affirmatiua Nauarri in sum.cap.23.num.68.quam tenuerat antea Conradus in libr.de contractib. q.31. concl.3. & Siluester.pœna.q.25.§.7. At certè licet opinio negatiua non destituta sit aliquali apparẽtia, quia ista pœna tantum imposita, si nõ soluatur in tempore, pro solo metu, & periculo nõ recuperandi debitũ in præfixo termino videtur imponi moraliter loquẽdo: at verò pro huiusmodi periculo, vel metu aliquid posse exigi neruose confutasse Sotũ lib.6.de iust.& iur.q.4.ar.1.cõtra Metinã in. C.de rebus restit. q.39. ait Nauarrus in sum.c.23.n.81.& adijcit neruosius confutari, eò q; sit noua opinio, & contra omnes canonistas asserere, q; pro periculo, vel metu recuperandi debitũ liceat aliquid vltra debitum accipere, quia ecclesia (inquit) declarauit id esse illicitum per.c.in ciuitate, de vsuris, ergo cessante metu alicuius interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, nõ licet talem pœnam apponere.

Varietas opinionũ.

Argum.

¶ His nihilominus non obstantibus, quoniã durissimũ esset nunc celeberrimum, & generalem vsum in omnibus fere instrumentis contractuũ huiusmodi pœnas apponendi explodere: inquiredũ est, hic nobis quomodo id fieri liceat. ¶ Quare huius rei gratia hanc hinc statuimus assertionẽ, sc.licet, potest creditor etiam in casu, quo iactura lucri cessantis aut dãni emergẽtis verisimiliter nõ timeretur pœna aliqua circũuallare contractũ, vt per eã ad obseruationẽ contractus debitor cogatur. Hæc probabilior est, quę quidem non satis firmè illa ratione probabatur, qua illo c.12.in.li.1.de contract. contendit eã Garcia probare, scilicet, quia etiam cessante alio damno carere pecuniæ suæ possessione pro tẽpore dilationis vltra terminũ solutionis, damnum sufficiens est, pro quo possit exigi pœna: sed certe iste Garcia non videt quam prębeat ansam vsuris, non dico ex assertione hic à me posita, quàm etiam ipse tenet, sed ex ratione, quam pro probatione eius adducit: quia, si cessante sibi interesse alio vero, & reali, creditor ea sola ratione, quia nõ soluitur sibi in tẽpore prędstituto interesse pœnæ velit accipere: quis nõ videat, q; si pro dãno solo, quo in tempore debito priuatus est possessione suæ pecuniæ velit illud interesse pœnæ accipere, quod iam sola ratione dilationis temporis, quo sibi non soluitur velit accipere illud, quòd planè sic consideratum lucrum vsurarium erit, licèt palliatum nomine pœnæ. Igitur nostræ prædictæ assertionis ea ratio legitima est, quam Nauarrus in summ.capi. vigesimotertio, numero.68. adducit, scilicet, quia licitum est tum per adhibitionem pœnarum cogere ad obseruationem contractuũ: tum etiam eisdem pœnis morosos, & culpabiles debitores punire, sicut etiam per pœnas ad legum obseruationẽ solent homines astringi.

Assertio autoris.

¶ Iam ad argumentum, in contra in gratiam Scoti, & Albornocij conflictum respondetur, primò quod est differentia: nam creditor qui mutuando, aut vendendo ad creditum sola ratione metus, & periculi adauget pretium, cum sit formale hic aut virtuale mutuum, & istud periculum, & metus, vt quid de per se consequens, & veluti accessorium, quod sequitur naturam principalis ad tale mutuum consequatur: sequitur quod sicut pro mutuo (quia suapte natura gratuita datio est, quoad vsum pecuniæ mutuatæ) aliquid vltra sortem exigi non potest: ita neque pro hoc periculo, aut metu recuperandi debitũ, vtpote mutuo accessorio, vt in nostro Instructorio, materia de vsura nos dixisse meminimus. At verò dum pæna iuxta nostræ assertionis normam imponitur, non pro periculo, aut metu recuperãdi debitum: quasi ista sint appretiabilia pretio imponitur, sed vt dictum est causa cogendi debitorem ad obseruãtiam cõtractus, ad eiusq; puniendã culpabilẽ morã.

Ad 1. arg. Solut.1.

¶ Deinde secunda differentia est, quia ista pœna nulla incursa mora soluendi non venit soluenda: immò secundum Nauarrum in summa. capit. vigesimotertio, numero.68. honestos viros non decet pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur, cap. suam de pœnit. & capit. fraternitas. 12. quæstione secunda: quam vis de rigore iuris exigi posset. At verò pretium adauctum pro metu, & periculo recuperandi debitum, cum sit vsurarium semper prætenditur, & expetitur ab his qui de eo conueniunt, & siue debitum postea suo tempore soluatur siue non, cõueniunt à principio de tali pretio vltra sortẽ recipiendo, quod absque labe vsuræ nõ fit.

Solut.2.

¶ Prętereà quid veritatis habeat corollariũ illud quod Garcia illo.c.12. infert pagi.62. nunc discutiendum venit, sic enim ait, ex hac conclusione, scilicet, tertia cõsequitur, quod dum debitor in mora fuerit soluendi, potest creditor, & pœnam conuentionalem à principio indictam exigere: tum etiam interesse

Quæst. Sententia Garciæ.

damni emergentis, aut lucri cessantis, si quod ex morosa solutione contigerit. Dicimus autem quod licet Garcia hoc authoritate Caietani in sum. verbo vsura. capi. 2. in fine confirmet, tamen non desinat esse rigidum Corollarium, & Caietanus quidem quem ipse citat potius videtur hoc assertum saluare ab vsura, quam â rigore, quia inquit, vtrumque excrementum tam pœnæ impositæ, quàm lucri cessantis expetere vsura non est: quia non est mutuo, sed ex mora accipitur. Igitur licet istud corollarium stando in rigore non refutemus: malumus tamen & sequi, & consulere æquitatem: quam loco citato in sum. cap. 23. numer. 68. insinuat Nauarrus, dicens viros honestos non decere pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur capit. suam de pœnit. & capit. fraternitas. 12. quæst. 2. quamuis de rigore iuris exigi posset, hæc Nauarrus: ergo secundum ipsum multo minus deceret post acceptam recompensam damni aut lucri cessantis ex mora, propter eandem moram velle exigere pœnam: tum quia mitiores in pœnis esse debemus, & satis punitus esse videtur de culpa suæ moræ per solutionem damni, aut lucri cessantis: tum quia (vt inquit Caietanus) vtrumque excrementum tam pœnæ impositæ, quàm lucri cessantis ex culpa morę prouenit: quapropter eadem vnaque culpa non videtur ex æquitate hac duplici recompensa, scilicet, & pro pœna & lucro cessante, vel damno emergente esse plectenda.

Sent. Autoris.

Nota. ¶ Prætereâ, auctore Siluestro vsura. 1. q. 28. pœna quæ apponitur solum, vt debitor soluat, exigi potest sine vsura etiam, si excedat interesse debitum: quia interest publicæ vtilitatis, vt pacta seruentur, at secus est vt loco citato ait benè Garcia, si pœna non vt sic, sed pro recompensa interesse amissi à creditore exigatur: quia tunc interesse, quod postea ex mora apparet amissum excedere non debet. Tandem hæc conuentionalis pœna, licet dicatur imposita causa cogendi debitorem ad soluendum in tempore, tamen secundum Siluestrum vbi supra, præsumitur in foro exteriori in fraudem vsuræ esse apposita. Primò, si creditor alias consueuit fœnerari. Secundò secundum aliquos: si pœna excedat interesse. Tertiò, quando per singulos annos, vel menses dicitur comitti, Authē. ad hęc. C. de vsur. vide reliquas præsumptiones, quas ibi refert Siluester quas consultò missas facio, quia magis spectant ad forum exterius.

Quæstio. ¶ Tandem hic consequenter inuestigatu opus est, an qui ex impotentia morosus fuit in soluendo debitum perinde obnoxius maneat ad soluendum impositam pœnam, ac si voluntarie, & no ex impotentia in termino soluere omisisset.

¶ Igitur (vt clariùs procedamus) prima circa hanc quæstionem sit propositio pœna quę imponitur in recompensationem lucri cessantis, aut damni emergentis (quæ potius dicitur recompensa quam pœna) non minus in conscientia soluenda est â debitore omittente soluere in tempore debito ex impotentia, quàm si non ex impotentia, sed ex mora voluntaria talem debiti solutionem distulisset. Cuius potissima ratio est: quia hæc pœna non tam ad puniendam culpam moræ quam ad recompensandum interesse posita est à principio in contractu, quò securus fieret de non amittendo interesse damni, aut lucri cessantis, si ex mora sibi contingeret, à quo impotentia soluendi in tempore non excusat: quia etiam nulla præcedente culpa interesse debetur, sicut & principale debitum, vbi præcessit, vt in præsenti monitio, & protestatio de illo lucro recompensando. Ita Metina Complutensis, in lib. 1. de contract. ca. 12. pag. 364. suffragatur Garcia, quapropter non satis resolutè loquutus fuisse videtur frater Iosephus in suis floribus, dū sine limitatione ait, quod qui sine culpa fuit in mora, quia fortuito casu perijt eius substantia, vel sine culpa sua sibi surrepta est: non tenetur resarcire damnū inde subortum, scilicet, ex dilata ob eam causam solutione. Neque valet ratio qua adcit hoc absolutè affirmare dicens, quod ideo ille debitor morosus sine culpa ad interesse nō tenetur: quia in isto casu fortuito non fuit causa damni, licet fuerit occasio, non (inquā) valet: quia pari ratione probaret, quod neque in isto casu fortuito emptor ad creditum teneretur exsoluere pretium principale, quia per ipsum non fuit data causa damni, sed occasio, quia per casum sic contigit absque culpa. Nam satis est, dederit ante causam damno per petitionem mutui, aut merciū ad creditum auertendo creditorem ab euitatione damni: sub hoc pacto acceptando merces, & lucri cessantis solutionem, si contingeret. Igitur si dictum hoc fratris Iosephi aliquid veritatis habet est, quando in contractu mutuationis, vel venditionis ad creditum de tali lucro, aut damno emergente soluendo non est conuentum. Nam tunc si casu fortuito, vel aliter sine culpa sua esset in mora soluendi á principio

Propoſi. 1.

Ratio.

Sententiæ fratris Iosephi limitatur.

pio

pio non requisitus,& admonitus non tenere tur de interesse. Secus igitur in nostro casu in quo à principio de hoc interesse soluendo etiam in casu fortuito conuentum esse præsupponimus, nam tunc etiam si ex impotentia inculpabili mora soluendi, & ex illa damnum euenerit, soluendum erit.

CAP. XXXI. *Quid si debitor nõ soluit in termino ex impotentia: & de duplici impotẽtia. Et an pœna conuentionalis ante iudicis mandatum ad sui solutionem obliget in conscientia, & quod non est punctualiter exigenda.*

NE capituli prolixitate tædio afficeretur lector, coacti sumus quæstiones inter se alias coherentes subsecare. Quapropter & in hoc capitu. instamus inquirere, an quãdo pœna à principio nõ in recõpensam alicuius interesse constituta est, sed quatenus ad soluendum in termino debitor adigatur: tunc si casu fortuito, vel aliàs citra culpam suam, in mora soluendi postea fuerit, debitor teneatur ad hanc pœnam.

Quæst.

Respon.

¶ Dicendum est ergo cum Siluestro verbo vsura. 1. quæst. 28. quod si creditor non soluit in termino ex impotentia, vel sine culpa, pœna exigi non potest sine vsura, quia vbi non est culpa non debet esse pœna. C. de pœn. l. sancimus, & consequenter exigeretur ratione excrescentiæ: quæ vsuram facit. c. si fœneraueris. 14. quæst. 3. immo quando etiam partem soluit, non potest exigi tota pœna secundum intellectum Siluestri verbo pœna. §. 29. id est, quando secundum Panor. in capit. sua de pœnit. obligatio est diuidua. At secundum Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. oblig. propriè dicitur diuidua, quando solutio partis tantum valet respectu partis sicut solutio totius respectu totius obligationis. Exempli gratia, si promisi tibi scribere Bibliã, & Decretum, & scripsi Bibliam tantum, quia Biblia integra, quatenus ad suam propriam commoditatem consideratur, tantum vtilitatis affert, si sola reddatur, quàm si reddatur cum Decreto diuidua est: indiuidua vero obligatio esset, vt si promisi tibi scribere Bibliã, & scripsi tantum. 4. eius quaternos, qui quasi per se nihil valent sine omnibus alijs. Vide etiam glo. in. d. cap. suam, quæ addit hæc esse vera in pœna, quæ committitur in non dãdo, vel in faciendo, secus quando debet aliquis aliquid recipere putá hæreditatem, vel legatum, si sic fecerit, vel soluerit: quia nisi totum fecerit: non habebit intellige, nec totum, neq; partem hæreditatis, vel legati, vt in. l. Mæuiũ, &. l. cum fundus. ff. de cond. & demon. & de hoc plenius in leg. si seruus. ff. si quis caus.

Obligatio Diuidua & indiuidua.

¶ Vnde ad hùc etiam patet, quod vbi fuit impotentia inculpabilis soluendi, non sit infligenda appolita pœna, quia tunc non censetur fuisse in mora. Nam secundum gloss. cap. mora. de regul. iur. & D. Antoninũ in prima part. titul. 20. capit. 1. §. mora. & Siluestrum verbo Mora quæst. 1. vt aliquis dicatur esse in Mora opus est, vt sibi non desit soluendi facultas, & quia vt superaddit ibi Siluester. q. 4. mora. & culpa verè æquiualentes sunt. Igitur solum ille debitor obnoxius manet pœnæ soluendæ, qui ex culpa non soluit: non autem, qui ex sola impotentia, consentit Nauarrus in sum. c. 17. num. 215.

¶ Post hanc resolutionem communem doctorum Garcia libr. 1. de contract. c. 12. p. 366. &. p. 367. satis peracutè subnotauit distinctio né per quã facit satis assertioni prædictę Siluestri dicentis quod mora, & culpa æquipollentes sint, & qua satis facit huic argumento à se posito, scilicet, quia pœna hæc solita est poni in fauorem creditoris, qua constituitur in securitate recuperandi debitum tempore debito, at idem inconueniens sequitur creditori, si debitor ex impotentia soluere prætermittat. Quam si id facere ex culpa sua, vel negligentia omittat: ergo ex qualibet causa in tempore soluendo non fuerit, sibi subeunda est pœna à principio constituta, si qui voluntarie se tali pœnæ astrinxit. Distinctio autem eius est circa impotentiam soluendi in termino, quia dupliciter (inquit) potuit debitor in hãc incidisse, & venisse in potentiam, vno modo propter eius negligentiam, & culpam, alio modo absque illa. Si igitur ceciderit in illam impotentiam ex culpa sua, obnoxius erit exsoluendæ pœnæ, & hoc conuincit argumentum supra formatum. Si autem citra culpam suam impotens ad soluendum fuerit in tempore restitutionis, pœnæ reus nequaquam erit, iuxta sententiam Siluestri dicentis, quod mora, & culpa in hoc casu æquiparantur, post quam morosus non dicitur debitor, si culpa carruerit ex sua parte.

Argum.

Duplex in potentia.

¶ Verumtamen licet ingeniosa fuerit prædicta distinctio Garciæ, & authoritate Soti, & Cordubę fundata, qui aiunt quod quãdo debitor iustè rẽ accepit, & sine culpa eã perdidit facilius si pauper est prorogãda est illi restitutio: nihilomin' explicationi maioris gratia ad hùc hac moderatione in hoc casu vti op' est. s.

Sent. Garciæ moderatur ab autore.

quod cum Garcia ait impotentiam soluendi: quę accidit ex culpa non excusare à pœna soluenda, intelligendum est de culpa, quæ tali impotentiæ causam dedit: quia moraliter ad talem impotentiam inducendam erat ex se ordinata, vel si præuisa est talem impotentiam posse causare: Secus autem est, si occasionaliter tantum, & veluti quodam fortuito casu, & præter intentionem ex illa culpa impotentia soluendi in tempore accidit. Sicut in simili Nauarrus in capit. vigesimo septimo, numer. 237. cum Soto contra Siluestrum ait, quod versans campanam, vel illicitè cedens arborem adhibita diligentia, licet ex ista illicita versione campanæ, vt supponimus, & ex ista cesione culpabili arboris, quia aliena erat, subsecuta fuerit occasionaliter occisio hominis, non ideo incurrit irregularitatem, quia isti non dabant operam rei illicitæ per se ordinatæ ad occisionem, sed casualiter ex tali opera culpabili mors præter intentionē accidit, sic & in casu, quo ex culpa per se nō ordinata ad talē impotentiam causandam, neque preuiso euentu impotentiæ talis impotentia soluendi in tempore accidit, non inducit reatum soluendi pœnam, secus est, si ex culpa per se ordinata, vel præuiso euentu, neque adhibita diligentia talis impotentia soluendi in tempore accidat.

Quæst. ¶ Præterea veluti affinis est præcedentibus, & quæstio hæc, scilicet, an pœna conuentionalis: quæ adhibita est in contractu causa cogendi debitorem ad soluendum in tempore, ante iudicis mandatum, sit in conscientia soluenda. Ad quam respondeo primò ex mente Nauarri in summ. cap. 23. numero 64. dicimus, id est, quod non tenetur quis in foro conscientiæ manifestare rem in commissum cecidisse, sicut neque vere donans emphyteusim, tenetur in foro conscientiæ laudemium soluere, sed neque in foro exteriori donans ad id laudemij soluendum venit cogendus, vt latè probat Laso. in. l. 2. C. de iur. emph. vendens autem ad illud soluendum in vtroque foro videtur astrictus, eò quod tunc laudemium pars pretij censetur esse. Hac enim ratione emphyteusis videtur minori pretio emptori addicta. Vnde argumentum sumitur hic laudemium, non vt pœna accipi, sed potius vt interesse quod in vtroque foro debitum est iuxta l. 3. ff. de eo quod certò loc. &. leg. 1. C. de sent. quę pro eo quod int. prof. & iuxta gloss. capit. conquestus de vsur.

¶ Secūdò dicimus, quod licèt in casu quo contractus locum habet, pœna apposita ex conuentione committitur ex sola contradictione facti qua alter contradicit, & reclamat: quanquam contradictio non habuerit iuris effectum, vt testatur Pan. capit. Raynaldus de test. tamen hoc nihilominus non obstante nunc mihi applaudit sententia Nauarri in sum capit. 23. numer. 67. & 68. qui deferens oppositam sententiam Felin. in capit. de const. numer. 43. & Deci. ibidem num. 2. quæ sibi antea placuerat, quā ait nunc multò displicere sibi, hanc statuit veriorē, scilicet, q pœna conuentionalis quam partes in suis contractibus adhibent, in conscientia non est statim vt incurritur exoluenda ante mandatum iudicis, quando vt pœna pro culpa moræ est imposita, & non vt satisfactio pro interesse, at in huius gratiam plures coaceruant rationes. 1. quia nemo quamlibet iustus, aut timoratæ conscientiæ eam pœnam soluit nisi coactus. 2. quia magnum negotium faceret confessarijs, & durum videretur, si ab eis neganda esset passim absolutio pœnitentibus plurimis frequenter has pœnas incurrentibus, neque firmum propositum ante sententiam iudicis eas restituendi, gerentibus. 3. quia (vt diximus) probos non decet viros hanc pœnam accipere: nisi quando in recompensam sui interesse eam exigunt, capit. suam de pœnit. & cap. fraternitas. 12. quæst. 2. quamuis de rigore exigi possit. 4. quia non est ea partis imponentis intentio, vt pœnam imposi tam à se si debitor incurrat, statim vltro eam offerat: quia solum quò ad obseruationem contractus partes cogantur, hæ pœnę solent imponi. 5. denique, quia ista sententia non solùm bonorum, & malorum est communis animi conceptio: sed etiam consuetudine interpretatrice sic receptum est vsu. Quapropter oppositæ sententiæ Felin. & Deci. solum locum habere videtur in pœnis illis quæ ad recompensationem interesse sunt adhibitæ: sic auctore Nauarro sensit Anchar. recept. in cap. peccatum de regul. iur. lib. 6. nu. 10. Hæc enim pœna, licet vt pœna accipiatur ex parte soluentis, sed ex parte creditoris potius eius interesse est recompensa (prout fatentur omnes iuxta sententiam gloss. recept. vltima. cap. peccatū de reg. iur. lib. 6. hanc igitur qui incurrit (vt prædiximus) ad eam exsoluendam tenetur in conscientia pro toto interesse, vel saltem pro tanta eius parte quam tā accipere creditoris, cui debetur interest, q & copiosè tradunt textus, & gl. & doctores in

Dictum. 2.

leg. 1.

leg. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interprof.

¶ Subinde concludimus quod mora soluendi culpabilis quæ ius facit creditori exigendi conuentionalem pœnam in foro exteriori à debitore in termino præfixo non soluente, non est punctualiter attendenda, neque statim in nunc iam completi termini suffocandi sunt debitores, neque in foro exteriori statim pœnæ exsoluendæ censendi sunt esse rei: sed quantum post istud nunc completi termini cùm eis pie sit agendum, neque sint adigendi ob paruam moram ad luendam pœnã arbitrio bonorum virorum, vel potius arbitrio, & prudentiæ ipsius iudicis relinquitur iuxta mentem Nauarri.

Nota.

CAPVT. XXXII. *An ratione pacti adiecti de retrouendendo minuatur pretium, & quid sit hoc pactum, & quando est fictum, & quomodo est triplex. Et quæ modicitas pretij hic impignorationem arguit: de aliquibus contractibus vsurarijs sub palliatione huius pacti.*

Quæst.

VArios modos, quibus pretia augeri, aut diminui possunt perscrutantibus nobis occurrit hic illa quæstio. s. an ratione pacti adhibiti à venditore de retro sibi vendenda ab emptore re, quam ei vendit, quia ea carere perpetuo non vult: teneatur venditor aliquid minuere de pretio. At quamuis de hac quæstione supra diuisse nos meminimus, tamen quia multa supersunt dicenda, quæ illic fuere omissa hic responsuri ad eam, aliqua cũ

Notab. 1

Garcia in lib. 1. de contract. cap. 20. notatu necessaria præmittimus. Primò, quod contractus hic dupliciter potest iniri: vno modo fictè, vt exempli gratia, non desunt quidam, qui copiam pecuniæ mutuãdo, in pignus mutui fundum, seu possessionem accipiunt interim, dũ mutuum manet insolutum, quò autem sibi vitio, aut notæ vsuræ in populo non detur, quod fructus fundi suscipiunt, vt ex pignore non computando eos in sortem quandam per vafriciem comminiscuntur venditionem illis factam de illo fundo cum pacto de retro uendendo illud, cùm nihil minus inter eos defuerit quàm animus vendendi, aut emendi fundum: sed mera fuerit fictio excogitata ad sub nomine venditionis celandam commissam vsuram: Qui quidẽ fictionis modus cap. ad nostram de empt. & vend. & nota vsuræ præfigitur, & reprobatur. Aliquando autẽ contractus hic de retrouendendo sincerè, & verè citra fictionem inter partes celebratur cũ vero animo hinc vendendi, illinc emendi iusto interueniente pretio, atq; sub hac forma contractus hic de retrouendendo non damnatur.

¶ Secundò notatu est opus, quod quia contractus de retrouendendo, ideo fit, quia venditor sua re perpetuo carere non vult, quia sibi maximo detrimento perpetua carentia illius est, vel quia res valde sibi pretiosa est, & rara: sicut lapis pretiosus regi, duplici ex necessitate potest adigi ad eam cum pacto de retro sibi vendendo, vendendum: tum ad instantiam alicuius tertij, vel amici, vt ei subueniat: tum vrgenti necessitati propriæ prouidendi causa, quam aliter supplere non potest: ideo cum pacto isto & spe recuperandi suam rem eam vendit. 2.

¶ Si autem quis quærat qualiter coniectare licebit contractum cum pacto de retrouendendo non fictè: sed vero animo vendendi fuisse factum: dicimus id sic conijcere licebit ex dictis: nam primò quando venditor necessitate oppressus aliter sibi subuenire non potest, nisi venalem exhibendo rem suã: argumentum est non fictè tunc, sed animo vendẽdi rem suam sic vendidisse. Secundo etiam verè, & non fictè vendidisse censendus est ille, qui precibus impulsus emptoris quatenus ne necessitati emptoris subueniat emptori vendit rem suam: quam non aliter quam titulo emptionis emptor vult accipere.

Quæstio. Coniectur. 1. 2.

¶ Insuper ne de pacto de retrouendendo loquentes, ne in eius nominis significatione allucinemur, præquirendum est primò, pactum de retrouendendo quid sit. Respondetur ergo pactum de retrouendendo esse pactum illud, quo emptor promittit reuendere rem emptã venditori, quandocumque venditor voluerit, vel intra certum tempus, quod cum illicitum non sit pretium diminuit, in cuius gratiam citat Nauarrus in sum. cap. 17. num. 747. c. cum Ioannes de fide. instr. & l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. & l. si fundum. l. Si à te. C. de pactis. inter empt. & ven. & Leuit. 25. Hoc tenet Innoc. Host. And. Panor. & communiter canonistæ in. c. ad nostram, de empt. & legistæ in dict. leg. si fundum, & Cepol. de simul. contract. cas. 2. & omnes theologi in. 4. dist. 15.

Quæstio. Respons.

¶ Hinc corollarie sequitur, quod si vera emptio sit, & non vt simulatio contractus hic sit vbi admiscetur pactum hoc de retrouendendo, sed ita fiat vt saltem emptor verè, & principaliter intẽdat emere, tũc nõ tenetur

Corol. 1.

emptor restituere fructus interim perceptos nisi á tempore in quo in mora esse incipit nõ recipiendi pretium illius loco, & tempore congruis oblatum.l.secunda.C.de pact. inter empto. & vend. & gloss.recept. & capit. illius. verb.percept.de pignor.ita Nauar.

Corol.2. Præterea secũdò corollarie sequitur, quod si vera fuit emptio quæ tunc præsumitur talis, quando iusto pretio fuit facta, & res cùm tali pacto de retrouendendo empta periculo emptoris mansit subiecta: tunc iustè potest statim dum non redimitur, locare eam emptor venditori honesta pensione iuxta.l. fundi partem.ff.de contra.empt. & dicto capite. cùm Ioannes, de fide instrum. quia cum tunc emptor licite faciat fructus suos, vt expresse diffinitur.l.si fundum.C.de pact.inter empt. & vend.nam cùm per emptionem res facta sit sua iustè capit fructus ex re sua: sequitur eius fructus æqua pensione locare venditori possit.

Corol.3. ¶ Deinde ex prædictis sequitur, quod contractus vsurarius est mixtus cum pacto de retro emendo, & vsu receptus: inter aliquos emere in Autumno mille oues obligatis venditoribus vsque ad Maium, vt eas saluas custodiant, & eorum periculo pereant, & postquàm emptor totam fœturam percepit, reuendit easdem venditoribus, qui eas sibi vendiderant. Plures inquit Sotus iniquitates hic committuntur, nam si iste emptor obligat vendentes illas mille oues, vt eaidem eo dem pretio redimant, mutuum esse conuincitur talis emptio ouium, mutuum (inquam) pretij, quod pro illis persoluit, postquàm sic reddendum est illi in redemptione ouium, & cùm simul, cùm hoc obliget earũ venditores, vt earum periculum subeant, signum est quod non eas emptor emit: quia si emisset emptori, & non venditoribus perire debuissent, neque pro periculo, earumque custodia emptor soluit venditoribus, nisi quid tenue, & modicum. Igitur vsura est: quia ratione mutui resultantis ex pacto de retro emendo aliquid percipit extra sortem.

Cõtractus vsurarius. ¶ Idem confirmat frater Iosephus in suis floribus, dum ait, mutuum esse palliatum, vn de emergit vsura, si emptor dicat: ecce res quam mihi vendis cum pacto, vt tibi eam reuendam, si quidem sum eam tibi reuenditurus: quia tuta poscis tuo periculo interim maneat: ita vt ante tuam redemptionem perierit, teneatis mihi pretium pro ea datum soluere, & interim mihi eius solues fructus. Vsura (inquam) hic pullulat: nam saluo capitali, id est, pretio pro ea dato saluo, interim percipit fructus eius.

¶ Porrò secundum Nauarrum summ.Lat. capit.17.nume.229.cui suffragatur Sotus de iusti.& iur.contractus pessimus est, & peiori nota vsuræ notandus: si quis prædia, vel pecora emit ab eo, quem credit ea non habere, & statim certa pensione eadem illi locat, vnde peccat quidem cum obligatione restituẽdi pensionem, quam ex re quæ non erat cæpit argumen.l.1.& totius tituli.ff.de condict. Sic etiam peccati, vsuræ, & restitutionis reus est ille: qui dato pretio fictos boues emit, quos pro tempore, pro certa pensione locat idẽ fictovẽditori eis carenti. Secusauté inquit Nauarrus esset, si emptor hic probabiliter credebat venditorem eos boues, vel pecora, vel prædia habere: & bona fide emit. Nàm tunc non tenetur restituere etiam post cognitam veritatem, id quod ex tali pensione rei non existentis bona fide emptæ, & locatæ venditori insumpsit. Imò neque id quod non insumpsit: si quando in reueritate si abisto venditore ficto deceptus nõ esset, neque ea emere rogatus, emisset alia prædia, vel pecora vera, sicut intendebat, quia tunc pro suo interesse illã pensionẽ potest retinere. ita Angelus verbo vsura.1.§.71. Siluest. vsura.2.quæst.6. Maior in.4. distinct.15. quæstio.46. columna quarta. *Cõtractus vsurarius.*

¶ Ad hæc vt omnes thecnas, quæ in contractibus de retrouendendo latere possunt retegantur, dicimus cum Nauarro fraude nõ carere: si quis vendat prędia non fata cum pacto, vt sibi ab emptore reuendantur intrà annum, & solitus est (vt plurimi faciunt) paulò ante messem solutis impensis ea redimere, quare ad propulsandas has fraudes lege Nauarræ cautum est, vt qui non redemerit fata illa ante Pascha, non possit redimere nisi post messem. *Fraus venditoris.*

¶ Deinde, & hæc regula præ oculis est habenda in hac materia, scilicet, quod licèt pactum hoc de retrouendendo ex sua natura semper in vtilitatem vendentis cædat, & non in cõmodum emptoris, tamen pecuniæstimabile est hoc pactum, quod cum multiplicibus conditionibus possit fieri (quæ conditiones interdum in vtilitatem venditoris inclinant, aliquando magis in vtilitatem emptoris propendent) ideò quando contractus cum pacto de retrouendendo talibus circunstantijs, & conditionibus est circumuallatus, quod sic circunstantionatus magis vergit in venditoris fauorem quam emptoris: tũc proporciona

porcionaliter diminuendum est de pretio, quatenus sic recompensatio aliqualis fiat emptori. Cæterum si redundarit hic contractus magis in fauorē emptoris, quàm venditoris, pretium tunc ea proportione augendum est, quatenus venditori sic etiam fiat satis. Itaque taliter contractus hic est celebrandus, vt pretium commēsuretur conditionibus in eo appositis.

Quæstio.

¶ At verò si scisciteri addat aliquis, scilicet, quando innotescere poterit contractum hūc de retrouendendo propter adhibitas conditiones magis in fauorem vnius contrahentis esse quàm alterius, respondemus iuxta Nauarr. in sum. Lat. cap. 17. num. 248. mentem trifariam huiusmodi pactum de retrouendendo iniri posse. Primò sic, quod res vēdita semper, & in quocumque tempore prolibito venditoris à venditore redimi possit nulla limitatione adiecta, & tunc certè pactum hoc in venditoris fauorem inflectitur. Secundò, cum conuenit inter partes, ne res vendita ante tantum temporis redimi possit ante scilicet annum vnum, vel duo, vel tres, vel plures: hoc tamen elapso termino, quod bene redimi possit, & hoc quidem pactum in emptoris vertitur fauorē. Ad sic autem paciscendum non deest interdū rationabilis causa, qualis est, si emptor causa meliorandi possessionē emptam, vel aliquid elaborandi in ea, ea potiri sine metu eam amittendi pro aliquo certo tempore velit, vel si causa fruendi ea pro determinato tempore, ita cuperet. Tertio modo, cum conuentio fit sic, quod intra tot annos duos, scilicet, vel tres, res vendita redimi possit: non tamen posteà. Hoc autem pactum cum in fauorē vnius vel alterius contrahentium redundare possit tunc maxime in fauorem emptoris cæderet: quando ipse quia persentit post tantum temporis, & non ante se posse rem emptam meliorare, cupit se securum fieri de non auferenda sibi re empta tūc, quando eā meliorare parat, ideoque hanc conditionem apponit. Quarto modo sic conuenire contingit inter partes, scilicet, vt res vendita non nisi annuatim redimi possit, ea videlicet lege, vt si emptor in anni principio rem sic emptam possidere incipiat, tunc per totum illum annum, redimi nequaquàm valeat, nisi in fine illius anni præcedentis, & ante initium anni sequentis. Pactum autem hoc præcludit viam omnibus his fraudibus quas aduersum emptorem venditor moliri posset, vt si fraudulenter obtenderet tempore messis, vel collectionis fructuum fundum redimere, scilicet, quando plus emolumenti ex eo sibi parat. Omnia autem pacta hæc licent authore Nauarro, cui subscribit Garcia vbi supra: dum modo iustum pretium seruetur illud extenuando, vel augendo iuxta naturam, & circumstantias contractus, secundum quod magis pro emptore, vel venditore faciunt, iuxta regulam supra positam.

Pactum de retrouendendo triplex.

1.

2.

3.

4.

¶ Insuper quia præcipua difficultate non caret discernere, scilicet, quænam sint conditiones, quæ ad iustitiam huius contractus emptionis cum pacto de retrouendendo concurrere debeant, ideò id examinatu hic opus est. Et primò quæritur an in contractu de retrouendendo ratione huius adiuncti pacti à venditore emptor possit rem minoris emere quàm valet.

Quæst.

¶ At videtur ideo rem minoris emere non licere: quia secundum Caietanum. 2. 2. quæst. 77. artic. 1. penes finem, commenti res valens mille vendita cum pacto de retrouendendo non desinit valere mille, quia simul cum tali pacto censetur valere mille, non quidem absolutè, sed ipsi venditori, cui graue est carere prouentibus illius rei pro toto eo tempore, quo sibi carendum est illa: tum etiam, quia vt ipse Caietanus ibi ait, si quis possessionem valentem mille pro octingentis, cum pacto de retrouendendo emeret, vsurarius censeretur, ergo ratione pacti de retrouendendo non est res minoris, quàm aliàs valeat emenda.

Argu. 1. ex Caieta.

¶ Item Metina in sua summ. de Instructione Confessoris. §. de empt. & vend. penes finem fol. 144. pag. 2. sic ait, quòd si quis emat oliuetum minoris, quam valet ea conditione vt intra tres, vel quatuor annos à vendente cui eum interim locat redimatur, duplici ratione iniustitia non caret. Primò, quia res emitur minoris, quàm valet. Secundò, quia vsura est palliata obligare venditorem ad redimendum, & interim percepisse locationis pensionem: ergo videtur sentire Metina, quod ratione pacti de retrouendendo non sit res minoris emenda quam alias valet. In contrariū est authoritas Nauarri, qui in summ. Lat. capi. 27. num. 86. & cap. 27. num. 247. ait, quod pactum, quo emptor promittit reuendere rem emptam venditori, quandocunque voluerit, vel intra certum tempus, non solum est licitum, sed etiam diminuit de pretio. C. cū Ioannes. de side instrument. & iuxta supra allegata iura, cùm quid esset pactum de retrouendendo diffiniuimus. Imo illo cap. 27. num. 86. superaddit tale pactum quartam partem, vel ampliorem pretij diminuere. argu. extrau. 1. &

Arg. 2. ex Metina.

In contra.

2. de empt. quatenus probant annuũ censum duodecim emi posse iustè centum cũ pacto de retrouendendo perpetuo, qui sine illo valeret. 200. & amplius, ergo secundum Nauarrum res empta cum isto pacto licitè potest minoris, quàm alias valet emi, vides quam intricatior sit quæstio, quam vt breuiter expediri possit.

Resp. ¶ Igitur quoniam aliter nobis loquendũ est stando in foro exteriori, vbi præsumptiuè interdum iuxta leges fundatas in præsumptione proceditur, & aliter in foro conscientiæ, vbi veritati astatur, & præsumptioni nõ datur locus: ideo loquendo primò de hac quæstione quatenus attinet ad forum exterius dicimus, quod extra cap. ad nostram de empt. & vẽdit. diffinitur sic expresse, scilicet, si in vẽditione opponitur pactum de recuperanda re post certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, & non venditio: ecce quomodo contractus hic de retrouendendo iniustus esse præsumitur quando fit modico constituto pretio.

Quæst. ¶ Sed iam ex prædictis implicatius exurgit dubium, quod nam in foro exteriori dicatur modicum pretium, quod præsumptionẽ pignorationis, & non vere venditionis inducit. Respondetur autem. Primò quod Caietanus. 2. 2. quæst. 77. art. 1. in commento. penes finem videtur significare, quodcunque pretium notabiliter modicum hanc inducere præsumptionem. Nam sic ait, consuetudo quæ vim iuris habet efficit, vt pro nihilo habeantur hæc pacta de retrouendendo in contractibus, & hoc ad obuiandum fraudibus vsurarum, vnde subiungit exemplum, quod si quis agrum valentem mille, venderet octingentis, cum istis pactis de retrouendendo mutuum esse potius, quam venditio fuisse putaretur. Accedit Siluester qui verbo vsura. 2. q. 15. dicto. 3. ait quod hoc præsumitur in foro exteriori: quando pretium est modicum, intelligę inquit vltra dimidium, idest, etiam si non sit citra dimidium, sed sit vltra dimidium, & facit. l. quamuis. §. si cum essem. ff. ad vellei. accedit ad hæc, quod talis præsumitur contractus extra. cap. ad nostram de emp. & vend. vbi pignoratio, & non venditio præsumitur contractus ille de retrouendendo, vbi datus est valor, qui vix dimidiam iusti pretij contingebat: ergo vt contractus in foro exteriori præsumatur iniustus, non requiritur, tam modicũ in eo constitutũ sit pretiũ, vt citra medietatẽ cõtineatur. Nam in casu. c. ad nostrã. cũ vix contingeret medietatẽ nõ infra medietatẽ manifeste continebatur, & tamen hoc non obstante contractus mandatur rescindi; & oliueta sic vẽdita restitui At oppositum (ni fallor) insinuat Nauarrus in sum. capit. 23. num. 86. quãuis obscurè loquatur: dum ibi sic ait, Admonemus, quod pactum de retrouendendo multum deminuit de pretio, & consequenter leges quæ loquuntur vltra dimidiam, vel quartam partem pretij debere intelligi de dimidia, vel quarta parte pretij per tale pactum diminuti: frequenter enim tale pactum quartam partem pretij (inquit) vel ampliorem diminuit arg. extrau. 1. & 2. de empt. Hæc Nauarrus. vbi videtur significare hunc contractum non fore in exteriori foro rescindendũ: nisi cum tam modico pretio constituto celebratus fuerit quod medietatem pretij iuste ob pactum prædictum diminuti non attigerit: Sed quia hæc quæstio potius pertinet ad causidicos, sicut & præsumptionis fraudum in his contractibus perscrutari, ideo consuetudini inter eos receptæ, quæ interpretatrix est legis standum censeo, & de his præsumptionibus. qui velit cõsulat Siluestrũ loco citato.

Sententia Nauar.

Sententia authoris.

¶ Si autem loquamur in foro cõscientiæ, dicimus, quod hæc quæstio adeò in controuersia fuit, vt Siluester verbo vsura. 2. quæst. 15. dicturus de hac quæstione in hęc verba in forma proruperit, in hac quæstione inquit, frequenter sum proveritate fatigatus propter quosdam Confessores tenentes contra suos, & aliorũ Doctores: quo fine autẽ, ipsi viderint, & tamẽ veritas (inquit) est clara ex ratione, & authoritate, intelligendo tamen semper, quod emptio fiat iusto pretio cum alijs requisitis, & similiter locatio, & etiam datio ad libellum: quæ quidem sententia Siluestri, quia eam ibi latè probat, & quia supra, cum quid esset pactum de retrouendendo declararemus, cũ Nauarro, & Siluestro ex pluribus locis iuris probatam reliquimus, & esse communem iuristarum vtriusque iuris, & Theologorum diximus, non est cur in conscientia cum suis requisitis licere dubitemus, neque in probando, quod in conscientia contractus cum pacto de retrouendendo factus sit licitus immoremur. Neque obstat caput ad nostrã. de emption. quia ibi reprobatur contractus ratione doli nõ ratione pacti de retrouendendo, vt patet intuenti non pactũ de retrouendendo sibi, si illud exposcat venditor licitum est. Non autem licèt pactum quo emptor obligat vẽditorem ad redimendum post fructus perceptos, & hinc patet solutio ad argumenta, sed de hoc posteà latius dicemus.

Nota.

CAP.

CAP. XXXIII. *Quod contractus cum pacto de retrouendendo debet fieri iusto pretio, & cum conditionibus requisitis de quibus hic: an res sic empta possit locari, an eodem pretio redimi debeat, an minoris eam emens faciat si i fructus, & de alijs.*

NE prolixitatis tædio afficeremus lectorem: quæ ad eandem materiam pertinebant dubia ad distinctum capitulum trãsferre cogimur. Cùm ergo duo notanda ex approbatione contractus cum pacto de retrouendendo ex doctrina prædicta Siluestri & communi collegerimus, scilicet, quod primò talis contractus, vt licitus sit fieri debet, tum iusto pretio, tum secundò cum requisitis conditionibus, iam & hæc duo inquirenda veniunt, scilicet, quæ nam sint, & quot istę conditiones requisitæ necessario ad iustificationem huius contractus. Secundò quodnam, aut quantum est iustum pretium quod in hoc contractu est obseruandum.

¶ Circa autem primam quæstionem, quia aliqui quatuor aut plures conditiones necessariò requisitas ad iustitiam huius contractus esse asserunt, & hoc præexaminasse operepretium est. Quare primò quæritur, vtrùm requiratur animus verus contrahendi emptionem, & venditionem. Cui quæstioni facit satis Nauarrus in summ. capit. decimoseptimo numero. 247. vbi docet istum verum animum saltem emendi esse necessario requisitum. Nam ait, quòd cum ad iustitiam huius contractus concurrere debeant aliqua, Primò requiritur, vt simulatio saltèm ex parte emptoris absit, ita vt emptor vere & principaliter intendat emere, cui suffragatur Siluester verbo vsura. 2. q. 15. dicto. 3. *Quæst. 1.*

¶ Secundò quæritur, an illa conditio sit necessario hic requisita, scilicet, quod emptor faciat illud pactum de retrouendendo eo solo, vt placeat venditori, & quod malit ne redimatur, & quod non emeret si putaret esse redimendum. Ad hanc quæstionẽ Siluester loco citato illo dicto. 3. faciens satis ostendit hanc conditionem esse necessariam, scilicet, quod emptor non velit rem redimi. Nam ait sic ibi, si autem quis vellet non, rem sibi remanere, sed redimi: & sic crederet venditorem non redempturum, non emeret, vsura est venditione palliata. Hæc Siluester. At verò Nauarrus loco citato contrariæ sententiæ est, quia inquit non est iuridicum. Nam nullo iure, vel ratione apparet, quòd ista conditio sit requisita: tum quia contingit non rarò aliquem posse verè rem aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod eius pretiũ minuit, qui tamen absque isto pacto, quia sufficienti pecunia caret, ad eam emendam esset impotens, quia sine isto pacto res pluris valet. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & cap. cum Ioannes cum eis adnot. quare ergo vt tunc possit eam emere pretio sibi possibili non licebit eam emere velle cum pacto de retrouendendo? Tum secundò quia plures qui alias nolentes, res aliquas emere, persuasu importuno amicorum eas emerunt, quas quia rursus opus habebant vendere, cũ pacto de retrouendendo ab amicis emerunt verè, sed sperantes eas redimendas, quas alio quin non emerent. *Quæst. 2.* *Variant Siluest. & Nauarr.*

¶ At vero inter tam perplexa quid sit dicẽdum non satis occurrit: dico ergo quod opinio Siluestri est vniuersaliter verior, & tutior; tum quia præcidit ansam pal. iatis vsuris, tum quia moraliter loquendo velle rem sibi redimi est velle rem non sibi manere, sed reuerti ad dominum, quod per se, & moraliter loquẽdo, sine restitutione pecuniæ datę ab emptore pro ea re non fit. Hoc autem ęquiualenter mutuum illius pecuniæ fuit, & cum interim percipiat fructus vt bene dixit Siluester vsura palliata est. An verò conditio hæc requisita secũdum Siluestrum, & alios patiatur exceptionem propter speciales rationes in his duobus casibus adductis exemplariter à Nauarro aliorum sit iudicare. Arbitror tamen in primo casu Nauarri, quia necessitas, & defectus pecuniæ compellit emptorem ad volendum cum tali pacto retrouendendi emere, & quia in secundo importunitas amicorum ad emendũ rem, qua emptor non indiget emptorem pertrahit, posse tales emptores ab vsura palliata excusari: quia voluntate, vt sibi redimeretur à venditore non caruit, dum aliàs vere emere in animo habuit, sed de hoc satis, sicque censemus limitandum, quod in nostro primo tomo Instructor. in secunda parte à nobis est dictum. *Sententia authoris.*

¶ Prætereà an conditio hæc (vt alij dicunt) sit necessaria, scilicet, ne pactum fiat, quòd vltra certum tempus id redimi non possit. Respondetur id quidem licere, sicut antea diximus: quia pactum hoc in fauorem vnius, vel alterius potest redundare: & præsertim in fauorem emptoris: quando sic securum se fieri cupit de non auferẽda à se possessione quando eam meliorare parat secundum Garciam. Ita sentit Nauarrus vbi supra, vbi perspicuũ esse ait hoc: quia planum est posse fieri pactũ *Quæstio.*

de

de retrouendendo intra solum vnum annum duos, tres, aut plures, quod nihil aliud est in re, quàm pactum ne vltra illa tempora præfinita redimatur. Hoc autem regulariter ait Nauarrus esse verũ, sed non in omni casu: quia in emptione census hoc nõ liceret post extrauagantem Pij. V. super censibus: quod sicut est nouum, ita & singulariter est notandum.

Quæstio. ¶ Præterea scitu opus, an conditio hæc, scilicet, apposita ab alijs nempe quòd emptor, cum tali pacto de retrouendendo ad vsuras dare solitus nõ sit, & videtur, quòd sit necessaria: quia alias ille ad vsuram dare solitus præsumeretur solitum facere argumen. l. quod si noiit. §. qui assidua. ff. de ædilit. edict. dico nihilominus, quod in conscientia non est necessaria vbi cessat omnis præsumptio ad quã in foro exteriori adiumento esse posset ista conditio cap. tua. de sponsal.

Quæstio. ¶ Insuper inquisitu est opus, vtrùm ista conditio sit necessaria, scilicet, quod non fiat pactum, vt ante quinquennium, verbi gratia, à venditore redimi non possit, bene autem postea. Ad hoc affirmatiue respondet Siluester loco citato illo. 3. dicto, quod licet secundum Ioannem Andr. in dicto cap. ad nostram de empt. in Nouel. & Hostiensem in foro contentioso in fraudem præsumitur poni ista cõditio, tamen in rei veritate non est illicitum pactum, si fiat bona fide, vt quia vult facere aliqua temporalia melioramenta, quorum effectu ipse vult frui. Nauarrus autem huiusmodi pactum licitum esse affirmat, tamen pluris esse soluendum ab emptore quando hoc pactum apponit ibi insinuat quam si cũ pacto redimendi, quando libuerit venditori redimere, venderetur, quia hoc in fauorem est venditoris, illud autem, scilicet, non ante quinquennium in fauorem emptoris regulariter vertitur, nunquam tamen vtroque isto pacto, vel altero eorum emendo tantum pretium est soluendum, quantum si absque aliquo pacto venderetur valeret.

Respons. ¶ Adde quod Nauarro loco citato capit. 17. nume. 248. non placet dictum Maioris in 4. dist. 15. quæst. 43. asserentis, quod venditor grauat emptorem pacto quando voluerit redimendi, nisi consentiat, vt emptor aliquid capiat ratione sui interesse. Quia inquit Nauarrus iste vendens sic vtitur iure suo, sic cum isto pacto vendendo. Qui autem iure suo vtitur, nemini facit iniuriam cap. cùm ecclesia, de elect. & l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. satis ergo est, vt si quia venditor pactum de retrouendendo apponit, diminuat de pretio at contra fraudatores vendentes prædia non sata cũ pacto redimendi intra annum, qui solent redimere paulò ante messem solutis impensis, cautum est (vt prædiximus lege Nauarrę) vt qui non redemerit ante Pascha, non possit redimere nisi post messem. 2. ¶ De coniecturis ad præsumendum in foro exteriori disputare prætermittimus: quia nobis solum est cordi de solo foro conscientiæ disputare.

Quæst. ¶ Nolumus hic præteriisse mentionem de contractu locationis adiuncto emptioni cum pacto de retrouendendo, scilicet, an liceat possessionem emere cum pacto de tetrouendendo, locando eam venditori pro certo affictu, id est pensione. Dicimus autem ad quæstionem breuiter cum Siluestro vsura. 2. q. 15. dicto. 2. Primò quod non est dubium id licere: dum tamen fiat sine fraude: quia rem suam, quam iste verè emi potest sicut alteri: ita & isti, putá vẽditori locare saluis supra dictis. Esset tamen secundum Siluest. illicitum, si ex pacto commodum, vel incommodum pertineret ad venditorem, excepto commodo fructuum rei, seu possessionis a se conductæ, quia est contra naturam emptionis, cum rei emptæ commodum, vel incommodum pertineat ad emptorem. l. illud. ff. de peri. & com. rei vend. nisi pensio pro locatione rei, quam soluit venditor, esset ita modica, quod venditor hinc releuaretur in eo in quo grauatur contra naturam contractus.

Dictum. 1. ¶ Secundò dicimus, quod tunc esset illicitum cum isto pacto de retrouendendo emere, & statim venditori rem emptam locare: quando venditor non se posset quando vellet, ab huiusmodi conductione liberare, quia talis obligatio cum sit æstimabilis pretio, vendicat partem pretij iuxta dict. l. fundi partem & cum emptor solum iustum pretium rei soluat, sic supra iustum rei pretium habebit istã obligationem venditor, qua obligaretur ab huiusmodi conductione venditor non discedere. Idem autem contingeret, si vellet emptor, quòd venditor obligaret se ad conducẽdum, nisi pro hac obligatione in aliquo alleuiaretur conductor, ideſt, venditor.

Nota. ¶ Nota autẽ secundum Siluestrum, quod in hoc casu, vbi in contractu emptionis cum pacto de retrouendendo: deceptio emptoris fraude, contingeret esse infra dimidium iusti pretij, vbi rescindendus venit contractus in foro exteriori, eo quòd emptor neque dimidium iusti pretij soluit: quia contractus non tenet: tenetur emptor restituere fructus pro rata diminutionis pretij, ita verbo vsura

2. q.

2. q. 15. dicto. 4. insinuat Siluester, addit tamen contra alios quod dum tenet contractus quia exparte emptoris non intercessit deceptio infra dimidium iusti pretij: tunc non tenetur emptor ad fructus pro rata diminutionis pretij restituendo: sed solum tenetur de residuo pretij & interesse, si quod passus est venditor ratione illius residui sibi nō soluti, quia si tunc contractus tenet res empta est emptoris, igitur fructus de re sua perceptos nó obligatur, neque pro rata soluere. Sed nihilominus existimo respondendum ad hoc, quod in casu, vbi dolus non dedit causam contractui venditionis, quia alias venditor parabat possessionem vendere, eamque erat venditurus, si solum interuenit deceptio in contractu emptionis: quia emptor prædium emit infra dimidium iusti pretij, quia cum valeret centum emit illud pro quadraginta, ex mente Metinæ Complutensis intendo maiori æquitati non tenetur in hoc casu emptor restituere fructus pro rata diminutionis iusti pretij contra Iosephum, & contra Conradum, & Siluestrum hic: sed satis est tantum suppleſſe pretium, & interesse ex diminutione iusti pretij non soluti amissum resarcire, quod & patet. Nam contractus hic non est ipso facto inualidus, sed venit per iudicem rescindendus, ergo antequam per iudicem rescindatur, satis est sic sine restitutione fructuum satisfeciſſe. Secùs esset quando deceptio dedit causam cō tractui venditionis: quia alias non erat paratus vendere, neque vendidisset, nisi deceptus fuisset: quia tunc quia ipso iure est nullus cō ctus sicut emptor tenetur restituere rem sic emptam, ita & fructus eius, si erat fructifera sicut venditio bonorum Ecclesiæ, aut pupilli quando sine debita solemnitate fit: quia tunc tam Ecclesia, quam pupillus recuperabunt sua bona cum fructibus perceptis ab emptore, reddito emptori suo pretio: emptor tamen habebit actionem contra venditorem ad interesse tam damni emergentis, quàm lucri cessantis, si ex tali emptione euenerit. Ita Metina Compluten. de restitut. de rebus per vsurā acquisitis quæst. vltima: licet in conscientia in his contractibus ipso iure nullis, vbi affuit bona fides, & ignorātia inuincibilis excusans, satis sit restituere fructus perstantes: non autem sic excusatus tenetur ad restituendos fructos durante bona fide consumptos: nisi in eo tantum in quo ex tali consumptione euasit locupletior. Sed de his satis.

Quæstio. *Respon.* *Variant Doctores.*

¶ Iam ad quæstionem aliam promissam expediendam accingimur, scilicet, quale, vel quantum sit pretium iustum in hoc contractu cum pacto de retrouendendo. Nam & si Nauarrus in summ. cap. 23. nume. 86. dixerit frequenter tale pactum quartam partem, vel ampliorem pretij diminuere, tamen hoc nō totam exhaurit difficultatem. Igitur quæstionis explicandæ gratia eo conijciendus est oculus, an venditio cum tali pacto celebrata in fauorem venditoris solum retorqueatur, vel in emptoris fauorem. Tunc autem in fauorem venditoris cæderet hæc venditio, quando venditoris interesset, & rem suam vendere & cum tali pacto eam vendidisse, magisque in rem suam id esset, quam in rem emptoris, sicut accideret sic esse, quando sic vltrò rogans suam exponeret venalem possessionem, emptorque rogatus eam emeret.

Quæst. *Distinctio fauoris.*

¶ Interdum autem èconira talis venditio cum prędicto pacto magis cædit in vtilitatem emptoris, quàm venditoris: quando scilicet, venditor alias nolens rem suam distrahere, solum importunis emptoris precibus impulsus, quò emptoris necessitati magis prospiceret, quam proprię, quia potius damnum patitur eam vendendo, eam cum tali pacto venderet.

¶ His præmissis iuxta Garciæ mentem respondentes ad quæstionem, has statuimus propositiones. ¶ Prima igitur propositio sit. Quando venditio inita cum pacto redimendi rem venditam in venditoris rem, & vtilitatem est, ad instantiamque suam, & non emptoris sit, tunc eius pretium iustum tantum erit, quantum res ipsa absolutè valeret, si sine tali pacto venundaretur, à tali absoluto pretio præscindendo primò eam quotam, qua prędictum pactum dignum est æstimari, tanto ergo minoris tunc venditio conficienda venit: quantum hoc pactum valet pecunia appretiatum. Hæc conclusio patet, quia pactum de retrouendendo suapte natura in commodum venditoris, & non emptoris vergit. Cū ergo huiusmodi pactum de retrouendendo æstimabile pretio sit, ratio iustitiæ exigit, vt venditor, qui tum vendendo in rem suam facit, tum perpactum de retro sibi vendendo in demnem se seruat cum damno emptoris, hac ratione tantum de iusto pretio alias sibi debito diminuat, quantum prædictum pactum dignum est æstimatu.

Propositio prima.

¶ Secunda propositio, prædicta venditio cum dicto pacto de retrouendendo: quando ad instantiam emptoris fit, & in commodum eius cum aliquali detrimento venditoris rogati: quia illa pecunia pretij non

eget,

eget, & interim quasi inuoluntariè vendens prouentibus rei á se venditæ caret, tunc ob pactum de retrouendendo per se positum non tenetur aliquid remittere de pretio, quod valeret res, si absolutè, & sine isto pacto á se venderetur. Hanc videtur insinuare Caietanus. 2.2. quæst. 77. arti. 1. penes finem, & ratio huius conclusionis est non illa sub obscura, quam adducit Garcia: sed illa clara, quam insinuat Caietanus, scilicet, quia tunc ratione damni quod ex tali venditione incurrit vendens stanti sibi valet etiam cum illo pacto vendita, quanti valeret, si absolutè sine illo pacto venderetur, imò forte magis sibi valet res. At dices fortè, quod tunc venditor per pactū de retrouendendo quod aijcit id damni resarcit. Respondetur quod cum venditor inuolūtarius duplex incommodum ex tali vēditione ad instantiam emptoris facta incurrat: alterum, quia prouentibus rei suæ interim priuatur: alterum autem de amissione rei suę perpetua, cum per pactū de retrouēdendo sibi á se positam secundum incommodum reparauerit, primum incommodum adhuc reparatum non manet: quare nihil mirum, si huius incommodi sibi reparandi gratia nihil demat de pretio alias iusto etiam si apposuerit de retrouendendo pactum.

Ratio.

Quæst.

¶ Deinde illa quoque se vltimo offert enodanda quæstio, vtrum redemptio reivenditæ cum pacto de retrouendendo minori prætio ex parte redimentis fieri possit, vel an maiori pretio, quàm emptio facta est, reuendi possit ab emptore. Ratio autem dubitandi est, quia vt arguit Siluester verbo vsura. 2. quæst. 15. dicto. 5. dominus Leuit. 25. In hoc casu retro uenditionis iubet fructus computari in sortem, ac per consequens redimi poterat minori pretio, quam empta est: quia computatis in pretio fructibus perceptis, minus pretij restat pro redēptione soluendum. Dicimus ergo ad quæstionem primò cum Nauarro in sum. capit. 17. numero. 248. quòd non licet á principio pactum adijcere quod res sic vendita maiori pretio sit postea redimenda, quàm vēdita primò fuit, quia vsu euenire potest, vt causa alicuius circunstantiæ pretium variantis, posteá accidentis, maioris, vel minoris veniret redimenda, vel forte inuariatis rebus æquali pretio. Pari quoque ratione neque liceret pacisci vt minoris redimeretur postea: quia posset ex aliquo accidenti ascendisse in pretio. Imò Garciæ non videtur consentaneū rationi asserere, sicut aliqui asserunt, quod res eodē præcise pretio, hoc est æquali pretio primę vēditionis rediměda sit, eò quod hæc adiecta cōditio, seu obligatio efficeret vt cōtract⁹ hic magis appareret mutuum, quā vēditio, & emptio, siquidem in mutuo eadem reddenda est quantitas mutuata: sicut in obligatione hac. Tum etiam, quia hæc vera est emptio, emptio autem pretio iusto quod res valet emptionis tempore fieri debet, at tali tempore vsu euenire potest, vt quia resiā melioratae st, vel deteriorata pluris, vel minoris valeat.

Argum.

Dictum. 1.

Resolutio.

¶ Igitur resolutoriè puto cum Garcia dicendum, quod sicut quando res primò vendita est, pretio iusto consideratis tunc præsentibus circunstantijs vendita est: Sic etiam redemptionis eius tempore, redemptio faciemda est eo iusto pretio, quod tunc pensatis concurrentibus circunstantijs res valet. Eatenusque hæc ratio ineunda est, vt si tempore redemptionis ratione deteriorationis minoris contingat valere, minoris redimatur: si autē tunc ratione melioratiōnis aucta sit res in pretio, maioris redimatur: si autem nulla perstante variatione in eodē pretio perseuerauit, eodem redimatur, licèt venditio, primò facta fuerit cum pacto de retrouendendo, & redemptio sine alio distincto pacto de tertia reuenditione fiat: sed absolutè: quia sic venditor á principio, vt absolutè sibi reuenderetur hac ratione diminuto pretio pactus est, quod rationabilius dictum esse puto, quam illud quod dixisse me memini in tomo. 1. & 2. parte nostri Instructorij, scilicet, quod maioris sit redimenda, quam cùm primò, cum pacto de retrouēdendo fuit vendita, eò quod cum pacto fuit vendita primò: & reuendita absolutè sine alio pacto fuisse præsupponitur.

Corol.

¶ Ex prædictis concluditur illud assertum fratris Iosephi in suis Floribus verum esse, scilicet, quod si contractus fuerit sub hac forma factus, vt tanti redimatur res, quanti valuerit tempore redemptionis, non erit illicitus, quandoquidem, & iuxta naturam contractus redemptionis id fit, & vtriusque conditio in certo relinquitur.

Corol.

¶ Prætereà ex prædictis sequitur, quod licet emens cum pacto ne possit res empta ante quinquennium redimi, videatur se constituere in tuto, & ab aliquibus præsumatur, quod iste velit saltèm percipere fructus illorum annorum loco vsurarum, qua ratione sibi persuaserunt istum contractum fore reprobandum, tamen si adsit bona fides, & intentio emendi: & simul cum hoc iustum pretium soluatur, dicimus cum Nauarro, & fratre Iosepho contractum hunc non fore repro-

reprobandum: tum, quia iniuria non fit venditori cùm emptor iuſte rem emat, & iuſto pretio, & ex re ſua poſsit fructus reportare, & eam venditori locare, dum periculũ illius penes ſe maneat.

Dictum.2. ¶Supereſt nunc explicare quomodo Metina in ſua inſtruct.§.de empt.& vend. penes finem fol.144. p. 2. in duobus caſibus ibi à ſe poſitis nobis non aduerſetur, quia nos iuſtificamus venditionem cum pacto de retrouendendo,& emptionem cum pacto de redimẽdo: quando vendens hanc obligationẽ (quia ſua intereſt, ſcilicet, & quod emptor teneatur reuendere, & quod ipſe vbi voluerit, quod idem eſt poſsit, rem redimere) emptori imponit,& ideo iuſto pretio quod res valet cum iſto pacto diminuente pretium eam vendit. At vt perſpicuum eſt intuenti tale pactum dãnat Metina, quando iſtud pactum ſe tenet ex parte emptoris per quod intendit obligare vẽditorem, vt rem poſt perceptos ab emptore fructus redimat etiam nolens, quod planè cũ vſura eſt cõiunctum, etiã ſi iuſto pretio rem talem emat. Ita Metina in inſtructione confeſſorum.§.23.de vſuris fol. 134. pagin. 2. ſicut vſura eſſet ſi emens cenſum obligaret vendentem poſt penſiones cenſuales perceptas ad eum redimendum, igitur ſicut iuſtum pretium,& libertas manens in vendente cenſum ad eum nuſquam redimendum, ſi nolit redimere iuſtificat contractum emptionis cenſus, & obligatio, qua vendens eum, obligaretur ad eum redimendum, eum damnaret, ſic iuſtum pretium, quod arbitrio boni viri librandum venit, & facultas relicta vendenti poſſeſsionem ad eam non redimendũ ſi nolit, iuſtificat contractum hunc de retrouendendo: in quo licet venditori diminuto pretio obligare emptorem, vt eam reuendat, non tamen ſic licet emptori obligare venditorem vt poſt perceptos ab emptore aliquos fructus eam redimat, tantumque abeſt vt hoc ſit licitum, vt quod minus eſt. Secundum Silueſtrum non liceat, ſcilicet, ſic contrahere, ſi emptor velit poſſeſsionem redimi, neque ſibi remanere, niſi forte in duobus caſibus Nauarri, vbi concurreret etiã voluntas venditoris volentis ad eam ſibi reuendendum obligare emptorem qua id ſua intereſt.

Nota. ¶Tandem rem venditam cum pacto de retrouendendo, eam ritè facta venditione fiat ementis poſſe ab ipſo locari venditori. Iam diximus, neque ſecundum Garciam hoc præberet occaſionem ſcandali, niſi forte dum multum diminueretur de pretio taliter, quod mutuum præſumeretur.

Ad arg. ¶Ad argumentum ex Leuitico à Silueſtro adductum dupliciter ipſe ibi loco citato reſpondet: primò quod iſta iuſsio fuit iudicialis, pertinens ad præcepta iudicialia,& conſequenter non obligat, niſi denuo ſtatuatur, vt patet per S. Thomam. 1.2. quæſtio. 103. Secundò reſpondet, quod hoc fuit ſpeciale in terra promiſsionis, vbi voluit Deminus fructus computari in ſortem non abſolutè, ſed proportionaliter, vide ibi Silueſtrum.

Ad arg. 2. ¶Ad eius ſecundum argumentum vbi ſic arguit in hoc contractu venditor cum multoties habeat intentionem pignorandi, caret intentione vendendi: ergo contractus non eſt licitus ex parte ementis, reſponſum accipito ipſius Silueſtri, ſcilicet, quod talis venditor cum pacto de retrouendẽdo ſimpliciter, vult vendere licet ſecundum quid, id eſt, ſi aliter facere poſſet nollet vendere. Sed quidquid ſit de ſua intentione ſufficit, quod dicat ſe velle vendere,& emptori non conſtet de oppoſito probabiliter: quia ad contractum ſimulatum eſſe oportet concurrere animum vtriuſque, ſcilicet ementis,& vendentis, vt in.l. emptione. C. plus vale. quod agi. imo ſecundum Bart. Cæpo. de iure hoc ſufficit etiam, ſi emptor ſciret venditorem fingere licet, non in conſcientia. Imo ſecundum aliquos ſufficit in conſcientia (vt dixit Nauarrus) emptor verè, & realiter emere intendat, ſi autem emptor intenderet mutuare ſuper pignore, proculdubiò eſſet vſura,& tandem hæc occurrere dicenda de hac perplexa materia.

CAP. XXXIIII. *De ſtocholis, & barocholis, an liceant aduertuntur Confeſſores: de barocholis alijs Hiſpanicè, baratasdictis. De mercatoribus regi, vel alijs petẽtibus mutuum, illud dantibus in mercibus pro militibus.*

Mohatras Quæſtio. INter indagandum varios caſus in quibus pretia rerum diuerſificari ſolent,& iſte ſuo ordine occurrit de ſtocholis, barocholis mohatras Hiſpanicè nuncupatis, vt cum indigenti pecunia venditur res, vel merx, vt ſtatim ab eodem venditore minori pretio reematur.

Argumen. ¶Et videtur modus hic contrahendi non omnino alienus ſit ab æquitate, & iuſtitia: quia merces expectantes emptores auctiori pretio ſolent iuſte vendi quàm merces eoſdẽ quærentes,& vltroneæ, quę vt Caietanus tradit. 2. 2. quæſtio, 77. articulo primo penes princi-

principium sic vltrò oblatę merces (vt in Proverbio dicitur) vilescunt pro tertia parte, ergo ab iniustitia videtur abesse: si merces suas expectantes emptores, neque vltrò oblatas pluris vendant, & postea ab emptoribus eas vltro offerentibus eas reemant vilioris. Nam & hoc alij facere licite possunt, ergo videtur ipsi venditores non sint peioris conditionis esse censendi: quantum ad merces á se venditas sic reemendum.

In contra. ¶ In contrarium est, quod contractus hic confestim vt auditur factus opprobrio datur, & atro calculo notatur: eo quod contra communem hominum consensum sit, imo legibus regni Castellæ videtur reprobari: quia talibus legibus lib. 5 titul. 11. l. 22. sub grauibus pœnis interdicitur, ne idem venditor minoris reemat rem, quàm ad creditum maioris vendidit.

¶ Item etiam quia contractus hic ad mutuum cum vsura reduci videtur: quia æquipollenter, hoc est mutuasse venditorem quod vendit ad creditum reddendum cum lucro magno, vt verbi gratia, si mercator venderet amphoram olei singulam ad creditum pro. 14. argenteis, & post eam reemeret ab emptore regalibus. 12. pecunia statim numerata, hoc tantundem esset ac si illos. 12. argenteos mutuasset: vt postea pro singulis illis. 12. argenteis rederentur singuli. 14. argentei.

Variant Doctores. ¶ Circa hanc igitur quæstionem doctores omnes non omnino conueniunt, nam Nauarrus in summ. cap. 23. numero. 91. & Mercatus lib. 2. de contractibus cap. 21. in hoc aliqualiter dissentire videntur. Nauarrus enim cum duabus limitationibus videtur eum approbare, scilicet, dum, id est, venditor eam redimat non minori pretio quàm sit pretium iustum infimum, respectu pretij iusti rigurosi, cùm vtrúque de præsenti inueniretur tempore, quo mercator rem, vel mercem talem vendidit, quia tunc sic tam venditio, quàm reemptio fieret iusto pretio, licet venditio facta fuisset pretio iusto rigoroso, & reemptio pretio infimo iusto tamen. Et secundò, dum cesset scandalum, quia contractus hic aliquale habet apparentiam mali, cui scandalo inquit Nauarrus obuiaretur, si aliquæ personæ prudentes in testes acerserentur, quatenus id videntes tam de rectitudine contractus, quā etiam de charitate ibi interueniente circa subuentionem emptoris testificarentur publicè, & opus pium, meritoriumque esse censet sic isto infimo pretio iusto numerata pecunia statim emptori indigenti, & ideò ad creditum ementi ab eo rem reemere, eò quòd forte non esset res peruia sed valde difficilis tantundem pretij inuenisse apud alios emptores.

Sent. Mercati. ¶ Mercatus autem prædictum contractū absolute reprobat, non solum quatenus est scandalum præ se ferens, sed quia etiam iniustus contractus est propter rationes supra allatas.

Sent. autoris. ¶ Circa prædictam quæstionem dicturis nobis quid sit tenendum, videtur Primò dicendum, quod licet opinio Nauarri, speculatiuè loquendo, cum his duabus à se appositis limitationibus sit vera, tamen si practicè sumatur, & vt executioni mandanda plena periculis conscientiæ est, præterquam quod cum tanta cautela exerceri nequit, quin aliqua occasio scandali maneat. Veruntamen quia opinio inter extremas media vicinior esse solet veritati, ideo illa opinio Siluestri, quæ per distinctionem via media incedit vsura. 2. quæst. 4. speculatiuè loquendo proximior veritati est. Nam has duas opiniones componere videtur sic, quia sit mercator eo animo, scilicet, reemendi suas merces diuendit, alioquin non eas diuenditurus, nisi minoris easdem se redempturum esse speraret, tunc contractus est illicitus iuxta sententiam Siluestri, atque in hoc sensu vera est opinio Mercati, quia tunc contractus hic est mutuū coniūctum cum lucro vsurario nam sub nomine emptionis, & venditionis fictæ latet (veluti sub herba anguis) mutuum cum vsura palliatum, vt probat argumentum Mercati supra allatum. Si autem sincera candidaq; mente sine animo minoris redimendi, suas venundauit ad creditum merces, & post hoc fortè fortuna, qui eas comparauerat emptor rogans vt eas emeret, eidem venditori obtulit venales, quia alium emptorem non habuit obuium, aut eum quæritandi labore noluit grauari, si numerata de præsenti pecunia minoris eas redimeret, eo scilicet pretio, quo alius vltro oblatas iusto emeret, non esset iniustus cōtractus sed neq; illicitus, si scandalū caueretur, locumq; habet in hoc casu sententia supradicta Nauarri, Frat. Ioannes de la Peña cathedraticus olim Salmanticensis cū Siluestro sub eius distinctione dicitur tenuisse quibus accessit Garcia in lib. 1. de cont. cap. 22. fol. 597.

Cautela cō fessorum. ¶ Tandē cautos esse cupimus confessores ad deterrendum mercatores ab huiusmodi contractibus, quia frequenter eos faciunt cū mala fide, & cum scandalo, quapropter ante factum

factum tales contractus consulendi sunt ne fiant. Imò, quia sequitur scandalum compellendi sunt, ne eos faciant, ita Metina in sua Instructione confessorum. §. 23. de vsuris, fol. 136. Attamen post factum obseruatis his cõditionibus. Prima, quòd vendens ad creditũ, primo iusto pretio reperto cõmuniter de præsenti, merces ad creditum vendiderit. Secunda, quòd sanas, & non vitiosas merces vendiderit. Tertia, quòd sine intentione eas minoris redimendi vendiderit, tolerari potest hic contractus, si minori pretio, iusto tamẽ, & vltroneis mercibus cõuenienti postea rogatus venditor idem reemat: admonet autem hunc Mercatus, vt si redempturus sit his conditionibus obseruatis (vt quatenus vitetur scandalum, ne sic redimendo minoris, fœnerator cẽseatur) non redimat eas, nisi postquám emptor eas iam exposuerit venales. Sed ego non sum satis certus an sic satis tollatur scandalũ, sed quia Garcia loco allegato in hoc postremo Mercato videtur accedere dicens, quòd si idem venditor eas merces iam á se venditas reperisset in foro, vel officina aliqua iam expositas venditioni non esset damnandus, si iusto pretio eas emat licet minori, quám eas vendiderit, ideo non ausim eorum assertum reprobare: dum tantum intelligatur verum esse in casu quo merces illæ postea repertæ venalitati expositæ in officina, vel foro communi ex modo vendendi, quia ibi veluti sub hastatione sunt, & vltroneæ offeruntur rogatis emptoribus viluerunt in pretio infra pretium infimum quod valebant, dum exspectabant emptores, quia tunc minoris, quàm fuit dictum pretium infimum etiam ab earum primo venditore rursus (seruatis supradictis conditionibus) emi poterunt sine obligatione alicuius restitutionis, aliâs si ex tali modo vendendi, vel aliter rationabiliter non sit diminutum pretium, minoris infimo pretio, rursus easdem immutatas emere non poterit, sicut neq; alter.

Resolutio.

Quomodo tollendum scãdalum.

Quæstio. Baratas.

¶ Præterea, & hic de alio modo secundo barocholorum, id est, baratas Hispanicè dictorum agendum nobis occurrit. Quæritur ergo, vtrùm contractus sit licitus, qui videtur iam vsu receptus, vbi verbi gratia, indigens pecunijs, vel pro soluendis debitis, vel pro necessarijs ad vitam humanam emendis, vel pro lusibus exercendis, vel pro in negotiatione insumendis, á mercatore prædiuite magnam copiam pannorum altiori pretio ad creditum emit, quàm rursus, quo pro his vsibus, sibi pecunia suppetat, per proxenetas curat eam exponere venalem, si velit idem, qui vendidit, vel alius eandem pecunia numerata emere, quamq; contingit multò minoris emi ab his, qui rogantur emere, qui sic descendunt consultò in pretio, quia vident præ necessitate, qua premitur, qui hanc copiam pannorũ á se ad creditũ præemptam, sic per proxenetas exposuit ad numeratum vẽdendam, quouis etiam tenui pretio eam copiam pannorũ necessario esse distracturum.

¶ Respõdetur, q̃ licet cõtractus hic carius scilicet emendo ad creditũ rẽ & ad creditũ eã accipiendo à mercatoribus, eamq; rursus vilius vendendo pro pecunia numerata exercitus in ruinam, & præcipitiũ illustrium, & præditum familiarũ fuerit inuentus, vt experientia testatur: tamen non tantam apparentiã mali præsefert, sicut ille de quo iam disputatum est primò, vbi eadem merx ab eodẽ venditore minoris reemebatur, nam in hoc contractu non reemitur ab eodem, sed ab alio.

Resp.

¶ Igitur resolutoriè dicimus primò, loquẽdo de se contractus hic nõ est illicitus patet: nam ex forma modoq; vendendi sic variari potest pretium rei, vt res quæ exspectãdo emptores valet. 10. vltrò oblata sic vilescat, vt iustè ematur. 8. imò secundum Caietanum, & axioma commune merces vltroneæ pro tertia parte solent vilescere. Ergo de se non est illicitus hic contractus, vbi ex modo vendẽdi aliter vẽditur res à Mercatore, & aliter ab eius emptore: si maioris cũ vẽdita sit à mercatore, minoris eam emerint alij ab eius emptore; dũ modo vtrinq; seruetur æquitas pretij, licet diuersa iuxta diuersum modum vendendi.

Dictum. 1.

¶ Secundò dicimus, q̃ ex parte mercatoris in istis barocholis potest interuenire duplex iniustitia, primò si sic indigenti pecunijs, & ementi ad reuendendũ merces vendat vitiosas. Secundò, si quia eas ad creditũ, eas reuẽdituro vendit, adauget pretium supra pretium, riguosum, iustum, communiter de præsenti inuentum.

Dictum. 2.

¶ Tertiò dicimus, quòd ex parte emptorũ ementium tales merces à misero reuẽditore, qui eas ad creditum pro suis indigentijs supplendis præemerat à mercatoribus: sæpè numero hæc iniustitia accidit, scilicet, quòd sic eas emendo diminuunt pretiũ plusquam ratio, iustitiaq; dictat, eò quòd videant miserũ illum necessitate eas vendendi adactum esse. Tunc autem hæc iniustitia grauius committi solet, quando reuenditiones hæ, & emptiones in angulis secretò fieri cõtingũt, idq; frequenter, eò quòd tales mercium reuẽditores

Dictum. 3.

nolunt indigentiam suam in publicum efferri. Hanc occasionem consequuti emptores, qui parant eas emere (quia pauci occurrunt emptores, eò quòd secreto, & non in publico exponuntur venales) in pretio illũ defraudant, minoris eas emendo, quàm emerentur etiam vltrò oblatæ, si per proxenetas in publico aliâs venundarentur, quæ quidẽ defraudatio restitutionis obligationem inducit, vide Garciam & Mercatum, ita benè differentes.

Quæstio. ¶Præterea prædictis coheret quæstio hęc scilicet, an Mercator cum indigẽte pecunia, & à se mutuo eam petẽte possit conuenire, sic dicens, nolo mutuare, quia non sum mutuando. En suppetunt mihi merces, emito illas iusto pretio, præsto laborq; solutionem, interim vẽdes eas, indeq; tuæ necessitati prospicere poteris. Dicitur ergo, quòd contractus hic non est visus magistro F. Ioanni de la Peña esse vsurarius. Patet, quia hic non interuenit mutuatio, sed venditio iusto pretio facta, quapropter nulla interuenit vsuræ palliatio ex facto, sed neq; ex intentione, vnde sic posset facere, cum indigenti amico mercator hic.

Quæstio. ¶Sed quid, si talis mercator rogatus mutuare, cum benè possit mutuare, quia suppetit, sibi adhoc pecunia, malit prædictum cõtractum venditionis inire; an sic faciẽdo fiat

Respons. vsurarius. Dicimus ergo, quòd licèt talis mercator secundum Sotum fortè cõtra charitatem faciat sic nolẽdo mutuare, sed potius vendẽdo merces suas ad creditum indigenti, & petenti mutuum in casu, quo mutuare potuisset: si tamen iusto pretio exspectata solutione merces eas vendiderit, non ideò vsurarius erit. Etiam si easdem emẽs, vt suæ indigentiæ consuleret, statim minoris, quàm emerit, vendideri eas offerendo, quia id est, quia merces vltroneæ oblatæ, vel subhastatione positæ vilescunt.

Obiectio. ¶At si adijciat aliquis hic replicare, quòd si prędicta assertio F. Ioannis à Peña vera est, sequitur iam non tantopere crimini esse dandũ, quod mercatores locupletes soliti sunt facere cum rege: dum pro soluendo militibus pecunia indiget: cum quo conueniũt, vt mutuum accipiat rex in mercibus, vt ex mercibus postea diuenditis à ministris regis satisfiat militibus. Videtur nanq; contractus hic (licet sonet mutuum) venditio mercium: sicut secundum Nauarrum, si quis dicat, accipe nunc pecuniam hanc pro tuis vsibus, solueq; eam tempore messis in tritico á te colligendo, licet sonet mutuum, tamen re vera est emptio tritici anticipata solutione.

¶Verùm his non obstantibus pro respõsione ad quæstionem statuitur prima cõclusio. Mercator qui ratione mutui, id est, quia mutuat alicui egẽti pecunias, obligat illum ad accipiendas merces, quas nequibit postea diuendere mutuatarius, aut si vendat, minori pretio vendet, aut non nisi cum labore, & occupatione suæ personæ vsuram committit. Hæc conclusio est patens, quia ratione mutui mercator mutuans superinducit in mutuatarium hanc obligationem æstimabilem pretio, scilicet, accipiendi mutuum in mercibus. Quia regulariter hoc in detrimentum mutuatarij vertitur: & quia inde sic mutuans reportat ex mutuo commodum temporale, quia exoneratur mercator ab onere vendendi tales merces alijs, in quo labor, & tempus expenditur. *Concl. 1.*

¶Secunda conclusio, illi mercatores, seu cambiatores diuites, qui obligatione ciuili se obligauerunt regi, & reipublicæ ad mutuandum quotiescunq; peterent, & indigerent, pro ista obligatione possunt absq; vsura exigere aliquid vltra sortem iuxta valorẽ istius obligationis, & nõ amplius. Patet, quia hæc obligatio est ciuilis & æstimabilis pretio, sicut obligatio, qua fideiussor se obligat pro alio in fideiusione, & assecurator in assecuratione. Ergo sicut secundum doctores pro istis obligationibus fideiubendi, assecurãdi, licet aliquid accipere, ita etiam pro obligatione mutuandi non semel, sed sæpè, quoties rex, vel respublica petierit, & indiguerit, quia ista obligatio nõ est per se adiuncta mutuo, sed peraccidẽs ei adiũgitur, sicut obligatio celebrandi per annũ peraccidens adiungitur sacrificio, atq; ideò sicut ista obligatio potest vendi, ita & illa obligatio mutuandi. Aliâs quando ista obligatione ciuili aliquis regi, vel reipublicæ mutuare non est obligatus, etiam si millies mutuet, non potest accipere aliquid vltra sortem, nisi sibi gratis detur: & ratione gratitudinis principaliter & nõ ratione mutui, patetq; ex diffinitione vsurę. *Concl. 2.* *Ratio.*

¶Tertia conclusio, corollaria Soti, non excusantur á peccato vsuræ mercatores, qui paciscuntur cũ rege indigẽte pecunia pro soluẽdo militibus, vt accipiat mutuũ in mercibus vt ex mercibus postea diuenditis à ministris regis satisfiat militibus. Patet, quia hic multæ iniquitates intuitu mutui innectuntur. Primò, quia illi mercatores exonerantur sic ratione mutui ab onere vendẽdi illas grauãtes *Concl. 3.* *Ratio.*

regem

regem eodem onere. Secundò, quia illæ merces in magna copia regi traditæ coniunctim, si sic in magna copia venundarentur, minus valerent, quàm si minutim eas venderent. Ipsi autem nihil minuunt de valore, quo minutatim eas essent vendituri: si eas regi non mutuassent. Tertiò, quia eodem pretio, quo illæ merces acceptæ sunt intuitu mutui facti regi, à rege statim traduntur militibus pro suis stipendijs soluendis, quas cum milites necesse habeant pretio distrahere: coguntur eas vendere pretio longè minori illo, quo sunt illis militibus in solutionem traditæ, quia vix inueniunt emptores, qui non minuant, vel tertiam iusti pretij partem.

CAP. XXXV. *An pretium ad creditum regulandum sit per pretium de præsenti, & pretium ad creditum, dum non inuenitur de præsenti qualiter taxatur in Hispania, & qualiter in noua Hispania. Et assertio Victoriæ, circa pretium rerum, quæ communiter non inueniũt pretium de præsenti modificatur. Et regula illa generalis intelligitur, dum sit idem modus vendendi.*

Quæstio. QVoniam persistimus in omnibus illis inquirendis modis, quibus iustè, vel iniustè solet pretium variari, iam primò hîc disputaturis de pretio venditionis exspectata solutione, vel emptionis eadem solutione anticipata: operæpretium est prænosse, an pretia venditionis ad creditum, vel emptionis anticipato pretio factæ regulanda sint per pretia iusta emptionis, & venditionis de præsenti ad numeratum, vt iusta pretia esse censeantur.

Arg. 1. ¶At arguitur pro parte negatiua, id est, nã videtur quòd non, quia quædam sunt merces, quæ aliter, quàm ad creditum venundari nequeunt, cuiusmodi sunt merces maritimæ, ideſt, transuectæ per maria, quæ adeò in magna copia, & summa importari solent in nauibus à mercatoribus, vt regulariter pecunia numerata venundari nequeant, ergo harum mercium venditarum ad creditum pretium non erit illud quo venundarentur in magna copia coniunctim ad numeratum, ac per consequens venditio ad creditum nõ est semper per venditionem de præsenti, quoad pretium regulanda.

Arg. 2. ¶Secundò arguitur, quia ipsa iustitiæ ratio exposcit, ne tanti veneant merces in magna copia coniunctim venales, quanti veneunt minutim venditæ: quia minutim venditæ maiori pretio constare solent, quàm si coniunctim, & in magna summa venundarẽtur. At harum mercium in magna copia coniunctimq; venalium pretium ad numeratum non est aliud inuenibile, nisi pretium pro minuto venalium, quod eis venditis in magna copia coniunctim non competit, ergò iustũ pretium venditionis mercium ad creditum non venit adæquandum, vel regulandum iuxta pretium iustum venditionis earum ad numeratum.

Regula ob seruanda. ¶His nihilominus non obstantibus statuitur, hæc regula summè obseruatu digna, scilicet, cum triplex sit modus emendi & vendẽdi, scilicet ad numeratum, vel ad creditũ, vel anticipata solutione, potissima regula ad examinandam, discernendamq; iustitiam, & rectitudinem vtriusq; emptionis, & venditionis anticipata solutione, vel ad creditum celebratæ, est emptio, & venditio numerata pecunia de præsenti facta. Hæc regula probatur à Garcia lib. 1. de cõtractibus, cap. 23. pag. 604. *Probatio.* & pag. 605. quia huic venditioni, & emptioni celebratæ numerata statim pecunia de præsenti competit potissimè ipsissima diffinitio, tam emptionis, quàm venditionis, eiusque explicatio. Nam cum vera natura emptionis, & venditionis sit constituta in rei venalis pro pretio distractione, & in traditione vnius pro altero, solum in hoc genere emptionis, & vẽditionis de prẽsenti ad numeratum vtriusq;, scilicet pretij, & rei venalis traditio est reperibilis. In venditione autem ad creditum tantũ de præsenti fit traditio mercis, & in emptione anticipata solutione solum de præsenti interuenit traditio pretij, cum ergo autore Philosopho primum, & potissimum in vnoquoque genere mensura sit aliorum eodem genere participantium, fit sanè, vt reliqui vendendi modi per emptionem, & venditionem factas de præsenti mensurandi sint: quatenus ad eorum rectitudinem, & iustitiam attinet.

¶Iam solutoris argumenta proposita solutio primi nos labore grauaret nisi superius, iã de hoc puncto dixissemus. Consule ergo à nobis prædicta in primo tomo, & in secunda eius parte nostri Instructorij Conscientiæ, capit. 64. vbi à nobis differitur de quæstione illa ardua, scilicet, quomodo sint taxanda pretia mercium, quæ regulariter non inueniunt pretium de præsenti. Igitur ad argumentum, quia varia hic, & variè sentiunt doctores eorum recensitis primò sententijs, quid æquius in hac parte sit dicendum coniectare licebit.

Ad. 1. arg. ¶ A dhoc argumentum respondens Sotus de iustit. & iur. lib. 6. casum argumenti exceptionem esse concedit supradictæ regulæ, cum enim (inquit) tunc merces illæ maritimæ in magna copia traiectæ, & coniunctim venditæ ad numeratum venundari nequeant fit sanè, vt earum pretium ad creditum ex pretio ad numeratum defumi non debeat. *Variat Sot⁹, & Nau.* Nauarrus autem in suo Manual. cap. 23. numero. 82. contrariæ sententiæ est, scilicet, quòd nulla subest ratio cur regula generalis præstituta in hoc casu patiatur exceptionem. Nam si pretia harum mercium de præsenti inueniri non possint hoc non obstat: possunt etenim negotiatores arbitrari, licet non in puncto indiuisibili pretium infimum, & medium, & rigidum, quo iure, & rationabiliter possent vendi supposito casu, quo statim ad numeratum venundarentur, illudque esset tunc iustum ad creditum pretium: & quamuis ista opinio Nauarri cui loco citato, vt securiori accedit Garcia sit tutior: tamen sententia Mercati libr. 1. de contractibus, capit. *Placet sen. Mercati.* 13. cuius suprà meminimus, & etiam in tomo. 1. & 2. part. cap. 64. pag. 506. placet, vbi differentiam assignat inter merces, quæ in regnis Hispaniæ coniunctim in magna copia venduntur ad creditum, & inter eas quæ in noua Hispania sic venduntur exspectata solutione in aduentu classis. Nam in Hispania licet mercatores exponant merces in magna *Pretiũ ad creditũ in Hispania.* copia vendendas ad creditum, vendunt tamen eas merces prætaxando quamlibet speciem earum seorsum pretio, quo de præsenti veneunt, quia tale pretium de præsenti reperitur communiter, atque ideò tales vendentes in Hispania in magna copia, & ad creditum non possunt prætermisso pretio de præsenti æstimare aliud ad creditum, sed pretium repertum communiter de præsenti debent obseruare in magna copia coniunctim vendentes ad creditum.

Quale sit in noua Hispania. ¶ In noua autem Hispania Indiarum illud est iustum pretium mercium in globo, & cõiunctim venditarum in magna copia ad creditum, quod valent tempore applicationis classis ad portum, licèt tale pretium non inueniatur de præsenti, nam istud pretium taxatur rationabiliter attentis circunstantijs, scilicet, an magna classis aduentauerit portans illarum mercium paruam, vel magnam copiam, aut secus: & considerato, etiam vtrum in breui sperentur aliæ naues, vel classis pensato, etiam vtrum intra vrbes nouæ Hispaniæ magna copia illarum mercium adhuc in uendita suppetat, vel magna sit talium mercium indigentia, quibus pensatis solet iuxta has considerationes minui, vel augeri pretium, quare istud est iustum pretium ad creditum, quod excedere, maioris dilationis gratiaque augere, vsuræ crimine non caret. Minutum autem pretium, id est, rerum minutim venditarum in noua Hispania ad pecuniam numeratam, quod inuenitur de præsenti, non potest esse omnino iustum pretiũ rerum & mercium coniunctim, & in magna copia ibi vendibilium ad creditum, quia sic venduntur minutim minores mercatores merces ad creditũ emptas prius in globo, & cõiũctim á grossioribus mercato causa reuendendi, & lucrandi. Non est autem iustum, vt merces quæ venundantur in magna quantitate coniunctim, tam æquali, & magno pretio veneant, sicut venduntur pro minutim venales.

Assertio Victoriæ modificatur. ¶ Si autem (vt à Burgensibus consultus fertur respondisse Victoria) talis casus daretur, vbi mercium tanta esset copia, vt pretium communiter de præsenti non inueniret, iustum pretium earum tunc esset, quod communiter inuenitur pecunia credita: sed quia hæc assertio Victoriæ prorsus periculo non caret, quamuis eam probabilẽ in nostro Instructorio, primo tomo, parte secunda, esse asseruimus, sed in Hispania secundum Mercatum propter allatam rationem non habere locum: dicimus imò tunc pretium quòd communiter inueniretur ad pecuniam creditam censendum esset iniquum: si id pretij excederet, quòd licèt non inueniatur de præsenti ad numeratum defacto: tamen rationabiliter & de æquitate attentis circunstantijs negotiorum esset iustum esse de præsenti extimandum, & obseruandum. Nam non est obseruandum, neque iustum æstimandum pretium tenuissimum, quòd in hoc casu semel tantum vnus, vel alter inuenitur de præsenti dare: quia sicut vna arundo non facit ver, ita neque hic casus facit iustum pretium. Secùs autem esset (quia non careret vsura) si cùm multi sint, qui velint emere ad numeratum in magna copia, ipsi mercatores malunt, sic vendere ad creditum, quò augeant pretium. *Solutio Arg. 1.* ¶ Quare ad argumentum respondendo in forma nullam exceptionem à regula admittendam dicimus intelligendo eam in hoc sensu, scilicet, quòd venditio ad creditum semper est per venditionem de præsenti regulanda, per venditionẽ (inquàm)

(inquàm) de præsenti, quando de facto talis venditio de præsenti communiter inuenitur, aut si sic communiter de facto non inueniatur, per eam venditionem, quæ iusta foret in pretio æstimanda attentis negotiationum præsentibus, & debitis circunstantijs, si contingeret fieri de præsenti & adnumeratum.

Corol. 1. ¶ Ex quo corollariè consequitur primò, quòd mercatores grossi vendentes in magna summa coniunctim semper suas merces, siuè vendiderint eas ad creditum, siuè ad numeratum non possunt maioris eas vendere, ad creditum eas vendendo, quàm ad numeratum.

2. ¶ Secundò, q minuti mercatores, quia suus proprius modus est vẽdendi minutim, sic minutim vendendo maiori pretio licitè possunt vẽdere tam ad creditũ, quàm adnumeratum, quàm grossiores mercatores in magna copia coniunctim vendendo, licet tales sic minutim vendentes vtroque modo, tam ad numeratum, quàm ad creditum idem pretium obseruare teneantur.

Ad 2. arg. ¶ Ad secundum verò argumentum respondetur, quòd non militat contra regulã, quia regula quæ dicit, quod venditio ad creditum quoad pretium iustum regulanda est per venditionem de præsenti intelligitur: dum idem modus vendendi, scilicet, minutim, vel coniunctim vtrobique, scilicet tam vendendo ad creditum, quàm ad numeratũ, obseruetur, quòd in casu argumenti non seruatur, quia vendere in magna copia coniunctim, & vendere in minori summa minutim, modi sunt vendendi diuersi inducentes licitè varietatem in pretio (vt prædiximus) in fine solutionis. 1. argum. Vnde consequitur, quòd seruato eodem modo vendendi, venditio, quæ ad numeratum certo pretio celebrata foret licita, eadem ad creditum pro eodem pretio facta licita erit. Vnde rectè nos dixisse memento, quod mercatores grossiores semper coniunctim in magna summa vendentes, siuè ad creditum, siuè ad numeratum sic vendant, eodem pretio vendere sic tenentur. Sed minuti mercatores minutim vendentes, licèt ad creditum, & ad numeratum eodem pretio vendere teneantur, sed maiori pretio vtroq; modo vendere possunt minutim vendendo, quàm grossi in copia magna coniunctim vendunt.

CAP. XXXVI. *An ratione anticipatæ solutionis liceat minuere pretium, & ratione dilatæ solutionis illud augere, vt contendunt mercatores, latè disputatur. De vafricie quadam mercatorum, respondetur per quatuor conclusiones. Opinio Couarruuiæ exploditur, respondendo ad argumenta: apparent vana fundamenta mercatorum: & traditur bona doctrina: & admonentur, circa hoc confessores.*

ACcessimus ad illam celebrem quæstionem quæ licet in. 2. part. tom. 1. nostri Instructorij conscientiæ latè disputata fuerit, tamen ordo materiæ, eius mentionem præterisse non sustinet, an ratione anticipatæ solutionis liceat diminuere pretium, vel ratione dilatatę solutionis illud augere. *Quæstio.*

¶ Pro parte autem affirmatiua arguitur primò, qui rem fructiferam, putà fundum, vel vineam vendit ad creditum, potest licitè sibi accipere interesse pretij, quoad creditum vẽdit interim dum solutio pretij sibi differtur. Ergo vendens ad creditum causa prolatatæ solutionis, poterit ratione huius interesse maiorisvendere, quàm si ad numeratum venderet, consequentia videtur nota ex paritate rationis, & antecedens probatur ex lege curabit. C. de act. empt. & vend. vbi decernitur emptorem rei fructiferæ eiusdem pretium non soluentem statim, vt eam comparauit teneri ad soluendum vsuram, hoc est interesse pro pretio credito proportionaliter ad rei emptæ fructuum quantitatem: & hoc pro toto tempore, quo res fructifera vendita permanserit insoluta. Quod quidem argumentum dicitur fuisse Achiles Doctoris Couarruuiæ, in tomo secundo, suarum variarum resolutionum, libr. tertio, capite. 4. *Argum. 1.*

¶ Et confirmatur eiusdem Couarruuiæ ratione, quia inter vendentem, & ementem debet æqualitas seruari, siquidem emptiones, & venditiones, quippe quæ actus iustitiæ commutatiuæ sunt, hanc æqualitatem exposcunt. Hæc autem æqualitas impossibilis obseruatu est aliter, nisi emptor interesse pretij crediti reficere teneatur. Esset etenim magna inæqualitas alioquin, si emptor frueretur rei emptæ fructibus, & interim venditor eiusdẽ rei careret pretio, & prouentu illius. Ergo iustitia ipsa commutatiua efflagitat, vt in recõpensam fructuũ, quibus interim, dum non soluit potitur emptor, & eis priuatur vẽditor, emptor interesse crediti *Confirm.*

pretij venditor, interim dum non soluit rependat.

Arg. 2. ¶ Secundò arguitur, quia videtur, quòd hoc non sit omnino abominandum, quia aliâs durissimum videtur damnare plerosque mercatorum, sic pro maiori pretio ad creditum vendentium, essetque intolerabile reprobare contractum alioquin reipublicæ vtilem tam frequentem, & celebrem, vsuque receptum, & quia aliàs si hoc non liceret, cessarēt pro magna parte, vel in totum negotiationes, & nundinæ.

Arg. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia videtur, quòd talis contractus ratione lucri cessantis possit sustineri, quia mercator vendens ad creditum, quia exspectat solutionē ad instantiam emptoris nolentis statim soluere, desinit lucrari cum pecunia, quàm alius emptor pro eisdem mercibus, sibi numeraret: ergo hac ratione potest pluris vendere ad creditum.

Arg. 4. ¶ Quartò arguitur, quia à morosо debitore, & petente à me dilationem, possum exigere lucrum cessans, si ex dilatione mihi cesset. Sed ex dilatione, quia emptor ad creditum non statim soluit, sequitur lucrum cessans, ergo potest venditor illud exigere.

Confirm. ¶ Et confirmatur, quia si mercator vendēs ad creditum pro decem venderet merces, sicut valent de præsenti, & si postquàm emptor soluit ista decem, peteret à venditore ista decem sibi mutuari, posset tunc venditor pro illis decem mutuatis ratione lucri cessantis, quia negotiaturus erat cum eis, petere vltra decem tria. Sed dilatio solutionis est veluti mutuatio pretij, quod statim aliâs erat soluendum, quia merces statim sunt traditæ: ergo si ex tunc merces incipiunt esse vtiles emptori, etiam ex tunc pretium debet esse vtile venditori, ergo quia virtualiter mutuat pretium, quo statim deberet vti, & cum eo negotiari, potest vltra iustum pretium de præsenti, quod mutuat, & concredit aliquid venditor ad creditum accipere.

Arg. 5. ¶ Quintò arguitur, quia ita est iam vsu receptum inter magnates, vt etiam in præfixo termino ementes ad creditum non soluant, quod in damnum cædit mercatorum eis vendentium ad creditum, ergo postquàm mercatores hoc prænoscunt eatenus magnatibus vendendo ad creditum possunt augere pretium quatenus se seruent indemnes.

Arg. 6. ¶ Sextò arguitur, qui ad creditum vendit recuperandi pretium se periculo exponit: ergo quo se seruet indemnem, & periculo suo prospiciat, poterit aliquantulum augere pretium.

7. Arg. ¶ Septimò arguitur contra illos, qui solum concedunt vēditorem ad creditum posse augere pretium, vsque ad pretium riguorosum & supremum. Demus ita esse, quòd iam perfecta consummataque emptione pro pretio infimo, vbi venditor insinuauit se vendere de præsenti, creditque statim numerandum sibi esse pretium, si tunc instaret emptor, vt vsque ad certum quid temporis solutionis pretij dilatio sibi concederetur, non posset iam in hoc casu petere venditor pretium supremum, ergo veritati non consonat asserere rem ad creditum venalem supremo, & rigido pretio posse vendi, etiam in casu, quo ad numeratum statim diuenderetur infimo pretio. Consequentia videtur nota, & probabitur: sed interim probatur antecedens. Quia in casu, & præsuppositione antecedentis concredere, & differre solutionem pretij cum sit mutuum expressum, pro ea dilatione expetere pretium supremum, pro quo res defacto non erat aliâs vendenda: sed pro infimo est expetere lucrum ratione mutui, quod nō careret manifesta vsura, ergo non licet. Consequentia autem patet, quia post consummationem venditionis concedere dilationem solutionis est mutuum expressum, sicut à principio vendendo ad creditum interuenit mutuum tacitum: ergo sicut non licet post consummatam venditionem cum intentione statim accipiendi pecuniam numeratam, ob dilationem concessam, posteà ad instantiam emptoris expetere pretium summum pro re, quæ aliâs non erat vendenda, nisi pretio infimo defacto, ita nec à principio in hoc casu ob dilationem rigidum pretium exigere licebit, neque in casu dilationis id licebit expetere ob alium respectum.

8. Arg. ¶ Octauò arguitur, quia merx, quò plures inuenit emptores, eò magis crescit iustè in pretio, quia copia emptorum adauget mercis pretium: sicut raritas emptorum illud minuit. At ex quò mercatores vendunt ad creditum, maior occurrit copia emptorum: ergo auctiori possunt vēdere ad creditum, quā de præsenti.

9. Arg. ¶ Nonò arguitur, si postquàm, res putà vinea, aut possessio empta est pecunia numerata, atque soluta, venditor eam emptori statim nō traderet, posset tunc emptor licitè expetere interesse in recōpensam fructuū vineę, quibus interim ipse priuatur, & venditor fruitur.

Ergo

Ergo pari ratione vendens rem fructiferam ad creditum interesse exigere potest in recompensam fructuum, quibus non persoluta pecunia potitur emptor: nam de vtroq; eadem videtur currere ratio.

¶ Propter aliqua argumēta horum. 9. quæ nos hic causa explicandæ magis materiæ fategimus adducere (vt refert Syluester titulo vsura. 2. §. 1.) quidam Raphael Parnasius hāc consuetudinem mercatorum vendentiū pluris ad creditum, quàm numerata pecunia approbauit. Sed tamen opinio istius est falsa, & periculosa, & contra communem doctrinam sacrorum canonum, & doctorum, vt ibi tradit Syluester, cui subscribit F. Antonius Cordubensis, in tractatu de casibus conscientiæ, quæstio. 84. vbi hanc eandem excitat quæstionem.

Periculosa sententia.

Concluſ. 1.

¶ Igitur iam expedituri quæstionem primam statuimus conclusionem. Prima conclusio resolutiua quæstionis. Nullis cuiusuis status personis, siuè sint mercatores ex officio, siuè non, licitum est eò quòd vendant ad creditum plus accipere, quàm sit iustum pretium, quod valent merces numerata pecunia venditæ tempore traditionis earum, vel assignationis de præsenti, id est, dictu vsura est, si res quæ valet centum pretio præsenti, quia venditur ad creditum, vendatur pro centum, & aliquid amplius. Hæc conclusio est D. Anton. Ange. Syluestri, Conradi, Meting, Nauarri in Summ. Lat. capit. 17. num. 243. & & 245. Est Soti, de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 4. artic. 1. ad 4. est Cordubæ loco citato, & Diui Thomæ opuscul. 67. & 2. 2. quæst. 77. artic. 1. & quæst. 78. artic. 2. Cuius verba inibi in forma sunt hæc. Si quis carius vendit iusto pretio, vt de pecunia soluenda expectet emptorem, manifestè vsura committitur, quia huiusmodi exspectatio pretij soluendi habet rationē mutui. Vnde quidquid vltra iustum pretium pro huiusmodi exspectatione exigitur, est quasi pretium mutui. Similiter si quis emat vilius, eò quòd pecuniam ante soluit. Est insuper conclusio prædicta etiam Caietani. 2. 2. quæstione. 78. articul. 2. & eadem videtur esse determinatio Innocentij III. in capit. in ciuitate extra de vsuris, est denique sententia communis. Probatur autem hæc conclusio. Primò, quia merx, siuè numeretur statim eius pretium, siuè in futurum exspectetur, non ideò fit maioris valoris: ergo quia venditur ad creditum, non potest augeri eius pretium, sed est vendenda pretio, quòd valet de præsenti, & non

Ratio. 1.

pretio & æstimatione mercatorum, qui propter eorum cupiditatis insaciabilitatem aliter merces taxant, dum vendunt ad creditum.

¶ Vbi prænotanda venit aliquorum mercatorum versutia, qui quia quod nostra conclusio damnat damnabile reputant, id criminis se subterfugere putant, eò quòd in animi præparatione sunt ad eodem pretio, quo vendunt ad creditum, vendere etiam de præsenti ad numeratum, & non minori, atque ideò soliti sunt dicere mercatores hi emptoribus, en merces hæ tanti vobis debent ad creditum constare emptæ, quanti, si eas à nobis numerata pecunia emeretis, signantque subinde eis excessiuum pretium, multoque maius iusto, quatenus hoc modo ad creditum vendant merces maiori pretio, quàm numerata pecunia vendi deberent. Sicque vsu euenit, vt emptor hoc audiens malit ad creditum, quàm numerata pecunia emere, etiam illo excessiuo pretio sciens eodem pretio emendas esse ad creditum, quo ad numeratum.

Vafricies mercatoriæ notanda.

¶ Secundò probatur conclusio, quia rei venditæ pretium illud est iustum, quòd valet, & communiter inuenitur in tempore illo, quo perficitur venditio, sed illa perficitur tempore præsenti, quo traditur merx, ergo pretium augeri non potest, plusquàm de præsenti merx tradita valet, eò quòd vendatur ad creditum.

Ratio. 2.

¶ Item tertiò patet ex ratione D. Thomæ, quia solutio exspectata reducitur ad mutuū, ratione autem mutui lucrum expeti non potest, ergo neque ratione venditionis ad creditum lucrum, id est, augmentum pretij expeti non potest.

Ratio. 3.

¶ Item quartò probatur ratione Soti efficacissimè conclusio, quia nulla lex, vel respublica benè instituta perscripsit aliud maius pretiū pro mercibus venditis ad creditū, quā pro venditis de præsenti numerata pecunia: ergo signum est euidens non licere ratione exspectatæ solutionis carius vendere, quàm de præsenti.

Ratio. 4.

¶ Secunda conclusio, licitè potest aliquis merces suas maiori pretio diuendere ad creditum, quàm de facto alias de præsenti iustè eas vendidisset, sed non licet sic ad creditum maiori pretio vendere, quamquam de iure, & iustè de præsenti vēdi debuissent, verbi gratia, liceret eas vendere ad creditum pretio riguroso, & supremo de præsenti cōmuniter inuento, quāuis de facto eas aliàs nume-

Concl. 2.

rata pecunia non vendidisset, nisi infimo, vel pio, vel medio pretio. Conclusio hæc est omnium doctorum communiter, cuius assertor est D. Thomas, opusc. 67. Responsionum ad lectorem Florent. est D. Antonini in. 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4. est quoq; Sylvestri vsur. 2. q. 1. §. 4. Ratio huius conclusionis illi innititur regulæ, scilicet, quòd venditio ad numeratum mensura est, atq; exemplar aliorũ modorum vendendi (vt supra diximus) si ergo venditio de præsenti ad numeratum censetur esse iusta etiam pretio iusto riguroso, & supremo. Sic etiam ad creditum celebrata eodem rigido, & supremo pretio censenda est esse iusta, siquidem sic non venditur ad creditum maiori pretio, quàm de iure ad numeratum potuisset vendi, licet de facto ad numeratum proprio pretio fuisset perfecta venditio. Secùs tamen esset, si talis venditio facta ad creditum excederet limites iusti pretij, hoc est rigidi.

Corol. ¶Hinc sequitur corollarium, scilicet, quòd quando pretium mercium per legem, aut rẽpublicam est prætaxatum: siquidem tũc pretium iustum consistit in indiuisibili carens gradibus rigidi, medij, & infimi, non possunt merces ad creditum pluris vendi, quàm ad numeratum.

Conclu. 3. ¶Tertia conclusio, Mercator, qui aliter quàm ad creditum suas merces diuendere non potest: quia nullus emptor inuenitur de præsenti, qui ad numeratum velit eas emere, non potest in recompensam lucri cessantis, aut damni, sibi emergentis: quia sic eas vendit pluris eas vendere hac ratione augendo pretium. Hæc Sylvestri vsura. 2. q. 1. §. 1. & 5. Cuius conclusionis duplex occurrit ratio, tum, quia emptor (vt est euidens) non est causa vera amissionis illius interesse lucri cessantis, aut incurrendi damnum emergens, siquidem (vt supponimus) omnis emptor emptus erat ad creditum, cum nullus occurreret, qui vellet emere ad numeratum. Vnde tunc emptor ad creditum impedimento nõ fuit venditori, quò minus venderet ad numeratum. Tum secundò, quia tunc venditor spe lucrandi, vel formidati damni vitandi caret, postquàm emptores ad emendum numerata pecunia de præsenti ei desunt. Igitur tali spe frustratus non est per emptorem ad creditum, quòd tamen necessariò prærequirebatur ad lucri cessantis, vel damni emergentis recompensam capiendam.

Conclu. 4. ¶Quarta conclusio, in hoc casu particulari, scilicet, cum iam Mercator aliquis re vera paratus erat vendere merces emẽti eas, vel ementibus eas in magna copia pecunia numerata, quam solutionis pecuniam, iam pro certo destinarat ad emendas frugiferas merces, ex quibus probabiliter lucrum sperabat, si ad instantiam amici, vt ei benefaciat, desistit ab hoc contractu, vt ei tales merces ad creditum vendat: licitè potest cum tali amico de hoc lucro cessante, sibi soluendo pacisci. Hęc est Nauarri, & Fratris Iosephi in suis Floribus, quæ intelligitur esse vera: dumnõ expectat totum lucrum, quia poterat forte impediri, & propter alias rationes in materia de lucro cessante prætactas, & probatur, quia hic verè cessat lucrum verisimile, & probabile, cuius cessationis fuit causa sola venditio ad creditum. ¶Perpendito autem hic lector cordatè, quòd hæc conclusio ex consulto maiori moderamine, & cum grano salis hic asserta est á nobis, quò aditum vsuris præcluderemus ista. Quarta conclusio, est asserta á Garcia lib. 1. de contract. cap. 23. pag. 608. & 609. Vbi generaliter asserens, quòd ratione lucri cessantis, aut damni emergentis ex venditione ad creditum pluris iusto pretio merces licitè vendi possint exemplificat, hoc statim in mercatore potente vendere merces suas statim numerata pecunia, & sic volente vendere, & non aliter ad insumendam eam in merces frugiferas, vel ad euitandum sibi damnũ, quem asserit ad petitionem alicuius si vendat ad creditum posse hac de causa in recompensam interesse augere pretium. Sed quia adhuc latere solet anguis in herba, & solet iniquitas mercatorum passim mentiri sibi.

Nota.

Conclu. 5. ¶Quinta statuitur conclusio regulariter mercatores huius temporis, qui non ita timoratæ conscientiæ sunt, volunt excusare suos contractus vsurarios mutuationis pecuniarum suarum, & venditionis mercium suarũ ad creditum sub titulo lucri cessantis, quare hæc excusatio non est regulariter admittenda á confessarijs, tum, quia parati sunt regulariter vendere etiam ad creditum, prout cõmodius possunt, tum, quia non inueniũt tot emptores de præsenti soluentes, qua de causa vendunt & ad creditum, vnde iste, qui emit ad creditũ nõ est causa, quod vẽditor impediatur à lucro, tum, quia ad sic vendẽdũ ad creditũ non tã mouentur á charitate debita proximo, quàm ex propria vtilitate, propter quam malunt vendere ad creditum augendo pretium, quam pecunia statim sibi numerata aliter negotiando lucrari, tum quia secundũ Metinam cuius est hæc quinta conclusio in

Admonentur confessores.

sua

sua instructione confessor. fol. 133. de vsuris §. 23. mercatores qui pecuniam mutuant aut suarum mercium, quas vendunt ad creditum expectant pretium, si pecunia mutuata, vel pecunia pretij numerati penes illos mansisset: forte non eam exponerent negotiationi: sed eam pro sustentanda familia, vel in alios vsus distraxissent: tum quia non semper est sibi in promptu negotiatio, aut lucrum vt ipsi imaginantur, tum quia huiusmodi negotiatores nunquam suam pecuniam mutuarent, aut suas merces ad creditum venderent, nisi causa lucri inde reportandi, & quia aliunde non tã certa spes arridet lucri, ideo malunt suam pecuniam mutuare, vel suas merces ad creditũ vendere pro interesse lucri, tum quia alia pecunia solet remanere apud eos, qua possint negotiari, si velint propter has rationes puto verum esse, quod Mercatus lib. de contractibus asseuerat, scilicet, alias præterquã in casu. 4. conclusionis indulgere mercatoribus vt ratione lucri cessantis maiori pretio vendant ad creditũ, quã ad numeratũ monstruosum est.

Iniustitia mercatorũ

¶Hinc autem videre est quanta cum iniustitia coniunctum sit, quod quidam negotiatores moliuntur facere, qui cum aliter reparare nequeant pretium, quo suæ merces sibi cõstitere vendendo de præsenti eas computatis expensis, & laboribus in eis emendis exhaustis, & pretio pro eis impenso, tunc ad creditum tanto pretio eas diuendunt, quãto opus est ad prædictorum recompensationem, hoc licitum esse sub hoc colore prætexentes. Quę quidem deceptio tam magna est, quam est ordinaria, scilicet, sibi ipsis mercatores persuadere se nũquam debere damna pati, aut iacturam, sed semper ex suis mercibus lucra reportare: cum ex aduerso reos eos in hoc esse natura suæ artis negotiandi declaret: quæ vtrique aleæ, & sorti tam perdendi, quàm lucrandi subiectior est, quàm quælibet alia ars in mundo vsurę cepta fortunęque innitens. Vnde pro confesso est apud doctores omnes Mercatores iam animo paratos ad statim de præsenti vendendum merces suas teneri ad eas vendendas pretio communi currenti: dũ aliud non subest legis pretium, aut taxæ, & hoc siue iacturam inde sint subituri, siuè lucrum relaturi (vt prædiximus) sed an ratione expensarum in recuperando creditum mercium pretium possit pretium augeri, iam adhoc diximus ex mente Soti vix hoc labe vsuræ carere, vnde cautè in hac parte iuxta documenta prædicta superius Soti, & Nauarri est ambulandum.

Nota.

¶Sexta conclusio, neq; etiam licèt vendere aliquid dilata solutione in aliud tẽpus pretio maximo, quod valebit, vsque ad illud tẽpus. Hæc est Hostiens. in Summ. de vsur. §. an aliquo, est Nauarri Sum. Lat. cap. 17. nu. 243. Vbi ait de hoc copiosè differuisse se super capit. in ciuitate de vsur. & tandem concluisse non esse vsurarium pactum, vt sibi soluatur pretium medium inter minimum, & maximũ medians, quo ab emptionis tempore, vsque ad tempus, in quod ille seruaturus erat valeret, siuè eius pretium crescceret, siuè decresceret. Patet conclusio, quia in casu conclusionis venditor se magis poneret in tuto, non autem in casu Nauarri, vbi pactum initur de soluendo, sibi huiusmodi pretio, quã sic erat seruaturus. *Conclu. 6.*

¶Iam ad argumenta (quia singula suas speciales præseferunt difficultates) nobis sigillatim superest respondendum: ad primi argumenti solutionem prænotandum est, cum Garcia lib. 1. de contract. cap. 23. pag. 620. scilicet, quòd licet de numero iuristarum aliqui fuerint: qui prorsus negauerint venditorem posse licitè interesse, sibi assumere ex pretio rei fructiferæ ad creditum venditæ, nisi in recompensam damni emergentis, aut lucri cessantis: non tamen & alij iuristæ defuere, qui licere concesserint, inter quos doctor Couarruuias potissimè adnumeratur, quippe qui cum celebrior sit inter alios præ sua egregia autoritate, magis autoritate propria, quã vllis efficacibus rationibus, aut principijs fidem, & autoritatem huic tam falsæ sententiæ cõciliauit. Inualuit autem hæc eius falsa opinio, eò quòd vtilitati proprie, & cupiditati humanę blanditur, atque adeò inter non paucos vsu recepta est, non sine magno stipendio rectitudinis secundum leges diuinas, & naturales in contractibus seruandæ, contra quas leges humanæ non præualent, neque præualere debent. Addit autem Garcia ibi neminem Theologorum se reperisse cui probata fuerit, aut placens talis doctrina, nisi Summam Angelicã, quippe quæ meritò pro hoc carpitur à Syluestro vsura. 2. quæst. 11. vbi huius contractum, tãquam vsurarium sugillat. Igitur Couarruuiæ opinio non est recepta à quibus recepta est, vt Theologorum opinio, quorum est legum diuinarum, & naturaliũ rationem habere in foro conscientiæ: sed vt opinio iuristarum, quorum studium potissimum est de consulendis legibus ciuilibus, & humanis, quatenus attinet ad exterius forũ. Cum igitur in gratiam illius nullus occurre- *Ad arg. 1.* *Opinio Couarruuiæ periculo subiacet.*

rit theologus, qui potuerit allegari, nisi solum iuristæ ciuiles, & canonistæ, & inter eos impius Carolus Molineus hæreticus, fit sane hinc argumentum de suspitione, qua talis opinio falsa venit notanda. ¶ Igitur quia de hac opinione prolixior nos manet postea disputatio, interim breuiter ad argumentum in forma respondetur negando antecedens. Nam secundum Siluestr. vsura. 2. quæst. 1. lex illa curabit, non intelligitur de actuali venditione facta, vbi iam traditum est dominium rei venditæ emptori, in quo sensu assumitur antecedens argumenti, vt intentũ probet, sed intelligitur de venditione conditionata & in potentia, quia ista venditio conditionata, & in potentia non est vendere nunc actualiter, sed tantum nunc spondere, & obligare me venditurum tali pretio intra annũ, quare in primo casu, rei á me venditæ apud me non manet dominium sicut in secundo manet, & sic Bal. videtur intelligere illam legem curabit: quæ quidem intelligentia videtur probari per. l. in initio. C. de pact. int. emp. & vendi. vnde negatur quod vendens vineam actuali venditione, ideſt, in qua actualiter in emptorem transfert illius dominium, possit loco fructuum: quia sibi differtur pretium accipere interesse, quia illi fructus non sunt sui, sed emptoris, cuius est iam tam dominium rei venditæ, quam periculum: Sed neque ratione dilationis, ideſt, priuationis, qua se priuat se illo pretio, & vsu eius per expectatum tempus, potest secluſa ratione veri damni emergentis, aut lucri cessantis de aliquo in te resoluendo vltra pretium pacisci: quia priuatio illius pretij per illud temporis quia est dilatio solutionis pretij est, virtualiter mutuum est & priuatio vsu pretij consequitur vt accessorium. quod sapit naturam principalis, ad istud mutuum virtuale pretij, ergo neque pro priuatione ista ad tẽpus, qua vendens vineam ad creditum manet priuatus pretio, & vsu talis pretij potest aliquod interesse expetere, neque hac ratione eius pretium plus iusto augere.

Ad. 1. arg. in forma.

Ad confir.

¶ Ad confirmationem distinguitur maxima ibi pro antecedenti assumpta quoad maiorem, vbi dicitur, quod in contractibus emptionis, & venditionis debet seruari æqualitas inter venditorem, & emptorem, quia si loquamur de æqualitate constituenda inter pretium, & rem venditam, ita quòd quantitas pretij attingat valorem eius, sic prorsus necessariã esse obseruatu hanc æqualitatem in his contractibus (cum actus sint iustitiæ commutatiuę) fatemur libenter, quia hæc est communis animi conceptio, si autem loquamur de æqualitate statuenda inter emptorem, & venditorem, vt maxima assumpta sonat, quæ in eo consistit, vt vterque eorum æqualis conditionis sit, sic rursus distinguimus, quia cum æqualitas hæc dupliciter possit attendi, primò respectu earum rerum quę his contractibus essentialiter attinent, secundo respectu earum rerum, quæ eis non essentialiter pertinent, quia sine eis interdum possunt consistere. Dico si loquamur de æqualitate considerata respectu rerum ad hos contractus essentialiter attinentium, quales sunt, vt in contractu venditionis venditor transferat ius, & dominium rei venditæ in emptorem, & in contractu emptionis, vt emptor transferat ius, vel dominium pretij in venditorem, hæc enim essentialia sunt: non autem ad essentiam horum cõtractuum spectat traditio statim actualis, & præsentanea possessionis rei venditæ, aut possessionis pretij. Siquidem passim videre est, tam emptiones, quàm venditiones tam firmiter celebrari, vt irreuocabiles fiant, in quibus ex vna parte non statim traditur pretium, vt cum ad creditum venditur, & ex alia parte rei venditæ non traditur statim possessio, vt cum anticipata pecunia emuntur fructus terræ nascituri in anno sequenti, vel animalium fœtus nõdum nati: si inquam de hac æqualitate respectu essentialium loquamur, eam necessario obseruandam esse inter contrahentes libenter astruimus: Est enim prorsus necessarium, vt in hoc emptor, & venditor æqualis sint conditionis: ita vt sicut venditor in venditione actuali statim trãsfert ius, & dominium rei venditæ in emptorem, ita & emptor statim ex sua etiã parte transferat ius, vel dominium pretij in venditore. Sed quid? nunquid quo ad traditionem actualem possessionis rei venditę, & pretij debẽt esse ęquales: respondetur, quòd etiam quoad hoc stando intra limites horum contractuum, & secundum conditiones suæ naturæ conuenientes, æquali conditione vterque contrahentiũ debet gaudere, nisi ex voluntate contrahentium ibi admisceatur alius contractus, sicut re vera in venditione ad creditum admiscetur virtualis, & voluntaria mutuatio pretij ex parte venditoris, & in emptione anticipata solutione facta admiscetur voluntaria, & virtualis mutuatio pretij illius anticipati ex parte emptoris: voluntariam dico, quia possent sic non contrahere. Igitur supposito, quòd sic contrahere volunt, dico, quòd licèt illa essentialis prædicta ęqualitas sit semper inter

Duplex æqualitas in contractibus.

Quæstio.

empto-

emptorem, & venditorem seruanda, sed non hęc alia extra essentialia conueniens, nisi quâ do per se contrahitur, sine admixtione cõtractus mutui. Nam si voluntariè cõtractus mutui admiscetur: quid mirum, si causet hanc in æqualitatem inter contrahentes cum virtuali admixto mutuo, cum de natura mutui sit imparem conditionem in mutuantem, & mutuatarium inducere, cùm melior sit conditio recipientis mutuum, quàm mutuum dantis in æstimatione humana.

Extrinseca equalitas quando nõ seruanda.

Corol. ¶ Ex qua solutione corollariè sequitur admiratione esse dignum, quod & valde loco supra citato admiratur Garcia, scilicet, quòd propter tam debile fundamentum tanq; nullius momenti, opinionis contrariæ Couarruuiæ domini iuristæ amplexati sunt doctrinã saluti conscientiarum nullatenus tutam eam tam futili, & tam falso principio, tanq; perperam intellecto fulciendo.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum argumentum negatur cõsuetudinem, quæ inoleuit inter mercatores excusare posse contractum vsurarium, qualis est vendere pluris ad creditum, quàm ad numeratum, quia vsura est intrinsecè mala, sicut neque consuetudo fornicandi inualescẽs fornicationem potest facere licitam, cum sit intrinsecè mala.

Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum iam propter rationes allatas, dicimus, quòd ratione lucri cessantis regulariter loquendo, quia hic non habet locum, non potest ad creditum vendens plus recipere, quia re vera non cessat sibi lucrum, sicut fortè posset cessare, si illud pretiũ acciperet de præsenti, quo aliàs pararet negotiari, & illud ad preces petentis mutuaret.

Ad. 4. arg. ¶ Ad quartum argumentum respõdetur, quòd neq; etiam â morosо debitore potest peti lucrum, quando ratio lucri cessantis cessaret, scilicet, quia cum tali pecunia creditor non erat negotiaturus. Sic quia hic cessat ratio lucri cessantis propter rationes allegatas, non potest illud lucrum ad creditum vendẽs exigere.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem quarti argumenti respondetur. Primò, quòd non est omnino par ratio de venditore pretium iam receptum mutuante, & de differente, vel concedente dilationem pretij. Nam qui iam receptum mutuat pretium, iam habebat ad manum, quo posset, si vellet negotiari, & lucrari, & credibile est cũ eo velle negotiari. At qui vendit ad creditum, non sic habet in promptu pretium illud, quo cum possit negotiari, etiam si velit. Secundò dicimus regulariter loquendo propter. 7. allatas rationes in quinta conclusione in gratiam Metinæ, mercatores huius temporis volunt excusare suos contractus vsurarios mutuationis pecuniarum suarum sub titulo lucri cessantis, quare hanc excusationem regulariter non esse admittendam à confessarijs diximus.

Ad obiectionem. ¶ Neque obstat obiectio in confirmatione adiecta, scilicet, quod merces statim traditæ, statim ex tunc incipiunt esse vtiles emptori, ergo pretium etiam statim deberet esse vtile venditori: quia si merces sunt vtiles ex tunc venditionis emptori est, quia iam est ipsarum translatum dominium, sicut & periculum in ipsum, at pretium creditum, & expectatum per mutationem voluntariam, & virtualem, qua venditor volens vendere ad creditum illud emptori mutuauit, trãslatum est gratis in dominium emptoris, ergo etiam eiusdem pretij vsus, quo poterat vti, & lucrari vendens eo negotiando, si statim sibi solueretur. Neque enim hic secundum theologos vsus distingui tur à dominio in pecunia pretij, quocirca cõcesso ad tempus per mutuum virtuale pretium emptori, necesse est venditor gratis eo vsu, quo eo poterat vti negotiando se priuet: si nulla verâ subsistat ratio lucri cessantis, cuius regulariter in hoc casu solent deficere necessariæ conditiones, vnde in hoc stat omne periculum.

Ad. 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum de magnatibus qui in tempore præfixo non sunt soliti soluere, quod nisi recompensetur maiori pretio, in graue damnum mercatorum vertitur. Respondetur Primò, quod ratione istius periculi, & metus, vtrum magnates in præfixo termino soluent, vel non, non possunt mercatores augere pretium: quia esset mutuum virtuale cum lucro, aut ergo apponant pactum, de damno soluendo, si ex dilatione solutionis post terminum ipsis mercatoribus inuitis verè contingat, aut assumant pignus, vel accipiant á magnatibus fideiussorẽ, vel eis ad creditum non vendant secundum Sotum, & Fratrem Ioann. à Peña.

Nota tria documenta. ¶ Circa solutionem huius argumenti. 5. notato hæc documenta quæ frater Ioannes de la Peña in suis scriptis fertur tradidisse. Primò ꝙ magnates tenentur restituere mercatoribus lucrũ cessans etiam non admoniti: quãdo ideò cessabit lucrum, quia eis in præfixo tempore non soluerunt. 1.

Secundò ait se credere, huiusmodi magnates ab hoc lucro cessante mercatoribus soluendo excusari, quia mercatores bene norunt eos non soluturos 2.

statu-

ſtatuto tempore, & communiter carius ſoliti
3. ſunt merces eis ad creditum vendere. ¶ Tertiò addit, quòd his nihilominus non obſtantibus tenerentur reſtituere mercatoribus lucrum eis verè ceſſans, ſi per multum temporis magnates ſolutionem differrent. Hoc eſt certum, quatuor arbitramur non tutè negotiari huiuſmodi mercatores, non ignaros huius euentus, ſcilicet, quòd in termino prefixo non eſt eis ſoluendum, ſi vendentes ad creditum magnatibus, ideò adaugeant pretiũ, quia tunc per illud temporis volũtariè, & proprij intereſſe motiuo magis, quàm charitate ſubueniendi magnatibus, quorum ſanguinem, & ſubſtantiam ſic paulatim exugunt, videntur exſpectare pretium quod eſt illud virtualiter mutuare, quare non videtur hîc concurrere ratio lucri ceſſantis ad ſic augendum pretium.

Ad.6.arg. ¶ Ad ſextum argumentum dicimus, ſæpè ſæpiùs nos cum Soto, & cum Nauarro, & cũ communi opinione tenentes refutaſſe illud antecedens contra Metinam Complutẽſem, ſcilicet, quòd ratione periculi vendentibus ad creditum liceat aliquid plus accipere: dũ quia iſta pericula non ſunt tam ordinaria, tũ quia cautione, vel fideiuſsione accepta, vel ipſa ſolutione poſtea facta tolluntur, tum quia acceſſoria ſunt ad mutuum virtuale concrediti pretij: vnde ſicut pretium concreditũ eſt gratis per illud exſpectationis tempus emptori: ſic & illud periculum ſubeundum eſt gratis: quia acceſſorium ſequitur naturam principalis. *Differ.* ¶ Neque eſt eadem ratio de fideiuſsione, vel aſſecuratione, vel debitis litigioſis, & incertis præ ſe ferentibus periculum, neque de pecunia expoſita negotiationi in cõtractu ſocietatis, quæ expoſita cum periculo eſt fructifera & aliàs non, quæ ſunt argumenta Metinæ Complutenſis hic perſtrictè propoſita, quia in his non eſt mutuum virtuale, quare pericula in his contenta, quia per ſe ſumuntur, id eſt, non vt conſequentia ad mutuum formale, vel virtuale, ideò per ſe ſunt æſtimabilia pretio, & vt ait Sotus pecunia expoſita in ſocietate non ratione periculi, cui exponitur eſt lucrifactiua, quia quod exponatur ibi periculo eſt tantum cauſa ſine qua non: ſed ipſa expoſitio, qua negotiationi exponitur potiſsima cauſa eſt, quòd fructum lucri parere poſsit, ſed neque lucrum ceſſans, ſic conſequitur ad mutuum, vt ſicut mutuandum eſt gratis, ſic etiam lucrum ceſſans remittendum ſit gratis: quia lucrum ceſſans præceſsit in potentia lucrandi cum pecunia mutuata, ſi non mutuaretur: quæ quidem potentia præceſsit mutuum, ecce vnum ſoluentes argum. 6. quam ſuccinctè ſoluta reliquimus omnia argumenta Metinæ Complut. cõtraria, vnde non poteſt ſibi prætexere indemnitatem vendens ad creditum vt augeat pretium, ſicut neque mutuans hanc indemnitatem prætexere poteſt, vt ratione mutui capiat intereſſe, ſcilicet vt ſe indemnem ſeruet à recuperandi mutuum metu, & periculo.

Ad.7.arg. ¶ Ad ſeptimum argumentum dicitur multum differre ſolutionem pretij prorogare vẽdentem poſt conſummatam venditionem cũ conuentione facta ſtatim numerandi pretiũ, vel eam prorogaſſe à principio quando venditio ad creditum inita eſt, quia cùm à principio in ipſa actuali venditione conuentum eſt de expectanda ſolutione pretij, iſta conuentio fuit ipſius venditionis pactio: & veluti pars eius: & ſic vt pars ius gaudet conditionibus debitis venditioni, cuius vna lex & conditio eſt, quod ſicut poteſt pro pretio infimo fieri, ita quoque pro riguroſo, & ſupremo. Quando verò poſt conflatam venditionem hac lege numerandi pretium, conuenit inter partes de concedenda dilatione pretij, iam hæc dilatio pretij, quia non vt pars cõtractus venditionis, ſed vt quid diſtinctum per ſe ſumitur, cenſetur eſſe mutuum: cuius ratione cum ſit infimum pretiũ quod mutuatur, non licet pro eo expetere lucrum, hoc eſt ſupremum pretium, id enim eſſet vſura. *Replica.* ¶ Quòd ſi replicueris, quod etiam, quando à principio venditur ad creditum res ſummo pretio, quæ vendenda erat infimo, eſt virtuale mutuum pretij ibi contentum, quod quidem in cauſa eſt maius ſumendi pretium quam reciperetur, ſi res numerata pecunia alias venderetur, quod ad vſuram videtur accedere. *Reſp.* ¶ Reſpondemus quod hic mutatio virtualis non eſt totalis cauſa exigendi pretium riguroſum, & altius: imò non eſt propriè cauſa ſed occaſio, ſeu cauſa ſine qua non, non exigeretur, ſed ſuppoſito quod exigitur potiſsima cauſa iſtius exactionis eſt, vt iuſta ſit cenſenda, quod illud pretium riguroſum eſt iuſtum in illa venditione ad creditum, cuius pars eſt ipſa prorogatio ſolutionis pretij, quæ quoddam mutuum eſt tacitum atque ideo vnum licet, ſed alterum non licet.

Ad.8.arg. ¶ Ad octauum argumentum dicimus, quod copia mercatorum volentiũ emere ad creditum, quia ad ſtatim ſoluendum pecunia carent, non auget de perſe pretium mercium, ſed copia mercatorũ ementium pecunia numerata

merata est, quæ iustè auget pretium mercium quia arguit copiam pecuniæ præsentem.

Ad. 9. arg. ¶ Ad Nonum & vltimum argumentum respondetur, concesso antecedenti negando consequentiam. Nam disparitas rationis est clara: quia emens vineam statim pecunia numerata, statim eam vineam facit suam, atque per consequens, fructus eius ergo si non tradatur statim potest licitè in recompensam fructuum de re sua à se percipiendorum exigere interesse: dum venditor eam non sibi tradit, sed eius fructibus fruitur. Nam hoc est propriè rei suæ fructus locare venditori pro pretio, quod licitum quidem est, at verò in casu consequentis, si vendens ad creditum interesse exigeret in recompensam fructuum possessionis à se venditæ, quibus non per soluta pecunia potitur emptor, exigeret recompensam de re non sua. Nam illi fructus non sunt sibi debiti, sed emptori, quia de re per venditionem facta propria emptoris, & cuius iam subit periculum percipiûtur, quare eos fructus emptori pro interesse locare venditor ad creditum non poterit.

Replica. ¶ Quòd si institeris inquirendo, cum liceat ementi pecunia numerata possessionem accipere interesse pro fructibus rei à se emptæ, quia eis caret, cum sint sibi debiti, & eis potitur interim venditor, quare non licebit pari ratione vendenti ad creditum interesse capere pro prouentu pretij, quo gaudet emptor, & quo interim priuatur venditor cum sit sibi debitum, ab hac autem obiectione facile se expedit Garcia loco citato. cap. 23. pag. 640. dicens disparem esse de vno, & altero rationem, quia res fructifera ad creditum empta, potest pro aliquo interesse locari eidem venditori, quia locabilis est: at pecunia pretij concredita, & soluenda non potest locari, sed solum mutuari: pro mutuo autem expetere interesse prorsus illicitum est, at certè licet hęc solutio sufficiens sit, sed breuius ad mentem D. thomæ soluitur, si dicamus pro vsu vineæ emptæ ad creditum posse expetere emptorem interesse, eò quòd vinea de se res fructifera sit, non autem sic venditorem ad creditum pro vsu pretij interim concesso emptori ad creditum ementi, quia istud pretium pecuniale ex se non habet vsum fructum. Et tandem hæc habuimus dicenda de tam prolixa, celebri, & necessaria scitu materia, parcat lector, si dum studuimus omnes thecnas mercatorum detegere, in re prorsus necessaria facti sumus molesti & graues.

Solutio Garciæ.

Solutio auctoris.

CAP. XXXVII. *An ratione periculi, vel expensarum ex professo liceat plus accipere: rursus latè disputatur contra Metin. Complut. & an recompensa damnorum ob nouas dilationes concessas facienda sit à debitoribus decoquentibus. Quæstio scitu necessaria.*

IAm hanc quæstionem, etsi multoties voluimus præterire, tum, quia in solutionibus, & expeditionibus aliquorum argumentorum, & difficultatum, eius memineramus (quamuis transcursim) tum, quia in. 2. parte nostri primi tomi Instructorij Conscientiæ in materia de vsura, cap. 70. eam suis numeris absolutam reliquimus, tamen nunc ex cõsultò, vt ordinem debitum materiæ huic seruaremus, & quia fortasim aliquid nouum, vel clarius dicemus ex professo agitandam rursus duximus.

¶ Quæritur ergo an ratione periculi, cui se exponit venditor ad creditum, possit augere pretium. In hac autem quæstione singulariter decertat Metina contra omnes in materia de restitut. quæst. 38. pro parte affirmatiua, quam tuetur. Cuius argumenta ad tria sunt reducibilia. *Quæstio.*

¶ Nam primò sic arguit, quia alicuius mercis assecurator pro ea assecuranda, eò quòd in se suscipit omnia formidabilia pericula, potest licitè aliquòd capere interesse: ergo ob eãdem causam venditor ad creditum augere poterit licitè pretium. *Arg. 1. Metinæ.*

¶ Secundo arguit, sic quilibet alius tertius eò quod fide iubet eadem in se assumendo pericula, potest aliquod interesse capere, ergo simili ratione venditor ad creditum, eò quòd debiti recuperandi in se recipit pericula, & damna, poterit in recompensam huius, pari ratione debiti interesse pretium aliquantulum augere, ipse enim in hoc casu etiam, pro his periculis fideiussor accedit. *Arg. 2.*

¶ Præterea tertiò sic instat arguendo, si quis locaret equum, quem, quia timeret nimis diu exandum, difatigandumque vsque ad mortem, nollet eum absolutè concredere: posset paciscì cum conductore, vt eius equi subiret periculum, & vt eius pretium reddat si fortè in itinere pereat. Ergo pari ratione vẽdens ad creditum, poterit hęc pericula, & dãna dum timentur probabiliter ea imponere super emptorem, ac per consequens, quia emptor tenetur ea subire, quatenus venditor liberat eum ab his damnis & periculis, ea in se suscipiendo aliquantisper pretium augere. *Arg. 3.*

¶ Deinde quartò arguitur, quia pecunia in *Arg. 4.*

in societate exposita ratione periculi, cũ quo exponitur apta nota est parere interesse,& lucrum,ergo pari ratione res vendita ad creditum ratione periculi,cum quo exponitur perdendi eam,& eius pretium, apta nata erit parere fructum,ac interesse, ac per consequens licite augere pretium potest.

Arg.5. ¶Item si venditi ad creditum ad instantiã alterius licet conuenire de lucro cessante,sive rè cesset,vt se seruet indemnem:sed verè hæc damna,& pericula probabiliter futura imminentvendẽti ad creditum,ergo vt ab his se seruet indemnem, quia de iure naturali vnicuique conceditur se immunem â periculis, & damnis custodire,in horum damnorum,&periculorum recompensam pretium augere licebit.

Argum.6. ¶Adde Sextò,quod debita periculosa, vel litigiosa minoris emi solent licitè,quia eorum emptor ea iura,& debita recuperandi subit periculum:ergo è conuerso pari ratione vendi possunt maioris merces ad creditũ, eò quod venditor earum, recuperandi pretium subit periculum,ac per consequens poterit augere pretium hac de causa.

Distinctio. 1.damnorũ ¶Quæstio hæc quatenus eius veritas magis clarescat, aliquibus prædistinctionibus opus habet. Igitur quia id quæritur vtrum ratione damnorum, & periculorum vendenti ad creditum liceat augere pretium,prænotanda est prima distinctio damnorum,nam alia sunt damna quæ timentur propter expensas futuras,& labores assumendos, in recuperando pretium:& alia sunt damna veluti intrinseca,scilicet anxietas,& metus torquens venditoris animum ex parua securitate, aut ex dubio recuperandi debitum, quo interim angitur.

Distinct.2. damnorũ. ¶Secunda distinctio sit, quod duplicia veniunt in mutuantibus, vel vendentibus ad creditum considerandadamna,quædam quę ob culpam mutuatarij, aut mentis ad creditum,á vendente ad creditum, vel à mutuante incurruntur,quæ prouenire sunt solita,vel ex negatione debiti, aut ex dilatione solutionis, aut expensis in recuperando debitum factis, aut ex laboribus in hoc exhaustis. Alia autẽ sunt damna hic contingentia citra culpam emptoris ad creditum, aut mutuatarij, cuiusmodi sunt, si venditor suarum mercium habens iam statim pecuniam sibi numerandam ad manum, qua statim negotiari, & lucrari, aut damna emergentia sibi vitare parabat, si ad instantiam amici venderet eas ei ad creditum,cum sic haberet promptam pecuniam si eas vellet vendere ad numeratum. Nos autẽ non loquimur de huiusmodi damnis hic, nã pro his posse expeti recompensam est planũ, loquimur ergo de primis damnis culpa emptoris,aut mutuatarij incurrendis.

¶Tertia distinctio est, hæc damna duplici ratione timeri possunt, vel quia possibilia euẽtu sunt,aut quia facilia sunt,& veluti euidentia, & in procinctu parata, si tantum autẽ considerentur damna hæc, vt possibilia, sic ante eorum contingentiam pro eis recompẽsatio recipienda non est, neque prætendẽda. *Distinct.3.*

¶His autem præmissis, si loquamur de dãnis incurrendis à creditoribus propter expensas faciendas in debitorum recuperatione, an in recompensam eorum, vbi probabiliter timentur,possit augeri pretium à vendente ad creditum, controuertitur â doctoribus, nam Sotus de iustitia & iure in materia de vsura sentit expensarum anticipatas conuentiones vix vsuræ labe vacare, nihilominus concedit, vbi sine fraude bonis coniecturis probabilibus timentur expensæ, nempe dum debitor ab vrbe venditoris ad creditum distat,nullã iniquitatem esse de huiusmodi expensis,& laboribus,sibi soluẽdis pactum inire, vel pro his certum constituere pretium fore soluendum etiam à principio, sicque constitutum pretium recipere,etiam si postea nullas expẽsas fieri contingat:nam etiam si creditor posteà esset plura expensurus (inquit Sotus)nõ ideò posset amplius recipere,quàm fuit conuentione à principio firmatum. *Sent.Soti.*

¶Syluester autem in Rosa Aurea casu. 16. in responsione ad.4. argum. & in Summ.vsura.2.quæst.§.5. penes finem audacter asseuerat venditorem ad creditum augere pretium in recompensam expensarum, quas facturus est in recuperando illud rem esse tum periculosam, tum etiam dæmonis esse laqueum. Nam etsi cõcipiat animum remittendi illud incrementum pretij, si sine expensis tempore solutionis contingat debitum soluitamen accidere potest, vel mutatio propositi in ipso, vel iusti pretij obliuio, vel mors ipsa creditoris præoccupans interim, emptore manente cum obligatione soluendi excessum in debitum pretij. *Sent.Syl.*

¶At verò Nauarrus (vt anteà prædiximus) quòd causa seruandi ordinis iterum repetimus in Summ. cap.23.num.84. contra Sylue strum tenet affirmans,vendentem ad creditum posse licitè,tantò magis augere pretium aliâs iustum, quantò in recuperando hoc pretio maiores expensæ probabiliter creduntur futuræ *Sent.Nauar.*

futuræ dum tamen adsit animus venditori remittendi emptori illum pretij excessum in casu, quo sibi postea solui sine expensis à se factis contingeret. Neque huic sententiæ obstat ratio in contrarium adducta à Siluestro inquit Nauarrus, quia in conuenientia à Siluestro obiecta hoc facili remedio tolluntur, nempe si venditor schedam cautionis emptori præstet qua se astringat ad eam quotam, quam iusto pretio adauget remittendam emptori, si emptor citra expensas præfixo termino soluerit debitum quod citra mentionem causę remissionis huius caueri debet, ne contractus in foro exteriori vsurarius præsumatur.

Sent. autoris. ¶ Iam inter opiniones has quid nos sentiamus si roget lector dicimus, quod inter omnes tres, opinio Siluestri est tutissima, & licet opinionem Soti non ausim damnare, propter tanti viri auctoritatem, sed tamen sententia Nauarri quippe quæ limitatior est quàm sententia Soti, & quia præsentaneum remedium præbet inconuenientijs à Siluestro obiectis tutè teneri potest, quia securior est quàm sententia Soti ac proinde magis amplectenda. vide supra. q. 27. fol. 84.

Concl. 1. ¶ His autem expeditis ad principalem quæstionem respondeo statuimus primam conclusionem, scilicet, ratione metus, quem concipit venditor intra se de recuperando debito, aut non etiam si talis metus sit probabilis, non potest licitè quicquam vltra sortem debiti percipere. Hęc cõclusio est Soti. li. 6. de iust. q. 4. art. 1. est Conradi de contractibus, est Nauarri in sum. Lat. cap. 17. n. 243. patet autem tũ quia talis metus non est propriè appretiabilis, quia ne propriè vendibilis, tum quia spontè mutuando, aut vendendo ad creditũ mutuator, vel venditor acceptat illum, tũ quia mutuatarius, vel debitor non tenetur aliter leuare ab illo metu, vel illum recompensare, quã soluendo sorte debitam, sic enim facit satis. Item quia si sine præuia pactione de soluẽdo sibi aliquid pro isto metu, posteà isto metu venditor ad creditum, vel mutuator multùm anxiaretur, nõ ideo pro tali metu tenetur ei soluere mutuatarius aliquid vltra sortẽ, quia metus non est pretio æstimabilis vt intra animũ continetur tantũ: ergo neq; etiam tenebitur vltra sortem soluere etiam si præcesserit pactum de soluendo aliquid vltra sortẽ pro illo. *Garcia non latur.* ¶ Quocirca nõ omnino cautè videtur fuisse locutus Garcia in hac parte dum ait in lib. 1. de contractus. capit. 23. pag. 656. creditorem habere ius conueniendi, vt etiam displicentiæ, id est, desabrimientos (vt ipse ait) quas passurus est culpa debitoris in debiti recuperatione, sibi recompensentur, quod planè falsum est, si displicẽtia per se sine alio damno subsequuto sumatur. Nam secundũ Metinam in sua instructione. §. 18. fol. 119. qui cum muliere adultera præsertim sponte commiscetur, magnam displicentiam infert marito adulterij non ignaro. Imò quod pluris faciendum est iniustum actum perpetrat cũ aliena sic coeundo: sed non ideò actus iste adulterij est talis, qui obligationem restitutionis solitus sit inducere, nisi quando ex adulterio aliud damnum fuisset subsecutũ. Non enim omnis iniustitia obligationem restituendi habet comitem, sicut est ista, & baptizare puerum inuito parente authore D. Thoma, iniustitia est contra patrem pueri cõmissa, pro quibus tamen aliquid recompensare in vsu non est.

Concl. 2. ¶ Secunda conclusio, mutuans, vel vendẽs ad creditum hoc iure gaudet, vt licitè conuenire possit de resarciendis sibi damnis ob recuperationem debiti culpa debitoris posteà incurrendis, scilicet de laboribus, & expensis recompensandis. Hæc conclusio est Syluest. vsura. 2. q. 1. §. 5. in fine, vbi ait, quòd si creditor fecit expensas per viam iuris, sibi recompenset. Hæc est autem via iuridica, scilicet, pacisci à principio de huiusmodi damnis expẽsarum, & laborum si contingãt. Patet autem conclusio ex duplici ratione, tum, quia ius in est creditori se seruandi indemnem, & liberũ à periculo, ne benefaciẽdo, mala patiatur: hoc autem ius consequitur de huiusmodi dãnis, sibi reparandis à principio paciscendo. Tùm secundò, quia debitor recipiens pecuniã, vel merces ad credentiam hanc in se obligationẽ assumit restituẽdi pretiũ citra vllas expensas, vel labores creditoris: ergo potest conuenire creditor de huiusmodi dãnis, sibi reficiendis.

Concl. 3. ¶ Tertia conclusio, qui mutuat, vel ad creditum vendit, si probabilia metuat damna, licitè potest pro illis damnis, & periculis, si fortè posteà contingat resarciendis exposcere assecuratorem, vel fideiussorem. Hæc autẽ cõclusio patet, quia contrahens ius habet se immunem seruandi à periculo, & indemnem mutuando, vel ad creditum vendendo: igitur & ius, sibi inest, si res in discrimine sita sit hac via circa damna, hæc sibi parare securitatem, ne ea posteà patiatur.

Concl. 4. ¶ Quarta conclusio, licet vt in tertia conclusione conclusum est, licitum sit damnorũ, & periculorum probabilium dantibus ad credentiam suas pecunias, vel merces expetere securita-

securitatem: nullatenus tamen eis licet prohis periculis via recompensationis, imo neque via securitatis augere pretiũ. Hæc autem conclusio est Conradi libr. de contractib. quæst. 59. Corol. 1. & 2. est Soti, lib. 6. de iust. & iur. q. 4. art. 1. in solut. ad. 2. arg. est. D. Antonini. 2. part. tit. 1. c. 8. §. 2. Est etiam Garciæ loco supra allegato, qui hanc conclusionem extendit ad alia damna scilicet expensarum, & laborum: & merito eam sic extẽdit. Nam rationes eius id etiam probant, probatur autem quoad primam partem præter rationes, quas attulimus in nostro instructorij loco citato, scilicet, quod via recompensæ id pretij augere nõ liceat patet. Nam si moraliter securus est ab his periculis damnisque incurrendis, nullum subest sibi ius huius prætextu augendi pretium: si autem probabili opinione tenetur de huiusmodi damnis euenturis, præter quam quod tunc augendo pretium hac de causa imprudentiam suam prodit obligando ad soluendum maius eum, quem probabiliter timet non fore soluendo minus (hoc enim perinde est, ac si quis seruo oneris baiulo, qui probabiliter creditur viribus impar ad onus minus, onus grauius, & maius imponere cõtẽdat, vt certius maiori oneri subcumbat, sibi etiam nociuus est, atque contrarius. Nam ea recompensationis via, qua sua putat redimere damna, magis se in illa præcipitat. Nam si inopi, aut impotenti ad soluendum concredit merces auctiori pretio, quia talis est: sicut se exponit periculo amittendi. 10. quod erat iustum pretium: sic se magis exponit discrimini amittendi. 12. quod est pretium à se actum. Nam quid quæso facilius est inopia laboranti soluere. 10. aut quod plus est, scilicet. 12. ergo maiorem causam ei subministrat augendo pretium, non soluendi sine damnis creditori. Si autem parum fido emptori, & non ita conscientia sano merces auctiori pretio, eò quod talis est, concredit, iam his si causam auctioris pretij rescierit hinc assumet ansam creditori maiora inferendi damna, quàm alias illaturus esset, daret etenim quod iam deinceps non tantopere ea damna vitare curabit, immo ab inferendis maioribus parum cauebit, sciens se per duos, scilicet, argẽteos adiectos supra decem quos soluturus est vltra iustum pretium quod erat. 10. regalia, ab omnibus damnis, siue minoribus siue maioribus à se alias soluendis liberari, quod si demus causam aucti sibi pretij ignorasse: & ideò hanc occasionem per ignorantiam esse sublatam: at perstat alia occasio maiora damna inferre apta nata, quæ est supra memorata. ¶Secundò patet conclusio, quoad prædictam partẽ primam, quia si loquamur de periculis, cum illa sint accessoria ad virtuale mutuũ pretij mercium, aut illa sunt gratis subeunda, sicut & ipsum mutuum suaptè natura gratuitũ est, aut certè non per auctionem pretij, quæ medium adhoc ordinatum non est, sed potius iniquũ, & aduersum (vt probatum est) sed per cautionem assecurationis assumptam hæc pericula tollenda veniunt. ¶Si autem loquamur de alijs damnis, scilicet expensarum, & laborum quod neque ratione horum liceat augere pretium patet, quia cum hęc damna sint infecta, & vitabilia sint per debitoris diligentiam non sunt huiusmodi auctione pretij absolutè posita à principio recompensanda: nam iniquũ est etiam perstando in sententia Nauarri eo fine, augere pretium pro his damnis, vt siue eueniant postea, siuè non, illud augmentum soluatur, sicut augentes pretium prætendũt, non enim Nauarrus hoc absolutè concessit, quod & refutabat Syluester, sed cum duplici limitatione adhibita, ideſt, vt fieret cum animo remittendi excessum pretij, si contingeret posteà, vt solutio sine prædictis damnis fieret, & secundo cum præstatione schedæ cõtinentis istam conditionalem remissionem, tacita tamen causa eius ad in foro exteriori subterfugiendam pœnam.

Probatio.

2. Proba.

¶Sed iam, quoad secundam eius partẽ probatur ista quarta conclusio, scilicet, quod neque via, aut ratione securitatis vendentibus ad creditum, liceat augere pretium hac via cauendo, ne talia sibi inferantur damna patet, nam cap. nauiganti, extra de vsuris decernitur, scilicet, quod si is qui nauiganti, vel eunti ad nundinas mutuat pecunias, aliquid vltra sortem petit, eo quod in se pecuniæ â se mutuatæ periculũ suscipit vsurarius est. Ergo pari ratione vsurarius erit vẽdẽs ad creditu, si ratiõe periculi, quia illud in se suscipit adaugeat pretiũ, nam hic quoq; dilatio solutionis pretij ad mutuũ reducitur mutuumq; virtuale est.

Probatur quoad 2. part.

¶Secundo probatur, quia quod via assecurationis assumitur, tanquàm pignus assumitur, nam pignoribus acceptis solita sunt cauere pericula: pignus autem vendicandi, sibi in recompensam damnorum ius pignoratarius non habet antequàm ipsa damna contingant ergo venditori ad creditum hac via securitatis ius non suppetit augendi pretium, cum intentione tale pretij crementum (siuè accidant in posterum damna siuè non) vendicandi sibi, quasi statim absolutè esset suum.

2. Proba.

¶At

Ad.1.arg. ¶ At iam nunc superest ad argumenta respondisse. Ad primum igitur argumentum cõcesso antecedenti negatur consequentia propter disparitatem rationis inter vtrumque interuenientem. Nam cõtractus fideiussionis, aut assecurationis sunt pretio æstimabiles, quãdo eis non admiscetur mutuum formale, aut virtuale: sed per se sumuntur, vnde in illis nulla attexitur ratio vsuræ: quia assecurator tũtùm, aut fideiussor tantũ, nihil ante dat quod oporteat sibi reddi sicut dat mutuans, aut ad creditum vendens: quare pro fideiusione, aut assecuratione per se sumpta, id est, facta á tertio licèt aliquid accipere, non autem, pro assecuratione facta à mutuante, vel vendente ad creditum, qua rei mutuatę, vel venditæ á se ad creditum, in se vult suscipere periculum: quia hic est mutuum in re mutuata formale, seu expræssum, in re autem ad creditum vendita est implicitum, & virtuale consequitur, quod quia illud periculum est, quid consequens, & veluti accessorium ad mutuũ, ideò gratis est subeundũ, id est, nullo ob hoc aucto pretio, sicut gratis est mutuandum.

Secunda solutio mel. ¶ Secundò respondetur aliter & melius, quod licet creditor rei quam tradit ad credentiã possit expetere securitatem, sed illius vbi interuenientis periculi nequit ipse esse assecurator: sed ad hoc alius est ab ipso petendus tertius in assecuratorem, non enim fungi potest officio assecuratoris, vel fideiussoris ad sua sibi assecurãda pericula, & damna propter multas rationes quas allegat Garcia lib. 2. de contract. cap. 15. pag. 459. tum quia assecurator se tenet ex parte debitoris. Sicut etiã fideiussor, quia debitoris obligationem in se suscipit, ac subinde venditor ad creditum pretij sibi debiti assecuratur nequit existere, quia assecurator ex parte creditoris astaret tũc, quod planè assecurationis contractui eiusque naturæ repugnat, tum quia sicut agere, & pati respectu eiusdem autore Aristotile est impossible: ita etiam creditorem securitatem præstare, & eam in se recipere in eodem negotio simul, & semel, res est prorsus incompatibilis, quia præstare est agere, & recipere est pati, quæ sumuntur respectu eius datum, quia assecurator est qui in se pericula suscipit, & assecuratus dicitur ille, qui ab eisdẽ periculis liber manet: impossibile est autem, quod idemmet periculis subiectus maneat, & ab eisdem simul liber, ergo impossibile est quod venditor ad creditum sibi debiti pretij assecurator accedat. Si autem se sui debiti assecuratorem sibimet exhibere non potest, alius vero tertius id potest, nihil mirum, si concedendo antecedens, scilicet, quod alius tertius pro pretio assecurator esse possit: negemus consequentiam non admittendo verum esse consequens, scilicet, quòd, quia sibi debiti pretij assecurator se sibi præbet, augere possit pretium.

Ad.2.arg. ¶ Ad secundum argumentum dicimus nõ aliã ipsum egere solutione, quàm quæ reddita est ad primum, quia idem contendebat probare, quod primum licèt sub alio schemate verborum.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertium argumentum aliter respondet Sotus, aliter Garcia. Sotus namque concedendo antecedens, ideo negat consequentiã quia equus locatus est domini eum locantis, vnde dum probabiliter timetur periculum mortis, aut defatigationis eius propter dolum, aut latam culpam conductoris, potest paciscí, vt sibi detur aliquid pro periculo equi sui, se seruet indemnem circa rem suam: at verò per venditionem ad creditum dominium rei venditæ transfertur, & per credentiam pretij, quæ mutuum est virtuale, dominium pretij remanet apud emptorem, licèt cum obligatione illud restituendi, accedente termino ideò paciscí nequit, vt detur sibi aliquid pro periculo pretij quod adhuc ante terminum solutionis non est suum.

Secunda solutio. ¶ At secunda solutio Garciæ conuenientior videtur vbi ait, quod ex illo antecedenti solum inferre licet, quod sicut cum illo timore probabili locanti suum equum solum licèt paciscí de damnis suis equi reficiendis ab eius conductore (quod licèt non exprimat Garcia intelligendum est, quando illa damna ex dolo, vel culpa lata, vel leui, non verò leuissima conductoris contingerent) ita licèt vendenti ad creditum de securitate præstanda conuenire, aut de eorum damnorum post eorum contingentiam reparatione, non verò quod hac de causa absolutè liceat ei augere pretium.

¶ Si autem replicetur in contra, quod quia quilibet est dominus rerum suarum, videtur, quod integrum sub ius sit sua damna remittendi pro aliquo sibi repenso pretio, sicut ea potest gratiòse condonare, ergo & venditi ad creditum id similiter licebit. ¶ Ad hoc dicendum putò, quod quia de viro prudenti non est tam perperam præsumendum, vt pro recõpensandi tantis, & tam probabilibus damnis velit paulò ad aucto pretio cõtẽtari (vt prędictum est) vrget argumentum violentæ quasi præsumptionis, quod ad palliandas

vsuras id machinatus sit, & fecerit qua aliunde de debito alias sibi nihil intendit perdere.

Ad cõfirm. ¶ Ad confirmationem autem negatur, quòd venditor ad creditum quia emptor tenebatur illa pericula subire & damna, quod quatenus liberat eum venditor ab his, ideò possit augere pretium, quia eum sic liberare est se assecuratorem sui debiti præstare quod fieri posse iam supra negauimus. Item quia non liberat eum absolutè, cum intendat recuperare sortem auctionem pretij & pro damnis etiam si non contingat.

Replica. 1. ¶ At sic replicetur liberare emptorem à solutione damnorum, licet non liberet eum à solutione principalis sortis debiti est æstimabile pretio, ergo licet pro hac liberatione augere pretium.

Replic. 2. ¶ Sed adhùc vrgẽtius, sic premimus, quia vendens ad creditum ius habet expetendi assecuratorem, vel fideiussorem à debitore pro his sibi reficiendis damnis, si contingant posteà, sed assecurator, vel fideiussor assignatus à debitore poterat pro hac assecuratione, vel fideiussione aliquid pretij recipere, ergo quia vendens ad creditum releuat illum ab isto onere dandi assecuratorem, vel fideiussorem, poterit aliquid accipere vltra sortem postquàm sic æquiualens beneficium conferet emptori, sicut pro pretio poterat conferre alius assecurator, vel fidei iussor.

Solutio prima. ¶ At & si istæ replicæ sint apparentes: quia tamen si quod prætendunt probarent, magna & lata via aperiretur vsuris, ideò summopere conandum est nobis ad earum solutionem quæ ex dictis venit sumenda: dicimus ergo quod venditor ad creditum hanc libertatem, qua liberat emptorem à damnorum solutione, si quæ postea ipsi inferat, ob auctum pretium si concedit, conuincitur eam concedere aut ob auctum pretium: sicut ob interesse palliatæ vsuræ ob mutuum virtuale pretij, quod vsura non vacat, aut ob recompensam damnorum, vel ob securitatem, ne fiant talia damna, quorum vtrunque, vel alterum ob rationes adductas in. 3. conclusione citra iniustitiam per actionem pretij intentari non posse à venditore ad creditum est sufficienter ibi probatum, has ibi consule rationes.

Ad 2. replicam. ¶ Ad secundam autem replicam dicimus, quod licet æquiualens beneficium videatur conferre venditor ad creditum relenando emptorem ab onere præstandi sibi assecurato rem pretio ad hoc locabilem ac si alius assecurator conductus ad hoc pretio, id muneris, siuè officij assecurandi obisset, tamen duplici nomine ipse venditor ad pretium creditum, id efficere nequit, tum quia huiusmodi assecurationes per fideiussores factas regulariter gratis, & ratione amicitiæ fieri vsu venit: tum etiam (quia vt repetere toties piget) ipsemet venditor non potest esse assecurator damnorũ sibi in posterum debitorum: quia si respectu illorum est creditor, respectu illorum non potest esse sibi assecurator: quia neque sibi debitor: quia assecurator se tenet ex parte debitoris, & quasi vna persona cum debitore computatur.

Ad 4. arg. ¶ Ad quartum argumentum respondetur cum Soto negando antecedens, scilicet, quod ratione periculi, cui exponitur pecunia in cõtractu societatis aliquid lucri recipi possit, sed ideò licitè inde lucrum reportatur, scilicet, quia exponitur negotiationi, quia sic exposita negotiationi apta nata est parere fructum, & aliàs non. Periculum autem cum quo exponitur negotiatione solum se habet, vt causa sine qua non, illa pecunia sic exposita non fructificaret. Item quia pecunia in societate manet sua, id est, ponentis eam vnde de re sua potest demetere lucrum: sed pretium concreditum non est creditoris, dum sic virtualiter mutuatum manet: ergo de illo, vt de re sua lucrum comparare sibi non potest.

Ad 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum conceditur, quod vendenti ad creditum liceret pacisci de lucro cessante si verè cessaret, vt se seruaret indemnem: sed regulariter, vt dictum est ex mente Metinæ Salmanticensis non cessat sic vendentibus tale lucrum: quare regulariter non est eis tale lucrum concedendum. Nam & si fateantur, quod quia de sua re pecuniam nunc habere non possunt, patiuntur damnum nisi auctiori pretio eam vendant ad creditum: non est æquum secundum Siluest. verbo vsur. 2. §. 5. vt empto res faciant eos indemnes ex quò propter emptores non patiuntur damnum. Non enim tenetur quis de damno, quando ei causam non dat.

Solutio. 2. ¶ Secundò concesso antecedenti in casu quo ad instantiam alterius mutuando lucrum verè cessaret: Respondetur negando consequentiam, scilicet, quod liceat vendenti ad creditum ab damnis laborum, & expensarum indemnitatem postulare hac de causa

causa augendo pretium, nisi forte iuxta mentem Nauarri animum habeat remittendi illud augmentum: si hæc damna non ob uenerint, & statim exhibita emptori de hac remissione sibi facienda scheda: sed per cautionem acceptam fideiussoriam suę indemnitati est consulendum. Nam illā sententiam Soti de constituendo pretio pro sumptibus, & laboribus probabiliter futuris in recuperā do debitum quod possit licitè recipi etiam, licet non omnino improbabimus, tamen vt suspectam in foro exteriori, & vsuris palliandis sic occasionem subministrantem non tutam esse iudicabimus, presertim in eo quod ait tale pretium fore soluendum, etiam si illa damna non successisse contingeret postea. Vnde per auctionem pretij indemnitatem absolutè parare non licèt, sed bene per fideiussionem.

Ad.6.arg. ¶ Ad sextū argumentum concesso antecedenti negatur consequentia. Primò quia debita periculosa in se minus valent: quia qui ea vendit non assecurat illa, sed tantum vendit ius, & actionem qualemcunque habet ad illa. At verò mutuata pecunia, & pretium speratum non in se minus valent, quia mutuatarius, aut debitor cum suis bonis habitis, & habendis manet obnoxius ad debita soluenda tanquam eorum assecurator respectu creditoris.

Solutio. 2. ¶ Secundò soluitur, quia debitor, dum merces sibi creditas soluit periculum istud, & metum tollit. At venditor debiti periculosi, si illud recuperare emptor posteá nequit á tertio debitore, istud periculum non soluit, aut tollit: quia neque ad id mansit obnoxius, quia vt ab obligatione tollendi periculum liber maneret illud debitum periculosum minoris vendidit.

Quæst. ¶ Iam si quæ sunt difficultates aliæ per ea quæ dicta sunt videntur sublatæ, vide reliqua in nostro Instructorio tomo primo parte secunda, verumtamen quia hęc quæstio poterit hic merito deliderari, scilicet, de recōpensa damnorum ob nouas dilationes cōcessas debitoribus decoquentibus an sit facienda quæritur quid iuris de hoc. Respondeo di

Resp. Dictum.1. cendum cum Mercato libro primo capite.12. folio.53. Primò quod qui sunt soluendo etiā cum aliquali suo labore, & detrimento, si fingant se decoxisse substantiam, vel si facultates suas occultent, ad sacrum locum confugiendo: tenentur tum ad sortem principalem, tum ad omnia damna, & dispendia inde creditoribus contingentia restituēda. Nā ad restituendum tenebantur, etim si ex hoc redigerentur ad aliquam indigentiam præsertim, si eadem laborabant sui creditores, etiam si ex hac fictione decepti creditores nouam prorogationem concesserint eis sponte se prorogare dicentes.

Dictum.2. ¶ Secundò dicimus cum eodem, quod qui præ impotentia non est soluendo in termino, tunc talis licitè huiusmodi noua termini prorogatione sibi concessa fruitur, neque tunc vllius satisfactionis ob hoc est debitor: sed capitali illo exiguo sibi remanente negotiari, & inde sibi quæstum parare potest, vnde fiat soluendo postea sorti debitę. C. qui bona ced. po. l. 1. per totum titulū, & l. 15. qui. ff. de ces. bon. & l. si delictores. ff. de re iudic. §. sunt qui id quod facere. Sed quid si cùm impotens esset ad soluendum totum, aliqua debiti quota sibi remissa est, quatenus reliquā in nouo solutionis termino indulto persolueret.

Dictum.3. ¶ Ad hoc autem tertiò dicimus, quòd licèt in hoc casu remissionis prædictæ quotæ, non satis clarescit quid sit dicendum: sed securiùs & probabiliùs asseritur, totam sortem debiti in solidum fore soluendam ab eo, cùm (quia fortè perueniet ad pinguiorem fortunam) iam fuerit soluendo: quia remissio illa quotæ, non est censenda fuisse mera liberalitas, aut donatio, sed quidā modus condescendendi, & conniuendi necessitati debitoris præsenti. Faciūt ad hoc leges citatę suprà C. qui bona ced. pos. quæ ob cessionem, & renuntiationem generalem bonorum, in remedium decoquentiū, & perditorum indultam non adeò liberos eos remanere permittunt, quin astricti ad ea debita in solidum, & integrè soluenda maneant, si contigerit eos in posterum peruenire, ad pinguiorem (vt aiunt) fortunam. Sed etsi, vt prædictum est, securiùs sit tenere cum Mercato, etsi rigidiùs loquatur: tamen in aliquo casu, tā apparentes atq; probabiles ex accidentibus circunstantijs collectæ, possunt esse præsumptiones de libera illius quotæ, donatione tunc facta misero: vt etiam, si præter spem redierit ad secundiorem, lætioremq; fortunam, posteà in conscientia ad quotam sibi sic remissam restituendam non sit adigendus.

CAPVT. XXXVIII.

Emptor an quia anticipatè emit, possit minuere pretium latè disputatur. Res futura prout est impotẽs, an determinato pretio præemi possit disputatur contra Albornozium, res futuræ dupliciter emũtur, sicut dupliciter cõsideratur pretium rei futuræ qualiter taxandum, & de quodam tasu cõtingente in noua Hispania, item anticipata solutio dupliciter initur.

Quæstio. IAm ipsa series, & procedendi ordo exigit, vt sicut de venditione ad creditum, an ratione illius liceat augere pretium dixi, sic etiam de emptione anticipata solutione facta an ratione illius emptori liceat pretium minuere differamus.

Arg. 1. ¶ Et arguitur primò res, quæ anticipata solutione emuntur regulariter sunt nõ in actu, sed in potentia, & subiectæ periculis, cuiusmodi sunt fœtus animalium gignendi, & fructus terræ nascituri: sed res emptæ prout sunt in potentia subditæque periculis minoris solent constare, ergo licitũ erit eas minoris emere, quàm res, quæ iam (quia iam sunt in actu) periculo carent.

Arg. 2. ¶ Secundò arguitur, non licet mutuo dare pecuniam eo pacto, vt postea sicẽ danti restituatur in oleo, vino, vel tritico, vel huiusce modi mercibus pretio, quo tempore traditionis valebunt: quia esset ratione mutui imponere grauamen appretiabile pretio mutuatario restituendi mutuò datam pecuniam in mercibus. Sed anticipata pecunia emere merces pretio earum tempore traditionis currenti perinde est ac mutuare pecuniam vt reddatur in mercibus: quia secundum D. Thomam & omnes doctores illa anticipata pecunia est implicitum mutuum: ergo anticipata pecunia non licèt emere merces pretio earum traditionis currenti, quia ratione mutui impliciti grauamen æstimabile pretio imponeretur recipienti eam, vt eam pecuniam restitueret in mercibus quod vsura non vacare videtur.

Confirm. ¶ Et cõfirmatur, nulli licèt mutuo dare pecunias ea obligatione, vt mutuatarius quiopera rius est in operibus cõductitijs eam soluat. Sicut neq; mutuare, vt merces mutuatari ab officina mutuãtis emat, ergo neq; emptor poterit offerre venditori anticipatam pecuniam pro emendis mercibus pretio tempore traditionis earum currenti: patet consequentia, quia etiam in anticipata solutione interuenit virtuale mutuum, ratione cuius non licèt obligare, vt reddatur anticipata pecunia in mercibus & tali pretio traditionis earum tempore currenti.

Argu. 3. ¶ Item tertiò arguitur, quando res emitur anticipata pecunia infimo pretio: quò de facto non esset forte vendenda, est virtuale mutuum illius anticipati pretij, & tamen hoc mutuum, id est, anticipatum pretium in causa est eas merces minoris emendi quam traditionis tempore venderentur, quia (vt suppono) pretio summo, & riguroso venderentur: & non infimo nisi implicitè anticipata pecunia mutuaretur, ergo vsura est anticipata solutione emere pretio minori, id est, infimo, quia ratione mutui virtualis hic minoris fit emptio.

Argu. 4. ¶ Quartò arguitur, si quis bona fide putans, non statim anticipatè sibi esse soluendum, venderet maximo pretio, quod communiter curret, tempore traditionis futuras merces, tunc si quia emptor se declarat potentem ad statim soluendum, & quia anticipatè offert solutionem, velletiam merces in infimo pretio, esset vsura, quia ratione mutui, id est, pretij statim anticipatè oblati pretium maximum commutat sibi in infimum: ergo neque etiam à principio licebit emere pretio infimo anticipatè soluto merces, quæ diuendi postea poterant maximo, & de facto maximo erant venundandæ, quia vtrobique interuenit implicitum mutuum anticipatè pecuniæ cuius causa minoris, id est, infimo pretio emere contendit.

Argu. 5. ¶ Quintò arguitur, si iam bona fide quis supremo, & maximo pretio emit rem statim sibi tradendam: venditorque post hoc vellet, & peteret eius rei venditæ pro interstitiũ aliquod temporis possessionem penes se remanere, iam emptor causa dilationis à se cõcessæ venditori, vt possit differre traditionem possessionis, non potest conuenire cum venditore, vt nõ teneatur ei soluere pretium maximum: sed tantum infimum pro re sic empta à principio pro pretio maximo: ergo neque à principio licebit anticipata solutione emere pretio infimo rem, vel possessionẽ, in quam, si statim manumissus esset emptor: licitè maximo pretio sibi constaret, neque infimo sibi tunc venderetur patet consequentia ex paritate rationis, quia in vtroque casu ratione mutui implicíti, id est, dilationis diminueretur pretium inter partes, scilicet, quatenus res empta venditori veluti concreditur dum eius traditio statim emptori facienda per aliquod tempus differtur.

¶ Præ-

Confirmatio. ¶ Præterea confirmatur ex authoritate D. Thomæ. 2. 2. quæstio. 78. articul. 2. ad. 7. vbi asserit esse vsuram, si propterea quod emitur res anticipata pecunia, ematur minoris pretio iusto: ergo cum maximum pretium iustum sit: non licet quia anticipata pecunia soluitur minoris, id est, infimo pretio rem emere.

¶ Quia quæstio hæc implicatior est, neque adeò est patens, vt omnes doctores in vno conueniant, libuit mihi iuxta difficultatum ordinem, quem præseferunt argumenta obiecta, quò lucidius in ea procedamus ei sub alterna dubia specialia mouere, quarè quò primi argumenti difficultati primò facia mus satis.

¶ Quæritur vtrùm res futura si ematur prout est impotentia, & prout de se spem magis, vel minus certam præbet: tunc pretio specialiter determinato emi possit licitè. Hanc quæstionem aliqualiter difficilem reddunt argumenta hæc, quorum primum est Albornozij in libr. 2. de contract. titu. 16. vbi sic arguit pretium rerum futurarum nondum existentium æquiualere debet earum valori sicut contingit in rebus consistentibus, in quibus earum pretium, earum commensuratur valori. At rerum futurarum ante earum præsentiam valor determinatè constare non potest quantus futurus sit, si quidem ante earum existentiam, earum conditiones, & qualitates, ex quibus earum valorem metimur, satis nobis innotescere non possunt: ergo res vt res sunt in potentia nondum existentes, pretio specialiter determinato quò ad certam quantitatem, vt sic emi nullatenus possunt.

Argum. 1. Alborno.

¶ Secundò arguit Albornozius sic, qui sic merces prout sunt in potentia, & nondum adhuc existentes certo pretio ante prætaxato à se emit anticipata pecunia, vendito remque astringit ad sibi tradendas postea merces putà lanam, vel oleum, vel triticum in certo pondere, numero, vel mensura, sic emendo se ponit in tuto, quia totum periculum venditorem subire facit, siquidem annus in fructibus fertilis eueniat siuè sterilis: venditor vt ad id obnoxius compelli potest ad quotam vini, olei, vel tritici in numero, pondere vel mensura, determinatam iam à principio soluendam: ergo non est licitus contractus hic vbi merces provt tantum sunt in potentia certo determinatoque pretio anticipata solutione emuntur ea conuentione, vt in certo pondere, numero & mensura reddantur. Non enim hic æquali aleæ, & periculo se contrahentes exponunt.

Argum. 2.

¶ Pro huius ergo resolutione quæstionis hæc prænotanda venit distinctio, scilicet, quod res quæ in futurum expectantur dupliciter contingit esse venales, & emibiles, vno modò prout in potentia sunt, & veluti iam in virtute, & in spe habentur magis, vel minus certæ, sicut si quis futuri anni triticum emeret prout est tantum nunc in herba consideratutum. Secundo possunt emi prout tales fructus putà vinum, oleum, triticum tempore collectionis eorum contingent esse.

Res futuræ dupliciter est venales.

¶ Hac præmissa distinctione statuitur prima conclusio resolutiua huius primæ specialis quæstionis, conclusio autem hæc est. Quando res futura emitur prout in potentia est, & quatenus in expectatione magis vel minus certa est tunc emi potest, & debet pretio determinate tempore emptionis inter partes præstituto. Hæc conclusio patet primò ex exemplo quotidiano. Nam sic fructus, & redditus episcopatuum, aliarumque dignitatum (vt ait Garcia) pretio certo, determinateque constituto solent conduci, & locari.

Concl. 1.

Probat. 1.

¶ Secundò probatur, quod res futura, vt in potentia sic possit vendi, quia si sic quatenus est in potentia cõsideretur, sic iã est aliquo modo præsens non quidem in actu, sed in potentia, & virtute, & aliquatenus ex tunc possideri potest non quidem in re: sed in spe de tali re habita, ac per consequens arbitrio boni viri prætaxari determinate potest pretiũ eius, sicut pretium fructuum episcopatuum sic taxantur.

2.

¶ Quòd autem sic taxandum sit patet, quia tunc prædiffiniendum est pretium rei venalis: quando eius perficitur, concluditurque venditio: postquàm sic vsu receptum est fieri. At venditio rei futuræ tunc perficitur quando prout est in potentia venditur, & quatenus expectationi substat: tunc etenim illius dominium aut ius in emptorem transfertur, ab eoque ex tunc veluti propria possidetur, nam ex tunc emptori perit: si pereat, & sibenè res cædat, in lucrum eius cædit, ergo tunc tempore emptionis eius prætaxari debet pretium.

¶ Secunda conclusio. Si res futuræ emuntur non quatenus in spe, & in potentia sunt: sed secundum suam existentiam in futuro, respiciendo tempus, quo sperantur futuræ, anticipata pecunia tãto pretio comparari

Concl. 2.

possunt, quanto tempore traditionis sunt valituræ. Hæc autem conclusio probatur, nam rerum pretium correspondionem habet valori quę valent tępore quo earū concluditur, perficiturque venditio: vēditio autem rerum futurarum (dum prout in re, & in seipsis futuræ sunt procedit) tunc perficienda venit: quando res ipsæ realem iam existentiam adeptę in emptoris manus quoad possessionem sunt peruenturæ: ergo tanto pretio anticipato comparari poterunt, quantum valoris tūc obtinebunt. Sic autem triticum, vinum, oleū & aliæ huiusmodi merces emi solent pecunia anticipata, velut loco pignoris emptionis suo tempore perficiendę præoblata. Quod plane tunc contingit sic fieri: quando à principio non celebratur perfecta emptio, & venditio, per quam statim dominium, & periculum rerum futurarum sic venalium transferatur in emptorem: sed tantum incohatiuè quędam incohatur emptio, & venditio imperfecta, id est, promissio eas in futurum emendi, & vendendi, cum scilicet iam peruenerint ad maturitatem, & esse existentiæ, & tunc celebrandi earum venditionis, & emptionis perfectum contractum per translationem dominij, & periculi earum in emptorem, tunc autem sic imperfecte contraxisse partes constat: quando demente vtriusque contrahentis fuit in periculum, & dominium talium futurarum mercium remanerent interim ante traditionem earum apud earum venditorem.

Probatio.

Nota. 1. ¶ Hic præterea libet adnotasse cum Garcia, quod cum iuxta modum huius secundæ conclusionis emuntur sic res futuræ, signandum est tempus quo in mercium futurarum possessionem manumittendus est emptor, scilicet talis, vel talis die, & mensis certi, anni, alioquim magna pateret occasio litibus, & fraudibus.

Nota. 2. ¶ Insuper & animaduersione opus est, quod quando pręsignatio temporis hac moderatione adiecta fuerit facta, scilicet, cum obligatione soluendi pretium, quod per talem mensem Augusti, vel per. 15. dies illius mēsis cucurrerit, talis obligatio, vel pactio intelligenda venit de pretio quod in toto illo limitato tempore magis durauerit quippe, quod communius, & generalius pretium, id sit: quamuis si satis memini secundum Nauarrum in hoc casu quo præsignato tempore vnius mensis, vel. 15. dierum, diuersa pretia communiter per id temporis inueniri contingeret quò contrahentes sic æqualis sortis aleæ se exponant, nó supremū, aut infimū de pretijs tūc inuētis est soluendum, quod & æquitatis ratio suadere videtur, vtraque autem hæc intelligentia talis limitati temporis pretij est bona, illa prima Garciæ, & hæc secū da Nauarri, nisi quod hæc Nauarri æqualitati contractus magis consonat, vtraque tamen locum habere poterit nisi aliter expresse conueniissent à principio.

¶ Tertia conclusio quando res futuræ, id est, fœtus animalium ædendi, vel fructus terræ nascituri veneunt secundum valorem, quem tempore traditionis sunt valituri, benè possunt statim à principio prætaxato à contrahentibus pretio emi, dummodo talem interse præstituant pretij taxam: quod per eam æquali sorti perdendi, & lucrandi se exponant. *Conclu. 3.*

¶ Hæc autem conclusio iuris non caret fundamento, nam in capit. nauiganti extra de vsuris, non censetur vsurarius contractus, cum quidam piper, seu cinnamomum, seu alias merces comparant, quæ tunc, id est, tempore venditionis vltra. 5. libras non valent, & promittunt illis à quibus illas merces accipiunt, se sex libras statuto termino soluturos, imò neque venditores in hoc casu peccatum incurrere declarat, dum modo dubium sit merces illas plus minusvè solutionis tempore valituras. Ecce vbi non damnatur contractus vbi statuto pretio antea, etiam minori, quàm sint valituræ merces tempore earum traditionis præemuntur, dum tempore contractus in dubio erat vtrum tempore traditionis hoc prædiffinito pretio magis, vel minus essent valituræ.

¶ Patet etiam ratione conclusio. Nam contractus sortium hic admixtus, per quem æquali aleæ perdendi, & lucrandi contrahendo se exponunt partes, iustificat nostram conclusionem: sicut contractus hic sortium solitus est iustificare contractum positionum, id est, de las apuestas Hispanice dictum. *Ratio.*

Cæterum pretium hoc quomodo arbitrio boni viri prætaxandum sit, quatenus in æqualem sortem iacturæ, & lucri sic contrahentibus cædat indagandum hic nobis perstat. Ad. hoc ergo pretium aliqualiter attingendum, cum multa sint attendenda: perpendendum tamen est primò, quantum probabiliter futurum esse credatur supremū pretiū, ad quod res tempore traditionis accēdet cōsideratis omnibus negotijs, circūstātijs, cōiecturis, quę probabilius mēti occurētibus, quibus *Quæstio.* *Pretium futurum qualiter taxandum.*

quibus etiam pēsatis, & infimum pretium ad quod tunc peruenire poterit arbitrandum venit, tuncque hac habita consideratione pretium æquè intermedians inter hæc extrema pro iusto pretio in hoc genere contractus præassumendum est, & signandum, hac etiā habita ratione, quod si aliquod horum extremorum probabilius, verisimiliusque credatur medium pretiū probabiliori: proximius pro iusto pretio prętigatur. Sicut, verbi gratia, si demus pretium supremum esse vndecim argenteorum futurum, & infimum nouem, tunc medium, scilicet, decem argenteorum erit pretium iustum huius contractus. Hoc autem significare voluit caput nauiganti, vbi ostendit dubium de valore maiori, vel minori tempore receptionis mercium in causa esse, ne emens anticipata pecunia minori pretio, quam de præsenti valebant vsurarius non sit censendus.

Quæst. ¶ Sed scire quispiam cupiet, quid si sic anticipata pecunia parans emere magis appellit mentem ad credendum merces potius valituras magis, quàm minus, quam sit id pretij, quod anticipatè soluit, an tunc habeat locum diffinitio capit. nauiganti. extra de vsur. Respondetur sanè, tunc propriè non habere locum: nam habet locum in dubio, at dubius proprie quis non dicitur esse, vbi magis in vnam partem inclinat quàm in alteram.

Respon.

Nota. ¶ Adde commendatione dignum esse, quod & Panormitanus in dicto cap. nauiganti subnotauit, scilicet, quod ad arbitrandum, an merx sic valebit tempore receptionis, habēda est ratio de communi opinione, & cursu regionis: & de eo, quòd frequentius contingit. Nam & si res empta aliquoties tēpore eius receptionis visa fuerit minoris valuisse, quam cū empta est: si tamen vt in plurimum magis contingit valere, non ideo à communi præsumptione discedendum est, scilicet, qua prę sumitur magis fore valitura: quia respiciendū est, ad id quod frequentius contingit, & non ad id quod rarius, talique bilance res considerāda venit, vt emptor non taliter se constituat in tuto, vt venditorem iacturę periculo obijciat.

Corol. ¶ Hinc iam corollarie sequitur, quam satis consentanea fuerit rationi responsio illa, qua respondi ad dubium, de quo in ciuitate Angelorum nouæ Hispaniæ sum dicere rogatus in quo proponebatur, quendam conuenisse cum agricola quodam, vt præsoluta pecunia sibi venderet omne triticum tempore

Casus contingentia.

messis á se colligendum singulas mensuras, quæ Hispanicè dicuntur Iranegas, ad numerum septem argenteorum, cum in alijs annis hoc solitum est fuisse pretium medium inter supremum, & infimum tempore messis currens: vbi messis erat irrigua: contigit tamen illo anno, quo sic contractus est initus: tū propter ingruentē infirmitatē cómunem, & veluti pestem inter Indos, quorum ministerio colebantur messes grassantem: parum seminis fuisse terræ mandatum, tùm hac de causa ab herbis malis non potuisse satis repurgari: quæ quidem causæ illo anno penuriam talem frumenti inuexere: ita, vt faneca in valore, ad viginti argenteos ascēderet tempore messis: quid iuris esset de hoc contractu sum ediscere efflagitatus, quia fratres cuiusdā insignis ordinis & cœnobij hunc contractum iustum fuisse pronunciauerant, sed reuera ea ratione eum damnabilem esse asseueraui, quia animaduersis circunstantijs, scilicet, grassantis infirmitatis inter Indos colonos, quæ iam tempore contractus imminebant, penuriæ frumenti causatiuæ, ipse emptor, quo ad lucrum suum se posuit in tuto: qua quoque de causa emptor delatus ad consilium regium Mexicanum damnatus est, & ea quoque causa: quod præemendo anticipatè triticum ad reuendendum fecisset contra pragmaticam: Quod adeò verum est: vt magister Ioannes á Peña Cathedraticus olim Salmanticensis in scriptis quæ nomine illius circumferuntur ausus sit affirmare, quod etiam in casu, quo sic contrahentes se exposuissent æquali periculo: si casu inopinato fieret magna iactura: cogeretur fortasse emptor ad aliquid resarciendum venditori tali iactura affecto: quia de extraordinarijs, & valde exorbitantibus casibus non videtur fuisse à principio contractus cogitatum

Admonitio ¶ Prætereà admonitos hic esse volumus lectores de periculo sic contrahendi, scilicet emendo pretio præsenti, & tunc æstimato tempore contractus, res futuras, prout sunt in potentia, aut provt in tempore futuro contingent esse, propter eas difficultates, & pericula: quæ in taxādo ante earū subsistentiā merces subesse solent, quare tutius est tales conuentiones non ad pretium factum, sed ad pretium tempore traditionis earum faciendum fiant. Nā & hoc Gregorius IX. in fine illius capituli in ciuitate sic consulit, dū ait ciues tui saluti suæ bene consulerent, si

à tali contractu cessarent: cũ cogitationes hominũ omnipotenti Deo nequeunt occultari.

Ad 1. arg. ¶ Iam ad argumenta respõsuri, ad primũ dicitur, quod merces futuras anticipata solutione emens dupliciter sic eas potest emere: vno modo prout sunt in potentia, subeundo statim earum periculum, & acquirendo ius ad illas, quod est eas emere emptione perfecta, & sic quia ratione periculi minus valent emptori in quem statim transfertur periculum, minoris emptor anticipata solutione potest emere, quã tempore receptionis valerent, nõ tamen minoris, quàm arbitrio boni viri valẽt, vt in potentia cõsiderata, & iam emptoris ex tunc subiectæ periculis, à quibus se statim exi mit venditor, quare neque tanto pretio, quanto extimantur valiturę tempore traditionis, potest eas vendere sic eas vendendo. ¶ Alio modo potest eas emere, pro vt tales merces postea futuræ sunt in subsistẽtia emptione quadam imperfecta: qua non statim in emptorem earum dominium, vel ius transfertur, neque periculum, sed tantum conuenit inter partes de perficienda emptione, & venditione in tempore futuro, quando tales merces iam subsistent: & tunc licet tempore huius conuentionis in periculo sunt, quia tamẽ nõ subsiant periculo emptoris, ideo emptor iure caret, diminuendi pretium, quod tempore traditionis hæ merces valebunt: neque ante traditionem earum præfigere licèt pretium: nisi imperfectè contrahentes æquali sorti se exponãt lucrãdi & perdẽdi. Igitur ad argumẽtũ in forma negatur, quod in secundo cõtractu merces sint periculosæ respectu promittẽtis eas emere: dum subsiterint postea: & sibi tradentur, quia tunc citra periculum sibi tradentur: & concedo quod in primo casu vẽditæ, vt in potentia, perfecta venditione, quia cum periculo emptoris emuntur, minoris licebit anticipatè emere, quàm extimantur valiturę tempore receptionis.

Merces futuræ vt in potentia & in subsistentia considerantur.

Ad arg. in forma.

Ad. 1. arg. 1. quæst. ¶ Ad argumentum primum primæ specialis quæstionis, respondetur q; si cõtractus, vbi anticipata solutione res futuræ vt futurę sunt emuntur: per se sumatur: tunc bene concludit argumentum non posse prætaxari determinatum pretium: neque ad pretium statim factũ talem emptionem posse fieri, si tamen contractus hic sumatur, vt associatus cum contractu sortium, sic non probat argumentum quod pretio arbitrio boni viri, iuxta normam prædictam determinatè prætaxato si fiat non sit licitus, si in prædicta taxatione æquali sorti iacturæ, & lucri partes exponantur.

¶ Neque obstat vbi admiscetur contractus sortium res taxandæ secundum suas qualitates, conditiones, & substantias præsentes non existant. Nam hoc non obstante determinato pretio pensatis circunstantijs arbitrio boni viri prætaxari possunt æquali sorti exponendo contrahentes. Imo contractus sortium excluditur ne locum habere possit, vbi præsentia rerum, & scientia earum indicant valorem præsentem. Nam sortium cõtractus non respicit ex sua natura res præsentes, & extantes: quarum iam habetur notitia, sed tantum rerum futurarum: quarum ignorantur cõditiones, & qualitates, & euentus, & sic patet solutio ad. 1. argum. Albornotij.

Responsio ad obiectionem.

Ad. 2. arg. Albor. ¶ Ad Secundum argum. Albornotij respõdetur, quod si consideretur prædictus contractus, quatenus etiam associat sibi sortium cõtractum, hinc non se ponit emptor anticipatè pecunia, & prætaxato pretio emendo in tũto: quia sic pretium prætaxandum est, vt supponimus, vt æquali aleæ iacturæ, & quæstus contrahentes maneant expositi. Si autem talis contractus, quatenus emptionis, & venditionis contractus est celebretur, cùm bifariam possit celebrari, scilicet, primo modo anticipatæ solutionis causa obligando venditorẽ, vt siuè multum, siuè parum colligat vini, tritici, vel olei tot determinatè mensuras, & non minus tempore collectionis tradat, tunc licet sic contrahendo non omnimoda interueniat inæqualitas: quia sicut emptori venditor tot mensuras vini, vel olei suo tempore ex vi cõtractus reddere tenetur, etiam si tot mensuras collegisse non contingat: sic etiam emptor ad tantum pretij rependendum manet astrictus, quantum harum mercium valor valebit earum receptionis tempore: tamen quia inficiari non possumus, quin ista obligatio persoluendi tot mensuras etiam si tot non colligantur extra naturam sit contractus emptionis, ideò si ratione anticipatę solutionis hac obligatione oneraret venditorem proculdubio, cum talis obligatio pecunia ęstimetur, venditore sic grauato, emptor manifestam labem vsuræ non euaderet nisi ad hanc resarciendam inæqualitatem emptor pretiũ augeret in ea quota, quæ tali obligationi æquiualeret: sicque in periculo contrahentes æquipararentur, ita Garcia, cuius responsionẽ adhuc sic libet limitare, scilicet, esse veram, scilicet, quod ratione recompensandi hanc obligationem impositam venditori, augendum sit pretium, nisi ad instantiam venditoris anticipata pecunia emens dam-

Anticipata solutio dupliciter initur.

num

num ex iſta anticipata ſolutione pateretur aliunde, quod per iſtam obligationem re ſignificata venditori videretur reſtaurari.

¶ Si autem ſecundo modo contrahatur, id eſt, ſub hac conditione, vt venditor tot determinatè menſuras tritici ſoluat, hac etiam adiecta conditione, ſcilicet, ſi tot collegerit, quæ ad tot ſoluendas ſuffecerint alias non: tunc negamus certè totum periculum ſubire venditorem, imo æquali tũc ſe periculo obijciunt, & oneri: nam ſi venditor obligationem induit tot determinatè menſuras emptori mẽſurandi, ſi tot collegerit: ita emptor obligationem in ſe ſuſcipit tantumdem pretij ſoluendi quantum res empta iuxta menſuras recipiendas inuenta fuerit tempore receptionis valere.

CAPVT. XXXIX. *An liceat obligare mutuatarium, vt mutuum reddat in mercibus, vel in præſtatione operarum, vel vt veniat ad emendum à ſua officina, vel vt ſoluat in auro. Reſpondetur per quinque cõcluſiones, & ſoluuntur argumenta in contra.*

Queſtio. POrrò argumentum illud ſecundum principalis quæſtionis motæ, hanc ſpecialem quæſtionem nobis hic excitat, ſcilicet, vtrum mutuare liceat pecuniam hac obligatione mutuatarium aſtringendo, vt eandem pecuniam reddat non in ſe ipſa & in ſpetie: ſed in oleo, vel vino, vel tritico, vel ſi ſit mutuatarius operarius eam rependat in laboribus diurnis. Et quidem quæſtio eſt: quæ non mediocrem præſe fert difficultatem: quare quò eius innoteſcat difficultatis vis.

Argu. 1. ¶ Pro parte negatiua primò ſic arguitur. Si aliquis alteri pecunias dediſſet mutuo ea obligatione mutuatarium deuincendo, vt à ſua officina merces emeret: vel in ſuo molendino moliturus veniret: proculdubiò contractus hic vſuræ nota noteretur: ergo ſimiliter non eſt ſine nota vſuræ contractus ille, quo quis ad mutuatam pecuniam in mercibus, vel laboribus ſui officij diurnis perſoluendã cogeret mutuatarium.

Argu. 2. ¶ Secũdò arguitur: quia de ratione mutui eſt, vt res mutuo data eadem met in ſpecie reſtituatur: ergo illicitum proſus erit in mutuatarium hanc obligationem reddendi pecuniam mutuatam iure, quæ alterius ſpecie ſit, ſuperinducere.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur quia accidere poteſt, quod mutuatarius, qui ea conuentione mutuo pecunias accepit, vt eas in mercibus reddat, his mercibus careat, in quibus reſtituere aſtringitur pecuniam ſibi mutuatam, & quod mercenarius non ſit, qui in laboribus diurnis obligatur reſtituere pecuniæ mutuum, ergo obligare eum tunc vt mutuum pecuniæ in prædictis mercibus, vel operis diurnis reddat non eſt res: quæ prorſus caret culpa.

¶ Quartò arguitur, illicitum factum videretur, ſi quis hinc ad annum mutuaſſet triticum, vt in fine anni in pecunijs reſtitueretur, eò quod ex tali mutuo lucrum ſibi parat: ſi contingat triticum maioris eſſe valoris tempore eius reſtitutionis in pecunia, quàm tempore mutuationis eius: ergo pari ratione illicitum planè erit mutuaſſe pecunias, eo fine, vt in mercibus, vel diurnis operis reſtituantur: patet conſequentia, quia vtrobique talis imponitur obligatio æſtimabilis pretio ratione mutui, in caſu antecedentis ratione mutuati tritici, in caſu autem conſequentis ratione mutui impliciti, imò vtrobique interuenit mutuum illic, vt in venditionis contractu ad creditum, hic vt in emptione anticipata ſolutione facta. **Argu. 4.**

¶ Propter prædicta argumenta communiter inter doctores, & ſummiſtas ea opinio recepta eſt, qua opinantur cum prædicta obligatione mutuare cum vſura coniunctum eſſe. Huius opinionis videtur eſſe magiſter Sotus inter modernos de iuſt. & iur. libr. 6. q. 1. artic. 2. Mercatus etiam libro de vſuris cap. 7. eã tenere videtur. Nauarrus quoq; in ſumm. cap. 17. numero. 220. cum Panormi. cap. final. de vſuris exemplificatque eam etiam in mutuatione facta, vt mutuatarius laborat in prædio mutuantis, vel vt molat in molẽdino mutuãtis. At Silueſter verbo vſura. 1. q. 7. & 8. licèt teneat eam in caſu mutationis cum obligatione adeundi ad ſuam officinam, vel molendinum, vel furnum, vel apothecam. Quia dicit eam eſſe opinionem S. Thomæ: tamen in caſu, quo Dominus prædij mutuat cum obligatione, vt colonus iuſto pretio eius prædiũ colat, oppoſitam videtur ſequi: quia inquit mutuatio cum iſta obligatione non fit ad reportandum lucrum: ſed ad euitandum damnum, ideſt, defectum culturæ. Hoc autem iniuſtum non eſt, ſicut neque gratia vitandi dãni mutuare mutuatori res perituras ſibi, & nõ mutuatario. Vide Palacium ſuper ſum. Caiet. verbo vſur. cap. 1. *Variãt Doctores.*

¶ Contrariam opinionem tenuere ſupplemẽtum. Sum. Angelica, Sũma Roſella (prout refert loco citato Silueſter) quibus accedit Adrianus. q. de vſur. & Albornozius libr. de

contra.tit.6.& tit.16.quibus tandem ſubſcribit Garcia in.1.libr.de contract.capit. 24.pag. 703.

Diſtinctio caſuum.

¶Igitur in quæſtione tam perplexa,ne cõfuſio pariat obſcuritatem placet caſus quos interdum ſub hac quæſtione contentos confundunt aliqui doctores ſegregare ſe paratim ad ſingulos per ſingulas diſtinctaſque concluſiones reſpondendo: quia alius caſus eſt mutuare cum obligatione,vt res mutuata reddatur in mercibus, alius autem, ſi mutuetur cum obligatione vt ſuas operas poſtea præſtet Colonus,alius autem eſt cum obligatione, vt mutuatarius empturus veniat ad officinam mutuantis,vel molendi gratia eius molendinum adeat,his præſtitutis.

Concl. 1.

¶Prima ſuo ordine ſtatuitur concluſio,nõ eſt vſura tempore caritatis annonæ triticum æſtimatum pretio,quo tunc venditur mutuare cum pacto, vt tempore ſolutionis reddatur triticum pretio quo tunc valebit,hæc autem concluſio eſt Nauarri in ſum. cap. 17.n. 225.cuius rationem eſſe ait,quia in effectu nõ eſt mutuum,ſed eſt vendere triticum,& dilationem ſolutionis concedere,iuxta omnium mentem in dicto cap.in ciuitate de vſur. eſt D.Antonini parte.2.cap. 7.§.13. niſi prohibita eſſet huiuſmodi tritici anticipata emptio ſi vt eſt prohibita per leges Caſtellę tritici anticipata emptio ad reuendendum,& etiam pro ſua domo niſi pretio,quo viginti dies ante viginti poſt ſacrum diem ſanctæ Marię Septembris valebit in metropoli loco vbi emit. l. 13. &. l. 14.legum Madritij,anno.1528.

Concl.2.

¶Secunda concluſio,ſi is,à quo mutuo petuntur pecuniæ,eas pecunias dare renuit: niſi ſub conditione, vt ſibi reddantur in mercibus, non propterea vſurarius eſt, aut illicitè agit.Hæc concluſio eſt Adriani,&Albornozij locis citatis,quibus ſuffragatur Garcia loco allegato,quæ vt abſit à ſuſpicione vſuræ,intelligenda eſt eſſe vera cum his duabus limitationibus,ſcilicet,primò quòd abſit intentio mutuandi, ſed potius intentio adſit emendi merces,ſicque petenti illas pecunias mutũo explicetur:ne ſcandalo agitatus putet ſe ratione mutui quod petit tali opprimi obligatione reddendi pecuniam mutuatam in mercibus:ſecundò cum limitatione vt recipiens pecunias ſic huiuſmodi conditionis perſona ſit quæ eas merces paratas habet, & venales volentibus eas emere.Nam ſi huiuſmodi mercibus ſic venalibus careret, contractus emptionis fictum iniret potius, quàm verum quippe qui tunc in contractum mutui cum obligatione impoſita mutuatario cum expenſis ſuis emendi merces,quibus cum pro pecunia ſibi mutuata ſatisfaceret mutuanti reſolueretur . Sicque limitata concluſio hæc conſentanea rationi magis videtur:ac proinde probatur,quia hæc forma contractus reducitur ad quendam contractum emptionis anticipata ſolutione factum, qui non eſt illicitus: quia in emptione conſueuerunt pecuniæ anticipatæ dari. *Ratio.1.*

¶Secundò patet,quia in contractibus, vt rectum iudicium de eorum iuſtitia ſumatur, & vt quales ſint iudicentur,non eſt eorũ nominum,quæ illis interdum ex errore imponuntur habenda ratio,ſed ad naturam eorum conſpiciendam mentis conijciendus eſt oculus. Cum igitur contractus hic (quidquid eius nomen ſonet) proprietatem emptionis anticipata pecunia factæ,& eius naturam exprimat:fit ſanè vt contractus emptionis anticipata pecunia factæ ſit,ac ſubinde licitus. *2.*

¶Neque enim obſtat,quod eam pecuniã recipiens,eam mutuo petijt volens eam nomine mutui,& non titulo emptionis à principio recipere:quia non ideo eius anticipata datio& receptio erit mutuum:ſed potius erit anticipata ſolutione emptio mercium.Ineſt etenim ius,& libertas vnicuique ſuam alteri pecuniam dandi,vel titulo mutui,vel titulo pretij anticipati emptionis mercium,neque hoc iure priuatur,aut facultate:eò quòd indigens pecunia eam petat ſibi mutuari,vnde eo ipſo quod dans pecuniam petenti mutuum illam pecuniam ea conditione, & non alia vult illi anticipatè numerare,vt reſtituat ſibi in mercibus,ſatis indicat non via mutui, ſed anticipati pretij emptionis mercis illam relinquere, quare ſi eam recipiens cum hac conditione eam acceptat:non eſt cur conqueratur ſe ratione mutui ſe illa conditione grauari . Nam & ſi quatenus datur pecunia anticipata videatur pecunia mutuari tacitè : non tamen hoc obſtat,quia non mutuum intenditur,ſed contractus emptionis mercium futuro tempore tradendarum. *Reſpondetur obiectioni.*

¶ Tertia concluſio,qui petenti à ſe mutuo pecuniam , ratione mutui non vult illi illam dare,ſed vt pretium eo pacto,vt eam accipiẽs in ſuo prædio laboret illo pretio locando operas,non videtur quicquam illic tum agere.Secus eſt,ſi rationi mutui recipientem mutuũ,vt in ſuo prædio laboraret, mutuans vellet obligare.Hæc autem concluſio eſt Adriani.Albornozij,& eorum ſectatoris.Garcia locis vbi ſupra,quæ vt tuta ſit eiſdem duabus limitationibus *Concl. 3.*

nibus quibus & Secunda concluſio fuit moderata venit moderanda, ſcilicet, vt abſit primo intentio mutuandi, & ſola ſit intentio anticipata pecunia, illius accipientis pecuniam conducere operas pro ſuo colēdo, poſtea prędio, ſecundonè fictus ſit conductionis operarum contractus, & ideò reſoluatur in mutuum cum obligatione oneroſa, neceſſe eſt quod receptor ſeu datarius talis pecuniæ talis ſit qui ſolitus ſit locare alijs ſuas operas, & ad hoc ſit paratus: & licet hæc concluſio abſolutè ſumpta ſit contra Sotum, vbi ſupra: tamen: ſic modificata non reſpueretur á Soto. Quæ quidem eiſdem rationibus, quibus ſecunda ſuffulta eſt, manet probata: quoad eius primam partem, quia locationis eſt contractus anticipata pecunia, ſi eius natura potius quàm ſuperfacies intro inſpiciatur. Quoad ſecundam partem, ſcilicet, quod ratione mutui id non liceat eſt omnium, & Panor. cap. fi. de vſuris, eſt Nauarri in ſum. cap. 17. num. 220. & probatur, quia ratione mutui obligationem æſtimabilem pretio colendi agrum mutuatario imponit, quamobrem ſecundum Caiet. verbo vſura caſu. 8. tenetur eum ab hac obligatione liberare, & pro illa iudicio boni viri ſatisfacere, quàm ſatisfactionem cum alias pretium iuſtum culturæ prædij mercenario ſoluerit, qui fuit mutuatarius, tribuendam eſſe pauperibus Silueſter verbo vſura. 1. q. 7. ait, quia iam mercenarius, qui mutuatarius fuit pro labore ſuum iuſtum pretium (vt ſupponimus) reportauit: hæc eſt contra Mercatum de contract. cap. 7. de vſura palliata.

Concl. 4. Quarta concluſio rationi mutui aſtringere mutuatarium vt demutuantis apotheca merces emat, vel in eius furno panes coquat, aut in eius molendino molat, vſuram manifeſtā implicat etiam ſi quis ſic mutuet, ſcilicet, donec mutuatarius in ſuo molendino molat. Hæc autem concluſio eſt communis opinio (vt ait Silueſter verbo vſur. 1. q. 7.) eſt Veruec. Lau. de rid. Roden. Io. de Lig. Io. Cal. ca. fin. eo. tit. Panormit. in dict. cap. fin. quam ſequitur etiam ſumma Piſ. & Archi. & eſt de mente S. Thomæ. & eſt eadē ratio de eo, qui ideò mercenario venderet merces ad creditum, vt mercenarius in ſuo fundo laboraret, quamuis conductu iuſto pretio. Hæc concluſio eſt Silueſtri vbi ſupra: eſt tamen contra ſupplemētum, & ſummam Angelicam, & Roſelam, & probatur, quia mutuans recipit vltra mutuū commoditatem, ſeu vtilitatem concurrendi ad ſuum molendinum, vel officinam, & obligationem ad hoc, quæ menſurabilis eſt pretio: ergo id facti non vacat vſura, & intelligitur hæc concluſio eſſe vera vniuerſaliter contra exceptionem Silueſtri verbo vſura. 1. q. 8. dicentis, quod non eſt vſura mutuare colono etiam de nouo conducendo pecuniam vt colat agrum, quando mutuatur ad ſolum vitandum damnum emergens ſine culpa mutuantis ex defectu culturæ: ſed ſecus ſentire videtur, ſi mutuaretur colono gratia lucri captandi: ſed dico quia vitare damnum in hoc caſu, virtualiter lucrari eſt, quia id quaſi lucrum reputamus, quò aliás amittere debebamus, quia reſarcio iacturæ futuræ in lucrū videtur cædere, & quia talis obligatio colendi agrum iſtius mutuantis potiùs quàm alterius oneroſa eſt mutuatario: quia priuatur ratione mutuj libertate ſuas operas locandi alijs amicis, vel bene ſibi affectis ſuis operis ad culturā indigētibus, & quia obligatio hæc ciuilis eſt, ac proinde æſtimabilis pretio, ideò hanc exceptionē ſit veſtri, tāquā parū tutā reſpuo, quia ſua ratio qua ibi vſur. 1. q. 15. eā ſecurā nō reddit, quia in caſu quo, quis mutuat. 10. aureos, quos videt apud ſe perituros licet vitet damnum, tamen id fit ſine damno mutuatarij (vt ſupponimus) & ſine aliqua alia oneroſa ciuili obligatione extrinſeca cōtractui qui ſit mutui, impoſita mutuatario q̄ non contingit in præſenti caſu, ideo non eſt par ratio, liceret autem, ſi non via mutui, vt procedit iſta. 4. cōcluſio, ſed tamquam anticipatum pretium locationis operarum (vt. 3. concluſio, procedit pecuniam anticipatam vellet dare, & non aliter.

Ratio.

Concl. 5.

¶ Quinta concluſio ab vſuræ labe liber non eſt, qui pecuniam argenteam mutuat, vt aurea ei ſoluatur: ſecus eſſet ſi via venditionis & emptionis vel permutationis conueniretur, vt pro pecunia argentea redderetur aurea, hæc autem concluſio eſt Hoſti. in ſumma de vſur. §. an aliquo ſub finem. eſt Nauarri in ſumma cap. 17. num. 226. probatur autem prima pars, quia ratione mutui principaliter, & immediate non licet aliquod lucrum velle captare, aut aliqua obligatione oneroſa, & ciuili mutuatarium velle grauare, ſicut fit mutuando pecuniam argenteam, vt pro ea redda tur aurea. ¶ Secūda autem pars probatur, quia authore Caietano in ſumma verbo vſura. notabili. 2. caſu. 3. benè poteſt quis vendendo, vel permutando pecuniam argenteam pro aurea, vel auream pro argentea aliquod lucrum moderatum accipere, quia non ex mutuo, ſed ex emptione, vel venditione, vel per mutatione accipitur, ſicut etiam ex

Prima pars probatur.

2. Prob.

nego-

commodatione pecuniæ, vt pignori detur, vel ad ostentationem diuitiarum quò quis negotiatior fidem,& æstimationem sibi pa-ret, vel ob aliũ finẽ, quia ad huiusmodi fines iuxta.l.3.§.fi.&.l.seq.ff.commod.& trad. pecunia commodari potest,& lucrum potest reportari iuxta mentem Scot. in quart. distin. 15. nam pecuniam sic commodare non est eã mutuare: quia mutuata propriè pecunia etiã in casu fortuito in periculũ transit mutuatarij: sed pecunia sic commodata manet, quò ad periculũ apud accommodantẽ, nisi dolo, vel lata culpa, vel leui cõmodatarij pereat.

Ad 1. arg. ¶ Iam supereſt ad argumenta in principio istius specialis quæstionis obiecta respondere. Igitur ad.1. concesso antecedenti, scilicet, quod casus antecedentis vsuram contineat: quia tunc contractui mutui adiungitur obligatio adeundi suum molendinum, vel officinam causa emendi, vel molendi, quæ quidem obligatio mutuo extrinseca est: ideo adiuncta mutuationi vsuram inducit, distinguitur consequens, si ratione mutui, scilicet, quia mutuat verè, & mutuare principaliter intendit, velit mutuum sibi in mercibus, & operis diurnis reddi, vt prætendit argumentũ vsura planè esset, si autẽ (quidquid sit de vocabulis) solũ dans pecuniam merces futuras, vel operas diurnas emere intẽderet, vel cõducere illo anticipato pretio, & non mutuare, hocq; petẽti antea mutuũ significaret, vt sic accepta ret, sanè tunc, quia contractus non est mutui: sed emptionis mercium, & conductionis operum anticipato pretio cum limitatione supra dicta initus à culpa abesset.

Ad.2.arg. ¶ Ad secundum argumentum negatur minor, quæ sub sumenda erat, scilicet, quod hoc sit mutuum, sed est contractus emptionis mercium, vel locationis operum anticipato pretio, vnde hac ratione benè potest quis numerare statim alteri pecuniam suam, vt eã rependat via emptionis in mercibus, vel via locationis in cultura agrorum: quia in emptione dantur pecuniæ pro mercibus, & in cõductione, & locatione operarum dantur vt merces pro labore.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertiũ argument. respondetur quod in casu, quo ea conditione recipiẽs pecuniam pro mercibus, mercibus caret, vel eã recipiẽs pro cultura agrorũ, huius officij ignarus est: cõtractus emptionis, vel locationis confictus esse cõuincitur: quare tunc licitus nõ est, quia ad contractum mutui reducitur.

Ad.4.arg. ¶ Ad quartũ argumentum cõceditur antecedẽs. s. quod non licet mutuare triticũ, vt in fine anni in pecunijs restituatur, quia cõtractus hic æquiualet contractu vẽditionis tritici ad creditũ pretiũ, quocirca illicitum prorsus est aliud exigere pretium, quàm valet de præsenti triticũ, cum ab emptore recipitur, nisi admiscẽdo contractũ sortium, scilicet, æquali dubio se exponendo circa valorem maiorẽ, vel minorem tritici, quẽ obtinebit tẽpore solutionis pretij, id est, dum æqualiter dubitare tur, an iste valor futurus, aut maior, aut minor æquè futurus esset quàm valor tempore traditionis tritici nunc in præsenti valet, vel nisi triticum illud erat seruaturus ad tempus maioris pretij, & ad instantiã illud mutuatum petentis sic petenti de hoc lucro cessante admonito illud mutaret, vel nisi vt ait Nauarrus in sum. ca. 17. nu. 225. (vt meminimus supra) tẽpore caritatis annonæ triticum æstimatũ pretio, quo tunc vẽditur mutuaretur cum pacto, vt sic istud æstimatũ pretium post soluatur, vel tẽpore solutionis reddatur triticum pretio quo tunc valebit, quia in effectu est vendere triticum, & dilationem solutionis concedere iuxta omnium mentes in dicto cap. in ciuitate de vsur. At negatur consequentia quod perinde licitum non sit pecunias anticipatas non vt merum mutuũ: sed vt pretium, vt in mercibus, vel operis cõductitijs soluantur, antecon ferre, & sic manent diluta argumenta ad principalem quæstionẽ pertinentia. s. 1. & 2. & eius cõfirmatio, quæ de emptione mercium, & locatione operum anticipata solutione loquuntur, quibus cõtractibus cõstat non esse extrinsecam obligationem soluendi operas, & merces, sicut constat esse extrinsecã obligationem molendi in molendino mutuantis ipsi contractui mutuationis: quapropter nihil mirum si dare pecuniam vt in mercibus, vel laboribus diurnis soluatur, vsura careat: & dare eam mutuo, vt mutuatarius in molendino mutuãtis, molat, vsura non careat.

Solutio alior. arg.

CAPVT. XXXX. *An anticipatè emens posſit emere merces infimo pretio, quo tempore traditionis valebunt latè disputatur: & respondetur per sex concluſiones: ſoluuntur argumẽta per diſtinctionem, præſertim venditionis perfectæ, & imperfectæ: ſubnotantur duo aſſerta Albornozij.*

QVoniam quæstio de emptione ob anticipatam solutionẽ minoris celebrata, singulares difficultates subse cõtinebat, quibus vna tantum quæstione facere satis, tum sine cõfu-

sione

sione, tum sine prolixitate nequiuimus, eam quęstionem subsecauimus, in quasdam alias specialiores quęstiones ei veluti sub alternas iuxta serię argumentorũ á principio propositorũ. Iam igitur iuxta hunc ordinem quæstio hæc alia sequitur, quæ correspondet tertio, & quarto, & quinto argumento in principio capituli adductis, ea nempe est, an ratione anticipatę solutionis, vel anticipatę soluędo merces, liceat eas minoris, ideſt, infimo pretio, quo tępore traditionis earũ valebunt emere, at quia pro parte negatiua iam argumęta predicta. 3. &. 4. &. 5. attulimus, supereſt (vt quæstio hæc vtrinque controuertãtur) pro parte quoq; affirmatiua hæc argumęta subijciam².

Argum. 1. ¶ Primò arguitur sic vendere, & emere de prędenti infimo pretio iniustũ non est, cũ infimũ pretiũ iustum quoq; sit: ergo obligare venditorẽ vt quia anticipatè sibi soluitur, infimo pretio vendat, à culpa abesse videtur, nõ enim obligatur ad illicitum.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, concredere solutionẽ rei venditæ, neq; eam statim exposcere, reducitur etiam ad mutuum sicut emere anticipata pecunia vbi est mutuũ implicitum: sed vẽdere ad creditũ merces concredendo, & expectando solutionẽ pretio supremo non datur culpę, nõ obstante hoc mutuo pretij implicito, ergo neq; culpandus est ille cõtractus, vbi quis anticipata pecunia emens pretio infimo emit merces quæ alias maximo pretio tempore traditionis earum venderentur.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, & primum argumentũ confirmatur, quia illud genus venditionis in quo realiter in præsenti tã rei venalis quã eius pretij fit traditio, exẽplar est rectũ, per q̃ reliqui contractus, scilicet, vendẽdi ad creditũ, & anticipata solutione emẽdi regulãdi quantũ ad suam iustitiã veniunt: sed contractus venditionis adnumeratũ, & statim tradita re factus etiã infimo pretio inuento de prędenti, vt iustus ab omnibus approbatur: ergo etiã contractus emptioni ad anticipatã solutionẽ & infimo pretio celebratus non est reprobãdus.

¶ Quamuis argumenta hæc specialẽ difficultatem tangant, scilicet, an emptio anticipata solutione, & infimo pretio facta sit licita: tamen ad eã specialiter responderi cõclusiones etiã quibus ad quæstionem generaliter positã qua quæritur vtrum ratione anticipatæ solutionis liceat minoris emere, respondeãmus præmittẽmus: ne quid hic prætermittatur q̃ merito desideretur.

Concl. 1. ¶ Sit igitur prima conclusio (vt á facilioribus exordiamur) si quis emat vilius iusto pretio, eò quòd pecuniam ante soluit manifestè vsura cõmittitur hæc est D. Thomę. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad. 7. & est receptissima, & patet ex eius ratione, quia ista anticipata solutio pecuniæ habet rationem mutui, vnde quicquid propter huiusmodi anticipatam solutionẽ minus iusto pretio soluitur, quasi pretiũ mutui retinetur ab emptore: ergo sic minoris iusto emẽdo cõmittitur vsura. ¶ Hinc fit, vt magnates vsuræ labem contrahant, dum anticipatũ soluentes pretium colonos suis colendis agris minoris iusto conducunt.

Concl. 2. ¶ Secunda conclusio, si ex emptione qua quis emit anticipata solutione sibi emergit dãnum, aut cessat lucrum, & ad instantiam venditoris, sic emat venditore de hoc damno, aut lucro cessante admonito licitè, potest tanto minoris comparare sibi merces, quanti damnum hoc, vel lucrum cessans merito esset ęstimandum. Hæc conclusio patet, quia licet sic indemnem se seruare, vt si aliquis alias sua pecunia ruituram reparaturus domum, aut negotiaturus, & quæstum facturus eam ad preces venditoris in pretium futurorum merciũ erogaret.

Concluſ. 3. ¶ Tertia conclusio, si is cui opus est, aut cuius interest, etiam anticipata solutione emere merces lucri cessantis, aut damni emergentis recompensam exigat, eò quod anticipatè soluit merces vsurarius esse conuincitur. Hæc conclusio, quę est Garciæ vbi supra inde patet: quia in hoc casu venditor quatenus accipit solutionem anticipatam, non præstat causam: vt emptor anticipata solutione emat ac per consequens neque causam damni, aut lucri cessantis inde causati dedisse videtur.

Concl. 4. Quarta conclusio, emptione perfecta, qua. s. periculum rei emptæ, & eius ius statim transit in emptorem, benè potest res anticipata solutione infimo pretio currenti emi, etiã si pretio supremo empta aliàs foret ab empto re si ei statim traderetur. Hęc autẽ cõclusio intelligitur esse vera loquendo de perfecta emptione anticipata solutione facta, vt ipsamet conclusio id exprimit & intelligitur (ni fallor) vera in casu quo, verbi gratia, fundus, vel ager cuius pretium infimum nunc est centum aurei, & medium est centum & quinque, supremum autem centum & decem, ematur anticipata pecunia tradendus in fine anni, & ematur emptione perfecta, ita quod statim soluta anticipata pecunia emptor dominus eius fiat: tũc illum sic anticipata pecunia emens potest licitè infimo pretio, id est, centũ aureis emere, licet alias fundus hic (si statim traderetur emptori

tori pretio) ſupremo hoc eſt centum, & decẽ aureis venderetur, hęc autem concluſio patet quia vtrunque pretium tam infimũ, quam ſupremũ eſt iuſtũ, & intra limites iuſti pretij cõtinetur: ergo ſi emptio cũ traditione preſenta nea rei emptæ facta ad numeratũ tali pretio infimo celebrata iuſta eſt, erit quoque iuſta emptio perfecta anticipata ſolutione, facta etiam ſi infimo pretio fuerit inita. Nam & ſi in hoc caſu ſoluatur pretium pro re minus, quàm alias pro ea de facto ſolueretur: nõ tamen ſoluitur pro ea minus, quàm de iure pro ea poſſet erogari. Corollariè hinc ſequitur hanc noſtram tertiam concluſionem locum non habere in emptione mercium, quarum pretium quia taxatum eſt per rempublicam indiuiſibile eſt carens gradibus infimi, medij, & ſupremi pretij, quia tunc anticipata ſolutione emẽs has merces minoris, quàm perſcribit earum taxa eas emere non poteſt.

Probatio.

Concl. 5. ¶ Quinta concluſio, quando quis emendo anticipata ſolutione imperfecta emptione, id eſt, nũc promiſſa fieri infuturo, & in futuro celebranda emeret merces infimo pretio, quo tunc tẽpore perficiendæ emptionis futuro valerent vſurarius cõtractus certe eſſet. Concluſio autẽ hæc hac ratione claret, nã cũ anticipatã pecuniæ ſolutionẽ erogare nihil aliud ſit, quã eam pecuniã vſq; ad tempus venditionis perficiẽdæ mutuare, iã hoc eſſet ratione iſtius mutui conſtringere venditorẽ ad res ſuas diſtrahendũ minori pretio quã vellet & poſſet alias vendere, quia poſſet alias eas vendere pretio ſupremo.

Concl. 6. ¶ Sexta concluſio, licet (vt dictũ eſt ſupra) res futura vendita ſecundũ valorẽ, quem habitura eſt ipſius traditionis tẽpore, vendi poſſit pretio antea arbitrio boni viri taxato, cum æquali vtriuſq; contrahẽtis periculo, ſi quis tamen emptor quia ſolutionẽ ante erogat viliori pretio emere eã contenderet, quã merito æqualis periculi contrahentiũ habita ratione eſſet taxandũ, ab vſuræ nota liber nõ eſſet. Hæc autẽ concluſio hac ratione pateſcit, tum quia ſic vterq; contrahentiũ æquali periculo non ſubijceretur, tũ quia ſic etiã ratione mutui in anticipata ſolutione impliciti contẽti lucrum ſibi pararet.

¶ At iam nũc ad diſſoluenda argumẽta in cõtra adducta accedamus, & à ſolutione eorũ quę pro parte affirmatiua aſtãt exordiamur.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primũ igitur argumentum reſpondetur licet emere, & vendere pretio infimo licitum ſit, tamen cauſa obligandi venditorem vt ſic infimo pretio vendat ei mutuatas pecunias dare prorſus illicitum eſt. Sicut te in meo molẽdino molere reſeſt quę culpa caret, tamẽ quod ratione mutui ad id te obligem res eſt, quæ vſuræ culpa non vacat, quia priuatur ratione mutui mutuatarius libertate, qua antea potiebatur, vbi ſibi liberet molendi. Sic neq; michi licitum eſt ratione mutui prædicti in anticipata, quam ſoluo ſolutione priuare te facultate qua gaudes vendendi etiam pretio, medio, & ſupremo, te conſtringendo, vt in poſterum vendas pretio infimo. Nam hoc non eſt de præſenti perfecta emptione infimo pretio emere, ſed ratione mutui, cui æquiualet anticipata ſolutio, quam tibi tribuo, obligare te quadam emptione imperfecta, vt in futuro certo tempore rem tuam infimo pretio quo tunc valebit, mihi vendas quod ſapit manifeſtam vſuram.

Ad. 2. arg. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, vtrumque contractum longe interſe differre, non enim de vtroque par eſt ratio: quia mutuum incluſum in pretij concrediti expectata ſolutione: quando ad creditum venditur eſt ipſius venditionis pars, quippe quod illius ſit pactum, quò circa ipſius venditionis, cui adiungitur velut pars ſequitur naturam, conditionem, & legem eius quæ talis eſt, vt poſſit fieri pretio ſupremo iuſtè. Licet etiã pretio infimo poſſet ſic contrahi. At vero mutuum in anticipata ſolutione pretij implicitũ cum ſit aliquid veluti perſe ſumptum, quippe quod venditionis, & emptionis poſtea celebrandæ (cum eã anteſtet, & veluti pignus, & præambulum ad eam ordinetur) pars non eſt: ſed quid extrinſecum ab illo tempore antecedẽs illã ſi hac ratione aliquid lucri captaretur: nõ alia ratione reciperetur, quã mutui ratione q̃ à culpa nõ abeſt, vnde lõge etiã inter eſt inter emptionẽ anticipatã iã concluſam, & conſummatam, quantum ad tranſlationem dominij, & periculi, in emptorem, licet res ſic empta anticipata ſolutione in futuro ſit tradẽda, & inter emptionem imperfectam, per quã conuenit de præſenti inter partes de poſtea contrahenda perfecta venditione, quia in iam perfecta venditione licẽt mutuum in anticipa ſolutione incluſum, occaſio ſit vendendi pretio infimo, & tali pretio emendi, tamẽ principalis cauſa huius ipſamet eſt natura venditionis, cui annectitur pactum de anticipanda ſolutione vt pars eius. Nam natura venditionis expoſcit, vt etiam pretio infimo fieri poſſit. At in emptione imperfecta, quia mutuũ implicitum in anticipata ibi interueniente ſolutione non eſt perfectæ venditionis actua-

Venditio imperfecta & perfecta

lis

lis pars,eò quòd talis venditio actu non sit, sed in futuro sit compléda:& perficienda,sed est tantum via ad illam:sequitur, quòd solũ sit mutuum:ac subinde quod illicitum sit tũc vt infimo pretio res postea vendatur conuenire:quia tunc ratione istius mutui anticipatæ solutionis videtur rem minoris emere, quam posset eam venditor alias tunc in futuro vendere.

Ad confir. ¶ Insuper ad confirmationem idem dicendum apparet,conceditur namque antecedẽs, quod contractus venditionis ad numeratum, & tradita re maximo pretio initus sit licitus, imò & emptio perfecta infimo pretio anticipata solutione celebra iusta iudicatur , quia ipsa anticipata solutio pars actualis eius est: sed negatur consequentia. Quatenus id esse licitum contrahenti emptione imperfecta, & solutione anticipata,scilicet , emere infimo pretio contendit.

Ad argu. obiecta in capit.ad.1. ¶ Cæterum nunc ad argumenta obiecta in cap.pro parte negatiua dissoluenda accedẽtes ad primum,quod illic est tertium in ordine dicimus distinguendo minorem , quæ assumit in emptione anticipata solutione facta mutuum ibi implicitum,id est, anticipatum pretium in causa esse eas merces minori,idest, infimo pretio emendi,quæ alias summo pretio tẽpore traditionis venderentur : quia si loquamur de emptione perfecta in qua infimo pretio sic emere conceditur : quia anticipata solutio est eius pars sequens eius naturã:tunc nõ est respiciendũ ad pretium infimũ tempore traditionis futurum,sed ad pretium infimũ currens tempore , quo anticipata solutione perficitur emptio: quia cum tunc rei emptæ transfertur dominium pretio iusto tunc currenti emi sic potest : at cum pretium infimũ tunc currens iustum sit fit sanè,vt infimo isto pretio sic emi possit,quare negatur minor in isto sensu,quatenus assumit quod mutuum ibi implicitum , idest , anticipata solutio in causa sit infimo pretio emẽdi, quia solum(vt prædiximus)est occasio,sed potissima causa emptio est ipsa perfecta,quę licitè etiã infimo pretio fieri potest. At si loquamur de emptione imperfecta,in hoc sensu concedimus maiorẽ.i.quod ipsa anticipata solutio quod est implicitum mutuum in causa sit infimo pretio emendi:quare istum contractum in quinta conclusione damnauimus. At qui isto modo distinguendum est consequens quia æquiuocum est , nam si intelligatur de emptione perfecta,cõcedemus illud,si autẽ intelligatur de emptione imperfecta.i.nunc tantũ promissa fieri,& cõuenta, & in futuro perficiẽda sic negatur consequens.

Emptio perfecta & imperfecta

Ad 2.arg. ¶ Ad secundũ argumentum pro parte negatiua quod in precedenti cap.est quartum ordine , respondemus præmissa distinctione,scilicet,res anticipata solutione emptę in duplici sunt differentia: quædam solum mutuabiles,quippe quæ solo vsu cõsumuntur,vt triticum,vinum,oleum:quędam autem sunt locabiles , & non mutabiles quippe quæ non ipso vsu consumuntur, cuiusmodi est domus,vinea, vel prædium,& similia,igitur distinguitur antecedens, si res sic emptæ sunt primi generis,id est , solum mutuabiles,& non locabiles vt vinum,triticum, oleũ,tunc cõceditur antecedẽs ꝙ esset vsura huiusmodi res iam bona fide maximo pretio ad creditum emptas velle emptorem post hoc,quia statim offert pretium infimo pretio soluere:& negatur in hoc sensu consequẽtia, nam in casu antecedentis sic intellecti recipitur lucrum ratione mutui , id est , solutionis postea oblatæ quæ distincta est & separata ab emptione iam summo pretio facta, quia iam secuta est pòst . At verò in casu consequentis lucrum quod reportat emptor emendo anticipata solutione , & emptione perfecta infimo pretio,parat sibi principaliter ex ipsa perfecta emptione quæ ex se infimo etiam pretio iure fieri potest,& non causa mutui inclusi in expectatione mercis postea tradendæ,& ideo non est eadem ratio de vtroque.

Secunda solutio. ¶ Secundo iuxta secundum membrum distinctionis sic soluimus argumentum dicentes, quod si res sic emptæ sunt secundi generis.s.locabiles,tunc negatur antecedens, scilicet,quod post factam emptionem vineæ, vel prædij alto pretio non possit offerendo solutionem prẽsentaneam post hoc emptor conuenire,vt quia venditor vineæ , vel prędij empti retinet possessionem ad tempus , iam non supremo pretio conuento iam à principio, sed infimo imò minori infimo teneatur eam soluere ei emptor : & tanto minori quanto magis locatio eiusdem rei merebatur,siquidem venditori emptorem retentionem vineæ,aut domus tunc pro interesse indulgere ad tempus nihil aliud esset,quam eam venditori locare:quia tunc nõ ratione mutui, sed ratione locationis pretiũ ante conuentum emptor diminuere videtur, quapropter quod in cõsequenti inferebatur falsum est , scilicet, quòd nõ liceat anticipata solutione,& emptione perfecta statim transferenti dominiũ rei emere infimo pretio,res etiam vsu consumptibiles,& etiam minori pretio quàm infimo

res,

res locabiles,& fructiferas:dum earum retentio per tempus aliquod conceditur venditori, quia vtrobique non ratione mutui impliciti, sed in primo casu ratione venditionis perfectæ,& in secundo casu ratione locationis id diminuere de pretio supremo videtur verum & si cum hac solutione lib. 1. de cõtractibus cap. 24. fol. 697. Garcia transeat, sed hæc solutio non transit sine difficultate in casu quo antici pato pretio riguroso emit emptor cum pacto vt sibi tradatur post annum res empta,idest,vinea interim fructifera, quia tunc si concedatur pro pretio riguroso à venditore potuisse vendi, postquám emptor in puncto, quo perfecit emptionem (nam de perfecta emptione loquimur)consensit in retentionem vineę, vt à venditore retineretur per annum nullo pro hoc ab eo expetito interesse, visus est vineam per id anni tempus gratis accommodasse,& nõ locasse venditori, quare non videtur isto in casu, postea emptor possit conuenire, vt quia cõsenserat antea in illam retentionem annualẽ, vineæ venditor de pretio illo riguroso antea conuẽto aliquid remittens pretio infimo, aut minori sit contẽtus, nisi forte negemus quod supposueramus, scilicet, illud pretium riguro sum, tunc fuisse iustũ. Non enim videtur fuisse iustũ, si Nauarro credamus, qui in summa capit. 23. numero. 84. insinuat iniustum esse, dum ait quod potest emptor licite, minoris emere prędium aliquod, siue vineam cũ pacto, vt venditor per aliquod tempus fructus eius percipiat secundum Maior. in. 4. dist. 15. q. 40. art. 7. & iuxta textum cap. cum Ioannes de fide instrum, ergo si potest emptor tunc licite minoris emere id ei ita licet, quia illud minus pretium iustũ est ratione retentionis vineæ,& fructum eius factæ à venditore per annum, si autem istud minus pretium tunc iustum est, illud riguroſum pretiũ pro quo fuit conuentum à principio, iniustũ fuit, ergo ad redimendã suam vexationem, quã passus est emptor: dum vendita est sibi vinea riguroso pretio quo cum pacto annualis retentionis, iuste non poterat sibi vendi, poterit forte anticipatè. i. ante finem anni post conuentionem factam à principio in riguroso pretio, conuenire, vt non illud riguroſum sed infimũ, imo minus emptor venditori soluat & multo magis in casu argumenti id licebit, quãdo sic bona fide contractum est, quod emptor credidit possessionem vineæ statim sibi consignandam, si postea venditor petat annalem, vel biennealem illius retentionem.

Solutio Garciæ examinatur.

Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum quòd in precedenti cap. est quintum ordine, iam constat quid sit dicendum: quia distinguitur antecedens (sicut supra distinximus) quia in rebus venalibus, locabilibus sic summo pretio emptis locum habere non videtur neque verum antecedens. s. vbi assumitur quod ratione retẽtionis rei postea concessę non liceat conuenire, vt minus riguroso pretio ante conuento soluatur: quia illa retentio cõcessa quædam locatio vineæ est ratione cuius diminui pretiũ iustè potest, quod antea erat conuentum, sed id antecedens habet, verum in rebus mutuabilibus in vino, oleo, tritico, scilicet, quod ratione retentionis harum rerum venditori concessæ præcise, non licet diminuere de pretio ante in conuentione signato: quare negatur consequentia qua infertur quod neque à principio licebit anticipata solutione emere pretio infimo, si loquamur de emptione perfecta propter rationem iam dictam, scilicet. Si autem consequens intelligatur de emptione imperfecta conceditur libenter, quod non licet, quia tum in imperfecta emptione anticipata solutio habet vicem mutui per se sumpti, sed de hoc quia plura diximus piget iam ea pluries inculcare.

Corol. ¶ Præterea ex omnibus supra dictis cõclusionibus,& argumẽtorũ solutionibus corollarie colligitur peracutè satis Garcia lib. 1. de contract. ca. 24. pag. 689. subnotasse quædã æquiuoca, vel minus propriè asserta, quæ in quibusdã propositionibus Albornozij loco citato cõtinebãtur. Quorũ primũ est quod sicut inven ditione ad creditũ implicite mutuatur pretiũ emptori: sic in emptione anticipata solutione mutuatur res sic empta: quia retẽtio eius vẽditori interim cõceditur,& nõ mutuatur inquit, hic pretium cum illud statim anticipatè soluatur. In quo dupliciter Albornozius videtur defeciſſe. Primò in eo, quòd sine distinctione ait rem emptam in anticipata solutione facta emptione mutuari, cum sæpe sic emãtur res: quæ propriè mutuari non possunt, vt sunt vinea, domus, vel prædium, licet hæc possint cõmodato dari. Secundò in eo deficit, scilicet, q̃ in emptione anticipata solutione facta mutuum se tenere non ex parte præsoluti pretij (vt sentit D. Thomas. 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad. 7.) ait, sed tenere se ex parte rei emptæ cuius retentionem emptor venditori concredit sine vlla distinctione asseuerat. Secundum est, quòd est analogia, & proportio quædam inter venditionem ad creditum, & inter anticipata solutione emptionem, quam ait in hoc consistere, quod sicut in vẽditione ad creditũ aliud

Assertiũ. 1 Albornoz. subnotatur

Assertio. 2

aliud est, quod traditur, & aliud est, quod cõcreditur, ita in emptione anticipata solutione contracta. In quo etiam Albornozius defecit, non enim distinguit, an emptio anticipata in pretio, perfecta, aut imperfecta hanc analogiam cum venditione ad creditum obseruet.

Duplex emptio anticipata, perfecta, & non perfecta.

¶ Igitur præmissa distinctione, scilicet, quòd duplex est emptio anticipata solutione facta. Alia perfecta, vtpotè quæ rei emptæ periculum, & dominium statim, vt sit in emptorem transfert. Alia autem est imperfecta quippè quæ non statim traducit periculum, & dominium in emptorem etiam si ab venditore præaccipiatur pretium: sed potius est quædam promissio de contrahenda postea perfecta emptione, & venditione. Sicut sponsalia perfectum matrimonium nõ sunt, sed quædam promissiones, quibus partes se obligatione quadam astringunt ad perficiendum in futurum matrimonium, dicendum

Dictũ Albornozij 1. quo sensu est verũ

est, quòd Albornozij primum assertum, vt sit verum, intelligendum est de emptione anticipata solutione facta, & quæ est emptio perfecta, & vbi emuntur res propriè mutuabiles, vt vinum, oleum, triticum in hac (inquàm) emptione dum differtur traditio mercium harum, mutuantur implicitè, sicut in venditione ad creditum perfecta implicitè mutuatur pretium á venditore. Si autem loquamur de emptione, qua anticipata solutione emuntur res: quæ non sunt propriè mutuabiles, quia non ipso vsu consumuntur: sunt tamen accommodabiles, tunc etiam de perfecta emptione loquendo nonnulla differentia est inter venditionem ad creditum, & inter emptionem anticipata solutione factã, quia in emptione ad creditum pretium, quia capax est mutuationis propriæ implicitè mutuatur. At in emptione anticipata solutione facta, vbi emuntur vineæ, oliueta, prædia, domus, quia hæ res non sunt capaces mutuationis propriæ, etiam in emptione perfecta non dicuntur propriè mutuari, sed commodato concedi, dum earum differtur traditio.

Assertũ 2. eius quomodo accipiendum.

¶ Porrò prædicta omnia vera sunt loquendo de emptione perfecta anticipata solutione facta. Nam si de imperfecta sic facta loquamur. Falsum est etiam secundum assertum Albornozij, scilicet, quòd sit analogia inter venditionem ad creditum & emptionem imperfectam anticipata solutione factam, quia sicut in illa venditione creditur pretium, ita hic in ista emptione concreduntur merces venditori, & patet manifestè quòd hæc analogia non sit vera, quia in emptione hac imperfecta, dum merciũ emptio perfecta non fit, merces non sunt emptoris, quia suo periculo non subsunt, neque earũ adeptus est proprietatem, ergo nullo modo potest eas concredere emptor, vtpotè non suas, neque per viam mutui, neque commodati. At verò in venditione perfecta ad creditum cum pretij soluendi venditor adquisiuerit ius, potuit illud implicitè concredere, & mutuare. ¶ Colligitur ergo ex prædictis nihil aliud esse in hac imperfecta emptione *Collectio.* præsoluere pecuniam, quàm eam venditori mutuare, vsque ad id temporis, in quo perficienda est actu emptio, quatenus pecunia sic anticipatè data pretij, vices tunc subeat in toto, vel in parte cum perficietur emptio. Quocirca liquet satis, quod dum Diuus Thomas asseruit anticipatas pecunias ad emendam rem erogare ad mutuum reduci non loquutus fuit de emptione iam perfecta, & consummata: sed de imperfecta, qua solum conuentum est inter partes de emptione perfecta in posterum contrahenda.

¶ Ad confirmationem tandem post vltimum argumentum in capitulo præcedenti obiectam ex autoritate D. Thomæ, dicitur verba D. Thomæ verissima esse, quæ ibi allegantur, & contra nostras conclusiones non militare: quia ibi loquitur de pretio minori iusto, vbi ait vsuram committi, si quia anticipatur solutio, res minoris quàm sit pretium iustum ematur: at nos dicimus carere vsura, si emptio perfecta anticipata pecunia facta in fimo pretio fiat, quia infimum pretium intra limites iusti pretij computatur. *Ad confir.*

¶ Nota tandem quod hæc omnia quæ de emptione perfecta, & imperfecta prænotauimus fundamentum habere videntur in Syluestro verbo vsura. 2. quæstione. 11. nam ibi emptionem, quam nos vocamus perfectam, vocat ipse absolutam, & quam imperfectam vocamus, vocat ipse conditionatam. Imò Caietanus & hanc distinctionem emptionis perfectæ, & imperfectæ anticipata solutione factæ insinuare videtur, licet sub obscurius verbis. 2. 2. quæstio. 78. artic. 2. in fine Commenti, vbi ait anticipatam solutionem dupliciter considerari posse: vno modo, vt pars emptionis, & hoc non contingit, nisi cum emptio est perfecta taliter, quod licet non tradatur statim res empta: eius tamen dominiũ, & periculum traijcitur in emptorẽ, *Nota.*

& pretij dominium in venditorem (vt sæpè diximus) alio autem modo ait, considerari posse, sicut actio distincta, & hoc contingit in emptione imperfecta postea perficienda.

CAP. XXXXI. *Vbi celebris quæstio lanarũ adhuc prefsius, quã in nostro Instructorio examinatur respõdẽdo ad de nouo obiecta per Garciam: referuntur pericula in præemptione lanarum, & an lanæ aductæ Flandriæ posſint pluris vendi ad creditum, & an emptæ ante biennium maiori pretio reuendi posſint ante traditionẽ earũ respondetur ad argumenta Metinæ*

Quæstio. POrrò ad materiam hanc de emptione anticipata solutione facta spectare videtur celebris illa, & difficilis quæstio de lanis anticipata solutione pro viliori pretio emptis.

¶ Igitur licèt de hac quæstione abundè satis disputantes, nostram sententiam protulerimus: tamen vt ordo procedendi hic seruaretur, ne aliquid hic attinens ad materiam venditionis, & emptionis desideraretur, tum vt nobis obiectionibus nunc denuo nobis innotescentibus à Garcia in suo lib. 1. de contractibus, cap. 24. pag. 715. oppositis responderemus, operæpretium eius iterum hic meminisse duximus.

Variãt doctores. ¶ Igitur quamuis in hac quæstione in tomo. 1. & part. 2. cap. 65. nostri Instructorij Cõscientiæ partem tenere negatiuam, Nauarrũ in Sum. cap. 23. num. 82. Metinam Complutensem de rebus restituendis, circa casum sextam, & Metinam Salmanticensem in sua Instructione. §. 23. de vsuris, fol. 134. pag. 2. palàm dixerimus: nunc superaddimus doctorem Sarauiam lib. de instructione mercatorũ fol. 39. supradictis adhæresscere. Contrariam autem, ideſt, affirmatiuam partem, secutus est Victoria, imò aiunt Burgenses non solum à Victoria, sed etiam à doctoribus Parisiensibus, quos cõsuluere hanc accepisse partem affirmatiuam. Subscripsit ei Sotus lib. de iustit. & iur. q. 4. art. 1. ad 4. & tandem Corduba tractatu de casibus conscientiæ. q. 85. ei accessit, quàm potissimis rationibus, & probationibus muniuit, post omnes hos Garcia in lib. 1. de contract. loco supra allegato, vbi rationes pro parte affirmatiua excogitatas à Corduba enerua re conatur negatiuã conformiorẽ esse rationi, & magis esse probabilem ait.

Argum. 1. ¶ At primò eliciendæ veritatis causa arguitur pro parte negatiua argumento, quo eam ibi probat Garcia, scilicet, quia rei venalis illud est pretium iustum, quod tempore perficiendæ venditionis communiter currit: perficitur autem tunc venditio, quando res emptori traditur. Igitur pretium lanarum anticipatè emptarum illud erit iustum, quod tempore receptionis earum valebunt, non autẽ erit iustum illud, quo ante traditionem earũ vilioris emuntur.

¶ Secundò arguitur clarius argumento Metinæ Salmanticensis loco citato, quia emere anticipata solutione lanas decem argenteis pro singulis earum ponderibus recipiendis tempore, quo solent constare duodecim, perinde est, ac si quis mense Ianuarij mutuaret 10. argenteos, vt mense Maij pro eisdem reciperet. 12. sed hoc est euidentissima vsura, ergo contractus lanarum, vsura non caret. *Argum. 2.*

¶ Et confirmatur confirmatione eiusdem Metinæ, quia si in emptione anticipata lanarum hic iustificatur contractus: nullatenus apparet, quomodo non sit iustificandus in alijs mercimonijs grossis, cuiusmodi sunt alia mercimonia, quæ in magna copia præemi solent, quod prorsus est absurdum concessu. *Confirm.*

¶ Tertiò arguitur, quia hæc copia lanarum nõ emitur anticipata pecunia, quatenus sunt in potentia lanæ istæ, aut quatenus in eo imperfecto statu sunt, quẽ solent habere fruges ante maturitatẽ, quod ex eo satis liquet, quia præemptores earum, earũ non subeunt periculum, sicut contingit frugum periculũ subire emptores, cum eas præemunt, vt sunt in potentia, sed præemuntur lanæ, secundũ eũ statũ cõsideratæ, in quo tempore receptionis earũ erũt, ergo secũdum pretiũ quod tẽpore receptionis & traditionis earum obtinebunt, emendæ, sunt anticipata pecunia, & nõ viliori anticipato. *Argum. 3.*

¶ Quartò arguitur, quia licet (vt benè probant Sotus & Corduba) istæ lanarum merces commodè emi non possint, nisi anticipata solutione: tamen hoc non obstante, sicut vsu euenit in rebus alijs anticipatè emptis potest taxa pretij in futurum decernenda ad tẽpus receptionis lanarum reseruari, ergo quia commodè emi non possint, nisi anticipata pecunia, nõ ideo pretio minori anticipato, quã valeant tempore receptionis emi licitè possunt. *Argum. 4.*

¶ Quintò arguitur, quia si liceret minoris lanas anticipata pecunia emere, id ideò esset, scilicet, quia istæ lanarum merces vltro offeruntur venales à pastoribus rogantibus, vt emptores eas, sic anticipata pecunia præemant. Et merces vltroneæ vilescunt, sed ista causa cum non verè persistat, cum communiter etiam accidat emptores lanarum è *Argum. 5.*

con-

contrariò rogantes (quia id ex re sua est) præ-
uenire pastores, vt hic anticipatè vendant, se-
quitur hac ratione allegata à Victoria, & ab
alijs, scilicet ratione vitroneæ oblationis lana-
rum, minoris non licere eas præmere, quia
fundantur in falsa causa, id est, non subsisten-
te realiter.

¶ Igitur post tot argumenta difficilem esse
quæstionem præarguentia, iam si nostram su-
per hac quæstione sententiam exquirat le-
ctor, per hanc conclusionem ducimus respō-
dendum. ¶ Conclusio autem sit talis, licet nō
sit vsquequaque certum, tamen probabiliter
dicitur, quòd licitum est emere lanas in ma-
gna copia anticipataque solutione ad transue
hendas eas in Flandriam, vel extra Hispaniæ
regnum, minori aliquantulo pretio, quàm de
facto valent tempore traditionis: dummodo
non imponant emptores alia grauamina exe-
cutioni mandanda, scilicet, quòd etiam si præ-
impotentia ex casu contingenti aliquo orta
non tradiderint tot conuentione firmata la-
narum pondera, pastores ipsi teneantur em-
pta si fuerint aliunde ab emptoribus maiori
pretio, quàm sit conuentum, excessum hunc
pretij emptoribus soluere: nam tunc hac ad-
iecta moderatione tolerabilior fit hæc cōclu-
sio, quæ vt probabilis hic defenditur, cū sen-
tiamus oppositam, scilicet Nauarri & vtriusque Metinæ, & Garciæ, & Sarauiæ esse tutio-
rem, ac proinde iuxta illam consulere debere
Theologum ante factum (vt fertur docuisse
Magister Frater Ioannes à Peña cathedraticus
olim Salmanticensis.) Hæc autem conclusio,
antequàm probetur exemplificatur, secundū
Cordubam, Sotum, Victoriam, & alios viros
doctos, quos affirmat Metina in sua Instruc-
tione eam defendere, Verbi gratia, si tempo
re traditionis, & receptionis lanarum valitu-
ræ sunt ipsæ lanæ 12. argenteis, si anticipata
solutione per sex menses ante emantur, vel
tempore quo in Hispania soleant anticipari so-
lutio, hoc est tempore Sancti Michaelis, vel
tempore carnisprivij, & pro eis soluantur 10.
argentei licitum (inquam est.) Iam ergo hæc
rationibus apparet esse probabilis.

¶ Primò probatur, quia si istæ merces lana-
rum non sic ab omnibus emptoribus cōmu-
niter anticipata pecunia in magna copia emo
rentur ante earum traditionem, profectò cū
accederet tempus traditionis, non plus vale-
rent, quàm pretium anticipatè solutum, id est
non plusquàm 10. Et ratio est plana, quia si
lanæ non essent pecunia anticipata emptæ in
magna copia, tunc tempore traditionis magna
copia, tunc tempore traditionis magna sup-
peteret pastoribus copia lanarum vendenda
sed magna copia, & exuberantia mercium præ-
sens facit eas decrescere in pretio: ergo iustè
tunc tēpore traditionis minus valerent, quia
ratione copiæ in valore descenderent.

¶ Quòd si quis hanc rationem velit redar-
guere, sic dicendo in contra, scilicet, quòd co
pia lanæ, quæ tempore traditionis non erat
antea vendita magis tempore traditionis in-
uenitur valere: ergo idem censendum est de
omni copia lanæ, scilicet, quòd si ante non es-
set vendita, pretio maiori tunc valeret, quia
responderi potest, quòd si lana restans, & non
anticipatè vendita tempore traditionis magis
valet, est quia maior copia est anticipatè ven-
dita, quia si omnis lana restaret vendenda præ
tanta cōpia vilesceret.

¶ Secundò probatur speciali ratione con-
uenienti huic lanarum cōmercio, quia mer-
ces, quæ tempore traditionis earum commu-
niter minus vtiles sunt emptoribus, minus
etiam tunc valere solent: sed merces lanarum
tunc tempore traditionis minus vtiles essent
emptoribus, nisi eas ante anticipata pecunia
emissent. Siquidem, si eas non præmissent,
commodo tempore post traditionem in Flan
driam, vel aliàs extra regnum causa questus
transmittere nauigijs impedirentur, quia si
non præmissent, cum tunc in eis emendis
præoccupandi essent: simul, & semel in cura
adhibenda vt purgentur, lauentur, beneficiē
tur, in saccis reponantur (quæ omnia præue-
nire necesse est, vt lanæ possint transuehi in
nauibus in Italiam, vt lucro entibus pos-
sint sic esse) tunc nequaquam possent occu-
pari: ergo possunt eas aliquantulo minori pre
tio præmere. Quia hac ratione aliàs tempo-
re traditionis sic pro tunc emptæ, quia minus
vtiles communiter essent, minus communi-
ter valerent, quàm facta præemptione earum
valent. Neq; hanc secundam probationē, ne-
que primam Garcia, etsi cōtendat nerues suf
ficiēter impugnat, aut soluit, quia efficaces ra
tiones sunt, si vera est in qua fundantur re-
latio.

¶ Tertiò probatur, quia licet minoris eme
re debita litigiosa, & periculosa, quia eò
quòd periculis subiecta sunt ementi, & sus-
cipienti eorum periculum minus valent: si-
cut etiam, licet minoris emere fructus ter-
ræ antequàm peruenerint ad maturitatem,
quia periculis subsunt: quæ subiturus est
præemptor eorum, sed harum lanarum præ-
emptores (si verū est quod loco citato refert

Probat. 1.

Concl.

Exēplifica tur. Concl.

Probat. 1.

Respondetur redargutioni.

Probat. 2.

Probat. 2.

Pericula in præemptione lanarũ.

Corduba) in earum præemptione varia subeunt pericula: Tum, quia pastores quatenus maiorem copiam pecuniæ, sibi præaccipiant plura pondera lanarum spondent, quàm sint postea soluendo, tum, quia cum tot pondera postea soluendo non sint, pecuniam præacceptam posteà morosè, aut difficulter soluũt, aut nusquam. Tum, quia grassari potest morbus, & mors in gregem ouium, quo casu, qui præemit iacturam patitur, nam eam patiendi sic præemendo se subdit sorti. Tum, quia pastores cum iam solutionem præacceperint, lanam sordidam, sudoreque infectam repeudunt, quod quidem in emptorem detrimentum vertitur, quam fraudem nequaquam adeuersus emptores molirentur pastores, nisi pretium anticipatè percepissent. Ergo si hæc debita lanarum tot modis contingit ipsis præemptoribus esse periculosa: poterunt eas lanas hac ratione aliquantulo minori præemere.

Respondetur obiectioni.

¶ Neque hoc est incidere in opinionem reprobam Metinæ Complutensis asserentis, quod ratione periculi mutuanti, aut venditi ad creditum, licet augere sortem debiti, quia licet hoc ita insinuare videatur Nauarrus in Summa Lati. capit. 23. numero. 81. & 82. Tamen differentia est, quia iuxta sententiam Metinæ falsam, id licèt (vt ipse exemplificat) etiam quando debita non sunt ex se periculosa, sed solum ex culpa malę fidi mutuatarij, aut debitoris periculosa recuperatu fore timentur, quod nos negauimus: at vero in casu lanarum præter ea pericula, quæ ex culpa pastorum possunt contingere, debita lanarum ex se periculosa sunt, eò quòd greges ouiũ ex magna parte interire possunt, & emptores tunc à sua spe, & lucro manere defraudati: tum, quia ex excrescentia malarum herbarum contingenti lana illis soluenda, vepribus & tribulis respersior, ac proinde deterior esse potest. Adde etiam, & hanc differentiam quòd mutuans, ac vendens ad creditum, qui ratione periculi contendunt augere sortem, contendunt etiam suum debitum integrè recuperare. At præemptores isti lanarum (vt supponimus in conclusione) licet suam pecuniam recuperare intendunt in casu, quo pastores, sine culpa sua propter interitum ouium impotes facti sunt ad soluenda tot promissa pondera: tamen in hoc casu non obtendunt id interesse expetere, cuius iacturam ex correspondentia tot ponderum promissorum lanarum deficienti patientur, quod si hæc ratio per se non sufficienter probat, certè negari non potest, quin aliqualiter adminiculetur duabus primis antea positis rationibus, quæ eam apparentius probant.

¶ Quartò probatur, quia si merces lanarũ anticipata pecunia non præemerentur, si intra mensem à tonsione ouium non emerentur, deinceps cum præparari non possent ad transmittendas eas nauigijs extra regnum, cum magna iactura pastorum vsque ad alium annum, apud ipsos permanerent, quàm obrem huius vitandæ iacturæ gratiæ has lanarũ merces viliori pretio à se extrudere satagerent, postquàm solito pretio eas vendere non possent, non ergo (si non præemerentur) tempore receptionis lanæ inemptæ maioris essent pretij, quàm quando anticipatè præemuntur, neque quòd traditionis tempore maioris constarent, liquere potest: dum anticipatè emendi necessarius inualuit vsus, imò op positum probabilibus satis coniecturis futurum esse colligitur. *Probat. 4.*

¶ Quintò probatur, quia genus hoc contractus præemptionis lanarum aliquantulo minori pretio præsoluto ad prædictum finem, tum, communiter est in republica vsu receptus, neque constat manifestè esse illicitum, aut vsurarium, tum etiam reipublicæ est emolumento, & vsui: hos autẽ tales contractus humanos non damnandos esse Diuus Thomas in quodlib. 9. artic. 15. & Gerson. de vita spirituali, lect. 4. corollar. 11. & 13. testificantur, ergo postquàm tolleratur propter dictas rationes pars affirmatiua, non est opinio improbabilis, neque enim est clarè (vt falsò autumat Garcia) contra leges emptiones iustificantes, aut damnantes. *Probat. 5.*

¶ Præterea, ne aliquid sit quod in materia hac desideretur, quæstiuncula hæc cum præcedenti proxima sit eius quoque hic meminisse non erit ab re. Quæritur ergo, vtrum huiusmodi mercatores lanarum transuehentes eas in Italiam, vel Flandriam possint ibi Flandriæ, aut Italiæ pluris eas vendere ad creditum, quàm de præsenti. Et videtur certè id nullatenus licere, quia doctores reclamant, & negant, quòd liceat pluris vendere merces ad creditum quàm de præsenti, quando inuenitur pretium communiter de præsenti, neq; hic vigent rationes, aut causæ allatæ in superiori cõclusione, vt possit contractus hic iustificari. Respõdet nihilominus Cord. vbi supra ad hanc quæstionem, quòd licet contractus hic propositus in quæstione non possit apertè iustificari: non tamen etiam diffinitiuè, tanquàm illicitus potest condemnari, quia inquit licèt non assertiuè, posset aliquo-

Quæst.

Argum.

Respons. Corduba.

modo

modo iustificari, nam allegat Sotum lib. 5. de iustit. quæst. 4. artic. 1. & quæstio. 84. videre hunc contractum iustificare.

Sent. auto. ¶Sed certè opinio hęc, & sententia vix aut nullatenus potest sustineri, nisi cum limitatione Victoriæ, scilicet, quando copia lanarũ in Italiam, vel Flandriam allata in nauibus ex Hispania tanta esset, quòd communiter lanæ non inuenirent ibi pretium de præsenti, nisi fortè in raro casu, cum quis necessitate debitorum oppressus cum talibus mercibus rogaret pro vili sibi dato pretio distrahendo eas, quia vna arundo non facit ver. Hoc non obstante tunc pretio ad creditum pensatis pensandis arbitrio boni viri, pretio ad creditum iustè æstimato vendi possunt, licèt non inueniatur de præsenti, quia scilicet desunt empto res, qui numerata pecunia emere velint: nam cum ista limitatione Victoriæ fortè tolerari potest, neque ego illam post factum auderé damnare.

Quæstio. ¶Insuper ad postremam quæstiunculam hanc vt respondeamus necesse est, scilicet, vtrùm liceat emere lanas pecunia anticipata per biennium, vel triennium ante earum traditionem, & eodem loco ante earum traditionem reuendere eas alijs intra prouinciam auctiori pretio, quám emptores emerit anticipata pecunia. *Resp.* Respondetur autem summatim perspicuum esse talem contractum, & iniustitiam præseferre, & obligationem restitutionis inducere. Nam suppositio, quòd iusto pretio lanæ anticipata pecunia sunt primò emptæ, si earum emptores eas alijs ante earũ receptionem maiori, quám emerint pretio reuendant eodem loco, palàm est secundis emptoribus reuendendo, & plus pretij exigẽdo, eis istos reuẽditoris iniuriam irrogare, quòd si demus his eas lanas iustè auctiori pretio sic reuendisse: sequitur proculdubio eas minori pretio non iustè anteà anticipata pecunia emisse iniustitiamque contra pastores commisisse: vnde vtrinque hoc factum conuincit eos esse iniustitiæ crimine.

Corol. ¶Ex prædictis vltimò concluditur, neque etiam pastoribus esse licitum lanas suas ad creditum maiori pretio vendere, quàm valeant tempore traditionis earum, quia hoc esset ratione dilationis temporis plus recipere, ita Corduba.

Ad arg. in contra. ¶Respondendum iam tandem superest ad argumenta incótra à principio posita: sunt etenim non parum difficilia, nisi soluantur.

Distinctio. Ad primum igitur duplici ratione dicimus eius maiorem esse distinguendam, vbi sic assumitur, quòd rei venalis illud sit iustum pretium, quod tempore perficiendæ venditionis, & emptionis, id est, tempore traditionis, & receptionis eius currit. Primò, quia si intelligatur de re venali, quæ cum anticipatè præemitur nulli ex se est subiecta periculo conceditur maior, si autem intelligatur de re venali ex se periculosa, negatur, quòd si anticipatè ematur: vt sic ex se subiecta periculis est, pretium eius sit, quod currit tempore traditionis. Quia illud pretium communiter currens tempore traditionis deseruit pro rebus extra periculum iam constitutis, & non periculosis, & non pro rebus quæ ex se periculosæ sunt, vt verbi gratia, debita periculosa ex se, difficiliaque recuperatu, & litigiosa nõ est æquum, vt tanto pretio præemantur, quanto debita eiusdem summæ, quæ extra periculũ sunt, & citra litigium constituta sunt tempore traditionis, tunc tempore receptionis constare solent. At emptio lanarum, vt prædiximus ex se subiecta est periculis duplici nomine iam ante in tertia probatione insinuato.

2. Solutio. ¶Secundò aliter distinguimus eandẽ maiorem primi argumenti, quia si pretium tempore receptionis lanarum magis tunc auctũ, & communiter tunc currens fuit occasionatum, id est, occasionaliter causatum ex tanta præemptione lanarum, & in tanta copia anticipato pretio venditarum: negamus tũc illud pretium auctum tempore receptionis currẽs á præmentibus, vt iustum esse soluendum, quia vt prædictum est, nisi sic præemptæ fuissent in tám magna copia, magna copia vendẽda suppeteret: magna autem copia mercium eas viles reddit, ac perconsequens vilioris præ tanta copia venundarentur, & iusto pretio vilioris emerentur. Si autem pretium non sic contingat augeri ex prædicta præemptione concedimus pretium tempore traditionis mercium currens esse, vt iustum seruandum.

Ad argum. Metin. ¶Ad secundum argumentum Metinæ Sal manticen. negatur maior, scilicet, quòd per inde sit emere anticipatè lanas decem argenteis tempore traditionis valituras duodecim sicut mutuare decem, vt reddantur duodecim, quia anticipata solutio quæ est implicitum mutuum non est causa minuendi pretium immediata, sed causa est magna copia lanarum, quæ si præempta non esset restaret vendenda, ac per consequens vilioris constaret, quàm tempore traditionis modica, quæ suppetit pro tunc vendenda quantitas valet. Secundò respondetur, negando etiam maiorem, quia cum mercimonium *Solutio. 3a*

lanarum prædictis rationibus sit ex se periculosum, ac per consequens minus valens, dū earum lanarum solutio differtur, quod est mutuum implicitum non dantur implicitè 10. vt 12. soluantur. Neque valet replica Garciæ, scilicet, quòd non mutuat præemptor implicitè lanas, quia adhuc eas non fecit suas, sed implicitè mutuat pretium anticipatè solutum, id est. 10. argenteos pro lanis pòst valentibus. 12. quia potest responderi, quòd est emptio ista actualis, & rei veluti in potentia ex se subiecta periculis, quia si intereat grex in toto, vel parte, vel lana contingat deterior esse licet præemptor non subsit periculo perdendi pretium, subest periculo perdendi lanam præemptam, si grex moriatur, vnde non ratione impliciti mutui, sed quia res ex se periculosa minoris valet, minoris emitur. Vnde ad secundam obiectionem Metinæ negatur, quòd ista ratio, quæ concurrit in minoris præemendo lanas currat in cæteris grossioribus mercibus, vt possint minoris anticipatè emi, quia non subsunt his periculis, aut expensis, aut præpatatorijs beneficijs, vt emptoribus possint esse emolumento, & vsui, neque perstant causæ prædictæ in eis, vide Syluestrum verbo. vsura. 2. quæstione prima, vbi tradit rem tradendam in futurum, quæ subest periculis, & expensis (quia talibus qualitatibus affecta est) minus valere.

Ad 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum ex immediatè prædictis patet solutio, quia negatur antecedens, quia non emuntur lanæ omnino consideratæ secundum statum in quo tempore receptionis earum erunt, quia erunt iam extra periculum, & sic extra periculum considerantur: at cum sic præemuntur cum periculis prædictis emuntur, quare sic venditæ merito minoris anticipatè comparātur.

Ad 4. arg. ¶ Ad quartum argumentum negatur, quòd quando lanæ sic præemuntur, commodè possit pretium anticipatè solutum reseruari, vt taxetur in futurum, tum quia difficulter pastores, & præemptores conuenirent in pretio taxando post dum pastores in pretio augendo, & præemptores in eo diminuendo contra niterentur: & sic in casum abiret contractus antea factus: tum, quia pastores, quo minore quantitate lanarum recompensarent pecuniam præacceptam abscondentes lanarum abundantiam, & fingentes penuriam, contenderent pretium fore augendum, milleque aduersus præemptores ordirentur theenas: tum, quia pastores vellent pretium taxare ad duodecim, sicut taxant modicam copiam, quæ eis restat vendenda: quòd tamen non est æquum, cum isti mercatores non absque prædictis periculis præemant, quòd tantum pretij rependant.

Ad 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum respondetur, quòd non ea ratione, qua prædictæ merces lanarum vltro offeruntur à pastoribus ali quantulò minori pretio præemi possunt, quanquàm si hæc causa subsisteret, iustificaret contractum, sed causæ potissimæ sunt, quas inter probandam conclusionem adduximus, quæ si perstant à parte rei (vt Corduba refert) probabilem eam esse conficiunt. Soluimus, & si non demonstratiuè argumenta opposita ab alijs, & à Garcia, sufficienter tamen, ne aduersum opinionem probabilem viderentur concludere.

CAPVT. XXXXII. *De casibus, quibus quis potest cogi ad vendendum, vel emendum: notantur in hoc aliqui visitatores de duplici violentia in venditione. An pretium iniustum per tyrannidem dominorum, vel mercatorum fraudem communiter intrusum sit seruandum à reliquis, & quale erit tunc pretium iustum: de monopolijs: de annonæ accumulatoribus: de obtinentibus à rege priuilegia stanchorum: de absconditoribus mercium, & de alijs.*

QVoniam supra plures esse venditionis proprietates docuimus, inter quas vna de pretio iusto seruando erat, cum de hac latè egerimus: nunc de ea proprietate instat agendum, quæ exigit, vt venditio voluntaria sit, & non coacta. At verò cum tripliciter contingat venditionem inuoluntariam fieri, sicut & aliquid aliud, scilicet vel per violētiam, vel per deceptionē, & fraudem, aut ignorantiam, nunc primò de venditione inuoluntaria per violentiam, & metum differre aggrediemur.

Quæst. ¶ Quæritur ergo, an iudex vel reipublicæ gubernator possit licitè cogere aliquem ad aliquid emendum, vel vendendum, & in quibus casibus hac coactione vti possit. *Respondetur* breuiter ne in re clara multū immoremur, posse iudices tempore famis compellere diuites, non solum, vt vendant alimenta graui fame oppressis, sed etiam vt gratis donent extremę famæ laborantibus, & non habentibus pretium, aut aliquid, quo sit emēdo. Patet, quia præter æquitatem iustitiæ est, quòd homines passim moriantur, cùm sint alimenta in republica, quia princeps

ex

ex officio tenetur conseruare vitam suorum ciuium, & leges ciuiles in istis necessitatibus præcipiunt bona reipublicæ distribui. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. 11. §. cum in eadem in fine, & communicanda esse cibaria tempore necessitatis leges canonicæ indicunt distinctione. 47. cap. sicut. vide ibi glos. & Sylvest. verbo eleemosyna, quæstione vltima, & Panorm. cap. siquis extra de furtis.

Corol. ¶ Ex quo sequitur corollariè, quòd si rex aut princeps tempore famis per censuras adhoc impetratas ab episcopis diœcesum, vel per suos ministros iuramento accepto constringeret frumenta, quæ recondita habent ciues populorum propalare, vnusquisque teneretur totum id frumenti, quod in horreo habet pandere, nisi probabiliter timeret frumenti partem etiam vitæ suæ, & familiæ sustentandæ necessariam fore, sibi auferendam: nam tunc hanc dumtaxat posset occultare.

Regula generalis. ¶ Præterea sit regula generalis, cum rem exponere venalem, aut eam emere ad bonum commune necessario attinet, iudex aut gubernator reipublicæ potest cogere ad eã emẽdam, vel vendendam. Hac enim de causa videre est, quomodo debitores cogantur suas res pretio distrahere, quo creditoribus debita sint soluendo, propter hoc etiam annonæ, & victualium coaceruatores coguntur ea venalia exponere quatenus necessitati subueniatur, & inopia talium mercium tollatur.

Casus quibus potest quis cogi ad ven. vel emend. ¶ Præterea ob eandem rem suas ædes, vel ædificia coguntur nonnulli ciues vendere, dum ibi pro tutamine ciuitatis, aut pro bono eius publico expedit ibi arcem, vel ædificium publicum construi. ¶ Imò ob causam communis boni, secundum Garciam lib. 1. de contractibus, cap. 15. pag. 369. Senatores populorũ ingruente necessitate vrgenti famis, licitè possunt cogere populares, & ciues, vt suum argentum, & aurum exponant venale, quo inde paretur pecunia qua triticum ad subueniendum fami seuienti in populos emi possit, quod tamen non sic concedendum est senatoribus licitum esse facere, sine facultate regis, aut principis adhoc prius obtenta, nisi difficilis esset pro hac facultate impetranda recursus ad regem, vel principem, & interim periculum esset in mora. Quæ quidem causa videtur excusare senatores populorum insularum adhoc cogentes pro subueniendo sic vrgenti necessitati.

alij casus si mules. ¶ Porrò etiam non rarò populorum oppidani, & ciues licitè coguntur nonnullas res emere. Nam vt videre est coguntur emere triticum, quando ciuitas, vel populus magnam summam tritici pro prouidendo terræ aliunde importari curauit, & postea inter vicinos eam distribuit. Similiter cum armis sunt destituti populi, respublicæ ea comparare solent, posteáque inter singulos popularium ea distribuendo, singulos omnes ea emere cogũt. Cæterum accidit, vt sicut Cayphas sub prætextu, quòd expediret vnum hominem mori pro populo, machinatus est mortem Domini nostri Iesu Christi, ita sæpè magnates, vel aliqua superioritate pollentes solent tyrannidem in populares moliri, & vexationes in exangues exercere, & in pusillos, & hoc sub prætextu boni communis. Hinc eorum quidam parum potentiũ agros, vel prædia causa boni communis (cum potius respiciant ad quæstum proprium, & amicorum) venundari cogunt (vt refert Garcia) Imò (vt Albornozius narrat) qui abstinentiores deberent esse à malo, quippè, qui visitatores sunt diœcesum grauibus censuris res superfluas, neque ecclesijs necessarias œconomis ecclesiarum præcipiunt, vt emant, quo sibi familiaribus eas venales asportantibus consulant.

Violentia duplex in venditione ¶ Insuper cum violentia dupliciter inferri possit, quatenus ad contractum venditionis. Primò, dum compellitur vendere, qui aliâs nolebat suam rem distrahere. Secundò, dum non in ipsa venditione, quia paratus erat vendere, sed in summa pretij patitur violentiam, quia cum vellet maiori pretio vendere rem suam minori eam vendere cogitur. Quæritur nunc de secunda violentia, vtrùm si aliquis dominus tyrannicè, sine rationabili causa statuat pretia iniusta, vel si propter aliquam malitiam, vel malam consuetudinem, vel fraudem minorantium, vel augentium communem æstimationem fraudulenter pretium communiter currens non sit iustum, an illo pretio communi currenti compellendi sunt vendere suas merces venditores in conscientia, vel si non isto, quali tunc pretio eas vendere teneantur.

Quæstio.

Concluſ. ¶ Igitur ad quæstionem statuitur responsiua conclusio, quando propter tyrannidem dominorum apertè, & sine rationabili causa statuentium iniusta pretia, vel propter alia culpabilia impedimenta iusti pretij aliâs communiter cursuri impeditus est cursus pretij aliâs iusti futuri, non sunt compellendi venditores in conscientia vendere illo pretio, quod cõmuniter currit ad numeratum. Hęc conclusio est Sylvestri verbo. vsura. 2. q. 1.

dicto.1.&.2.est Iauren.de Ridol. est Archid. & Gerardo. probatur autem quia maleficijs non est indulgendum. ff. de re. ven. l. in fundo.& de cogna.spi.c. 11. ergo ratio dictat ꝙ propter maleficia impedientiũ iustũ pretiũ ob suũ questũ alij, qui bona fide negotiãtur illo iniusto pretio, & iniuste introducto cõmuniter currenti adnumeratum merces suas in conscientia vendere non cogantur.

Corol. ¶Hinc corollariè sequitur, quòd nõ solũ quando dominus tirannicè sine rationabili causa statuit pretia iniusta:sed etiam in casu, quo aliqui mercatores pecunioſi vendunt res suas ad terminum vt plus lucrentur,vnde accidit vt boni,& sinceri mercatores non possint consequenter vendere merces suas iusto pretio ad numeratum:& in casu(prout aliquibus videtur) in quo propter paucitatẽ pecuniarum mala consuetudo inualuit, quod pænè omnes vendant ad tempus,ex qua consuetudine vsu euenit,vt sic ad numeratum nõ inueniatur illud pretium quòd cessante tali mala consuetudine esset iustum, & communiter currens & in omnibus(inquam) his tribus casibus, quia non est pretium iustũ quod habet comunis æstimatio ad numeratum:seruandum nõ est neque ad sui custodiam obligat in conscientia.

Quæstio. Dictum. 1. ¶Sed si requiratur quale tunc istis persistentibus causis iniustè impeditius iusti pretij pretium iustum sit, ac proinde obseruandum.Respondetur cum Siluestro loco citato,& cum Arch.Quem in huius gratiam allegat,quòd illud esset iustum pretium, & obseruatu in conscientia necessarium, quo res distraheretur,si talia media violenta,vel fraudulenta, vel iniuste impedientia cursum iusti alias pretij cessarẽt vel abessent,& hoc videtur esse illud quo solui potest materia rei, & manu factura aclaboresrationabiliter facti: ita scilicet ꝙ prudens mercator, aut artifex moderatũ lucrũ arbitrio bonorũ virorũ reportet. Secus esset si propter aliam irreprehensibilem causam,puta ex abundantia mercium, vel huiusmodi, pretium ad numeratum sic vilesceret,quod mercator sic vendendo iacturam pateretur:quia tunc illud non posset excedere pretium,quia negotiationis alea est.

2. ¶ Secundò adijcimus cum Syluestro ibi vsura 2. q.1.dicto tertio quod si quis vendat ad tempus vltra pretium currens ad extorquẽdum pretiũ,quod curreret si prædicta impedimenta reprehensibilia non essent:non peccat,si non respiciat ad tempus,sed ad rationabile lucrum,patet quia tunc sine iniuria alicuius suam vexationem iniustam redimit.

3. ¶ Tertiò causa seruandi ordinis quod supra nos dixisse meminimus hic repetimus cũ Soto,quòd quando domini populorum, vel senatores manifestè, & sine rationabili causa pretia rerum iniusta constituerent,& taxarẽt, in conscientia venditores secluso scandalo non tenerentur seruare illa. Secùs si res esset in dubio,quia tunc tenerentur stare taxæ,vel abstinere à vendendis his mercibus,dum vẽdere eas in conscientia propter mandatum iudicis exigente id necessitate reipublicæ non tenerentur.

Quæstio. ¶Porrò,quoniam de emptione inuoluntaria cæpimus ædisserere. Cum vno autem modo inuoluntaria dicatur per violentiam: & violentia quædam tacita interueniat in monopolijs.Quæritur primò, in quibus casibus hæc monopolia committi contingat.Secundò,an omnino sint illicita, vel in aliquo casu liceant.

Diffinitio monopol. ¶Igitur monopolij diffinitionem supponentes,scilicet,quòd monopolium est quædam concordia, qua venditores conueniunt inter se,vt omnes vno pretio vendant,& non minori aliquis eorum vendere possit,vel cõcordia,qua emptores inter se cohærent,conuenientes in non emendo merces, nisi tanto pretio,& non maiori,ex qua quidem conuẽtione, quasi constricti manent ad tanto pretio emendum vel vendendum, dicimus hæc monopolia multipliciter patrari.Primò, nanque ea ineunt mercatores, quatenus vendere suas merces maiori pretio possint, & alienas minori emere. ¶ Secundò artifices hæc monopolia conflant: dum inter se inuicem statuunt de non distrahendis rebus suæ artis peritia fabrefactis, nisi pro tanto pretio. ¶ Tertiò hæc monopolia concinant conductores redditum, qui cum sint addicẽdi auctius pretium offerentibus: ipsi in eam sentẽtiam vna nimes conspirant, scilicet, de non augendo pretium,nisi vsque ad certam summam.

Monopol. varia. 1. 2. 3. 4. ¶Quartò similia monopolia moliuntur, qui in auctionibus,& subhastationibus, sibi ipsis inuicem spondent. Vt vnus,vel duo tantum eorum licitẽtur,vt de medio sic excluſa ęmulatione,& competentia, quæ in tali modo vendendi intercedere solet:ipsi minoris, sibi comparent res,quàm alias vendi possent.

Quæst. ¶Deinde subnectitur hic affinis quæstiuncula, scilicet promissa. An monopolia hæc sint ipso iure ciuili prohibita, vel in omni casu illicita.Respondetur autem,quòd monopolia damnantur.C.de monopo.l. vnica.Vnde,

Respons.

de, quia tales monopoliorum autores contra iustitiam, & bonum reipublicæ ea machinantur, tanquàm rei mortalis criminis qui pœna exilij, & amissione bonorum, etiam secundũ leges ciuiles veniũt mulctandi, è ciuitatibus exterminandi essent.

Respons. ¶ Ad secundam autem partem quæstionis dicendum est cum Soto, Garcia lib. 1. de contract. cap. 13. pag. 378. quod cum monopolia tanquam illicita in vtroque foro reprobẽtur, in foro conscientiæ in hoc dumtaxat casu cẽsentur licita, scilicet, quando emptores inter se conuenirent de non emẽndo, nisi tanto pretio iusto tamen, causa constringendi venditores: qui conspirauerant in augendo pretiũ plus iusto, vt ad pretium iustum descendant, quia tunc sicut clauo clauus truditur, sic vno monopolio, licèt excludere aliud monopoliũ iniquum, quo emptio, & venditio redigatur in suo pretio ad iustitiæ æqualitatem.

¶ Præterea, quia illa hic quasi se exerit difficultas, scilicet, pro incommodis illatis contra iustitiam in his monopolijs quantum recompensationis sit faciendum? Dicimus hoc punctualiter non posse attingi, sed arbitrio, & prudentiæ bonorum virorum, & in hoc expertorum relinquendum esse arbitramur, vt ipsi dum auaritiæ vitio expertes sint, arbitrentur quantum creuerit pretium, vel diminutum fuerit ab eo, quod communiter alias inueniretur, nisi ea interceſsisset monopoliorum tacita violentia.

¶ Adhæc de violentia tacita, quam in emptionibus & venditionibus inferre solẽt coaceruatores mercium aliàs à gabelladores ab aliquibus nuncupati operæpretium est agere. Nam huiusmodi homines nociui interdũ sunt in republica, quippe qui annonam, & victualia vndiq; sibi pretio comparant, quo alijs deficientibus, horum venditoribus liberum sit eis pretio, quo velint ea diuendere.

Quæstio. Quæritur ergo de his, an semper sic congerendo annonam peccent, an verò in aliquo casu sint excusandi? Dicendum est autem primò ad quæstionem, quod dupliciter à culpa abesset huiusmodi victualia ad reuendendũ comparare reuenditores regatones nuncupatos, vel alios mercatores. Primò, quando eo elapso tempore, quod lex signat, vel ratio dictat, in quo iam populares de annona venali, sibi & suæ domui sufficienter prouidere potuerunt, reliquam annonam pretio comparare reseruandam in maioris indigentiæ tempus, quo tunc reipublicæ penuriæ subueniatur. Nam id facti tantum abest, vt reipublicæ sit detrimentosum, vt reipublicæ commodo maximè conferat, quod & illius Sancti Patriarchæ Ioſephi venditi in Egypto Genes. 41. videtur exemplo confirmari, qui pro tẽpore famis reseruandam magnam congesit fructuum terræ vim, & copiam.

Congestores annonæ duplicitèr excusantur. 1.

¶ Secundò & id facti tunc careret culpa, quando aliquis omnem copiam huiusmodi annonæ coniunctim ab aliquo mercatore emeret in casu, quo huiusmodi mercis dominus non aliter, quàm in magna copia, & coniunctim eam vendere vellet, neque adesset alius præter ipsum, qui sic coniunctim, & in magna copia eam comparare posset. Patet, quia in huiusmodi collectione mercium hi coaceruatores earum in his duobus casibus funguntur officio veluti depositariorum ad eas custodiendas merces in necessitatis tempus, quod in bonum commune reipublicæ cædit, quamuis inficiari non possumus plærumque hos magis sui proprij questus gratia, quàm animo consulendi bono reipublicæ ad has accumulãdas merces adduci. Quare ne id quod in reipublicæ bonum verti potest, eis vertatur in peccatum, tenentur annonam sic reconditam pro indigentiæ tempore, cum indigentia se prodit huiusmodi, propalare, easque manifestare merces, quod si facere prætermittẽt, & inde ex annonæ occultatione carioris vendi contingeret in reatum inciderent restituendi incrementum pretij, quod hac de causa accidisset vltra iustũ, præstitere etenim causam pretij vltra iustum augendi propter eam, quam intulerunt violentiam carioris emendi, eo quod annonam huius gratia, ne reipublicæ deesset præemptam venalem publicè non exposuerunt, sed abscõderunt: de his nanq; frumenti reconditoribus Prouerbiorum. 11. dicitur, qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, venditio autem super caput vendentium. 2.

Quibus modis isti peccent. 1.

¶ Postquàm recta perstante intentione, & secluso scãdalo duobus prædictis modis prædictos annonæ accumulatores, à peccato sic accumulãdo immunes esse explicuimus, iam nunc quibus modis in vnum congerendo, victualia peccent ostendendum venit. Sunt igitur in crimine. Primò, si sic præueniant annonam, vel merces, quod alijs ciuibus sibi, & suis domibus prouidendi inde copiam non faciunt, quin potius sic præcapiunt alimenta, & eo animo, vt ipsis solis vendentibus, de eorum manu accepturi alimoniam ad eos relinqui ex populo supplices cogantur cõfugere. 2.

¶ Similiter simili criminis nota damnantur

præsertim hi, qui perstante statuto, vel lege prohibente reuenditores hos emere, nisi post certam horam quatenus interim popularibus sibi ipsis prouidendi, & comparandi inde annonam necessariam tempus suppetat antequã annona ad manus reuenditorum perueniat: nihilominus de lege, vel statuto nihil curantes merces victualium præoccupant. Tenentur igitur hi etiã id reparari damni, quod subsecutum est ex plus iusto hac de causa aucto pretio, vide Nau. in sum. capit. 23. num. 91. & Innocẽ. cap. primo, ne cleric. & D. Anto. 2. p. titul. 1. cap. 23. §. 16. Tertiò quando maiori pretio vendunt quàm valeret, si iniuste non coaceruarent.

Quæstio. ¶Porrò Quoniam sub nomine coaceruantium merces ad reuendendum contineri possunt & illi, qui priuilegio potiuntur concedente eis solis aliquod mercimonium, vel aliqua victualia in suis officinis venalia habendi eaque vendendi. Iam de his nunc etiã quæritur an tali priuilegio licitè possint gaudere, nam neque de hoc dubitando ratio deest, cũ appareat id in perniciem reipublicæ vergere.

¶Ad hanc autem quæstionem dicitur Primò, talè priuilegium si in rem reipublicę sit: licitum iustumque esse non esse negandum, eoque posse potiri licitè in conscientia eum cui indultum est concedimus. Secus esset si è reipublicæ non esset, sed potius in eius redundaret incommodum, quocirca iuxta mentẽ Roselæ verbo emptio. §. 23. Nauarrus capit. 23. in summa. num. 92. criminis grauis reum esse asseuerat illum, qui à principe priuilegiũ impetrat ne certi generis merces ab alio, quã ipso vendantur in populi damnum notabile.

Quæstio. ¶At quæret aliquis, vtrum culpæ mortali tribuendum sit, si quis à rege obtinere contendat priuilegium, vt ipse solus, vel ipse cum assumpto alio sibi socio lineos pannos, vel laneos, vel alias similes merces vendat & ratio dubitandi est, quia hoc videtur damnasse Palatius super summam Caiet. verbo emptio. In contrarium est quod vsus communis inoleuit vt vnus solum in pistorem, qui panem coctum diuendat præponatur in populo, vel vnus qui vt ipse vina venditet statuatur à rei publicæ senatoribus in cauponem: ergo si isti potuerunt à reipublicæ senatoribus ad hæc officia soli destinari: ergo idipsum potuerunt munus à rege licitè petere. Respondetur ergo cum Nauarro & Rosela locis citatis, quod cũ constat esse in bonum publicum licet principi, aut gubernatori obligare ad id aliquos statuendo, vt soli deputati ab eis talia, aut talia, pretio moderato minutim venditent, puta vinum, oleum, & cætera, ac perinde, licet tunc adhæc officia præfectis ea acceptare, præsertim in oppidulis, & villis, vbi nisi adhęc vendenda deputetur aliquis, fit vt apud neminem populi hæc inueniantur venalia, ac subinde nullibi his victualibus indigentibus suppetat copia emendi, aut comparandi, sibi victũ, vnde hac quoq; ratione stabularij certi solent designari, ne desint, qui exteros recęptent hospitio. Insuper & ingeniarijs, & bonarum artium inuentoribus, librorum quoque autoribus, & impressoribus, vt ipsi per aliqua curricula annorum soli libros, vel opera noua suæ artis vendant, priuilegia donari solent quatenus expensas factas inde resarciant, & nonnullam suorum laborum vtilium operũ inuentores mercedem accipiant. Cùm autem Palatius culpæ mortali tribuit eorum factum qui pannos lineos, aut laneos vendendi ipsis solis concedi facultatem à rege impetrare cõtendunt, id ideò est, quia in perniciem incommodumque reipublicæ, & causa solius proprij quæstus hæc priuilegia obtinere moliuntur regulariter, quapropter in casu, quo cum iactura reipublicæ id concessum esset priuilegium à rege, eo potiri ipsi soli vendentes nequirent, imo, vt Metina in sua Institutione ait. §. 25. fol. 143. isti ad se solos reducẽtes omnes merces vendendas exemplo regis, & dominorum idem facientium in conscientia se tutari non possunt, quia neque regi, neq; dominis ius subest hæc monopolia faciendi, siquidem sunt communiter in detrimentum, & perniciem reipublicę, vnde præter peccatũ rei fiunt huiusmodi damni restituendi.

Resp.

¶Prætereà in monopolij quoque crimen incidunt (vt refert Mercatus in lib. 1. de contract. cap. 14.) in regionibus Indiarum Mexici, & Limæ mercatores Hispanici, qui recondi tam habentes in armarijs, & apothecis magnã vim vini, & copiam pannorum, huiusmodi mercium penuria finunt ciuitatem laborare eas subtrahentes, & occultantes eo animo, vt ascendant in pretio prolibito. Tenentur enim postquàm mercatorum officio funguntur, eaque de causa ad eas Indiarum regiones merces has detulere venales, cum earum penuria illic laboratur, eas exponere vendẽdas, & tũc maximè cum tunc vendendo dispendium nõ patiuntur, sed lucrum sibi parant. Non enim præstolandum est eis quousque pro suo arbitratu satis superq; lucrentur, quia huiusmodi cupiditas immoderata longè à ratione abest.

Monopolij rei mercatores Indiarum.

¶Addit

¶ Addit quoque & ibi Mercatus ei mercatori qui tam carè emisset pannos vt iacturam subiret, si valore pro tunc currenti veneant, ius inesse reseruandi eos ad id usque temporis quo panni tanti valeant, quòd suum capitale possit saluare. Sed quia raro id accidit, regula generalis, quam ratio dictat est obseruanda: vt ostendente se penuria exteriori harū mercium eas vendendas prodant, neque eas occultent causa immoderatè augendi pretium. At verò licet non eis insit obligationis necessitas omnes merces vno die simul, & semel pretio distrahendi, quia forte cunctāter eam speciem mercis cuius inopia laboratur possint venundare, vt omnibus pretijs possint gaudere, tamen necessitas eis indicitur, vt statim penuria prodita omnes pedetentim sic in vendendo procedant, vt ne copia merciū statim deficiat, neque penuria in die vno augeatur repente ad summum: sed discurso tēporis merces indigentiæ reipublicę subseruiant, quod si conuenerit inter mercatores de huiusmodi non exponendis venalitati merces, quo pretium crescat, monopolium est obligationem restituēdi excessum in quo hac de causa pretium excesit secum ferens, sed merces non necessariæ pro libito possunt in aliud tempus reseruari vendendæ.

Ab'condito res mercium.

¶ Præter hæc tandem dubitationi, quam Metina loco citato exsuscitat faciendum est satis, vbi quæritan si Salmanticenses negotiatores omnem tritici copiam ementes ad se reduxissent vnanimique concordia. 15. vel. 16. argenteis venundarent illud, & exteri suum triticum in Salmanticam importantes eodē pretio illud diuendant, teneātur id quod propter monopolium prius conflatum á negotiatoribus vltra iustum accepere restituere.

Quæstio.

¶ Respondet autem Metina, quod exteri hi possunt bona fide eos excusante: quia huius monopolij neque auctores fuere, neque eius consci fuere, pretio illo communi. 15. aut. 16. argenteorum suum venundare triticum. Secus verò esset inquit Metina, si ante venditionem eiusdem monopolij non ignari fuerunt: quia tunc cum constaret eis de fraude, & pretio violenter introducto & à culpa, & à restitutione tali pretio vendentes non essent immunes.

¶ At certè Metina huic quæstioni non omnino facit satis. Nam adhùc heret animus dubitans sic, quid si exteri dum tali pretio vendidere, eos monopolium antea cōcinnatum latuit, an nihilominus comperta posi venditionem veritate, illius excessus pretij ex monopolio causati restituendi sint obnoxij. Neque vero hoc, ita est planum. Videtur nanque Metina hic sentire, licèt non apertè istos tunc ad id excessus pretij restituendum non teneri, ait enim illos monopolij autores obligatione teneri restituendi tam quod ipsi, quā quod exteri illi sua causa vltra iustum aliās futurum pretium perceperunt. Sed & Frater Ioannes de la Peña in scriptis, quæ illius nomine circunferuntur hoc insinuasse videtur, dum loquens de cambijs, ait, quòd cambiatores, qui ex pacto corradunt pecunias, vt ipsi prolibito cambient, ad totum illud restituendum tenentur, in quo excreuit pretium sui causa: cæteros autem, qui huius pacti & monopolij conuentores non fuere liberos esse à restitutione videtur asserere, quamuis quo potuerint cambierint pretio.

Sententia Metin.

¶ At nihilominus dicendum esse censeo hos exteros cum compererint posteà gratia monopolij conflati ab alijs se pluris iusto pretio vendidisse teneri illud plus restituere. Neque bona fides eos excusat quin deprehensa posteà veritate, teneantur id quod superstat, aut id in quo facti sunt locupletiores in hac parte restituere duplici ratione. Tum, quia abundantia mercium illarum erat præsens, quæ iustè pretium extenuabat. Ergo monopolium, vtpotè injustum, nō valuit illud pretium excrescens efficere iustum.

Sen. Aut.

¶ Tum secundò, quia secundum Sylvest. vsura. 2. §. 2. quæst. 1. quando adest fraus, vel alia impedimenta iusti pretij adsunt, iustum pretium non est illud quod est communiter currens, sed illud, quo res distraheretur secundum Arch. si talis fraus abesset. Ergo si illud non fuit iustum pretium, quippe quod ex monopolio fuit causatum, tenentur exteri hi illud pro suis mercibus in parte, qua excessit acceptum restituere. ¶ Insuper mercatores piscati recentis in locis maritimis eiusdem criminis monopolij, & restitutionis participes efficiuntur, dum piscatore suum iactum recentium piscium parante vendere, ipsi inter se conspirant de eo piscato non emendo: qua tenus piscator videns aliās suum piscatum corruptum ire, extenuet pretium vilioris vendendo, tuncq; ipsi illud minoris emunt, tenentur enim piscatori, id quod in tulere refarcire damnum, ita Metina ibi.

Nota cum Silvest.

CAP.

CAP. XXXXIIII. *De venditione an reddatur iniusta propter defectum rei venditæ: de defectu rei triplici: fraudes venditorum & emptorum recensentur.* ¶ *Vtrum inuoluntarium vitiet annuletque contractum, de duplici circa hoc distinctione, vtrum res æque bona ad finem sed alterius qualitatis posit suo pretio vendi pro alia quæ petitur, vt vinum Alaexinũ pro sancti Martini vino. vide conclusion. 4. propter. q.*

DVm conditiones venditionis, & emptionis scrutaremur: vna conditio potissima nobis occurrit, scilicet, quod voluntaria debeat esse, cum autem voluntarium de medio tollat tam violentia, quam ignorantia, expedita iam quæstione de emptione & venditione inuoluntaria per violentiam tacitam contingentem in monopolijs, vel alias expressam iã ad differendũde emptione vel vẽditione inuoluntaria per ignorantiã accingimur, atverò quoniã defectus rei ignoratus emptionem in uoluntariam reddit. Quæritur primò cum D. Thom. 2.2. quæst. 77. art. 2. an venditio redda tur iniusta, & illicita propter defectum reivẽditæ.

Quæstio.

Argum. 1. ¶Et præter argumenta D. Thomæ arguitur primò pro parte negatiua, scilicet, q̃ nõ sit illicita, quia si emptor empturus vinum, Alaexinum vinum peteret, & sibi vinum Salmantinum æquè bonum, & pretiosum venderetur, cõtingeret tunc defectus in qualitate rei, quia alterius qualitatis esset vinum Alaexinũ quam Salmantinum: ergo defectus venditæ rei ignoratus non semper illicitam efficit venditionem, consequentia liquet probationeq; ista patet, quia in hoc casu emptor nullum subit, vt supponimus damnum, ex quo iniusta & illicita solita est euenire venditio, ergo in hoc casu iniusta non erit.

Argum. 2. ¶Secundò arguitur vendere rem proficuã emptori, & pretio iusto non est illicitum, vt si medico indigenti equo ad inuisendos infirmos, equus non adeo fortis, sed debilis pedibus vendatur: qui ad eum finem vsui esse potest, nõ tamen ad longum iter, & tamen patitur hunc defectum occultum, ergo defectus in qualitate rei non deprauat venditionem ipsius.

Argum. 3. ¶ Item tertiò arguitur, matrimonium est quiddam contractus, & tamen defectus causans inuoluntarium illud non reddit illicitũ non enim defectus integritatis, aut diuitiarũ officit fœminæ. Quo minus licitè possit contrahere matrimonium cum viro credente eã esse incorruptam, & diuitem, qui eã alias nollet dicere ergo neque contractus venditionis ob defectum rei venditæ occultum redderetur illicitus.

Argum. 4. ¶ Deinde quarto arguitur, cum quis credens se emere imaginem diui Petri, emeret imaginem D. Pauli, vel si putans se emere descriptionem Indiarum, Asiæ descriptionem emisset: tunc contingeret defectus in qualitate rei, & tamen iste defectus neque venditionem vitaret, aut illicitam redderet, ergo non semper defectus qualitatis rei eius venditionem illicitam efficit.

Defectus rei triplex ¶Igitur respõsuris ad quæstionem præmittere distinctionem trimembrem D. Thomæ est opus, defectus rei venditæ, aut eius vitium trifariam contingere potest, primo modo in substantia ipsius rei, vt si acetum pro vino, aut argẽteum deauratum pro auro venderetur. Secundo in quantitate defectus in venditione contingit, qui in defectu põderis, aut numeri, aut mensuræ solet consistere, vt si numerus, aut mensura minor venundaretur pro maiori. Ad defectum autem quantitatis refertur, defectus integritatis rei venditæ, vt eum liber diminutus folijs pro integro exponeretur venalis. Tertio, defectus rei venditæ accidit in eius qualitate, sicut si triticum putidum aut putridum pro sano, aut sincero venderetur, aut si iumẽtum claudum pro forti, & incolumi vendendum exponeretur. Ad defectum autem hunc qualitatis defectus reducitur ille, vbi res, aut merces vnius regionis, aut patriæ pro rebus, aut mercibus alterius prouinciæ, aut terræ solent supponi venales, vt vinum Salmantinum pro Alaexino, & panni Toletani pro Segobiensibus. Similiter cum opera fabrilia, vt cultelli, & cætera fabrefacta per vnum artificem non tantæ notæ, subduntur venalia pro operibus alterius insignissimi artificis nomen eius mentita.

1.

2.

3.

Concl. ¶His præstitutis prima statuitur conclusio, quæ est D. Thom. vbi supra, quando aliqua res vitiosa aliquem, scilicet, defectum in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate patiens scienter, aduertenterque venditur ab aliquo, eo ipso venditio efficitur illicita. Hæc autem conclusio patet, nam quoad permutationem speciei, & substantiæ dicitur contra quosdam Isaiæ. 1. Argẽtum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua, quod enim permixtum est patitur defectum quantum ad speciem, & de permutatione quantitatis Deut. 25. dicitur, non habebis in sacculo diuersa põdera maius, & minus. Abominatur enim Dominus eum, qui facit hæc,

&ad-

& aduersatur omnem iniustitiam. Hæc autē conclusio de fraude actiua ex parte venditoris scienter immixta est accipienda, vt exprimit D. Thomas. Nam fraus, vel potius deceptio, vel ignorātia passiua est qua emptor seductus á se ipso, & nullatenus à venditore putans se emere copiam verborum, emeret encridionem ad copiam, & sic venditio non esset illicita, neque enim venditor deceptioni dedit causam.

Fraudesvē ditorum re censentur.

¶ At vero quoniam deceptionem ex parte venditoris concinnatā illicitam efficere vē ditionem conclusio hæc asserit: iam captiones & thecnas, quibus venditores vafri solent aduersus simplices emptores coarmari, quis hic valeat enarrare, nam alij venditorum subticent vitium rei venalis, casu quo illud tenentur manifestare, alij mendacijs, & adiectione iuramentorum magnificiendo mercem, eam que cōmendando vltra quā par est, & alij defectus rei identidem diminuendo verbis, & alij etiam iuramento affirmando mendaciter merces pluris sibi constare, pluriſquè eas cōparasse, in varias captiones, & fraudes emptores pertrahunt. Solent enim, & alij mentiri, dicendo, opera quæ venalia habent alterius regionis vel artificis, cuius valde commendata sunt opera esse, cum alterius regionis, vel artificis sint non tanti nominis. ¶ Sed quot modis quoque emptores venditoribus verba dare, & imponere soleant verbis, prę longum est referre. Nam alij pretiositatem mercium verbis obscurantes, quo vilioris emant deprimunt, vel earum virtutes egregiasque qualitates pessima nota taxant. Iuxta illud Prouerbi. 2. malum est, malum est, dicit omnis emptor. Alij mendacijs, vel iuramentis persuadere nituntur venditoribus eandem mercem æque bonam, vel meliorem pro minori pretio sibi fuisse oblatam. Contra hos omnes cōclamat scriptura Sacra Prouerb. 21. dicēs, Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Tandem si de innumeris thecnarum, & fraudum generibus, quæ ipso facto venditores improbi machinari solent, scilicet, vestes pannosas inuertendo, iumentorum pillos albos denigrando, corij nigri comissuram eorū dorsis exulceratis subtiliter apponendo, eorū dentes, si vetera sint, quatenus iuniora appareant collimando: dicendum esset sigillatim, quis esset tandem dicendi finis.

Fraudesemptorum.

Concl. 2.

¶ Secunda conclusio D. Thomæ cum predictis modis siuè vendendo exparte venditoris, siuè emendo exparte emptoris committitur fallacia præter iniustitiæ peccatum, quod tunc incurritur in obligationem restituendi inciditur, patet quia si sciēter fraudes has sint moliti formaliter contra iustitiam peccarunt: ergo restituendi obligatione tenenturhi, imo verò (vt ait hic D. Thomas) si aliquis horum defectuum existentium in re vendita venditores ipsos latuerit, licet excusati ignorantia non peccauerint, neq; formaliter, idest, ex intentione contra iustitiam egerint, tamē quia materialiter contra iustitiam negotium gestū est: tenentur cum ad eorum peruenerit notitiam, damnum recompensare emptoribus.

¶ Cæterum est adnotasse, nequis in hac parte hęsitet hic á quibusdam dubitari, ex qua parte venditio fraude intercedente facta illicita efficiatur.

Quæstio.

¶ Quæritur ergo vnde venditioni rei vitio sæ malitia inhereat hanc quatenus venditio rei vitiosę est reddens inuoluntariā eius emptionē malā, & illicita sit, an verò quia tanto pretio veneat: quāto quæ sana est, & incorrupta cōstare solet, videtur autē primū argumētum in fronte quæstionis positum hoc arguere, scilicet, ratione inuoluntarij tantum, aut causa fraudis tantum, venditionem non fieri illicitam, non enim videtur fuisse illicitum, quærenti vinum Sancti Martini Candiense vinum æque pretiosum, & bonum vendidisse in contrarium est autoritas Metinæ Salmanticensis in sua instruct. §. 25. qui licet fateatur doctores graues hanc venditionem, neque culpæ aut restitutionis nota damnare, ipse tamen hac ratione ductus sentit contrarium. Probabilius esse, nempe quod quia tali fraude contractus initus est, vt defuerit emptori voluntas tum emendi vinū Candiense, tum transferendi pretij dominium pro illo non valuit quocirca contractus inquit est nullus.

Varianti ctores.

¶ Igitur vt meritò huius quæstionis veritatem enodandi nos hic suscipere prouinciam intelligatur: scire quoque opus est iam hic inter doctores variari. Nam Victoria insinuauit inuoluntarium nunquam vitiari contractum, si pretium iustum adsit, & mendacium desit. Metina autem (vt prædiximus, cōtrarię sententiæ adheret, nos nihilominus respondeamus primo primæ propositæ difficultati, secundo, & huic secundæ respōsuri præmonemus lectorē, aliud esse agere de culpa venditionis illicitæ tantum, & aliud est de eius nullitate pertractare. Nam multa quidem primò non licent quæ tamen facta tenent. Igitur loquendo solū de culpa quæ venditioni defi cienti in quantitate, vel qualitate, vel substan

tia

tia rei ineſt dicitur per concluſionem.

Conclu. ¶ Principalis hæc ſtatuitur concluſio, conſentaneum eſt magis rationi naturali, & doctrinæ D. Thomæ conformius aſſerere venditionem rei defectum vllum illorum trium patientis, ideo culpam contrahere, & illicitã eſſe, quia venditio inuoluntaria ſit ex parte emptoris, quia contra eius eſt voluntatẽ, hæc eſt Conradi, quæſt. 57. Sylueſtri emptio. quęſtione. 2. eſt tamen contra Sotum lib. 6. de iuſtit. & iur. quæſt. 3. art. 2. inſinuantem ea ratione eſſe illicitam, quia diſtrahitur pro tanto pretio, ac ſi omni defectu careret, Garcia tãdem eam Conrado, & Sylueſtro tenet lib. 1. de contract. cap. 13. pig. 389. Intelligitur autem concluſiõ eſſe vera, quando cum ſcientia alicuius defectus rei venditæ à venditore vẽditio fuit contracta. ¶ Patet autem concluſio

Probatio. hæc, quia ideò illicita eſt, quia fraudulenta, (vt expreſſè docet Diuus Thomas) quatenus autem fraudulenta eſt inuoluntariam conſtituit emptionem, fraus etenim impedimento eſt, quominus res ſit voluntaria fraudem paſſo ac ſubinde quatenus illa venditio emptori inuoluntaria eſt illicita eſt, quia emptor non tenebatur conſentire, vt fieret, licet aliquando de iure poſt factum teneatur, quando dãnum inde nullum patitur tunc ad tollendas

Probatio. lites eam tolerare. Patet autem quoad ſecundam partem, ſcilicet, quòd talis concluſio doctrinæ D. Thomæ cõformior ſit, quia inquit quod in omnibus talibus, ſcilicet, defectibus ſit contra iuſtitiam, & quod ignorantia illõrum defectuum excuſat à peccato, & de pretio, ſcilicet, quòd diminutio pretij tunc à culpa excuſet nihil meminit, ergo huius venditionis malitia, non ex eo, quod tanto pretio res vitiata vendatur, ſicut & ſana aſſumitur, Sed ex occultatione defectuum cauſante in uoluntarium.

Corol. ¶ Vnde corollariè ſequitur, quod & Metina loco vbi ſupra approbare videtur, ſcilicet, quòd quamuis pretium diminueretur à venditore iuxta exigentiam valoris rei cum ſuo vitio venditæ: non ideo venditio culpa careret. Nam & vitium rei venditæ ſemper inhærens venditionem ex parte emptoris inuolũtariam in toto, vel in parte efficeret.

Quæſtio. ¶ Iam ſecundæ quæſtioni ſatisfacere nos oportet, in qua quærebatur, vtrùm inuoluntarium vitiet, annullerque contractum etiam ſi emptor nihil damni inde patiatur, vt Victoria videbatur inſinuare. Huius rei gratia præmittendas duco has diſtinctiones. Prima ergo ſit: dupliciter intelligi poteſt inuoluntariũ

Diſtinct. 1. vitiare poſſe contractum, vnõ modo quoad culpam conſtituendo eum illicitum & culpabilem, alio modo quoad eius nullitatem cauſando. Secunda vero diſtinctio ſit deceptio interueniens in venditione vnius rei pro alia & poteſt eſſe actiua, cum ſcilicet, poſitiuè vẽditor verbo ſuo, aut facto culpabili in cauſa eſt deceptionis illius, aut poteſt eſſe tantum paſſiua, vt verbi gratiã, cum ego nihil fingẽs, neque ſupponens vnum pro alio vendo, ſcilicet vinum Alaexinũ pro Alaexino, ſi alius tunc nihil me interrogans accedit emptur⁹ vinum Sancti Martini, & emit Alaexinum putans eſſe Sancti Martini vinum, deceptio eſt paſſiua, neque enim à me decipitur, ſed à ſe ipſo his ſuppoſitis.

Diſtinct. 2.

Conclu. 1. ¶ Sit prima concluſio, ſi loquamur quoad culpam, & deceptionem actiuam, ſic etiam ſi nihil inferatur damni iuſtoque pretio venda tur res vitioſa: nihilominus ex tali deceptione, quando redditur emptio inuoluntaria vẽditio reſultat culpabilis, & illicita. Hæc concluſio eſt Metinæ loco citato, & Armillæ verbo. emptio. §. 16. vbi ait, quod vendens vnã rem pro alia æquè bonam ad finem ad quem emitur, vt medicinam, ſi non excedit iuſtũ pretium, licet non teneatur ad reſtitutionem: peccat tamen non ſeruando fidem. Videtur autem hęc concluſio eſſe contra Garciã, quia loco allegato, aut tenet contrarium, aut certè deficit in hoc, quod ſine diſtinctione, aut cõfuſè loquitur. Probatur vero concluſio, quia qui poſitiuè decipit, verbo aut facto, debitã fidelitatem violat, violaſſe autem fidelitatem culpa non vacat.

Conclu. 2. ¶ Secunda concluſio etiam interueniente deceptione actiua ex parte venditoris, ſcilicet, quia interrogatus ab emptore, an venale haberet vinum ſancti Martini mentitus eſt, ſi vinum Candiẽſe æquè bonum, & pretioſum emptori aliàs inuoluntario, & non empturo vendidit, non fuit talis venditio mortaliter illicita. Hæc cõcluſio eſt Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 3. art. 2. vbi in vniuerſum cõcludit, quod ſi res venalis cum ſuo vitio ſit vſui emptori, & citra periculum pretioq; iuſto ob vitium quippe in minuto veneat, etiam ſi per mendacium venditor decipiat emptorem nõ eſt cõtractus, qui notandus ſit culpa mortali. Patet autem concluſio hæc, quia tunc tale mendacium, neque talis deceptio quamuis actiua non eſt pernicioſum mendacium, neq; ſi huiuſmodi eſſet, intuliſſet detrimentum in re graui.

Conclu. 3. ¶ Tertia concluſio, ſi loquamur de decep-

ptione

ptione actiua ex parte venditoris, quatenus pertinet ad nullitatem contractus (prout agimus) in foro conscientiæ saltem, si caupo vẽdens vinum Candiense æquè bonum, ac pretiosum, ac sancti Martini vinum, etiam si interrogatus sit, & mentitus fuerit esse sancti Martini: nihilominus si sic decipiens emptorem alias non empturum ei vinum Candiense pro sancti Martini vino vendiderit: nõ ideò irritanda erit sub mortali venditio. Hæc autẽ conclusio est Soti loco citato quam approbare videtur Palacius verbo. empti. super Sum. Caiet. Hanc videtur tenuisse Armilla, hæc tãdem videtur fuisse de mente Victoriæ, est tamen contra Metinam, vbi suprà. Et patet primò ratione Victoriæ, quia si quis duxerit vxorem, quia mentita est se habere ad manũ tria millia aureorum adducenda in dotem, quàm aliàs non duxisset valet contractus matrimonij, quia potestatem sui corporis dedit mulier per quam vsui esse poterat ad finem matrimonij, sed etiam (vt supponimus) res venalis, quamuis sua affecta vitio, vsui esse potest ad finem cui destinatur ab emptore, ergo nõ obstante prædicta deceptione, solidus perstabit contractus. ¶Secundò etiam probatur, quia vt apparenter affirmat Garcia, ista venditio, licèt non fuerit voluntaria de facto: est tamen voluntaria de iure, quia postquam nihil emptor inde subit damni, rationi consonum est, vt emptor eam teneatur approbare. Item tertiò probatur ex ratione D. Thomæ 2. 2. q. 77. arti. 3. in corpore art. vbi ait, quòd si vsus rei, & si non competat venditori conueniens sit alijs: si venditor propter huiusmodi vitiũ subtrahat, quantum oportet de pretio, non tenetur ad manifestandum vitium rei, ne vilioris quàm oportet emptor velit emere. Ergo si non tenetur in hoc casu manifestare: ergo non obstante, quod mentitus est, postquã non pernicioſè est mentitus, valida erit venditio, quia non est contra iustitiam. Sicut à simili in casu quo quis crimen verè à se perpetratum negauit coram iudice ab ipso non iuridicè interrogatus, quia omnino occultum erat & mentitus est dicens, se illud non fecisse, cum verè fecerit, licèt peccauerit sic peierãdo, & mentiendo: non tamen tenetur suam confessionem retractare: quia cum non teneretur suum prodere crimen, nihil contra iustitiam molitus est: ergo neque venditio istius mentientis se vendere vinum sancti Martini & loco eius supponentis æquè bonũ, & pretiosum non est sub peccato mortali retractanda, quia si mentitus est, nihil in facto contra iustitiam in re graui gestum est. Et confirmatur, quia & si appareat inuoluntarius emere vinum Cãdiense, & quod alias de facto illud non esset empturus nisi sic deceptus fuisset per mendacium: tamen non illud emit inuoluntarius omnino, aut simpliciter qua si emptor vinum sancti Martini contendebat emere, id erat, quia illud melius esse Candiensi putabat, ergo si à parte rei compertam habuisset veritatem, quod Candiẽse æque bonum esset, præsumendum est illud emisset: preterea ratione D. Thomæ in solutione ad. 1. art. 2. q. 77. adhùc fulcitur, quia inquit ibi, quod si per alchimiam fieret aurum verum, non esset illicitum illud pro vero vendere: ergo neque esset de se illicita venditio æque boni vini pro alio, quod si de se illicita non est, neque ex se venit retractanda, quòd si retractanda veniret esset ratione mendacij, sed mendacium illud (vt supponimus) non fuit pernicioſum mortaliter, ergo non est necessario retractanda sub culpa mortali: hæc autem conclusio, quæ vt probabilis hic defensatur (vt tuta sit) duplici limitatione eget. Nam alias auctore Palatio res esset plena periculo: prima limitatio est, quod à parte rei res quæ pro alia venditur æquè bona & pretiosa, atque accõmoda ad finem certo sit. Secunda autem quod hoc pro certò vẽditori innotescat, licèt hæc conclusio sit probabilis pro concordia sit alia.

¶Quarta conclusio, licet prædicta tertia cõclusio sit probabilis, vt sic limitata est, tamen probabilior est opinio Metinæ in casu, quo probabiliter crederetur etiam comperta æqua li bonitate vtriusque vini aut mercis emptorem egrè valde laturum istam deceptionem maximè per mendacium sibi intentatam, petiturumque retractationem venditionis, si sciret, aut eam esse petiturum probabiliter dubitaretur. Hæc cõclusio patet primò, quia cum hic dolus daret causam contractui si quidem (vt supponimus) alias nõ esset empturus, sed reclamaturus in foro exteriori secundum ius (vt communiter affirmant iuristæ) retractaretur contractus: ergo etiam in conscientia cum idem sit ius fori, & ius poli, vbi sententia non fundatur in falsa præsumptione, venit retractandus. Secundo patet, quia perinde causat inuoluntarium coactio, sicut deceptio, sed si venditor à parte cogeret emptorem renuentem emere suas merces æque bonas, cum emptor illas nullatenus emere vellet, sed potius merces alterius patriæ, quas (licet fallatur) extimat meliores, venditio propter coactionem esset reuocanda, quia ex inuoluntario principio

Confirm.

Ratio ex D. Thom.

Limitatio conclusionis 3.

Concl. 4.

Probat. 1.

2.

Ratio Victor.

Probat. 2.

cipio proceſsit: ergo etiam ſi venditor decipiat emptorem aliâs non empturum maximè ſi decipiat per mendacium venditio, vtpotè inuoluntaria emptori erit in conſcientia nulla, & adhuc clarius confirmatur, ſiquis cogeret alterum tradere, ſibi pecuniam pro re illi proficua omnino, quam tamen nollet comparare, venditio eſſet non ſolum illicita: ſed annullanda, vel certè nulla, quia pretij dominium non tranſtulit, aut transferre noluit, ergo ſi quis præſertim mendaciter deciperet aliâs nolentem emere rem ſibi vtilem, venditio eſſet retractanda, quia per deceptionem in neceſsitatem pertrahitur emẽdi quod aliâs non niſi inuitus emeret.

Confirm.

Concl. 5. ¶Quinta concluſio, quando deceptio eſt tantum paſsiua, ſcilicet, cum mercator ſuas merces nihil ſimulâs expoſuerat venales, putá pannos Toletanos pro Toletanis vendens: ſiquis nihil rogans credens eſſe pannos Segobienſes pro Segobienſibus iuſto pretio, quo valent Toletani eos emit, non erit reuocanda venditio etiam ſi aliàs non emiſſet, ſi Toletanos eſſe ſciſſet. Hæc autem concluſio patet. Quia hic emptor non deceptione actiua decipitur ab venditore, ſed à ſe ipſo decipitur deceptione quadam paſsiua, non inferente ei notabile damnum, quia rem proficuam emit pretioq; iuſto, ergo nulla ſubeſt ratio, quare iſta venditio ſit reuocanda: patet etiam ſecundo, quia vt inſinuat D. Tho. 2.2. q. 77. artic. 3. in ſol. ad 3. quamuis nullus alteri teneatur dicere, aut poſsit dicere falſitatem, nemo tamen tenetur dicere veritatem propter ſuum factum, niſi ex eius facto alteri periculum immineret in detrimentum virtutis, vel bonorum temporalium: ſed impræſentiarum tale periculum, & detrimentum emptori nó imminet, ergo non eſt neceſſe in caſu cócluſionis venditor procuratorem ſe gerat emptoris, qualitatem pannorum, an ſint Toletani, vel non explicando, tenet ergo, & valida eſt, ſine huiuſmodi explicatione venditio.

Ad. 1. arg. ¶Ad primum igitur argumentum dicitur iuxta concluſiones poſitas diſtinguendo antecedens, quòd ſi vinum Alaexinum eſt certum æqualis eſſe bonitatis, & pretij, ſicut ſancti Martini vinum, ſi deceptione actiua decipiendo illud venditor vendat pro vino ſancti Martini ratione deceptionis illicita eſt emptio. Secus ſi deceptio fuit tãtum paſsiua, qua ſe ipſum decepit emptor, & de validitate, vel nullitate huius contractus iam diximus.

Ad. 2. arg. ¶Ad ſecundum argumentum identidem reſpondetur diſtinguendo antecedens, ſicilicet, quod vendere licet rem vitioſam pretio iuſto quo valet cum ſuo vitio, ſi tamen ad finem cuius gratia emitur ab emptore ſit vſui, vt equus non adeo fortis ad longum iter, quia lentus eſt & debilis, ſi vendatur medico indigenti eo ad inuiſendos infirmos, non illicita erit venditio ſi vendens taceat, non interrogatus, ſi autem interrogatus taceat vel mentiatur, illicita planè erit, ſed de nullitate, vel validitate huius contractus dictum eſt, & dicetur infra.

¶Ad Tertiũ argumentũ reſpõdetur, quod ſi mulier matrimonio locanda viro expreſſe verbis & re, ſe diuitem, & virginem eſſe fingeret, decipiendo virum alias eam nõ ducturũ, licet contractus matrimonij (quia ſacramentum eſt fraudibus eius finem non impedientibus non impedibile) tunc ſolidè fiat, tamẽ ratione deceptionis actiuè illicitus fuit, ſecus ſi vir à ſe ipſo tantum deceptus cum illa contraxiſſet. *Ad. 3. arg.*

¶Ad quartum argumentum dicitur, perinde quod in caſu quo quis emit imaginẽ diui Pauli putans eſſe diui Petri, ſi deceptus ſit à ſe ipſo tantum, & non à venditore, venditio nó fuit illicita: quia non interfuit deceptio actiua. Non enim culpa venditoris emptor deceptus eſt, ſed ſua, vnde hæc culpa ſibi tantum accepta ferenda eſt. *Ad. 4. arg.*

CAP. XXXXIIII. *An deceptio reparationem exigens exigat reciſionem contractus, de regula iuriſtarum, de tribus indicijs emptionis inuoluntariæ, & nullæ, de alia regula ſolen i iuriſtarum, & de eius ratione. Fraus artificum recenſetur, an validus contractus poßit reuocari, de arrha dupliciter data, & quod conſuetudo eſt attendenda: an dãnum recompenſandum ſit à decipiente ex ignorantia cauſatum & de intelligẽtia legum Partitæ.*

PErquirentibus nobis de illa conditione vẽditionis, ſcilicet, quod voluntaria debeat eſſe, quoniam defectus rei incognitus eam inuoluntariam reddit, operepretium ſuit inueſtigare an deceptiones circa hos defectus, quia inuoluntariam venditionem cauſant illicitam perinde eam efficiant verum, quia D. Thomas ait in ſecunda concluſione illius articuli. 2.2.2. quæſt. 77. quod venditor in omnibus talibus defectibus iniuſtam venditionẽ faciendo etiam ad reſtitutionem tenetur, reſtitutio autem interdum ſine reuocatione contractus venditionis cum fieri nequeat, indagandum nobis hic obiter occurrit, ſcilicet.

Quan-

Quando reparatio seu restitutio nascens ex deceptione interueniente, in venditionis contractu cum ipsius contractus reuocatione necessario facienda sit, scilicet, reddendo pretium emptori, & rem emptam venditori. Iuri *Regula iuristarum.* stæ autem hic iam suã celeberrimam statuunt regulam, scilicet, quod tunc reparatio hæc per rescisionem contractus venit compléda: quando dolus dedit causam contractui, tunc autem dolum dedisse causam contractui asserunt, quando si dolus aliàs, abfuisset, contractus initus non fuisset. Cuius regulæ potissimam rationem assignare possumus, quia tũc cum aliàs renuisset emptor emere vẽditio omnino inuoluntaria esset, quippe cui consensus alicuius contrahẽtium, vel amborum deesset, deficiente hoc prædicto consensu verus contractus stare nequit.

Quæst. ¶ Verum iam desiderabit aliquis signa illa quibus in vniuersum innotescere possit: quando emptio ratione deceptionis, & doli inuoluntaria fuerit, ac per consequens hinc dedisse dolum causam contractui colligatur. *Tria indicia emptionis inuolũtariæ tnullæ.* Accipe igitur tria indicia probabilia hæc quę Garcia libro primo de contract. capite. 13. pagina. 395. subindicat, primum igitur indicium est, quod emptor omnino inuoluntarius rẽ emerit, quando statim fraude detecta reclamans renitur, neque approbat venditionem: quia talis est dolus, qui si à principio illum non latuisset, rem quidem huiusmodi non emisset.

2. ¶ Secundum indicium est autem quod inuoluntarius omnino emptor emerit rem: quando res à se comparata sic interueniente dolo, nulli sibi est vsui, neque ad illum finem à se prætensum accommoda, itaque ad alium finem illam nequaquam emisset.

3. ¶ Tertium signum denique huius omnino inuoluntariæ emptionis accipito, scilicet, quando tempore emptionem contrahendi emptor protestatus est, aut notum fecit venditori se ad talem vsus finem specialem emere eam rem, neque alia ratione eam emere velle

Corol. 1. ¶ Hinc corollariè primò sequitur emptionem inuoluntariam omnino esse, ac perinde rescindendam illius rustici, qui pro filio suo contendens emere artem grãmaticæ deceptus à Bibliopola tradente sibi librum historiarum fabulosum, & significante illum esse librum, quem rusticus peteret, illũ emisset.

Corol. 2. ¶ Secundò sequitur perinde esse omnino inuoluntariam, ac proinde retractandam emptionem illius, qui parans emere equum validum ad vehendam rhedam, id est, coche, ad eumque finem tantum se velle emere equũ validum robustumque venditori significans ab ipso deceptus inualidum equum, & ad eum vlum ineptum pretio emisset. Neque refert (vt bene subnotauit Conradus. q. 57. dicto. 3. & Siluester verbo culpa. q. 7.) quod quatenus attinet ad reuocationem huius contractus huius fraudis auctor fuerit ipse venditor, aut quilibet alius tertius mediator, seu proxeneta.

¶ Secunda Regula solẽnissima iuristarum est negatiua. s. quod quando dolus solum est incidens in contractum, itaq; non dat causam cõtractui: tunc doli auctor nõ est cõstringendus ad retractationem contractus, sed solum ad reparationem damni, si reparabile sit, alioquim: si deceptus sic per resartionem damni indemnis seruari non possit: contractus reuocandus est. Cuius quidem regulæ plana est ratio, quia tunc cum dolus contractui causam non dederit inuoluntarius omnino non fuit ex omni parte, sed ex ea tantum parte, qua emptor passus est damnum. Quo circa recompensato semel damno contractus constituetur voluntarius, vt verbi gratia, exẽplificari potest in casu, quo emptor calceos ex corio solido, fortiq; petit à cerdone, ipse autem calceos conficiens ex corio deteriori, eos pretio immodico diuendit, satis est si cerdo emptori excessum pretij compensẽt. *Regula celeberrima iuristarum.* *Ratio regulæ.*

¶ Hinc iam videre est quantà pœna sint digni artifices illi, qui eodem pretio venales exponunt res à se fabrefactas eiusdem speciei siuè sint meliores, siuè deteriores indifferenter, quod facere nequeunt citra culpam, & restitutionis noxam. *Illatio. 1. fraus.*

¶ Prætereà ex prædictis collige venditionẽ rei cuius aliqua pars deest, vt libri cui deest folio, dũ illa pars resarcibilis est, nõ esse in nihilũ redigendã: cum sat sit id resarcire damni aliàs secus. Sicut neque etiam retractandus est ille contractus cui dolus dedit causam, si emptor denuò approbauerit eum, quia iuxta regulam iuris scienti, & volenti non fit iniuria. Tunc autem consensu saltem tacito, atque interpretatiuo nouo videtur contractum approbasse: quando deprehensa iam fraude non reclamans re sic empta emptor vtitur, vt re propria facta iam sua. Si autem iam comperta fallacia emptor reclamasset rem emptam veluti inde posito tantum retinens non vt suam: vel esto non reclamasset casu quo liberè præmetu reclamare nõ valeret, si eam non vt propriam, aut vt eius dominus, sed tantũ, vt depositarius penes se haberet nõ censendus est 2.

talem approbasse emptionem, neque ei nouũ præstitisse consensum.

Nota. ¶ At quatenus ad forum contentiosum attinet, emptori decepto consignatum est tempus intra quod dumtaxat reclamandi facultas conceditur de quo consulito iura, immo etiam si à principio sanum apparuerit animal venditum, si statim post venditionem in breui morbus in eo appareat, quia talis morbus præsumitur præfuisse, reclamandi emptori facultas datur, dolus enim præponderat vt in. l. item si obstetrix. ff. ad. l. Aquil.

Dictum. 1. resolutorium. ¶ Igitur resolutoriè tandem dicimus primò venditionem reuocandam esse: cum omnino inuoluntariam fuisse constiterit, siue per violentiam, siuè per dolum, siuè per ignorantiam talem esse acciderit, dummodo primò planum sit huiusmodi violentiam, vel fraudẽ aut ignorantiã interuenisse, quæ satis fuerit ad omnino inuoluntarium constituendum emptorem.

Dictum. 2. ¶ Secundò, dummodo & si sic primo omnino inuoluntarius fuerit, nouum consensum approbationis non præstiterit, per quem solitus est ratificari contractus à principio omnino inuoluntarius, & irritus, sicut matrimonia, & vota à principio non voluntaria consensu nouo expresso, vel interpretatiuo, hoc est non reclamante, solita sunt ratificari, & consolidari dum iam ex tum pro coniugibus legerunt, aut pro religiosis professis tacitis.

Quæst. ¶ Quoniam venditionem cum fuit omnino inuoluntaria, reuocandam esse diximus, nisi denuo per emptorem fuerit approbata, nunc præoccupat nos illa difficultas ad hanc materiam attinens, scilicet, vtrum postquàm validè contracta est emptio, & venditio reuocari possit, subest autem dubitandi ratio, nam passim videre est quomodo venditiones reuocentur amissa arrha, quæ solita est dari in securitatem, vel in signum emptionis, postquàm huius rei gratia est iam data, vel vbi scriptura non intercesserit.

Dictum. 1. ¶ Igitur ad quæstionem dicimus primò, quod licet vsu euenire possit quod præ ignorantia contrahentium à principio contrahatur emptio, & venditio inualidè, & quod eius posteà comperto defectu contractus reuocetur, & infringatur, tamen in foro conscientiæ non satis apparet, quomodo quæ à principio fuit valida, & firma venditio, sine consensu alicuius partis possit rescindi, & infirmari in posterum.

Dictum. 2. ¶ Secundò dicimus ad punctum difficultatis, quod valide à principio contracta venditio (quatenus attinet ad forum exterius) in vno dumtaxat casu rescinditur, scilicet, quando deceptio intercesserit in pretio vltra medietatem iusti valoris, tũcque per decretum iudicis, & non alias venit rescindenda. Igitur in electione repositum est emptoris cum emendo decepit infra medietatem iusti pretij soluendo, aut pretium recipere, & rem restituere, aut supplere iustum pretium extra de emptione, & vend. cap. cum causa. Hoc est iuridicum.

Dictum. 3. ¶ Tertiò dicimus, vt ratio dubitandi à principio posita soluatur, scilicet, quod de arrha reali emptionis, & venditionis habetur. ff. de contrahen. emp. l. quod sepe in principio. Hęc autem arrha duplici nomine in contractu emptionis interuenire potest, ad firmandum contractum vno modo nomine pagamenti, scilicet, vt pars pretij, & hoc nomine data iam arrha à tali contractu recedere non licet, quia cum pars pretij sit iam soluta, res non est integra. C. quando libro. ab empt. dict. leg. vnica.

Arrha in contractu dupliciter datur.

¶ Secundò modo solet dari arrha in contractu venditionis nomine tantum arrhæ, id est vt pignus, si autem hoc nomine tantum detur, tunc ille qui dedit perdet arrham, si per eum stat quod contractus non sequatur, si autem per recipientem arrham steterit restituet in duplum in pœnam (vt censeo) inst. de emp. & vend. §. in his, quare in hoc casu dans arrhã nomine arrhæ à contractu recedere non prohibetur, quia venditio sub conditione tacita inita esse intelligitur, videlicet, quod vel venditio non reuocetur, vel quod si dator arrhæ eius reuocationis causa extiterit, arrham amittat.

Dictum. 4. ¶ Quartò adijcimus cum Garcia lib. 1. de contract. cap. 13. pag. 404. quod si vsus attendatur, iam more receptum est, vt arrha duplici nomine simul, scilicet, & pignoris, & pretij detur, quod confirmat Siluester verbo arrha. quæst. 2. quod autem Garcia ibi superadit, scilicet, quod cum sic arrha & nomine arrhæ, & nomine pratis pretij datur, dator illius recedere possit à contractu, & contra Siluestrum loco citato est & contra ius citatum. C. quando li. ab empt. d. l. vnica & contra eius rationem, scilicet, quia cum pars pretij iã est soluta, res non est integra. Si tamen consuetudo quotidiana inoleuit (vt ipse ait) quod amitten do arrham illius dator à contractu recedere possit, tunc consuetudine interpretante ius vel ei deroganti, istam venditionem ei reuocare licebit alias non.

Consuetudo attendẽda.

¶ Quintò

Dictum. 5. ¶ Quintò dicimus de scriptura interueniẽte in contractu venditionis, quod quando cõuenitur, vt non valeat contractus antequã scriptura sit facta: tunc quia scriptura ad conditionem a ppositam contractui reducitur, si scriptura confirmatiua emptionis non sequatur, venditio incassum abiret, nunquàm enim fieret firma scripturæ conditione deficiente. C. de prob. l. cum res. Si autem à principio simpliciter contrahatur, & postea probationem fiat inde scriptura: ita q̃ scriptura nõ est adiecta, vt conditio pertinens ad contractum, sed solum adiecta est, vt quid accessorium solum attinens ad maiorem contractus soliditatem, tunc etiam ipsa scriptura non subsecuta venditio ante inita in suo robore taliter permaneret, vt ab ea partes altera earum in vita recedere non possent. ff. de pig. l. contrahitur.

¶ Postquàm de venditione inuoluntaria per violentiam, fraudem, vel dolum dictum est, nunc de inuoluntaria per ignorantiam venditione dicendum est. De hac igitur ignorantia D. Thomas. 2. 2. q. 77. artic. 2. ait quod si venditore ignorante aliquod prædictorum defectuum in re vendita fuerit: venditor quidem non peccat, quia facit iniustum materialiter, & non formaliter, id est, non ex intentione: non tamen eius operatio est iniusta, tenetur tamen cum ad eius notitiam peruenerit damnum recompensare emptori. Et quod dictum est, inquit de venditore intelligendum est ex parte emptoris. Contingit enim quandoque venditorem credere rem suam esse minus pretiosam quantum ad speciem, sicut si quis vendat aurum loco auricalci, & emptor si id cognoscat iniuste emit, & ad restitutionem tenetur, & eadem ratio est de defectu quantitatis, & qualitatis. Hæc D. Thomas.

Quæst. ¶ Cæterùm restitutio hæc quomodo facienda sit, D. Thomas non meminit ibi. Ideò quæritur vtrùm, qui non scienter, neque ex consultò: sed præ sua ignorantia in causa fuit deceptionis, quam passus est alius retractandi contractum obligatione teneatur. Sotus autem absolutè talem ad rescissionem contractus teneri affirmat.

Dictum 1. ¶ Verum dicendum esse cum Garcia distinguente lib. 1. de contract. cap. 13. pagi. 40. exiltimo. Primò quod cum ignorantia affecta

Ignorãtia duplex. ta scientiæ æquiualens sit, perinde etenim est per ignorantiam affectatam causam dedisse deceptionis alteri, quàm si data opera illum decepisset. Vnde cum præ sua affectata ignorantia aliquis alterum contrahendo nolens decipere tandem decepit, non aliter sibi tunc restituendum est id damni, si accidit, quàm si ex industria passum damnum decepisset. Imò etiam si vnus contrahentium neque scienter, neque ignoranter fuit causa deceptionis, si tamen, deceptio interuenit talis: quæ causa fuit emendi, quia alias emptor non eratrem emptorus, in foro exteriori, si emptor passus à seipso tantum deceptionem voluerit, ad ipsius petitionem rescindenda est emptio, ita. l. 57. titul. 5. Partita. 5. Sed hanc legem ne contraria videatur alijs legibus arbitror intelligendam esse, quando aliter damnum esset irreparabile, ex deceptione ista passiua causatum, nisi retractaretur contractus, quia alias satis esset dicto damno aliter recompensasse.

Dictum. 2. ¶ Igitur secundò dicimus, quod quando aliquis præ ignorantia non affectata, qua laborabat causa fuit decipiendi alterum contrahẽtem si damnum inde subsecutum decepto cõpensari non potest citra rescisionem contractus, tunc rescindendus est. Sicut si sic mancipium incurabili morbo laborans à venditore id ignorante venditum esset, quia aliter reparari nequiret damnum, retractanda esset illius venditio. Secus autem esset si huiusmodi damnum aliter, quàm per rescisionem contractus reparabile esset, vt si res in quantitate deficiens ex ignorantia hac esset vendita, sufficeret in suo robore manente contractu defectũ quantitatis suppleuisse.

Intelligentia legũ partitæ. ¶ Hinc iam patet quomodo sint intelligẽdæ aliquæ leges Partitæ, & primò lex illa. 14. titu. 22. partita. 3. vbi sancitur, quòd licèt inuita sit venditio illius, qui ignorans molendinum, quòd vendit esse dirutum, vel domum, quam distrahit pretio esse combustam ea diuendit, cum totaliter, vel pro maiori parte perditum issent: tamen si hæc tantum pro minore parte perissent, venditio solida maneret dẽpto de pretio, quod hac de causa minus valerent, quia hæc loquitur in casu, quo damnum incursum ex hac ignorantia per diminutionem pretij factam postea à venditore posset reparari illa parte pretij remissa reficiendo damnum pro minori parte combustas ędes, vel molendinum dirutum vendendo pluris commissum. 1.

¶ Similiter lex illa sexagesima tertia, qua stabilitur venditorem, qui ignoranter vendidisset agrum, herbas nociuas ibi pascendis, bestijs procreantem, teneri ad restituendum acceptum pretium, licèt non ad subsecuta damna, qua perinde istam 2.

venditionem reuocandam esse, insinuatur, intelligenda est in conscientia esse vera: quando damnum istud tantum per venditionis rescissionem, & non aliter est euitabile.

3. ¶ Item & illa lex. 6. 4. dictans, quod licèt venditio in qua venditor scienter vendidit seruum furem, aut fugitiuum, aut occulto morbo laborantem inualida sit: tamen firma manet hæc emptio, si venditor ignoranter huiusmodi seruum vendidisset: dum modo de pretio sibi soluto, aut soluendo eam quotam restituat, vel remittat, qua ratione huius vitij minus valebat, planè intelligenda venit in conscientia, in casu quo sic per eum qui ignoranter vendidit istum seruum parte illa pretij remissa sufficienter restauraretur emptoris damnum alias secus.

¶ Itē lex illa. 66. vbi cauetur, quòd si quis pretio comparasset equum, vel mulam, vel iumentum aliquod aliquibus vitijs infectū, de quibus vitijs non esset certioratus per venditorem, potest huiusmodi emptor intra sex mēses rem sic emptam venditori restituere, suūque pretium recuperare etiam inuito vendito re: hoc ideo statuit, quia præsumitur tunc sciēter rem vitiosam vendidisse. At quòd super addit ista lex, scilicet, quod si emptor hic intra prædicto s sex menses rescissionē venditionis non petierit, firma maneat venditio: dum damnum resarciatur, si illud emptor intra sex alios mēses post sex primos petierit, hoc ideo decernit primò, vt lites aliàs succidantur, tum etiam, quia intra illos sex menses emptor vitia illa deprehendisse præsumitur illamque vēditionem approbasse: dum apparet per tantū interstitium sex mensium in iudicio non reclamasse. Si autem à principio conuentum esset inter partes, vt iumentum ab emptore pro nullo illius vitio, postea refutari posset: quocunque postea apparenti rata maneret venditio, dum quatenus attinet ad conscientiam pretium non absolutè acceptum: sed quod valet res illa cum suis vitijs ab emptore exigatur, & non plus, & credat emptor illa vitia posse habere, cum illisque se velle illam emere. Secus si venditor quò rem incredibilem faceret emptori tot vitia cumularet, narrando vt persuaderet emptori ea per modum ioci narrare, & non per modum veritatis.

(?)

CAPVT. XXXXV.

Venditor an vitium rei detegere teneatur, de vitio patenti, vel secreto distinctio. De triplici vitio occulto, periculoso, detrimentoso, & inutili respōdetur per tres cōclus. de duplici casu in quo est vitium detegendum, præmonitio quando est necessaria in venditione, & quando facienda, vitia de iure & de facto irritantia contractum statim detegenda, soluuntur argumēta incōtra.

CVm de venditione inuoluntaria sermo à nobis cæptus sit, cumque inuoluntariam venditionem deceptio inducere sit solita, nunc vtrum ad excludendam hanc deceptionem vt contractus voluntarius ineatur, venditor vitium rei venditæ detegere teneatur, perquirendum nobis est, cum D. Thoma .2.2. quæstione. 77. articulo tertio, nam non desunt argumenta apparentia pro parte negatiua. Quæst.

¶ Arguitur ergo primò, quia cum venditor emptori inuito non obtrudat mercem vitiosam, quinimò copiam illi faciat pro suo arbitratu cognoscendi, iudicandi, an bona sit, & sibi expediens: non venditori non reuelanti vitium: sed emptori non accuratè perueſtiganti conditiones rei venalis culpæ dandum est: si decipiatur emptor, neque enim vicem emptoris in hoc venditorem gerere oportet. Argu. 1.

¶ Secundò arguitur, quia certè stultitiæ argueretur, qui in operatione sibi vtili, & impeditiua sui damni sibi ipsi obicem poneret: Sed siquis vitium rei à se vendendæ panderet, sibi ipsi impedimento esset, quò minus rem suam posset vendere: nam perinde esset vt Tul. libro de offic. inducit quendam dicentem, ac si preco iussu domini prædiceret, domū pestilentem vēdo, quo quid absurdius? ergo vēditor rei venditę propalare vitia non tenetur. Argu. 2.

¶ Tertio arguitur, quia si venditor exponere vitium rei venditæ teneretur emptori id esset emptori damna, & pericula inde obuenię tia vitandi causa, sed interdum aliter, quàm reuelando vitia hæc sunt euitabilia damna, scilicet, diminuendo de pretio, & post venditionem contractatam admonendo emptorem (vt caueat periculum) scilicet, quod equus vēditus solitus est impingere calceos. Argu. 3.

¶ Quartò arguitur, quia si quando emptori ex emptione rei vitiosæ periculū, aut detrimentū imminet, tenetur vēditor ei rei vēditæ patefacere vitiū, id certè est, quia aliàs inuoluntaria contraheretur emptio. Sed tunc etiam Argu. 4.

constito,

cõstito, compertoque de damnum, aut periculum vitio non ingereti, verisimile est quod adhùc emptor nollet eam emere etiã diminuto pretio, & quod adhùc inuoluntaria illi esset emptio, & tamen in hoc casu inuoluntaria quæ probabiliter præsumitur emptio ad detegendum vitium emptori venditorem non cogit, si dimittat aliquid de pretio, ergo neque etiam venditio rei vitiosæ detrimentosæ, aut periculosæ etiam si sit inuoluntaria, dum per remissionem aliquotæ partis pretij sufficienter recompensetur id damni, non astringit in conscientia venditorem ad vitium rei venditę etiam si detrimentosum sit prodendum.

Arg. 5. ¶Prætereâ quintò confirmatur, quia sicut homo non tenetur cuilibet consilium dare, aut veritatem dicere de his quæ spectant ad virtutem, quamuis nulli debeat dicere falsitatem, ita non tenentur homines cuilibet in rebus pertinentibus ad temporalia consulere, aut veritatem reuelare: ergo multominus tenetur venditor vitia rei venditæ dicere quasi cõsilium dando emptori.

Arg. 6. ¶Sextò arguitur mercator conscius mercium iam aduentantium ad portum non tenetur reuelare aduentum earũ, ne suæ merces vilescant: ergo neque etiam mercator tenetur vitium suarum mercium indicare, ne plus iusto vilescãt quod in suum cederet detrimentum.

¶Præmissis igitur quibusdam distinctionibus, quæ ex prædicto articulo tertio D. Thomæ eliciuntur, incumbendum nobis statim est ad veritatem quæstionis eruendam cõclusiones D. Thomæ statuendo, & eas illucidando. ¶Prima igitur distinctio est, vitiũ rei venalis duplex esse contingit, aliud enim est publicum, & omnium oculis patulum. Aliud autem ex sua natura est ita occultum, vt emptori facile deprehensum non sit. Signanter vero occultum ex sua natura diximus. Nam potest etiam vsu euenire vt è contra vitium aliquod ex se patens sit, & veluti iniussum sit emptori, vel quia caligat oculis, vel quia ex incuria non aduertit id quod omnes animaduertunt.

Vitium rei vel patens vel secretum.

Vitia rei tria.

1. ¶Secunda autem distinctio est, scilicet, vitia occulta in triplici esse differentia. ¶ Quædam enim sunt detrimentosa, vt quando merces semi corrosæ sunt, aut detritæ, aut parum duraturæ, aut pretio super excedenti venditę, aut quia in via sunt corruptionis, vt vinum tẽdens in acetum. ¶ Alia autem sunt vitia periculosa, vt vitium ruinosæ domus minantis periculum, cibus noxius, periculum mortis afferens, iumentum subito calceis ferjens calcitrando. ¶ Alia denique sunt vitia, quæ sic inficiunt rem venalem, vt nullius sit momenti prorsus ad eum vsum, cui destinatur ab emptore cuiusmodi est cecitas equi, qui eum totaliter ineptum efficit ad iter agendum, cuius gratia solum ab emptore emitur, licèt cisternæ, vel pristino circumferendis vsui esse possit.

2. ¶ His præmissis conclusiones D. Thomæ subijciamus, quarum prima est, dum vitia rei venalis detrimentosa sunt, aut periculosa, aut penitus eam inutilem ad finem intentum ab emptore efficientia, & simul cũ hoc occulta sunt, tenetur venditor ea emptori patefacere, alioquin talis vẽditio à reatu culpæ, & restitutionis venditorẽ non liberabit: hæc autẽ cõclusio, quæ D. Thomæ est, tantum abest vt dissideat alijs ab cõclusionibus. s. prima & tertia ex tribus quas Siluester verbo emptio. q. 20. statuit, vt certè cõtra alios, qui in hoc fallũtur (vt bene ait Garcia) ipsius illæ sint probatiuę, & declaratiuæ, quapropter probatur Primò, per primã conclusionẽ Siluestri sic in forma cõtinentẽ. s. illa vitia necessariò sunt reuelãda, quorũ sic cõscius fuisset emptor rẽ sic deprauatam vitijs nullatenus pretio cõparasset. hæc Siluester in sua. 1. cõclusione. Sed cũ vitia rei venalis dãnosa sunt, aut periculosa, aut prorsus reddẽtia rẽ inutilem, eam tũc emptor nullatenus cõparasset pretio: ergo dũ ista subsunt vitia necessariò sunt à vẽditore reuelãda. Tertia verò illa cõclusio Siluestri coincidit cũ ista prima D. Tho. cõclusione. Probatur. 2. ex ratione D. Tho. quia quãuis nõ semper tenetur aliquis opitulari, aut cõsulere alteri: tamẽ abstinere à dãno inferendo semper vnusquisq; tenetur, sed qui damnosa, aut periculosa, aut inutilia prorsus vẽdit nisi hæc vitia occulta patefaciat occasionem damni, & periculi emptori dat: ergo talis venditio est illicita non carens culpa, & restitutionis reatu. Nam iuxta regulam iuris, qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.

Conclus. 1.

Tertia Siluest. coincidit cũ ista.

3. ¶ Secũda cõclusio D. Thomę est, si vitiũ rei vẽditæ in propatulo est, omnibusq; patẽs, tũc si vẽditor tantũdem remittat de pretio quantũ res venalis cõsiderata cũ tali vitio noscitur minus valere, nulla obligatione detegẽdi eius vitium tenetur. Hæc autem conclusio probatur, quia tũc nulla præbetur occasio periculi, aut damni à venditore, si taceat vitium: quia ipsummet vitiũ cũ patulũ sit omnibus seipsũ publicè prodit, aut certè vtpote cõspicuũ manifestatione nõ habet op', q; si inistes quid si id

Conclus. 2.

vitij quod quia palam est, ab omnibus aduertitur, ab emptore non aduertatur? Respondetur sanè tunc eam inaduertentiam non culpę venditoris esse assignandam, sed potius incuriæ & culpæ emptoris fore ascribendam, nã & tunc meritò venditor, & sibi persuadere, & presumere potest, quod emptor sciens, & spõtaneus rem illã licet vitiosam velit sibi emere.

Responsio ad obiectionem.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio si vitium rei venalis huiusmodi sit, vt in causa non sit quod res venalis inutilis fit emptori, licet ea de causa inutilis sit venditori, tunc si venditor tantum descendat in pretio, quantum res venalis ratione vitij iustè vilescit, nulla obligatione cogitur illud occultum vitium patefacere. Hæc autem conclusio exposcit primò vt quia res venalis vitiosa vsui esse potest emptori, & non venditori & è contrà, vt equus cæcus qui vsui esse potest hortulano ad circumferendam rotam cisternæ, & non equiti ad equitandum, exposcit (inquam) vt vsui sit, & vtilis emptori. Secũdò, quod remissio, seu diminutio pretij, quæ ratione vitij est facienda non arbitrio venditoris (quia prę auaritia suspectus solet esse iudex venditor in hac causa) fiat, sed arbitrio bonorum virorum expertorum, & prudẽtium: hęc autem conclusio D. Thomæ per secundam

Conclu. 2. Silu. illucidat hanc. conclusionem, quam loco citato statuit Silue ster & illucidatur, & probatur. 1. quia quando vitia rei venalis sunt talia, quæ licet aliquatenus emptorem inuoluntarium reddunt, vt non tam libenter eam rem emat, non tamen adeò inuoluntarium, aut omnino repugnantem eum constituunt, quin adhùc non prætermittet eam emere, tunc si inde nihil damni aut periculi emptori immineret, quia præ quãtitate pretij res sibi vtilis est & frugifera, non tenetur eius coram emptore traducere vitiũ. Ita dictat conclusio. 2. Siluestri, sed quando est res vitiosa proficua emptori, & descenditur in eius pretio, præsumendum est, quod emptor licet comperta veritate vitij non tam libenter eam emeret, nihilominus tamen, quia præ pretij modicitate vtilem sibi futuram esse videret, ea non omitteret emere, ergo sic dimi nuẽdo pretiũ nõ teneretur propalare rei vitiũ.

Prob. 2. ¶ Secundò probatur, quia vnusquisq; suo consulere potest cõmodo, citra tamẽ detrimẽtũ tertij, sed in casu istius cõclusionis vẽditor suo prospicit cõmodo tacendo vitiũ, quia vitat hic damnũ, quia si vitiũ resciat emptor, ei q; manifestetur, plusquã par esset vellet extenuare pretiũ, tacendo quoq; vitiũ nihil molitur in emptoris damnũ, quia res vendita pro pretij diminuti moderatione emptori vtilitatem, & emolumentum affert: ergo nulla ratione tunc in conscientia cogitur detegere vitiũ.

Coral. Casus duplex in quo vitium est detegendũ. ¶ Præterea ex omnibus prędictis, & assertis tã à D. Thoma quàm à Siluestro, licet sub alijs terminis cũ illo insententia cõuenienti, sequitur duplici in casu venditorem astringi ad vitium rei venditæ detegendũ. Primò, quando alias ex occultatione vitij emptio omnino inuoluntaria procederet: tum etenim vitium reuelari eatenus opus esset, quatenus emptio fieret voluntaria. Quid autem hic per emptionem inuoluntariã quippe quæ propter vitiũ occultatum reuocanda est intelligamus, si roget aliquis nouerit planè, per huiusmodi emptionem omnino inuoluntariã reuocatiuam contractus ad mentem Siluestri, & Garciæ intelligendam esse eam emptionem, quæ tam defacto quàm de iure, vt inuoluntaria sit accidit, neque enim emptio quę de solo facto inuoluntaria est annullanda est.

Casus. 1.

Satisfit dubio.

Casus. 2. ¶ Secundus autem casus in quo necessario vitia rei venditæ reuelanda sunt, est vbi sic detrimentosa, vel periculosa esse contingeret, vt nullatenus alia via, quàm manifestando hæc vitia resarciri damna, aut pericula, quę inferũtur possent: nã si damna talia essent, quę solum in excessu pretij consistunt: tunc quia per diminutionem pretij restaurabilia sunt, ea manifestari opus non esset authore D. Thoma. ¶ Igitur sicut in casu primo vitij reuelatio, ideo necessaria est, vt emptio tam defacto, quã de iure volũtaria fiat, ita in hoc secũdo casu necessaria est vitij reuelatio, vt emptor liberetur à damno, quando aliter à damno eripi non posset nisi per vitij declarationem.

Coral. Præmonitio necessaria in vẽditione. ¶ Hinc sequitur corollariè veram illam esse Caietani doctrinam in commento huius articuli S. Thomæ traditam, vbi ait venditorem teneri ad præmoniendum emptorem de duobus, quando rem vitiosã ei vendit. Primò de vitio, quo affecta est. Secũdò de quota pretij, quam ei minuit prædicti defectus causa, quæ quidem Caietani sententia locũ etiam habet, imò potissimè locum habere videtur vbi emptio: quia non esset omnino inuoluntaria, quippe quia non esset inuoluntaria de iure, sed tantum de facto, non esset rescindenda, quia damnum quod tantum accidere posset in pretij excessu, iam esset reparatũ p diminutionẽ eius. ¶ Sed quãdo ista præmonitio facienda sit, an ante emptionẽ, & venditionẽ, an post, statim est à nobis dicendum. Interim tamen sententiam hanc Caietani declarãtes dicim' duplici ratione de duobus præmissis emptorẽ à vẽditore esse monẽdũ necessariò

Quando præmonitio facienda.

tum

tum vt emptor certus effectus de vitio rei à damno inde sibi posibili possit cauere cauendo, verbi gratia, impetuosas recalcitrationes mulæ iam emptæ, tum etiam vt si emptor venditurus sit eam alteri ne præ ignorantia occasionem sumat vẽdendi eam alteri maiori pretio, quam par est, quia hoc esset ignoranti emptori dare occasionẽ inferendi damnũ alteri.

Quæstio. ¶ Porrò ex prædictis fit concinnus transitus ad quæstionem hanc, qua nunc quęrimus scilicet, quando venditoris, qui cum obligatione detegendi vitia, vitiosas merces vendit: earum vitia pandere teneatur ante celebrationem contractus venditionis, an vero post eius consummationẽ.

Respons. ¶ Respondetur ergo per distinctionem. Nam si vitia ea sint, quæ emptionem vtpote omnino inuoluntariam tam de iure, quàm de facto sint irritatura, idque præcognoscit venditor tunc quia inualida venditio est, tenetur ante ineundam venditionem ea vitia patefacere. Nam si detectio hæc horum vitiorum venditionem non preiret, dolus culpabilis in præiudicium notabile emptoris à venditore committeretur. Item quia cum non præmissa manifestatione horũ vitiorum contraheretur, tunc in ipsa venditionis contractione præiuditium emptori inferri contingeret, igitur vt emptor ab hoc malo præseruetur, necessario est præmonendus & certiorandus de his vitijs ante finitionem contractus.

Vitia de iure & de facto irritantia statim detegenda.

¶ Si autem vitia ea non id generis essent, quæ occultata inuoluntariam omnino, ac perinde reuocandam efficerent emptionem, tunc satis esset ea vitia post initam, & conclusam venditionẽ detegere, cuius potissima ratio est, quia cum manifestatio vitiorum hæc tantum pro consulendo emptoris damnis his, & periculis exigatur necessariò, quæ subire posset emptor post emptam, & traditam sibi rem, cumque ab his præiudicijs liberari possit emptor per monitionem, & notitiam horum defectuum, aduenientem sibi post venditionis completionem, sequitur, quod ante venditionem hęc manifestatio defectuum, aut vitiorum rei venditæ necessario facienda non fuit.

Ad.1.arg. ¶ Ad primum iam argumentum in contrapositum, cum sit D. Thomæ per eius solutionem fit satis, respondet etenim quod iudicium non potest fieri nisi de re manifesta: vnusquisque enim iudicat secundum quod cognoscit, vt dicitur in primo Ethic. vnde si vitia rei, quæ vendenda proponitur sint occulta, nisi per venditorem manifestentur non sufficienter committitur emptori iudiciũ. Secus autem esset si essent vitia manifesta.

Ad.2.arg. ¶ Ad secundum argumentum Respondet D. Thomas, quod non oportet aliquem per præconem vitium rei venditæ pronunciare, quia si prædiceret vitiũ, exterrerentur empto res ab emẽdo: dũ ignorarent alias cõditiones rei in quantum est bona, & vtilis: sed singulariter est dicendum vitium rei ei, qui ad emendum accedit, qui potest simul omnes conditiones ad inuicem comparare bonas, & malas, nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosam in multis alijs vtilem esse.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertium argumentum distinguitur, quia si vitia occulta eiusmodi sint, vt propter ea emptio non existat omnino inuoluntaria de iure, & de facto, sed valida sit, & non reuocãda, tunc conceditur intentũ argumentũ. s. quod non sint reuelanda ante inchoatam vẽditionẽ, neque dum contrahitur, licèt ex mẽte Caietani duplici de causa post conclusam emptionẽ sunt indicanda, tum ad iam diminutum pretium causa vitij emptori ostendendũ, ne rei ignarus plus iusto pretio ea postea alteri velit vendere, tum vt caueat periculum, si periculum vitabile tamen inde sibi impẽdat. Si autem vitia talia sint obquæ emptio sit nulla, quia omnino de iure, & de facto est inuoluntaria, ac proinde reuocanda, tunc negatur quod non sint ante & pòst reuelanda.

Ad.4.arg. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod est differẽtia (vt dictũ est) inter emptionẽ rei vitiosæ omnino inuoluntariã, idest, de iure, & de facto inuoluntariã, qualis esset dũ res empta esset inutilis prorsus emptori: aut periculosa periculo aliter irreparabili, quã per vẽditionis retractationem: quia tunc (vt diximus) vitia rei essent ante emptionẽ nuncianda, & est differentia inter emptionẽ rei vitiosę quæ licèt sit inuoluntaria, sed non omnino inuoluntaria, quia licèt de facto sit inuoluntaria, sed non de iure, quæ proinde non est annullanda, quia tunc satis est eius vitia post consummationem contractus patefacere propter duplicẽ rationẽ à Caietano prætactam.

Ad.5.arg. ¶ Ad quintũ argu. quod D. Thomę. 3. est, eius solutionẽ accõmodamus dicẽtes, quod quãuis homo non teneatur simpliciter omni homini dicere veritatẽ de his, quæ pertinẽt ad virtutes: tenetur tamẽ in casu illo de his dicere veritatẽ: quãdo ex eius facto alteri periculũ immineret in detrimentum virtutis, nisi diceret veritatem, & sic est in proposito.

Ad.6.arg. ¶ Ad sextũ argu. q̃ est. 4. D. Tho. respõdetur ex eius sentẽtia, quod vitiũ rei facit rem in

præsenti esse minoris valoris, in casu autem, quo merces aduentantes, non applicuere ad portum, merces iã vẽditioni expositæ in portu, vel ciuitatibus proximis nõ sunt in præsenti minoris valoris: sed solũ in futuro: dum magna copia mercium aduentantium applicuerit portui: tunc minoris valoris fore creduntur: ergo venditor, qui in hoc casu vendit rem secundum pretium quod inuenit, non videtur contra iustitiam facere, si quod futurum est non exponat, si tamen exponeret, vel de pretio subtraheret abundantioris esset virtutis quamuis ad hoc non videatur teneri ex iustitię debito. Neque ex hoc quod si emptoribus innotesceret aduentus copiæ mercium nollent has præsentes tanti emere merces, sequitur eas minoris valere. Nam sicut copia merciũ eiusdem speciei, dum absens in alio loco est, neque ad hunc locum transuecta nõ facit merces in hoc loco venales minoris valere, quàm valent, ita merces absentes, & quæ in futurum expectantur, non reddunt iure viliores, quæ in hoc loco interim veneunt, expectarent quidem, qui non de præsenti egerent ad ventum futurarum mercium, quo minoris eas sibi mercarentur: at qui eis in præsenti egerent non renuerent eas pretio maiori nũc currenti emere, quia id pretij est iustum: dum maior copia mercium, quæ expectatur non est præsens.

CAPVT. XXXXVI.

An in aliquo casu excusetur venditor à detectione defectus rei venalis: & simul ab eius pretij diminutione. Respondetur per 3. conclus. vtrùm vẽditor de vitijs non interrogatus teneatur sua sponte illa manifestare, quod abundantia absens ignorata non minuit pretiũ, sed bene si sit præsens, & ignoretur ab emptoribus, contra Conradum de cauponibus transilientibus iniustam taxam senatoris & de pistore eam violante.

Quæst. POrrò quoniam iam extra controuersiam asseruimus, vitium rei occultum detegendum esse, cùm venditio aliàs reuocanda venit, aut cum vt periculum caueatur, tali manifestatione est opus, etiam si de pretio rei ratione vitij sit aliquid detractum. Nunc subinde scitu nobis opus est, an aliqui casus sint, in quibus ad neutrum venditor teneatur, scilicet, neque ad prodendum rei venalis defectum, neque ad eius pretium minuẽdũ, & quidẽ quò veritas quæstionis illucescat.

Argu. 1. ¶ Primò arguitur quia si aliquis daretur casus in quo nihil reuelandum esset emenți, nec quicquam ei subtrahendum esset de pretio esset casus argumenti. 4. D. Thomæ. 2.2.q.77.art.3.vbi sciret venditor multos in proximo aduenturos institores, qui magnam vim, & copiam earum mercium, quas ipse in præsentiarum venales habet importat, sed in isto casu non licèt non reuelare aduentum mercium, & simul nõn minuere pretium, ergo id nullatenus videtur licere, consequentia videtur nota cum maiori quæ est sententia D. Thomæ. Minor autem probatur ratione Conradi. lib. de contract. quæst. 72. qua impugnat doctrinam D. Thomæ in solutione ad. 4. arg. prædictæ quæstio. 77. & art. 3. quia sic arguit, & probat minorem, si præ abundantia merciũ, quæ reuera nunc in hac vrbe supperet vilhori pretio venundarentur, id ignorantibus aliquibus peregrinis emptoribus, quia exteri sunt, & viatores, non posset eis venditor eas merces carius vendere, quàm de facto valerent, licet isti emptores quia pretij ignari plus persoluerent, ergo neque mercatori in casu D. Thomæ sciẽti abũdantiam mercium nondum præsentium, sed futurarũ non licebit vendere nunc pretio præ ignorantia in hac vrbe currenti, patet consequentia, quia sicut ignorantia exterorum emptorum, qua laberauerunt circa copiam mercium non est causa iusti augendi eis pretium, sic neque ignorantia emptorum ignorantium ad venturam magnam copiam mercium non est causa iusta ad augendum eis magis pretium, quam realiter curreret, si illa ignorantia ab eis abesset, quia certe si scirent, pretium realiter vilesceret.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, si aliquis pro comperto haberet, quod argentei, qui modo constant 34. dipondia, post mensem minuendi essent ad valorem 25. dipondiorum, non ideò si illos commutaret pro alia moneta, vel aliter cõtractu oneroso distraheret: teneretur istud secretum reuelare, sed neque pretium eorum extenuare, ergo neque etiam rem vitiosam vẽdens non tenebitur ad detegendum vitium, neque etiam ad aliquid subtrahendum de pretio.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, si mihi soli constaret in proximo tempore, id est, non longe post hoc librũ, qui modo penes me est ab inquisitoribus prohibendum esse, liceret nihilominus pretio eo illum distrahere, quomodo communiter valet citra obligationem detegendi emptori damnum, vel periculum, quod extra li emptione posset subire: ergo idem prorsus

videtur

videtur concedendum de vendente rem occulte vitiosam, scilicet, quod ad nihil reuelandum, vel restituendum teneatur.

Ad 4. arg. ¶ Quartò arguitur, licet ei, qui oppressus grauamine monopolij, aut iniqui gubernatoris non potest vendere sua vina, vel frumenta pretio maiori, quod iuste valent curtare mensuram, quò se seruet indemnem, quia (vt supponimus) quantitas, quam tradit iustissimè valet illud, quod recipit pretium, & tamen hic committitur vitium in quantitate: ergo datur casus in quo neque detegere vitium, ne quicquam de pretio venditor demere teneatur.

Confirm. ¶ Et confirmatur, quia habens vinum venale optimum, cuius amphora iustissimè valet decem: quando populus, si crederet non esse Rhenense, non tantum pretij daret: posset licitè, & si non sit illius vineti tacendo vendere decem, imo hac de causa vt ista. 10. quæ sunt iustum pretium non ammitteret: posset illud aqua miscere, vt seruaret se indemnem, quia reuera tantum valet, & tamen est error, & vitium in substantia, vbi nihil diminuitur de pretio, ergo datur casus in quo venditor non tenetur ad prodendum vitium rei, neque ad eius pretium minuendum. Pro quæstionis autem resolutione statuuntur sequentes conclusiones.

Concl. 1. ¶ Prima igitur conclusio sit: quando venditor, qui est conscius copiæ mercium in proximo importandarum, rogatur ab emptore quid nouerit de tali aduentu futuro mercium: tenetur non inficias ire, sed fateri veritatem. Hæc conclusio maximè verum habet, quando nullus est alius à quo possit discere, aut scisciari veritatem, veritas huius conclusionis multipliciter persuadetur, tum quia alias emptor inuoluntarius præsentes merces emeret. Nam præsumitur suæ indemnitati cõsulendi gratia interrogare, quia parabat prestolari merces, si in proximo aduentarent, quò non tam care eas sibi compararet, tum quia quando emptor interrogat venditorem de tali aduentu futuro mercium, videtur venditori suam concredere causam, eius fidelitati se cõmittendo, vnde vitio infidelitatis esset ei tribuendum si non reuelaret: sed fileret. Nam etiam in occultatione aliorum vitiorũ fallax fraudulentusq; reputaretur venditor ille, qui rogatus ab emptore de vitijs rei venalis occultis subterfugeret veritatem dicere, tum quia contra charitatem est non subuenire alicui cõsulendo, cum poscit consilium, cum non suppetit alius, qui ei consilium præbeat, maximè cum consultor id sine graui suo detrimento efficere possit, ergo contra charitatem est saltem, si venditor conscius aduẽtus futuri mercium, rogatus ab emptore subterfugiat veritatem dicere, quia tenetur tunc veritatem facti narrare. An verò contra iustitiam sit & dẽlictum restitutioni obnoxium venditoré veritatem dicere rogatum tacuisse, presius à nobis postea discutiendum venit.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio, mercator conscius aduentus copiæ mercium in futurum, si etiam non rogatus inopia oppressis, vendat pannorum copiam cariori pretio iusto quo valent, nihil eis nunciando, aut de pretio demendo, licet secundum D. Thomam nihil moliatur cõtra debitum iustitiæ, tamen contra debitum charitatis aliquo modo ageret, patet quia licet D. Thomas dicat tunc monuisse emptores de copia mercium futura abundantioris esse virtutis, quasi id monuisse opus tantum supererogationis fuisse insinuet: tamen id intelligitur, si non rogitatus vendens non indigentibus rem eis non celaret, nam si egenis venderet eis aperiendo veritatatem, non solum id secreti intimãdo opus supererogationis & cõsilij faceret, sed opus charitatis obligãtis. Secũdò patet quia tunc subticẽdo mercator cũ ab egenis nimis emptoribus eam auferat opem, quam illis forte tenebatur præstare eis subueniendo, contra charitatem videtur facere: & forte contingeret aliquando in hoc deliquisse mortaliter.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio, tunc venditor conscius abundantiæ mercium futurarum: dum rogatus ab emptore de hoc euentu consulto tacuit, ne secretum veniret in publicum cum magna suarum mercium iactura & damno: tenetur detrahere aliquid de carum pretio, quãdo aliás emptor non erat eas paratus emere: neque eas emisset, sed futuras merces vilioi pretio venales expectasset nisi aliàs emptor eas emere importune esset instigatus ab venditore. *Ratio.* Ratio autem huius conclusionis plana est, nam venditor illius damni author esset, quod emptor tunc pateretur emendo ad instantiam venditoris, & cum cautela ipsius cariori pretio merces, quas postea præ abundantia vilius comparasset: & patet secundò, quia non fuit citra fraudulentiam detrimentosam non solum interrogatum tacuisse, sed etiam non paratum emere ad emendum importunè pertraxisse, ergo id detrimenti refarciendum est emptori aliquid subtrahendo de pretio tunc communiter currenti prouratio æquitatis, & dam-

ni accepti suadebit fore recompensandum.

Quæst. ¶ Iam ex prædictis, quasi corollariè sequitur, quid succincte ad illam quæstionem, quam hic expresse, & in terminis ponimus dicendũ sit: vbi quæritur vtrum venditor de vitijs non interrogatus, teneatur sua sponte manifestare eaque patefacere, & prꝛeter illa quæ dicta sunt, quasi iam sparsim dicta epilogantes dicimus.

Dictum. 1. ¶ Primò, quod in casu quo citra dubium esset vitia rei ita esse detrimentosa, vel periculosa, vel ob quæ res venalis inutilis esset fini emptoris etiam non interrogata patefacienda sunt, quia alias detrimentosa, & inuoluntaria esset emptio, & retractanda.

Dictum. 2. ¶ Secundò dicimus dum vitia occulta præ dicto modo non sunt periculosa, neque damnosa, neq; talia, vt ob ea fiat res inutilis emptori, nõ tenetur vẽditor ea pãdere emptori, si ab emptore nõ sit ea dicere rogatus. Nã si de his scisscitatus sit emptor: tenebitur ei venditor: dum alius non suppetit, qui eum de his admonere possit, ei detegere veritatem.

Dictum. 3. ¶ Tertiò superaddimus, si emptor aliquid peteret á se emendum, nihil scisitãdo de ejus qualitate sincera, vel vitiosa esset an non: quia id tale, quale sibi effertur vult emere persuasus à se ipso tantum, id omni vitio carere: tunc venditor non constringitur in conscientia eius detegere vitia, nisi ita sint periculosa, detrimentosa (vt diximus) vel rei præpedientia vsum, sed talia sint quæ extenuato pretio maneret recompensatum damnum, quia vitia illa impedientia vsum prodẽda sunt, vt rescindatur contractus: non autem vitia non damnosa, vel non periculosa aut vsus non impeditiua, quia in his sufficit pretij diminutione remituri iacturam (vt diximus).

Dictum. 4. ¶ Quartò dicimus, quod quia emptor dupliciter potest percunctari de vitijs rei venalis vno modo expresse in generali scisitãdo, an res venalis bona sit, omniq; vitio libera. Alio verò modo tacite inquirendo, an accommoda sit ad talem vsum, vel non: sequitur venditorem, dum de vitijs interrogatur, adeò clarè distincteque teneri reuelare vitia, vt in eorũ plenam notitiam emptor peruenire possit: quia ad vitandam emptionem inuoluntariã damnum que emptoris, quando per diminutionem pretij tolli non potest, tali distincta manifestatione vitiorum est opus, vnde patet quãin cusanda est illorũ mercatorũ vafricies, & proxenetarum fraus: qui vendituri rem, vt putà equum mille vitia falsa ei imponunt cecum, claudum, tardum, recalcitratorem, falsum esse protestantes: quatenus emptor persuasus id esse mendacium fide indignum caecarere omninò aliquo vitio credat, cũ tñ aliquibus nõ careat: qua ratione, qua emptor sic obcecatur ne vitia plenè intelligere valeat, dolꝰ est hic, qui neq; à culpa, & restitutione liberat.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primum igitur argumentum Conradi contra S. Thomam, respondemus. Primò negando abundantiam mercium futuram minuere pretium earum, quæ in præsenti venduntur: sicut neque abundantia mercium absentium, & in alio loco existentium, hoc pretio non minuit, neque enim si in præsenti egerent emptores mercibus præsentibus pretio, quo in præsenti valent eas emere renuerent, licèt si eis in præsenti nõ opus haberent: eas emere detrectarent: & ad probationem consequentiæ dicimus multum inesse discriminis inter casum D. Thomæ, & inter casum quod ad probandum contrarium assumit Conradus, quia in casu Conradi abundantia iam est præsens, licèt ignorata ab emptoribus peregrinis, & exteris, & sic venditor istius abundantiæ præsentis non ignarus propter ignorantiam peregrinorum non posset eis vendere carius, at in casu Diui Thomæ abundantia mercium, adhuc est absens, & futura, cuius rei gratia in causa esse non potest, vt merces nunc in præsenti minoris valeant: quando earum penuria subest, vnde nulla iniuria venditor afficit emptorem, si non interrogatus taceat, & vendat ei merces pretio cariori quo de præsenti valent, neque est eadem ratio de alijs vitijs periculosis damnosis vsus rei impeditiuis, quia hæc vitia iam in præsenti adsunt, suntque rei venali inherentia, & veluti intrinseca, in mercibus autem, quæ venduntur de præsenti pretio quo valent, nullum intrinsecum vitium futurarum mercium aduentus, quò in præsenti minoris valeant, vnde iustè pretio de præsenti re tacita vendi possunt.

Abundãtia præsens ignorata.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, identidem hos quibus suppeterent numi argentei, posse eos distrahere tempore, quo magis valent, idque efficere quidem possent tum sine pretij eorum diminutione: tum etiã sine decrementi valoris eorum futuri manifestatione: quando nihil de hoc interrogarentur, neque egenis eos contractu oneroso erogarent: quia tunc tacendo eis parare damnũ contra charitatem saltem esset contra egenos sic se gerendo.

¶ Ad

Ad 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum, dicimus non nihil esse discriminis, inter huius argumenti casum, & alios, nam vetari non solet liber aliquis, nisi propter aliquam quam in se habet intrinsecè inherentem malitiam, licèt enim in futurum vetandus sit, sed iam vetationis eius præsens adest causa, quam secum liber præsefert, vt regulariter contingit, quò circa regulariter quoque venditor conscius huius euentus prohibitionis libri tenetur, vel secretum hoc emptori non celare, vel certè tanto magis pretium extenuare, quanto ratione huius periculi minus valeret. Secus est si non ratione defectus libri, sed alia extrinseca ratione prohibendus esset, quod certè raro vsu potest euenire, vt liber carens vitio pro libito tantum prohibentis vetetur.

Ad 4 arg. ¶ Ad quartum argumentum, quod est Soti de iust. & iur. libro. 6. quæst. 3. articulo. 2. & ad eius confirmationem respondetur cum eodem. Primò quòd argumentum hoc, & eius confirmatio non militant, vbi pretium est legitimum, putà lege positum, quia tunc nulla esse potest, vel arbitratio contra ius: sed si militant est, vbi pretium non consistit indiuisibili. Secundò nolumus cauponibus atque alijs, seu tabernarijs, seu alterius generis venditoribus ansam præbere, imposturas machinandi. Sunt etenim hi iniqui suarum mercium extimatores, quippe qui suas merces plusquàm par est, magni faciunt, quare Tertiò, iudices nó censemus, ad vim horum argumentorum fere sic arctandos: quin pæna legali eos possint plectere, qui in mensura, vel in substantia leges ipsas vendendo violant, verum tamen id quod solum attinet ad forum conscientiæ, & ius naturæ attendentes, si tres adsint istę conditiones, scilicet, quod periculum, & damnum caueretur: & merx pro modo preti emptori frugem, aut vtilitatem afferret non venditori, qui alias sincerus, & candidus esset, tribuendum esset crimini, si vt se indénem seruaret huiusmodi occultationibus vteretur. Naturalia namque iura de æqualitate seruanda in mensura, & substantia rei sic accipienda sunt esse obseruatu necessaria, scilicet, quando aliàs plus iusto venditur res, vel quando merces ad vsus mentis nihil conferunt non autem liceret mendose vitium rei velle contegere, licet illis tribus conditionibus obseruatis mendacium pernitiosum esse non esset censendum, quippe quod iustitiam commutatiuam non violaret.

CAPVT. XXXXVII.

An venditor interrogatus de vitio rei, vel de aduentu mercium teneatur verum respondere, vel etiam non interrogatus teneatur id detegere, & respondetur per. 6. dicta, & de casu vbi defectus non est reficiendus secundum Sotum, & de obligatione venditoris: & an teneatur de euictione, & an si rem alienam bona fide à se emptam bona fide iterum vendiderit ad aliquid secundo emptori, aut Domino rei teneatur.

PRætereá quia non feciſſe ſatis huic materiæ iudicaremur: niſi quæſtionem illā præinſinuatam expeditâ exhiberemus, ſcilicet, an interrogatus venditor de vitio occulto rei venalis, aut de aduentu in proximo futuro copiæ mercium obligatione iuſtitiæ inducente reſtitutionem, veritatem aperire teneatur, an ſolum contra charitatem tunc ſilendo agat, aut contra fidelitatem tunc mentiendo delinquat tantum, quæſtio eſt, quæ niſi extricetur, poſſet doctrinam hactenus traditam intur bare, quæ quò melius explicetur. Quæſt.

¶ Arguitur primò, nam obligatione iuſtitiæ non tenetur aliquis ſubire incōmodum, vt vitet alienum diſpendium: ſed ſi venditor interrogatus de vitio occulto detegeret illud, quia res ſua plus iuſto vileſceret, viliorique pretia, quàm par eſſet, emptor vellet eam emere cum incommodo ſuo bono, & commodo emptoris conſuleret, ergo etiam interrogatus vi iuſtitiæ non tenetur vitium detegere. Argu. 1.

¶ Et cōfirmatur, quia vi iuſtitię non tenetur aliquis ſe alterius gerere procuratorē, aut cōſiliarium, etiam ſi non occurrat aliusqui conſilietur, quando ex facto ſuo non imminet alteri damnum, ſed venditor ex facto ſuo vendendo rem vitioſam præ pretij quantitate vili emptori non infert damnum emptori (vt ſupponitur) ergo vi iuſtitiæ etiam interrogatus de vitio, non tenetur depromere illud, nā hoc eſſet alterius ſe exhibere prę monitorem, & conſiliarium. Confirm.

¶ Secundo arguitur, quòd etiam ſi interrogatus fileat, & reſpondere tergiuerſetur, imò ſi tunc cauſa celandi vitium mentiatur, quod iniuſtitiæ vitio non ſit notandus, quia cum rem vilem vendit venditor, quamuis occultè vitioſam, non tenetur vi iuſtitiæ eius vitiū propalare, ſed mendacium ſuperadditum cum non ſit pernicioſum, eſt tantum contra veritatis virtutem, & non contra iuſtitiam, ergo tunc quamuis ſit interrogatus mentiendo tantum peccat contra virtutem veritatis, Arg. 2.

&

& non contra iustitiam. Igitur breuiter expe-
dituri quæstionem respondemus per hæc di-
cta.

Dictum 1. ¶ Dicimus ergo primò, quod si vitia sint ita detrimentosa, vel periculosa, vel inutilem efficientia rem venalem omnino taliter quod venditio sit necessario reuocanda, vtpote omnino inuoluntaria, tunc etiam non interrogatus, & etiam ante inchoatam venditionem non solum obligatione charitatis, sed obligatione iustitiæ, & restitutionis tenetur venditor hæc vitia manifesta facere patet, quia alias euidentem causam damni dat.

Dictum.2. ¶ Præterea secundò dicimus, quod si vitia occulta sint vtilitatem emptoris non impedientia, neque ita damnosa sint aut periculosa, vt omnino inuoluntaria sit emptori ipsa emptio, ac proinde non sit rescindenda: non tenetur venditor siue sit interrogatus, vel non de illis vi iustitiæ ante inchoatam venditionem nec in tempore contrahendi illa vitia detegere, si præ qualitate vitij demat de pretio patet, quia cum damnum ex facto suo venditor emptori non inferat: non tenetur vi iustitiæ tunc temporis ea vitia etiam interrogatus reuelare, sed potest silentio rem celare, & contra iustitiam nihil tunc moliretur.

Dictum.3. ¶ Ad hæc tertiò dicimus cum Caietano quod vitia occulta, neque damnosa, aut ita periculosa, aut sic impeditiua vsus rei venalis, quod necessariam afferant obligationem rescindendi contractum, licèt non ante contractũ, sed benè post contractum vi iustitiæ venditor etiam interrogatus, vel non interrogatus, tenetur patefacere, tum vt emptor caueat periculum, quando periculosa res esset, vt equus recalcitrans, tum vt emptori in notescat ratione occulti vitij sibi diminutum fuisse pretium, ne maiori pretio quàm emerit præ hac ignorantia alteri reuendere paret: patet, nam quando hæc damna, verisimiliter timerentur si non ea reuelaret detegendo vitia saltèm post initium contractum, si ea euenirẽt, quia ex facto contingerent, emptori ea teneretur reparare, ergo argumentum est euidens, quod etiam non interrogatus, vt cauere tur, id periculi & damni saltem post consumationem contractus tenebatur ea vitia indicare venditor.

Dictum.4. ¶ Deinde quartò adijcimus, quod si vitia non ita sint damnosa, aut periculosa, vt emptio necessario rescindenda sit, aut si non sint talia quæ defraudent emptorem ab rei emptæ vsu, si interrogatus de eis venditor mẽtitus fuit, si causavitij de pretio detraxit, licèt sic per mendacium contrahendo deliquit contra veritatem, sed contra iustitiam non peccauit: tenetur tamen post contractum ad cauenda prædicta pericula, vel damna quæ aduertit Caietanus quæ nos retulimus in tertio dicto, etiam non rogatus, vi iustitiæ ea vitia nota emptori facere, primam partẽ huius quarti dicti probamus (nam secunda iã in tertio dicto fuit probata) quia authore Soto loco supra citato tale mendacium, si alioqui prædicto modo, scilicet, detrahendo, de pretio seruetur iustitia, non est mendacium pernicioſum, ergo in dicto casu mentiẽdo siue interrogatus siue nõ violauit commutatiuam iustitiam.

¶ Præter hæc quinto dicimus in casu, quo venditor copiæ merciũ post aduenturæ conscius est, & interrogatus dum est ab emptore, duplici casu peccat contra iustitiam vendendo, & nõ reuelando mercium aduentum. Primò, quando mẽtitur affirmando nullas merces fore in proximo venturas in casu, quo emptor, si resciſſet veritatem, has tam carè merces nõ emisset, quia paratus erat vilioris ex mercibus aduẽturis postea emere, patet quia etiã, si non esset interrogatus hoc eius mendacium tunc pernitioſum esset, ergo peccat sic mentiendo non solũ contra veritatem, sed cõtra iustitiã. Secundò contra iustitiam delinqueret venditor etiam, qui interrogatus de aduẽtu futuro merciũ licèt nõ mẽtiretur, callide, tamẽ negans responsionẽ, & quasi obsurdescens ad interrogationem sibi factam, & eam quadam astuta dissimulatione præteriens, (aliàs si non subticeret veritatem) non emptu rum induceret ad præsentes merces emendas qui parabat venturas vilioris emere patet, quia licèt priuatus cui ex officio non conuenit manifestare etiam interrogatus detegere obligatione iustitiæ furem extra iudicium, dum iuridicè ibi interrogatus non est, non tenetur, tamen si aliquid positiuè ageret vnde sequeretur furtum, vt si astutè blandis sermonibus amoueret à custodia suæ domus, quo copia fieret, & facultas latroni furandi, certe ex iustitia furtum cõmissum restituere teneretur: ita certè iste qui ita se gerit interrogatus: quia positiuè agit vnde damnum sequatur inducendo (præterquam, quod tacet veritatẽ) ad emendum care paratum ex venturis merces viliorisemere, tenetur ex iustitia id dãni reparare.

Dictum.5.

¶ Insuper superaddimus sextò, quòd etiã si non sit expresse interrogatus venditor: tenetur obligatione iustitiæ, & sub obligatione rescin-

Dictum.6.

rescindendi contractum detegere vitium rei venalis, quando venditor ingenerali suam palàm faceret intentionem dicens se non velle emere talem rem, si vitio reddenti eam inutilem ad talē finem sit deprauata, vel quando inspeciali aliquod nominaret vitium dicens rem illam si tali vitio sit affecta emendi se non habere animum, vt verbi gratia, si equus sit effrenis, aut recalcitrator. Igitur si innotescat venditori, siue ipso emptore id testante, siue aliunde quod emptor omnino caret voluntate emendi rem, si tali certo vitio sit contaminata, obligatione iustitiæ tenetur id vitij à principio contractus manifestare, patet quia contra iustitiam est omnino inuoluntarium emptorem cogere ad emendas merces sinceras, & sanas, ergo etiam erit contra iustitiam vitiosas merces fraudulenter obtrudere emptori vitium ignoranti, quando ex ore ipsius, vel aliunde liquet ipsum omnino nolle emere omnino que inuoluntariè eā emere rem cum illo vitio.

Ad. arg. 1. ¶Igitur ad. 1. argumentum respondetur verum esse non debere, quempiam subire in cō modum, vt vitet detrimentum alienum ceteris paribus, si tamen quis ex facto suo inducit iniuriam, aut damnum, tenetur ipse potius id damnum pati, quàm illud alteri inferre, vt verbi gratia, quando negotiator subit damnum, si non vendat merces tanti quāti sibi constiterunt, potius tenetur illud subire damnum, quam maioris, quam de præsenti valent causa suum vitandi damnū eas vendere, quia sic suo facto iniuriam seu damnum inferret emptori, sic quia quando venditor interrogatur de vitio occulto, suo facto vendendo rem sine vitij apertione iniuriam infert ignoranti & inuoluntario emptori, quia dum interrogat de vitio tacitè, significat se rem cum tali vitio omnino nolle emere, ideo contra iustitiam facit vendendo, & dissimulando, vel tacendo vitium, etiam si subtraheret de pretio, quia sicut fit iniustitia in hac parte adigendo ad emendum per violentiam, sic pertrahendo alias omnino inuoluntarium per fraudem taciturnitatis ad emendum, sicut contingit fieri cum de vitio interrogat emptor, & venditor silet.

Ad Confir. ¶Ad confirmationem dicitur, quòd licet non teneatur aliquis obligatione iustitiæ alteri consilium præbere, præsertim quando ex facto suo non officit alteri, tamē negatur quod quando rogat emptor de vitio rei alias nullatenus eam empturus, si veritas patefieret sibi, quod dānum non patiatur ex tali venditione, quia pertrahitur ignorans & interpretatiuè, & tacitè inuitus ad transferendum dominiū suæ pecuniæ pro re occultè vitiosa, quod contra iustitiam commutatiuam est etiam, si emptori aliquid de pretio alias debito si sana res esset, adimatur quia vitiosa est & non sana.

Ad. 2. arg. Solutioiuxta Sotum. ¶Ad secundum argumentum iuxta duplicem opinionem, vnam Soti, & aliam Metinæ in sua instructione, quam supra sustinuimus, dupliciter respondendum venit, quia secundum opinionem Soti, quam vt probabilem iniui dupliciter limitatam defensauimus, quæ dictat quod dum res est vsui emptori, neque damnosa, aut periculosa, dū subtrahatur de pretio æquialeter pro ratione occulti vitij non est mendaciū pernitiosum, distinguendūest, scilicet, non esse mendaciū pernitiosum, quia si cum venditor à principio interrogatus ab emptore de vitio occulto mentitus est, nō satis cōstitit ei certo rem illā esse accomodā ad finē emptoris, aut si esto id sibi certo cōstiterit, non tamē sibi cōstitit an sufficienter detraheret de pretio pro ratione vitij, aut si de his satis certus, mentitus est cū intentione non detegendi post contractum: vitiū, verbi gratia, equi insidi & recalcitrantis ad cautionē huius periculi, & cū intentione nō detegendi diminutionem pretij causa vitij occulti factā, ne pluris reuendatur statim alteri ab ignorante emptore, tunc certè negatur contra Sotum non fuisse pernitiosum, quia certè his extantibus præiudicium tale mendacium quantum de se est præparauit emptori decepto: si autem hæc omnia venditori constiterunt, & cum intentione postea detegendi, vt cauerentur hæc damna, vel ne accideret prouidendi mentitus est, concedo mendacium tale pernitiosum non fuisse. At

Solutioiuxta opini. Metinæ. secundum opinionem Metinæ, quam probabiliorem esse reputauimus, dicitur in casu quo venditor interrogatus tacuit vitium, vel etiā interrogatus, vel non interrogatus mentitus est, imò etiam secundum Metinam in casu quo non rogatus solū tacuisset, si probabiliter credebatur, quod postea comperta veritate vitij occulti rei venditæ etiam si ob id non sit sibi inutilis ægrè esset laturus sibi per mendaciū fuisse impositum, & quod petiturus esset retractionem contractus, mendacium sanè fuit pernitiosum, quia per illud effectum est, vt emptor omnino inuoluntarius transtulerit in venditorem pretii dominium, secùs autem esset si id probabiliter non crederetur,

deretur, aut non ab venditore probabiliter dubitaretur, & sic aliqualiter in his opinionibus Sotus & Metina reducuntur ad concordiam, & idem videtur dicendum, quando vitium erat patens: & quia emptor non aduertit de illo interrogat de illo, & sibi imponitur.

Quæst. ¶ Porrò iam quia inter cæteras obligationes venditoris vna potissima est detrimentū quod per fraudem in pondere, numero, & mensura venditori intulit recompensandi obligatio, vel obligatio restituendi pretij iusti non obseruati excessum. Quæritur an semper venditor hac obligatione teneatur. ¶ Dicendum est ergo, quod licèt regulariter venditor sic defraudans ab hac obligatione non sit liber, tamen aliquis casus potest accidere in quo venditor ad reficiendum defectū ponderis, aut mensuræ obnoxius non maneret, quemadmodum esset casus ille in quo venditor iniustè compulsus esset ad vendendum res suas minoris iusto pretio, tunc etenim si in eatum æquiualentia mensuram curtaret, aut pondera, qua valent suæ res quas minoris iusto iniuste cogitur vendere, à restitutione in conscientia immunis esset. Non enim legibus iustitiæ commutatiuæ sic faciendo venditor tunc contraueniset, quod tamen, vt ab omni absit culpa, necessario exiguntur tria hæc. Primò, quod contra iustitiam vēditor vēdere sit coactus res suas minori pretio, quam æquitas iustitiæ exigebat. Secūda, p hoc ita sit constans & certum, vt omne procul sit dubium, quia alias non sine periculo defraudandi in sua iustitia emptorem id facti patrasset vēditor. Tertia, quod caueat vēditor, ne respiciēs emptor sibi restituat iterū illud minus q emendo à coacto venditore detraxit de pretio quod tamen venditor sic coactus vendere, iam recompensauerat sibi decurtando mēsuras, vel pondera, id autem facti de taliter cū limitationibus his curtandis mensuris in casu nunc præfato licèt permittitur secundum Sotum, in conscientia tamen in foro exteriori per gubernatores est animaduertendum, & ob propulsandas occasiones fraudum non est impunè relinquendum.

Casus vbi defectusnō est reficiendus.

Obligatio vēditoris. ¶ Obligatio, qua tenetur venditor emptori alia est, qua scilicet, tenetur in iudicio defendere rem à se venditam, quando ibi aduersus emptorem mouetur lis supra illam, prout cautum est cap. si venditori. de emptione. & vend. obligatio autem de euictione inde oritur, scilicet, quod venditio, quia per eam trāsfertur dominium rei venditæ, debet esse de re propria, vnde consequitur teneri venditorem tutari emptorem in dominio, & possessione rei quam ei vendidit, idemque dicendum est quando res vendita in foro exteriori quod fuerit furtiua allegatur.

¶ Venditor igitur tenetur emptori de euictione secundum Panormitanum cap. si ven ditori de empt. & vend. nisi in his casibus. Primò, quando emptor post litem contestatam non denunciauit venditori, vt eum defenderet. l. emptor. C. de euict. licèt venditor sciret litem motam. ¶ Secundò quando emptor citatus contumaciter abfuit tempore sententiæ, quia per contumaciā suam videtur condēnatus in. d. l. emptor, vel si absente venditore nō appellauit. l. eremus. ff. de eui. ¶ Tertiò, quando per iniuriam fuit lata sententia contra emptorem, quia iniuria quæ fit emptori non contingit venditori, vel sic per violentiam auferatur extra iudicialiter. l. si per imprudentiam. ff. de euict. ¶ Quartò si emptor compromisit & contrariam sententiam reportauit. ¶ Quintò quando emptor potuit vsu capere, & non vsu cæpit. ¶ Sextò, quando scienter rem alienam emit, nisi specialiter sibi de euictione cauerit. l. si fundum. C. de euict. ¶ Septimò, si aliquid casuale sibi contingat. cap. ad nostrā de rebus. eccl. non alien. Si autem fiat pactum quòd non teneatur de euict. nihilominus re euicta tenetur ad pretium, vt in. l. exempto in fi. de ac. emp. & vend. ff. intellige. quando pactum fit in genere. Secus si persona specificatur, vel causa vna secundum Ludo Ro.

De euictione.

¶ In casibus autem in quibus quis de euictione tenetur pro re euicta, & damnis ob hāc causam datis satisfacere tenetur: quia proprijs laboribus, & expensis rem venditam in iudicio venditor defendere tenetur, quod si hoc facere renuerit, aut facere non potuerit tenebitur, nihilominus iusto emptori restituere pretium: si emptor ea in iudicio spoliatus fuerit. vide de hoc Siluestrum verbo emptio. q. 25. & iuristas super caput, si venditori de empt. & vend.

¶ Denique hic tanquam affinis illa attexēda erat quæstio, nisi suprà esset iam agitata, scilicet, an bona fide vendens rem, quam bona quoque fide ignoranter emit à latrone: teneatur domino rei aut emptori aliquid restituere, si apparuerit esse aliena. At vt seruetur ordo, dicimus cum Soto de iustit. & cum Metina in sua instructione, quod talis bonæ fidei emptor rei à latrone, quando iam ea bona fide vendidit, non tenetur domino rei apparenti aliquid restituere, nisi ex ea venditione

Quæst.

factus

factus sit ditior: quia in eo tantum tenebitur.

Sententia Soti. ¶ Sed an emptorem teneatur indemnem seruare vrgentior est quæstio, ad hoc respondet primò Sotus, id in quo omnes cum eo conueniunt, scilicet, quod si emptor non compareret, neque metus est, quod ab illo res illa sit exigenda, tunc & si resciuerit postea rem esse alienam, quam bona fide ei vendidit, ad nullam restitutionem ei tenetur. Sed quid si postea cõpareat dominus, qui eam exigit? Iam in hoc puncto variant doctores. Nam Sotus ait teneri suum emptorem indemnem seruare, quia non transtulit in eum dominium, sed iure restituendi periclitatur.

Sententia Nauar. ¶ Nauarrus autem in summ. Lat. capit. 17. numerro septimo & octauo, & contra Sotum tenens ait, emptori tunc istum venditorem facere satis, si cædat ei actionem de euictione contra primum illius rei alienæ venditorem iuxta. l. in creditore. ff. de euict. Nauarro subscribit Pedraça in sua summula, quibus apertè accedit Metina in sua instruct. folio. 161. si eam bona fide emit, & vendit. Secus esset, inquit Metina, si eam vendit sic quando sibi fuit donata

Sententia authoris. ¶ Ego autem componens eos dico, quod tenenda est opinio Nauarri in casu quo illam actionem cædere emptori, emptori prodesset, quia superstes, id est fur, qui primò eam vendidit á quo emptor secundus per actionem sibi datam recuperauit pretium, alioquim si frustranea esset talis cessio actionis, aut quia primus venditor rei alienæ mortuus est, aut quia egenus est, neque est iam soluendo, mitior opinio est Soti, aut æquior, scilicet, vt indemnem tunc seruet emptorem suum, aut certè rationabilius erit, si tunc, vt indemnitati vtriusque aliqualiter consulatur dimidiam iam accepti pretij restituat, & reliquam retineat partem.

CAPVT. XXXXVIII.

An emptor valoris rei non ignarus eiusdem valoris ignarum venditorem de eo admonere teneatur, & an teneatur distinctè de hoc valore emptor venditorem edocere. Et an venditor ignarus si roget de valore rei venalis sub obligatione iustitiæ, & restitutionis teneatur ei emptor respondere, & de diuersa ratione exemplorum, & de ignorantia negatiua, & priuatiua hæc secunda est tollenda, non prima.

Quæst. POstquàm de obligationibus venditoris peregimus, de obligationibus quoque emptoris, vt differamus exposcit ipsa procedendi series & ratio. Inter has autem obligationes, quia primum locum tenet obligatio illa, qua venditor in conscientia astringitur ad premonendum venditorem de valore rei, quam vendit, quando valor rei venditæ venditorem latet, emptorem autè non latet, ideò hoc inquisitu hic prius opus est, an venditorem ignarum valoris rei, quam exponit venalem emptor eius valoris non ignarus de hoc edocere teneatur, & quò magis rei veritas patens fiat argumẽtis aggrediamur impugnare partem affirmatiuam.

¶ Arguitur ergo primò, quia si venditor te- *Ad arg. 1.*
netur commonefacere emptorem de pretio rei, aut de eius occulto vitio, id ideo est, quia cum venales suas exponendo res ad emendum inuitet emptores, occasionem eis præberet erroris, si eos de prædictis commonitos esse non curaret: at emptor venditori nullam occasionem erroris offert, vt patèt cum venditor lapilli prætiosi, quem putat esse vitrum obiuus tit lapidario rei illius gnaro, qui optimè callet gẽmæ illius pretium, nunquid si pretio quo eum venditat venditor emat occasionẽ erroris illi præbetur, certè videtur quod non: iam prius illo errore erat detentus, ergo non tenetur emptor venditorem in hoc casu prẽmonere.

¶ Secundò arguitur quia si quis per peri- *Ad 2. argi*
tiam suæ artis, vel aliter comperisset in fundo alterius auri, vel argenti fodinam, vel lapidis, vel alterius lapidis prætiosi venam delitescere, posset illo cælato secreto, cum Domino fundi contractum emptionis illius fundi inire. Nam & Christus Dominus Matthæi capi. 13. tantum abest vt emptionẽm agri vbi thesaurus absconditus erat vitio dederit, vt egregie commendauerit huiusmodi agri secretũ emptorem, statuens eum nobis in imitationis exemplum: ergo cum Christus Dominus, vt legale, & licitum hoc exemplum recenseat, sequitur emptorem nequaquam iure cogi ad valorem rei venditori detegendum, & idem posset confirmari ex emptione domus, vbi esset thesaurus absconditus.

¶ Tertiò arguitur, quia siquis peritus *Ad 3. arg.*
in cognitione herbarum, herbolarium, quem nuncupamus, obtium habens in foro agricolam vendentem herbarum fasciculos ad iumentorum pastum, valẽtes singulos viginti dipondia, si inter fasciculum vnum intermixtam esse herbam medicinalem agnosceret, valentem vltra duos argenteos, nunquid culpandus esset, si id ministerij tacens

fasci

fasciculum illum ordinario emeret pretio, ia est, viginti dipondijs? apparet, quod non.

¶ Et idem argumentum posset fieri de emente pretio ordinario fasciculum lignorum ad coquendas ollas: in quo deprehendisset lignum aliquod pretiosius inter alia communia contineri, quod multo magis valeret: haud dubium, quin licitè tacens pretio communi illud posset emere: ergo nullo iure cogitur emptor valorem maiorem rei venditori ignaro exponere.

Argum. in contra. ¶ In oppositum est, quia siquis gemmarum acerruum venderet, inter quas præ ignorantia venditoris aliqua gemma incognita multo altioris valoris lubesset: quæ ipsa per se sola totum reliquum aceruulum gemmarum præcelleret valore: haud dubium quin in hoc casu teneretur emptor ad monitum esse de hoc maiori valore gemmæ venditorem curare, ergo sic etiam in casibus de fasciculo herbarum, aut lignorum iam positis, & in reliquis admonendus esse videtur venditor ignarus ab emptore perito de pretio rei venalis, quam emere parat.

Notamen. ¶ Respondeo ad quæstionem, operepretium est prænotasse, quod eum, vt ex diffinitione venditionis patet voluntaria debeat esse: voluntaria autem, vt fit fieri nequit: si valor rei venalis ipsum lateat venditorem. Nam ignorantia afferre solet secum inuoluntarium: sequitur vnum de duobus præeligendum esse emptori, aut monere venditorem valoris rei ignarum, si ipse emptor eius conscius sit, aut certè pro ea tantum pretij erogare, quantum in rei veritate nouit eam valere. At vero cum res venalis (quia in indiuisibili non consistit pretium eius) rigido, & infimo, & medio pretio vendi possit: satius erit & tutius in hoc casu, quod emptor de hoc pretio ignarum venditorem monitū incurreret, ne præ ignorantia venditori vendendi rem suam pro pretio rigido, si libuerit facultas subtrahatur, his præstitutis.

Conclus. 1. ¶ Prima statuitur conclusio non solum lege charitatis, sed etiam lege iustitiæ tenetur emptor non rogatus, quando rem emere constituit venditorem inscium valoris rei ad monere de valore illius, hæc est D. Thomæ 2.2. quæstione. 77. articulo secundo. est Soti de iust. & iur. libro sexto quæsti ne tertia articulo secundo, probatur autem quia licèt alij, qui non parant rem emere: teneãtur lege sola charitatis, & sub mortali culpa monere ignarum venditorem, quando ex ignorantia valoris vendens passurus est grauissimam iacturam: tamen, qui emere rem constituit: quia alàs venditor inscius valoris pro minori pretio quàm re vera valet inuoluntariè distrahit rem suam, tenetur vi iustitiæ, & sub culpæ, restitutionisque reatu veritatem illum admonere.

Conclus. 2. ¶ Secunda cõclusio, quãdo valor rei, vel vitiũ rei, vtrumque tam emptorẽ, quàm venditorem latet, si vendendo, & emendo pro pretij ratione æquali fortunæ se exponunt, non erit iniusta talis emptio & venditio. Hæc autem conclusio est Metinæ in sua Instruct. §. 25. folio. 142. & patet, quia pro rei qualitate, & pretij moderatione æquali periculo se exponunt.

Coroll. ¶ Ex prædictis corollariè sequitur, quod si à seipso deceptus venditor putans mulam suam non esse sanam, cum vere à morbo sit libera eam viliori pretio exponeret vendendã, si aliquis veritatis, & incolumitatis eis conscius eam minoris, quàm valet vellet emere, non absque iniustitiæ, & restitutionis reatu, id faceret, est autem corollarium hoc Metinæ loco vbi supra.

Quæst. ¶ Prætereà quia dupliciter potest emptor valoris rei conscius, venditorem huius rei inscium de hoc edocere, vno modo distinctè exponendo ei valorem rei, alio autem modo in confuso, & in generali dicendo magis certè valet res tua, sed ego pro isto tibi à me oblato pretio volo eam habere tuta conscientia, quæritur an emptor sic in confuso se explicando citra scrupulum minoris, quam re vera res valet, eam sibi mercari possit. Iam in hac quæstione non satis conueniunt doctores. Nam Caietanus in sua summula, verbo emptio. licitè hoc fieri posse concedit. Nam ait, quod emptor conscius valoris pretiosi lapidis à venditore ignorante posset eum lapidẽ minoris quàm valet comparare præmissa protestatione, quod magis valet, & quod quia citra scrupulum, & cum tuta conscientia vult illum post emptionẽ retinere, vult pro eo erogare aurũ ea lege, vt si maioris valoris sit illi condonet reliquũ pretij gratis. Huic autem sententiæ (ni fallor) accederet Metina, qui in sua Instruct. §. 31. capit. 4. de restitut. fol. 168, pag. 2. in casu difficiliori sic ait, quod si quis explorator Thesauri illum esse in agro Petri comperisset, renunciasset que id Petro, Petrus autem id nihili pendens in iocum, & risum id vertit

Variant Doctores. Sententia Caietani.

ve, tit. Potest tunc suffodiendo thesaurum, sibi licitè vendicare illum, ergo à fortiori emptor, qui sic protestatus est (vt Caietanus proponit) tuta conscientia rem minoris potest emere, quia iuxta regulam iuris scienti, & volenti non fit iniuria.

Sent. Palacij.

¶ Doctor Palacius super Caietani summam scribens, asseuerat hanc Domini Caietani sententiam modica probabilitate esse sustultam. Nam si tunc eam venditor pro tam modico pretio etiam sic in confuso admonitus impendit, id est in causa, quia ignorantia valoris rei suæ laborat, neque satis eum aduertit, edocendus, est ergo tunc authore Palacio venditor inscius tam patenter, vt intelligat liquido rem suam venalem longè excellere in valore pretium, quod pro ea confertur. Huic Palacij sententiæ videtur Panor. accedere in cap. plerique. de immu. Ecclesiæ num. 28.

¶ At inter tam varias sententias, ne nihil dicamus: quia Caietanus in hoc casu (prout ratio quoque docet) non nisi gratia donationis, aut gratuitæ remissionis, id minus, quod emptor sic protestatus soluit de iusto valore illum posse retinere concedit, ideò quo veritas huius quæstionis se exerat, perpendendæ sunt præsumptiones probabiles gratuitæ donationis, quas ius canonicum quoque perpendit capit. & si quæstiones. extra de symonia. Vbi circa verba textus huius in accipiendis, vel dandis muneribus donationibusque faciendis; dicimus tria esse maximè attendenda, scilicet, personæ dantis munus, & accipientis qualitatem, quantitatem dationis, muneris, vel remissionis, donationis tempus, & quid, & quantum, & à quo, & cui, an pauperi vel diuiti, & an à paupere, vel à diuite. Si his igitur expensis præsumptionibus probabiliter præsumi possit, quod ille venditor ignarus valoris sic monitus gratis donat, aut remittit reliquum pretij, aut quia parum est, quod magis valebat sua res, aut quia cum sit diues amico, aut consanguineo ementi censetur libenter, quod amplius valere potest res vendita velle condonare, & remittere; tunc vera est sententia Caietani, alioquin quando istę non concurrunt probabiles præsumptiones, scilicet, quòd gratis reliquum pretij, quia magni pensi est velit donare ignarus venditor, & in confuso admonitus: & cum res est in dubio, an gratis remittat, vel non tutior est, & verior Palacij, & Panorm. contraria sententia.

Sent. Aut.

¶ Adhæc vt præmuniamus fundamenta ad argumenta in fronte quæstionis posita dissoluenda, primum fundamentum sit, scilicet, quòd valor rei dupliciter potest accipi, vno modo, vt competit rei ex sua natura: qui valor est ordinarius, vt verbi gratia, valor, qui competit domui, vt vtilis habitationi humanæ, & qui competit agro in ordine ad fructus ferendos, id est, vt fertilis est. Alio autem modo, vt accidētarius valor est: quippe qui accidit rei, ideſt agro, vel domui, fortuito, id est, ratione alicuius thesauri, vel argenti fodinæ ibi latentis.

Fundamentum. 1.

¶ Secundum fundamentum sit, scilicet, quod res eadem differenter à diuersis æstimari solet, prout consideratur, vt conferens ad diuersos effectus, & fines, sicut eadem herba æstimatur ab aliquo tantum in ordine ad esum, vt gustui sapit: eademque æstimatur ab alijs: vt conducens ad vsus alios, scilicet, vel quatenus medicinalis est, aut quatenus odorifera est arridens olfactui, idem de ligno quatenus aptum est ad nutriendum ignē, vel ad fulcimentum domus, vel vt ex eo fabrefiat aliquid.

2.

¶ Ex quo sequitur corollariè eandemmet rem posse æstimari, appreciarique vno modo, & vno pretio à venditore, & ab emptore, & alia ratione, & intuitu posse appretiari, & æstimari aliter, & maiori pretio.

¶ Tertium fundamentum sit, scilicet, quòd venditor duplici potest laborare ignorantia. Nam cum duplex sit ignorantia, alia negatiua, alia autem priuatiua, tunc ignorantia negatiua dicitur laborare venditor, quando taliter est ignarus alicuius rei, quod caret iure eam rem scienti, id est, sciendi mysterij thesauri absconditi in suo agro, vt vendat agrum, eumque ordinario pretio venundare possit. Tunc autem dicitur laborare ignorantia priuatiua, quando venditor aliquid ignorat, cuius notitiam habendi ius habebat, iureque eam habere debebat: quatenus venditio iusta licitaque contraheretur, qualis esset ignorantia valoris lapidis pretiosi venalis.

3.

De ignorantia negatiua & priuatiua.

¶ Hinc licet capere intelligentiam ad argumenta soluenda in principio posita, dum interim hanc breuem expediamus quæstiunculam postremam.

¶ Quæritur ergo vltimò, si quia ad mercatoris aures rumor generalis peruenit, suas merces certæ speciei pluris valere, quàm ipse putauerat, sciscitetur ab emptore valorem earum, an tunc in speciali

eum emptor quanti valeat edocere teneatur. Et ne in re iam ex parte expedita immoremur, dicimus breuiter, quòd si á non emptu ro id roget solum tenetur illum docere veritate: dum non occurrit, aut suppetit alius, qui doceat: si autem animo paratus sit emere ab eodem emptore obligatione iustitiæ constringitur, dum pretium æquiualens non soluit, ipse emptor venditorem interrogantem in speciali. Dum alius eum hoc non edo cere, quia alias fraudem pernicioſam pateretur venditor, cuius causam prębuisset venditori ignaro emptor valoris conscius, quod manifestam continet iniustitiam: & hoc potissimè habet locum dum emptor de valore interrogatur: nam etiam si non interrogaretur, an edocere de valore inscium venditorem emptor teneretur, & qua obligatione an iustitiæ, an charitatis in prima iam concluſio ne ex mente D. Thomæ, & Caietani expedi tum reliquimus.

Distinct.

Ad. 1. arg. ¶ Iam ad primum argumentum, quod est Soti respondetur: ex mente eius negando, quod tacita veritate valoris, si in illo casu emptor minoris iusto rem emat, occasionem suum errorem antea conceptum perducendi ad effectum minoris iusto ignoranter vendo venditori non dederit: præterquàm, quod sic per taciturnitatem: silenter emendo ad rem suam distrahendum pretio minori iusto venditorem inuoluntarium pertraxit.

Ad 2. arg. ¶ Ad secundum argumentum concesis exemplis adductis in antecedēti de licita emptione domus, vel agri non reuelato mysterio de thesauro, vel argenti, vel auri mina ibi latente, distinguitur consequens, quod infertur, scilicet, quòd non cogitur vllo iure emptor ad valorem rei detegendum: quia si intelligatur de valore ordinario competenti rei venali ex sua natura, & ex ea parte sub qua sub venditione cadit, & sub ea ratione sub qua venditor eam vendere intendit, sic negatur, quòd iure non cogatur venditori ignaro emptor non ignarus hunc valorem detegere, scilicet, valorem domus in ordine ad habitationem in ea, & valorem agri in ordine ad fructus ferendos, & valorem fasciculi fœni ad pastum animalium. Si autem loquamur de valore non ita ordinario, sed accidentali, & contingenti, vt de valore domus, vel agri ratione thesauri inibi absconditi, vel argenti fodinæ ibi latentis, concedo consequens, quòd huiusmodi valorem emptor nullo iure cogitur detegere, quia non exponitur venalis domus, vel ager ordinariè propter thesaurum, vel minerale intra contentum: sed propter habitationem, vel agriculturam, ex qua speratur fructus, ideoque respondemus diuersam esse rationem exemplorum positorum in antecedenti, scilicet agri continentis intra viscera argenti minerale, vel domus intra suum solum contegentis thesaurum, vel fasciculi fœni intra se claudentis pretiosiorem herbam, quia pretium harum rerum ex sola expenditur superficie secundum Sotum, vel secundum Metinam non emuntur, propter virtutem intra latentem, sed extra apparentem, & iam ordinariè notam: aliæ verò res expenduntur secundum id quod sunt in venditione, dum exponuntur venales, ideò non licet emptori earum celare valorem, quò vilioris eas, sibi comparet.

Diuersa ratio exēplorum.

Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum ferè eadem solutione, qua responsum est ad secundū fit satis, concedendo exempla in antecedenti contenta, & ipsum antecedens, quia hic tacendo emptor nullam admiscet fraudem, quia non tenetur eas res emere, scilicet fasciculum fœni, aut lignorum secundum æstimationem particularem, quam ratione alicuius priuati commodi, quod inde, sibi sua priuata ars, & peritia conciliat de eis habet, sed secundum, quòd hæc solent à venditore æstimari, & venditari. Neque enim hic quantum ad voluntatem, & propositum vendentis spectat, interuenit ignorantia, nouit etenim probè valorem lignorum, & herbarum quantus sit sub ea ratione, qua hæc æstimat, & diuendit, & sub venditione cadunt. Quapropter nulla obligationis necessitate vrgetur emptor venditori secretum valoris rei, quoad valorem accidentalem attinet reserare. Nam valor hic, sibi cædit inutilem priuatam, neque enim omnibus est communis. Hoc autem est, quod Diuus Thomas, secunda secundæ, quæstione. 77. articulo primo, docuit, dum ait, si aliquis multum iuuetur ex re alterius, quam accipit, ille verò, qui vendit non damnificatur carendo re illa, non debet eam superuendere, quia vtilitas quæ alteri accrescit non est ex venditione, sed ex conditione ementis. Nullus autem debet vendere alteri, quod non est suū. Venditor ergo dum mina abscondita in domo sua, vel agro, vel herba, vel lignum maioris pretij latens in fasciculo, quem vendit, ipsum latet, iure caret ad ista, licet potentia non careat ad vtilitatem capiendam

Senten. D. Thom.

dim ex tali thesauro, vel mina, quia potentia non caret: dum ager est tuus ad acquirendum ius thesauri latentis in illo, quia potest peruenire ad notitiam illius. Quę quidem potentia statim, vt venditor ignorans pretio distraxit agrum, transmittitur in emptorem.

Ignorātia negatiua & priuatiua.

¶ Preterea tandem dicitur ignorantia tantum esse negatiua, & non priuatiua illa, qua dominus agri, vel dominus fasciculi continentis vnum lignum, vel herbam maioris æstimationis inter alia laborat, quia in ordine ad contrahendam licitam venditionem, & emptionem maiori notitia non eget, neq; debet habere, quare emptor rei gnarus non cogitur iure vllo illum de pretio illo accidentali commonere.

Ad arg. in contra.

¶ Ad argumentum autem postremum in contrarium de aceruulo gemmarum, in quo inter alias continetur vna valde pretiosior in triplo, quàm omnes aliæ simul sumptæ. Respondetur, diuersam longè de hoc casu, atque de casibus suprapositis esse rationem, quia fasciculum lignorum, vel fœnivendens, iuxta intentionem á se præconceptam iure caret vendendi fasciculum hunc maiori pretio, quàm sic consideratus ad finem communem noscitur valere, cuius communis pretij ignorantia non tenetur. Quare non est necessario admonendus de alia ignorantia, qua ignorat aliquid pretiosius, putà herbam, vel lignum magis valens in illis fasciculis comprehendi, quia ignorantia hæc cum sit negatiua tantum, & non priuatiua (quia iure caret, vt sibi ab emptore auferatur) non necessariò venit per emptorem tollenda. At verò, qui acerbulum gemmarum cumulatim exponit venalem, quatenus pretiosæ sunt, eas gemmas venundare parat: & secundum Metinam, vbi supra, secundum proprias virtutes, quas habent, eas contendit exponere venales. Ergo ne fraudi tribuatur emptio, ignarus venditor de gemma ibi contenta in aceruulo longè pluris valenti necessario in conscientia ab emptore perito est edocēdus: nam ignorantia hæc priuatiua est, quia venditor iure, vt sibi huius notitia detur non caret. At verò secundum Mercatum lib. 1. de contractibus, capit. octauo, si aliquis lapis vltra pretium commune, quod iuxta suam quantitatem, & splendorem habet, aliqua vigeret speciali virtute ad emendanda oculorum vitia, vel ad obsistendum fluxui sanguinis, vel illiacam passionem propellendam, qua quidem speciali virtute alij lapides suæ speciei carerent nihil scrupuli esset, si à perito, & conscio huius specialis virtutis, ea tacita pretio communi emeretur, quia negatiua, hæc est ignorantia venditoris, ac per consequens non est necessario tollenda.

Diuersa ratio casuū.

¶ Vltimò, quia ad obligationem emptoris attinet iustum impendisse pro re á se empta pretium, animaduertendum est hac obligatione adeò astringi emptorem, vt ab ea nusquàm releuari possit: nisi in casu, quo pro certo exploratum haberet in qualitate, vel in mensura rei emptæ passum se fuisse fraudem, & damnum, & iuxta quotam accepti damni de pretio alias iusto soluendo à se recompensandi, sibi gratia aliquid demeret minus soluendo.

CAPVT. XXXXIX.

An ab emptore sciente pretium rei venditor possit plusquàm valet exigere, vel emptor venditori id valoris scienti possit minus pretij conferre. Et an sola cupiditate ludendi scienter minoris distrahenti rem suam sit aliquid vltra restituendum, & an non tam perito in ludo conoscenti excessum colluforis, quo cum ludit & perdit perditum sit resarciendum, curiosa disputatio inter vtrumque Metinam ex vna parte, & Alcozerum, & Garciam ex alia, & de nolitione conditionata.

Quæstio.

QVoniam etsi prolixitatis nos argui nolumus: tamē nihil omissum, quod ad materiā venditionis spectet esse volumus: ideò quo omnes quæstiones ad hanc materiam attinentes exhauriamus: cæteræ etiam quæstiones, & quæstiunculæ sunt à nobis percurrendæ. Quæritur ergo primò, an venditori cognoscenti valorem rei licitæ possit emptor pro ea minus, quam valet impendere pretium, & è contra si emptor satis nouit pretium cómune rei, quam emit, sibi ipse sponte, aut venditore exigente, plus pretij, quàm communiter valet pro ea venditori soluat, an venditor tutè, id sibi retinere possit.

Argum. 1.

¶ Videtur ergo hæc licitè posse fieri: nam secundum regulam iuris scienti, & volenti, non fit iniuria, ergo si venditori scienti emptor soluit minus, aut si venditori exigenti maius, quam sit commune pretium emptor communis pretij non ignarus plus soluit, nulla videtur interuenire hic iniuria.

Argum. 2.

¶ Secundò pro hac parte arguitur, quia cū imperitus ludendi, ludit cum perito in arte

ludi, cuius optimè habet perspectum excessum peritiæ in arte ludendi, aut si ista super excedens peritia illum latet, admonetur à peritissimo collusore de illa, non tenetur iste peritissimus collusor, quod ab imperito lucratur ei restituere, quia imperitus hic illius excessus manifesti ignarus non fuit, vel quia de eo commonefactus fuit, ergo pari ratione, quando emptor conscius est communis pretij, si plusquam valetres, impendit pro illa, aut si venditor non nescius pretij minus recipit pro illa, non videntur aliqua restitutionis obligatione implicari.

Confirm. ¶ Et confirmatur, quia cum in contractu venditionis intercedit ignorantia valoris rei venalis ex parte venditoris, vel emptoris, ideò necessario tollenda est, vt voluntarius fiat contractus: sed in prædictis casibus: quia ablata ignorantia est, non præsumitur inuoluntarius contractus, cum scienter, & sine vi, vel metu contrahatur: ergo nulla interuenit restitutionis obligatio vtrinque, quando vtrinque ex parte venditoris, & emptoris legitima habetur notitia rei venalis valoris, si plus, aut minus, quàm sit pretium commune pro re soluatur, aut recipiatur.

Arg. incontrá. ¶ In oppositum est, quia cum in his contractibus venditionis, & emptionis, vbi scientibus emptore, & venditore pretium commune mercium, plus pretio communi, aut minus soluitur, aut recipitur, intercedat inæqualitas pretij, non videntur posse hi contractus iustificari, nisi admixta donatione facta ab venditore diminuti, sibi soluti pretij, aut facta ab emptore aucti plus iusto pretij, quæ quidem donatio non videtur concurrere, quia si admittenda esset præsumptio huius donationis multas venditiones, & emptiones quæ passim ratione inæqualitatis pretij damnamus, non damnaremus.

Conclus. 1. ¶ Igitur quò quæstioni fiat satis, statuitur prima conclusio. Donatio facta ab emptore, vel à venditore scientibus etiam rei venalis commune pretium, circa inæqualitatem pretij interuenientem in ipso contractu, dum contrahitur, si tunc fuerit facta non excusat à restitutione diminutionis, vel excessus pretij. Hæc autem conclusio est Nauarri in summa, capit. 23. numero. 88. quam probat, quia dum talis donatio emptoris, vel venditoris fit in ipso contractu, præsumitur non esse facta voluntate libera: sed necessitate coacta, sicut donatio, quàm facit aliquis creditor de sibi debito debitori procuranti, sibi aliquod beneficium Ecclesiasticum non præsumitur esse donatio gratuita, licet secùs sit, quando post datum, vel procuratum, sibi beneficium, creditor causa gratitudinis debitori, qui procurauit, debitum donat, aut remittit, quia tunc debitor à restitutione manet liber. Sic in proposito in ipso actuali contractu emptionis facta donatio, vel remissio defectus, vel excessus communis pretij non censetur libera: nisi post initum venditionis contractum cessante necessitate denuo fieret.

¶ Secundò autem probatur, quia secundum ius non præsumitur donatio, sed mutuum, vel depositum, si dixero Petro, tolle hanc pecuniam, quia nemo præsumitur suũ abijcere. de renuntiatione capit. super hoc. ergo neque qui vendẽs suas merces eas multo minoris communi pretio diuendit sciens, & prudens non præsumitur reliquum emptori donare, neque velle, quod sibi tunc debetur abijcere, licet verum sit, quòd citius solemus donare debitam pecuniam, quam iam in marsupio retentam, sed præsumitur necessitate vendendi & expediendi merces, id non tam vltroneus velle de pretio aliàs iusto remittere, vel relaxare.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio, licet prædicta conclusio regulariter vera sit, quia regulariter nõ sine necessitate venditor vendit, tamen si venditor talis persona sit, quippè quæ diues sit, & non indigens, quę illam quotam pretij, quam sciens remittit potest donare, & solitus donare, si sponte absque vi, & metu, & graui necessitate præsertim emptori, sibi amico noto, vel familiari remittit illam, tunc ratione donationis admixtæ emptor minus cõmuni pretio soluens immunis manet à restitutione. Hæc autem conclusio est etiam Nauarri in Sum. cap. 23. num. 83. quàm dicit esse ex mente Petr. ab Anch. in cap. peccatum. de reg. iur. lib. 6. num. 22. & patet arg. l. quisquis. C. de resc. vend. adiuncta. l. quod quis sciens. ff. de cond. inde. Hanc etiam conclusionem esse de mente Sali. patet, insuper, quia in hoc casu cõclusionis locũ habet regula iuris, scilicet, scienti, & volenti non fit iniuria.

¶ Præterea, quia notitia huius quæstionis prædictæ affinis non parum adiumenti ad alias passim occurrentes difficultates in alijs materijs discernendas afferre potest, libet eam hic presius examinandam in medium producere. Est autem quæstio, si quis non necessitate alia coactus, quàm sola

sola libidine ludendi, aut scortationibus vacandi rem suam distrahit pretio minori, quàm valeat sciens magis valere, sed volens illam illo pretio dare, quòad prædicta sibi pecunia suppetat, an tunc emptor, sic minoris illam emens à restitutione liber maneat.

Argum. 1. ¶ At videtur certe, quòd tunc á restitutione immunis euadat, tum primò, siquis ex cupiditate cæca emit rem, quam optimè scit, sibi esse inutilem, patitur damnum, & tamen quia sciens, & volens vult illud subire, venditor ad nihil ei tenetur: ergo è conuerso videtur pari ratione, quòd emptor minoris iusto emens rem illam non necessitáte, sed libidine ludendi, sibi à venditore venditam à restitutione excusabitur, quia etiam venditor sciens, & volens id damni vult perpeti & subire.

Argum. 2. ¶ Tum secundò, quia qui libidine, & amore mulierculæ captus, vt ea fruatur, plusquam illa meretur ei mercedis dat (quia illa carius se venditat, quam aliæ sui similes) ex quadá nimis cæca affectione dat: & tamen illa non tenetur istum excessum restituere, ergo neque qui ex cæca libidine vendit minoris res suas, vasa argentea, aut indumenta serica (vt inde suppetat sibi pecunia ad ludẽdum) obligationem inducet in emptorem aliquid, sibi vltra restituendi.

Argum. 3. ¶ Tum tertiò, quia si imperitus ludendi, propter captandam recreationem velit sciẽs: & volens ludere cum eo, quem certò nouit esse in ea arte ludendi se peritiorem, & cupiditate ludendi allectus cum illo longè se peritiore velit ludere: tũc ille lõgè peritior iuste ex ludo lucrũ reportabit, quia sciens, & volens non tam peritus ille cum peritiore voluit ex cupiditate ludere, ergo quia venditor iste sciens, & volens ex cupiditate ludendi, vt haberet pecuniasad lusum, voluit suam minoris venundare rem, emptor ei ad nihil restituendum tenebitur.

¶ Igitur dicimus ad quæstionem, quòd licet nonnulla differentia sit, quando venditor mouetur ad distrahendum pretio rem necessitate famis, verbi gratia, ad actus, quia hæc necessitas videtur esse, vt necessitas coactionis. Et quando adhoc mouetur libidine ludendi, quæ videtur esse necessitas non coactionis, sed tantum necessitas suppositionis, quia suppositio, quod eligit ludere ad captandam voluptatem, & ad lusum pecunijs indiget, vult rem suam minoris distrahere, alias non distracturus tam vili pretio, quia necessitas coactionis magis tollit voluntarium & liberum, quam necessitas ex suppositione, id est, ex suppositia libidine alicuius finis, scilicet, ludendi: tamen quia autore Diuo Thoma, prima secundæ, quæstione. 24. articulo tertio. passio qualis est etiam cupiditas ludendi, quando est antecedens impedit iudicium rationis, quod requiritur ad libertatem, & diminuit libertatem, vt non tam liberè prodeat homo in actum procedentem ex antecedente passione, ideò dicendum est, quòd licet non coactus necessitate coactionis: sed ex cupidine ludendi velit minoris, quàm valent distrahere quis res suas. Hinc non colligitur, quòd voluntariè, id quod minus accipit de pretio donet.

Necessitas coactionis & suppositionis.

¶ Statuitur ergo conclusio responsiua ad quæstionem. Prima, quando quis cupidine ludendi, aut luxui inseruiendi sciens & volens minori pretio quàm valent, distrahit res suas: nisi interueniat libera donatio: aut gratuita remissio illius, quod minus iusto soluitur: emptor non manet liber á restitutione. Patet, quia stando solum in lege, & ratione emptionis, & venditionis (quia actus sunt commutatiuę iustitiæ) necessario æqualitas est seruanda. Quapropter si non seruetur: illa inæqualitas per restitutionem quotæ demptæ à iusto pretio reparanda venit. *Conclus. 1.*

¶ Secunda conclusio, quando quis ex cupidine ludendi, aut scortationibus se dedendi, quò ad hæc pecuniæ sibi non desint, res suas minoris, quam valent, distrahit, quamuis in ipso venditionis contractu dicat se id quod minus sibi soluitur, gratis se remittere, & donare, non censenda est in conscientia omnino libera donatio: ac per consequens illa pars subtracta á iusto pretio restituenda venit venditori, nisi probabiles præsumptiones concurrant persuadentes liberam esse donationem, & gratuitam remissionem: quales quidem præsumptiones possent esse, quando alias ipse venditor solet esse nimis liberalis, & largus. Quippe qui etiam extra contractum venditionis solitus est in simili quantitate donare præsertim notis, familiaribus, vel amicis, vel quia non est tanta quantitas, quam remittit, vt illius non sit libera præsumenda remissio attentis tribus, quæ ius in muneribus, & donationibus solet expendere. *Conclus. 2.*

¶ Probatur hæc conclusio, quæ est summè conformis iuri de symonia, capit. & si *Probatio*

quæstiones, vbi sic admonemur in forma, scilicet, q̃ in accipiẽdis, vel dãdis muneribus tria sunt maximè attendenda, personæ, scilicet, dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus, qualitas personarum, vt à quo, & cui videlicet, an à paupere diuiti, vel è conuerso, siuè à diuite locupleti datum fuerit: æstimatio muneris, & donationis tempus, si magni, vel minoris pretij res data existat, & an in instanti necessitate sua, an alio tempore conferatur. Ergo si his circunspectis circunstantijs (quia per exteriora præsumitur de interioribus de præsumptionibus, cap. 2. & 3. & quia aliàs inscrutabile est cor hominis) probabilis subsit præsumptio voluntarię omnino donationis, & remissionis deponendus est scrupulus de restitutione facienda. Vide Nauarrum in Summ. cap. 17. numero. 209. & de hoc diximus supra.

¶ Neque obstat prima ratio quæ afferebatur incontra, quia qui cupiditate cæca emit rem sibi inutilem: si alijs communiter sit vtilis, nullam patitur inæqualitatis iniuriam, si eam vltrò emit pretio communi, at qui ex cupiditate ludendi sciens minoris vendit rem suam iniustum patitur nolens, quia non pretio communi, quo valet soluitur sibi res sua.

Ad. 2. arg. ¶ Neque obstat obiectio secunda, quia huiusmodi perditis fœminis copiam sui corporis facientibus nullum currit commune pretium pro mercede: nisi fortè sint prostitutæ iam in iupanari, sed quod promiserit eis pro mercede se cũ eis se cõmiscens (nisi prodiga fuerit promissio) eis post copulã tenetur dare, ita Victor. Imò quòd solitæ sunt extorquere precibus ab amasijs, si non per dolum, vel fraudem extorqueant mentientes se esse virgines, aut non nisi cum vno, & nobilirem habere non tenentur restituere, etiam si alia admisceant mendacia communia, dicentes eorum amore flagrare, in cordeque eos in sculptos habere, ita Sotus de iustitia & iure. Cui addo (vt suprà in primo tomo nostri Instructorij memini me dixisse) preces harum fœminarum, adeò posse vehementer esse molestas & continuas. Vt quia vim quandam tunc misero, & excæcato amanti, & tantum donare repugnanti inferre videntur, obligationem inducant restituendi immodica munera ab eis, sic extorta, quando aliâs minimè vellent eis tam prodige donare, quia tunc non tam liberè censentur donare, cum sint amore fascinati ex vna parte, & ex alia id donent, vt tam magnam vim molestiæ, & importunitatis continuæ euadant. Cæterùm pro alijs rebus, præsertim victui necessarijs, & venalibus, commune currit pretium, de quo non licet emptori aliquid detrahere. Ideò non est omnimoda similitudo inter pretia harum rerum, & pretia fœminarum suorum corporum pro mercede copiam facientium.

Extorsiones amatricum.

¶ Neque obstat obiectio tertia quando obijcitur, quòd quando non tam peritus ludit cum longè peritissimo, cuius certo nouit excessum. Videtur id quod perdit velle donare. Quia distinguitur hic secundum Garciam libro. 2. de contractib. in materia de ludo, capit. 19. pagin. 584. & pag. 585. Nam si non est tam certus peritiæ maioris excessus, vt peritior se in lucrandi, & non perdendi tuto constituat: tunc lucrando à restitutionis lucri obligatione liber posset euadere, sicut etiam secundum Metinam Complutẽsem, de restitutione, quæstione. 22. qui ita peritior in ludò est in rè veritate, vt tutus sit de lucro: tamen hæc maior peritia, aut securitas lucri ipsum latet, quia cum ignoto sibi collusore se exponit ad ludendum, si hac perstante ignorantia de securitate lucri, & maiori peritia ludendi aliquid lucri fecit, ad id restituendum minimè obnoxius esset, quia æquali se exposuit sorti perdendi, & lucrandi, quia sicut inscius fortè fortuna obuium habuit collusorem imperitiorem, sic potuit obuium habere collusorem multò se peritiorem in ludo, & perdere. Si autem quando quis, vel peritia naturali, vel artificiali, certò excedit alium collusorem, talis excessus tam proculdubio conscium, vt certò nouerit se perditurum, illumque peritiorem citra dubium lucraturum: tunc iste peritior, sic excedens nulla obligatione restituendi, quòd fuerit lucratus tenebitur: si id lucri non tanti valoris fuerit: sed modici. Secùs si magnæ quantitatis esset, aut esset magni pensi iuxta probabilem valde sententiam Alcozeri, capit. 19. de lud. quàm amplectitur prædicto loco Garcia. At licet in tomo primo nostri Instructorij Conscientiæ, parte. 2. capit. 35. pag. 262. oppositam sententiam, quàm tenet Metina Complutensis, cui accedit etiam Metina Salmanticensis in sua Instructione. §. 28. de ludis, fol. 151. quibus suffragatur Nauarrus in Summ. cap. 19. num. 18. vt probabiliorem defensabimus: tum propter autoritatem doctorum eam tenentium, tum etiam propter eorum rationes: nunc tamen

Ad. 3. arg.

Peritia cognita excedens.

Sen. vtriusq; Metinæ probabilis

cum

Sententia Alcozeri & Garciæ valde probabilis.

cum prædicta limitatione hanc Alcoceri, & Garciæ opinionem valde probabilem esse censemus, nō propter eorum rationem, quia parui momenti est, & potius contra eos inuertitur. Quia licèt cupiditas ludendi, quæ secūdum ipsos excecare solet, impellat parum peritum in arte ludi ad ludendum: sed quia cupiditas hæc cupiditatem lucrandi comitem habet regulariter, non tantum allicit ad ludendum, quantum etiam metus perdendi deterret imperitum à ludendo cum collusore, cuius certò iam excessum peritiæ perspectum habet: præsertim si non desint alij, sibi imperitia compares: quibus cum possit, sine certa iactura ludendo oblectari.

Ratio huiꝰ opinionis.

¶ Igitur potissima ratio opinionis Garciæ & Alcozeri, hæc est, scilicet, quia istud lucrum (si attendamus legem æqualitatis ludi) ratione ludi peritissimus ille ab imperito sibi noto capere non potest, cum æqualitas non seruetur: ergo si titulo ludi id lucri nequit adquirere, non est assignabilis alius titulus, quo licitè possit illud sibi vendicare: nisi titulo donationis, aut muneris potius, propterea quòd collusor, secum ludendo, sibi inseruit, quò vel ex tali ludo animi aliqua lem recreationem capiat, aut quo cum peritissimo ludendo addiscat ludere, & maiorem peritiam ludendi adipiscatur: sed causæ hæ non sunt tanti momenti, vt ità liberè, & sine

Nolitio cō ditionata

aliqua nolitione conditionata præsumendus sit (nisi incompos sit mentis) quòd tantam largitatem, qua nusquam in alios solitus est, vti etiam ludendo: nunc cum isto collusore velit exercere: ergo si peritissimus hic magnum ex ludo hoc lucrum sibi parauit, restituendum est, vtpotè non tam libere, sibi donatum: secus si modicum inde reportauerit lucri, quia tunc prædictis rationibus persuadere sibi potest, sibi gratis esse donatum. Quod si contenderis aliquos adeò cupidine ludendi obcecari, & transuersos agi, vt ad hunc notissimum excessum, quo eos anteit collusor peritissimus non aduertant: tanto magis in his habebit locum Alcozeri, & Garciæ opinio.

Sent. Aut.

¶ Igitur resolutoriè iam tandem dicimus, quòd sicut opinio vtriusque Metinæ non est damnanda, ita opinio Garciæ, & Alcozeri est consulenda, imò & necessario est tenenda, quando iuxta prædictas probabiles præsumptiones iuris præsumitur non liberè donasse in ludo tam immodicam quantitatem lucri collusori peritissimo, siuè quia pauper erat, qui donauit, siuè quia suæ familiæ, vxori, aut filijs, aut creditoribus sic donando non satis prospiciebat; siuè, quia tam prodigas donationes facere non consuetierat. Secùs est, si in hoc casu modicum quid in ludo perdidit, quia tunc gratis id largitus esse est censendus propter aliqualem remunerationem ob dictas causas.

¶ Ad primum igitur argumentum in principio quæstionis positum negatur, quòd venditori cognoscenti valorem rei licitè possit emptor minus pretium, quàm ipsa valet pro ea erogare. Et ad regulam iuris in. 6. regul. 27. scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus, respondetur, quòd intelligitur regula de sciente, & consentiente liberè, & sine nolitione conditionata, quæ rationabiliter stet in contrarium, præsertim si loquamur in foro conscientiæ (vt hic loquimur) vbi vt docet Nauarrus in summa cap. 17. numero. 4. ex mente Adriani in 4. de restitut. quæst. 2. colum. 4. vers. ex quibus etiam foro conscientiæ loquendo transactio, & donatio non valet: quoties non fiunt animo libero, etiam si non intercedat tantus metus, quantum forum exterius ad inualidandum eas requirit, iuxta ea quæ leguntur, & notantur in. l. interpositas. C. de transact. & l. metum. 1. & 2. ff. quod metus causa. *Ad. 1. arg.*

¶ Ad secundum argumentum, quòd in antecedenti assumebat, quod peritissimus ludēdi notus iam imperito collusori: si ab eo aliquid lucretur possit retinere: iam abundè per prædicta factum est satis, vbi quia si id licitè retinere potest, via donationis tantum retinere posse in modica quantitate concessimus, ideò ad præsumptiones donationis renumeratoriæ, quas ius canonicum loco citato præstituit hic lectorem. *Ad. 2. arg.*

¶ Ad confirmationem negatur minor, scilicet, quod ablata ignorantia, non sit inuoluntarius contractus, quia licet sit in casu argumenti voluntarius, quoad alienationem rei per venditionem, sed non est simpliciter voluntarius, quoad remissionem partis pretij aliàs iusti, quia secundum Nauarrum in summa, cap. 23. num. 88. nec donatio emptoris facta in emptione non est præsumenda facta esse voluntate, sed necessitate coacta emendi, sibi necessaria, aut placita: nisi postea necessitate cessante liberè ratificaretur. *Ad confir.*

CAP. L. *An si venditor ignarus valoris rei, & certioratus de valore, & rogatus remittere de pretio remittat de illo aliquid, valida sit ista remissio late disputatur, quia variant hic doctores & lex de thesauris qualiter sit accipienda, sententia Soti modificatur, & quando sit vera, vide hoc capitulum quia traditur doctrina necessaria conferens ad multa extricanda dubia.*

Quæstio. DE venditionis, & emptionis contractu, quatenus inuoluntarius accidit esse differentes, & hanc scitu dignam quæstionem, & ad cognitionem aliorum casuum plurimum conferentem hic adijcimus controuertere scilicet, an in casu, quo venditor valoris rei venalis est ignarus, admonetur tamen ab emptore de eius valore, eius valoris non ignaro ipseq; venditor non satis persuasus tanti valere dat illam pro minori pretio emptori roganti, vt reliquum de pretio sibi remittat, an valida sit remissio, & videtur quod valida sit. *Argum. 1.* Primò, quia iam est certioratus venditor de pretio maiori, quo valet res sua ab ipso emptore: & nihilominus minoris illi voluit vendere, ergo valida fuit illa partis iusti pretij remissio.

Argum. 2. ¶Item secundò arguitur ex regula. 27. in 6. scienti, & consentienti, & ex eius glosa, quia quando venditor vendit aliquam rem, debet prædicere emptori onera ordinaria illius rei, & tamen si emptor erat informatus domum quam emit debere seruitutē domui alterius vicini, scilicet seruitutem stillicidij recipiendi est valida venditio, non obstāte quod emptor agat ad diminutionem pretij postea, quia iam prius erat informatus, ergo quia iam venditor fuit informatus de valore maiori rei venalis, si minoris eam rem vendat, valida erit remissio illius, quod minus pro ea soluitur ab emptore.

Argum. 3. ¶Item tertiò arguitur ex sententia Metinę in sua instruct. cap. 4. de restitutione fol. 168. si suffossor thesauri conscius de thesauro latēti in agro alieno certiorem fecit, quantum ex se est dominum agri de ea re, qui tamen nolens id credere, irrisit eum tam quām inuento rem fabulę, autore Metina, potest tunc suffodere, & totum sibi in conscientia suffossum vē dicare thesaurum, ergo etiam emptor iam certiorato à se venditore de maiori pretio, quo res valent, poterit eam recipere pro minori quia videtur eadem ratio.

Argum. 4. ¶Item quartò arguitur ex sententia eiusdē Metinæ in sua instruct. §. 28. de ludis pag. 151. dicentis, quod si non tam peritus ludendi admonitus à longe peritissimo de excessu suæ peritiæ, & rogatus acceptare conditionē, quia inter ipsos colludentes seruetur æqualitas, si ipsa non acceptata, vt proteruus pergit ludere, & perdit, id lucri peritissimus ille autore Metina restituere non tenetur. Præstultitia enim id lucri non tam peritus peritissimo largire voluisse videtur; ergo pari ratione, quia admonitus de maiori valore rei suæ venditor eam minoris distrahere voluit, præscientia, vel præstultitia voluit reliquum pretij remittere, ac per consequens illud non erit restituendum.

Argum. 5. ¶Insuper quintò arguitur ex mēte D. Thomæ in addition. quæst. 46. art. 2. ad 4. allegātis opinionem aliorum, quam ibi non reprobat, qui defloruit mulierem sub specie matrimonij, non tenetur eam ducere, imò neq; de nuptijs ei prouidere: si sponsus sit multo melioris cōditionis, aut aliquod signum fraudis euidens fuerit. Quia præsumi potest (inquit D. Thom.) quòd sponsa non fuerit decepta: sed decipi finxerit: ergo si qui ostendit signū euidens fraudis, non tenetur aliquid recompensare puellæ violatæ sub specie matrimonij, neque etiam potiori iure tenebitur, qui detecta ignorantia edocuit venditorem de valore rei, ei quicquam restituere de pretio, quo minoris eam emit. Nam euidens signū dedit emptor, sic admonens, quod nollet eū decipere.

Argum. 6. ¶Itē sextò arguitur, si fœmina pudica, atq; honesta accepisset donū ab eā amāte causa alliciendi eā ad turpes amplexus, & copulā, intelligēsq; ea de causa, sibi. v. g. quadraginta aureos dari, si statim planè esset protestata ei se nusquam rei nefariæ præbituram cōsensum, quia illum à deceptione, qua tenebatur curauit auertere, si nō repetierit aureos: potest ipsa (vt videtur) tuta conscientia retinere: Ergo à simili, quando admonitus de valore maiori rei vēditor minoris emptori admonēti voluit vendere eam, emptor à restitutione liber erit.

Confirm. ¶Item confirmatur, quia si quis putans falsò aliquem esse filium suum, quem ex cōcubina, vel ex vaga suscepisset, si admonitus de veritate fidem nolens adhibere veritati: sed adhuc falsò credens esse suum, hæredem (sicut antea decreuerat) eum pergit constituere (cū legitimis hæredibus careat) iste falsò putatus filius licitè in conscientia potest acceptare testamētum, & adire hæreditatem (vt videtur) quia ipse causam doli, aut deceptionis non dedit, imò amouere eam curauit (vt supponimus,) ergo videtur à simili si emptor, postquām amouere curauit errorem venditoris

toris, circa rei venalis valorem, venditor adhuc credens falso suam rem non tanti valoris esse, velit illam emptori minoris vendere, possit tutè pro minori pretio emptam, sine scrupulo alicuius restitutionis possidere.

Arg. incontra. ¶ In oppositum est, quòd ista venditio, qua venditur res pro minori pretio ab venditore admonito per emptorem de maiori, quo valebat valore, cui tamen adhibere noluit fidem, scilicet, quòd pluris valeret, fundatur in deceptione passiua, quam venditor à se patitur, ergo non est sufficienter voluntaria ad transferendum dominium, neque etiam donatio, aut remissio partis iusti pretij fundata, in hac tali deceptione erit sufficienter voluntaria, vt valida sit in conscientia: neque enim voluntarium fundatũ in deceptione, ad trãsferendum dominium sufficit in cõtractibus. Profectò quæstio hæc non est adeò peruia, quin in controuersiam sit apud doctores. Nã Garcia lib. 2. de contractibus, cap. 19. de ludo, pag. 574. & cap. 18. pag. 552. propter hoc argumentum incontra videtur tenere, quòd venditor adhuc certioratus, vel admonitus de maiori valore rei venalis, quia tanti valere sibi non persuadet: si minoris eam vendit, emptor adhuc obligatione restituendi, id quod diminuit de pretio tenetur. Thomistæ autẽ vt Sotus, & Metina Salmãticẽsis, imò ipse D. Thomas in additionibus locis citatis contrariæ sententiæ videntur esse. Igitur vt iam quæstionem ipsam suis numeris absoluamus media via, iuxta mentem D. Thomæ incedentes has conclusiones subijciamus.

Variãt doctores.

Conclus. 1. ¶ Prima conclusio statuitur in generali, quando in donationibus, vel in contractibus, in quibus aliàs dominium solet transmitti in contrahentium alterum, interuenit ex parte transferẽtis dominium deceptio passiua, qua à se adhuc decipitur, quia alteri parti deceptionem hanc tollenti, & se veritatem docenti acquiescere noluit, aut assentire, cum iure, & rationabiliter assentire deberet ei, & fidem adhibere, si adhuc incredulus in tali deceptione perseuerans voluit donare aliquid, aut remittere parti se de veritate docenti, aut in contractu in illum voluit transferre rei dominium, probabiliter, & multum ad mentẽ D. Thomæ sustineri potest, quod istud non sit restituendum ab accipiente. Secùs in casu, vbi iure, & rationabiliter non debebat credere se docenti de veritate, quia oppositum poterat etiam apparenter, vel verisimiliter credi.

Probat. 1. ¶ Probatur hæc conclusio, quia sicut cum quis inaduertenter intulit iacturam in famã proximi narrando gesta illius tantundem est, ac si aduertisset, & hoc est, quia (vt est axioma Caietani) tunc reddit actus in naturã suæ formæ, quia si non aduertit tenebatur aduertere: ita si venditor, cum deberet assentire, vel donator deberet adhibere fidem alteri se certiorem reddendi de veritate, ne falleretur: noluit veritati acquiescere, hoc perinde est, ac si credidisset moraliter loquẽdo: sed si credidisset veritati de qua fuit edoctus, & nihilominus donaret: donatarius licitè, sibi donatum retineret: ergo similiter in huius conclusionis casu præsenti.

¶ Præterea probatur, si ego cum prius decepissem aliquem, putà Petrum, laboraui sufficienter illi dissuadere, quòd anteà falso ei suaseram: si ipse tamen dissuaderi non vult, & falsitati prius à se conceptæ pergit esse credulus, & ex tali credulitate damnum subit: videtur à resarciendo illi illud damnum, iam ego fiam immunis: ergo à simili, si postquàm donatarius, aut contrahens alter abstulit deceptionem: si nihilominus ei aliquid donare, vel de pretio remittere aliquid velit venditor, vel donator, liber à restitutione erit donatarius, vel emptor. 2.

¶ Tertiò patet, quasi á posteriori ex sententia D. Thomæ dicentis in additionibus, quæstione. 46. art. 2. ad 4. quòd sponsus non tenetur ducere puellam, quám sub specie matrimonij defloravit, si aliquod signum fraudis euidens ei ostenderit: quia probabiliter præsumi potest, quod sponsa non fuerit decepta sed decipi fingerit: ergo cum emptor ipsi venditori tam sufficiens signum valoris maioris rei dat, vt meritò venditor veritati sibi manifestatæ refragari non possit, aut debeat: si non credat adhuc, & minoris velit vendere rem suam, quidquid ipse faciat, aut dicat præsumendum est probabiliter nó esse decceptum, sed quod decipi se finxerit, ac per consequẽs tutus emptor á restitutione manebit, sicut & tutus manet à satisfactione ille, qui per signa fraudis, quæ ostendit puellæ, eius quantum in se est abstulit deceptionem. 3.

¶ Ne autem conclusio hæc anteá à nobis assertis conclusionibus repugnare videatur, accipienda est cum ea moderatione, & salis grano, quo supra asseruimus ex sententia Nauarri in Sum. cap. 23. num. 88. donationẽ, aut remissionem partis pretij factam in emptione vel venditione præsumendum non esse, esse liberam omnino: sed necessitate coacta emendi, vel vendendi rem: nisi præsumptiones probabiles ibi à iure signatæ concurrentes *Moderatio cõcl. 1.*

rentes ostenderint fieri libere.

Concl. 2. ¶Secunda conclusio (quæ vt regula est generalis, ad multas hinc decidendas quæstiones confert) hæc sit quando aliquis venditor ita laborat ignorantia valoris rei suæ venalis, vt etiam per suas ab emptore pluris valere quàm ipse putat, adhùc fidem ei adhibere renuens minoris, quàm valet emptore eidem vendit, si alias casu, quo credidisset emptori predicenti sibi pluris valere minoris nihilominus eam ei libere vendidisset, tutus erit emptor in cõscientia, etiam si tunc venditor suasu emptoris adduci non potuit, vt pluris valere crederet, & ideo minoris eam voluit vendere ei. ¶Hæc autem conclusio magnum habet sulcimentum in doctrina D. Thomę. 1. 2. quæst. 6 art. 8. quia vt vbi docet D. Thomas) ignorantia concomitans, quę est de eo ꝙ agitur, quod tamen si sciretur nihilominus ageretur, non facit inuoluntarium (vt philosophus dicit) quia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati, sed tantum facit nõ voluntarium, quia non potest esse actu volitum quod ignoratum est. At certè quando venditor etiam si credidisset rem suam magis valere, libere tamen amico, vel familiari, vel alteri minoris eam nihilominus vendidisset, interuenit (vt claret) ignorantia concomitans: ergo illa venditio rei prominori, tunc inuoluntaria non fuit, quare scrupulum, aut obligationem restituendi non inijcit emptori. ¶Secundò patet, quia id quod sub rati habitione rationabili accipitur, licitè accipitur & retinetur, sed quando venditor non credidit magis valere rem suam, & tamen eam minoris vendidit, taliter in animo affectus, quod si credidisset, & rescisset magis valere, eam nihilominus minoris vendidisset, illud quod minus soluitur ab emptore retinetur ab eo, quasi sub rati habitione, quia si certo credidisset venditor magis valere rem suam nihilominus ratam haberet remissionem, quia (vt supponimus) minoris eã vendidisset, ergo licitè id quod minus soluitur ab emptore retinetur.

Prob. 1.

2.

3. ¶Preterea tertiò probatur, quia ignorantia eatenus causat inuoluntarium, quatenus impedit consensum, sed cum aliàs si resciisset rẽ suam magis valere, minoris tamen eam libere tali emptori vendidisset (etiam si nunc persuasus ab emptore de veritate plus valere non credat) non impedit talis ignorãtia, & incredulitas consensum, quia ea ignorantia ablata (vt supponimus) consentiret in minoris pretij liberam receptionẽ, ergo remissio illius, quod minus soluitur non est inuoluntaria aut inualida, ac per consequens emptorem à restitutione liberat in hoc casu.

¶Iam iuxta doctrinam conclusionum harum argumenta à principio allata dissoluentes, quędam cum moderatione admittemus, quædam nihil contra veritatem conficere demonstrabimus.

Ad. 1. arg. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur iuxta primam conclusionem, quam cõfirmat regula iuris. 31. addita glos. se dicente, quòd si taliter sit certioratus venditor rei de valore rei, quod iam in effectu certus sit, vel subaudi, secundum glos. taliter quòd de eo certus esse debeat: non poterit in foro exteriori agere contra emprorem, à quo fuit certioratus actione ex vendito, vt restituat illi partem pretij, quanto magis esset rem venditurus, si in effectu certiorari fidem adhibendo emptori asserenti magis valere voluisset. At verò in foro cõscientiæ etiam si in effectu per emptoris monitionem persuasus certo fuisset de maiori valore suæ rei, si eam minoris emptori vendidisset secundum Nauarrum, quia inualida esset illius, quod minus soluitur remissio: ideò restituendum illud esset venditori, nisi præsumptiones iuris extarent probabiles, quæ eam remissionem omnino fuisse liberam, & non necessitate vendendi rem fuisse factam arguerent.

Ad. 2. arg. ¶Ad secundum argumentum idem respõdemus, quod & ad primum in casu, quo emptor certus erat, aut certus esse debuit de seruitute, quàm debebat domui alterius vicini domus, quam ipse parabat emere distinguendo, sicut ibi distinximus aliter in foro exterio ri, & aliter in foro interiori, iuxta sententiam Nauarri loquentes, quibus superaddimus, ꝙ emptor ignorabat talem seruitutẽ potest agere actione exempto, etiam si venditor sciens seruitutem, vel vitium rei, dixit se nolle teneri nomine seruitutum, vel vitiorũ: hoc enim generale pactum non trahitur ad illa quæ vẽditor sciuit. ff. de actio. empt. & vend. l. si res. §. venditori, si ita glos. cap. eum qui certus. de regul. iuris in. 6. ex quo colligitur idem dicendum esse de emptore saltem in conscientia, scilicet, quòd si sciuerit rem esse maioris valoris, venditore id ignorãte non satisfacit, si apponat pactum, quo asserat nolle se teneri de maiori pretio rei. imò fortè neque in foro exteriori, cum emptio facta fuit infra dimidium iusti pretij illum inuabit hoc pactum.

Ad. 3. arg. ¶Iam ad tertium argumentum in sententia Metinæ Salmanticensis fundatũ respondemus, quòd cũ suffossore, & repertore thesauri

sauri, qui licentiam petit à domino agri ad illum effodiendum, qui tamen à domino agri eius rei incredulo tâquâm ridiculus, & sicophanta abijcitur, nó est tam rigidè agendum, sicut cum emptore pretij rei non inscio, qui ideo rem minoris emit, quoniam venditor ab eo animaduersus de maiori valore rei, id credere noluit. Nam secundum Mercatum sufossor thesauri etiam data opera id faciens non tenetur in conscientia ante condemnationē domino agri restituere quicquam, quia secundum ipsum lex illa de restituendo thesauro domino agri, ab eo qui de industria in agro alieno quæritabat illum, pœnalis lex est, tum etiam quia licet lex ista secúdum Victoriam, & alios obligat ante condemnationem in conscientia, tamē nó in casu, quo iá iste repertor thesauri fecit, quod in se est domino agri reuelando secretum, & ab ipso suffodiendi illum postulando licentiam, quia tunc non reputatur fur, neque est furtum illum capere, cum non sit propriè aliquis eius thesauri dominus cui fiat furtum vt habetur. l. falsus. ff. de furtis, & quia in casu, quo à casu quis reperit thesaurum forsitan ad seruandam pacem iubetur à lege domino agri impartiri dimidiā partem secundum Sotum de iusti. & iur. lib. 5. q. 3. ar. 3. quam partem videtur remisisse, cum noluit credere cum petenti sibi licentiam effodiendi illū, iuxta leges de thesauris, debuisset credere aut certè, quia hac petita licentia non reputatur fur, totus effossus thesaurus iure sibi accrescit. Quapropter non est eadem ratio de emptore vbi minoris venditor etiam sciens vendit ei quia non præsumitur id remittere, sed ex necessitate vendendi, minoris in uoluntariè vendere, nisi præsumptiones probabiles extent in contrarium.

Lex de thesauro qualiter accipiēda.

Ad arg. 4. ¶ Ad quartum argumentum etiam innitens in authoritate eiusdem Metinæ dicimus, distinguendo antecedens (quod est eius assertum) iuxta conclusiones positas, quia si his, non tam peritus ludendi, qui fuit admonitus à principio à suo collusore de excessu in arte ludendi, & noluit id credere, iure, & merito & rationabiliter debebat id credere, tunc verum est assertum Metinæ quod hic assumptū est pro antecedenti, quia tunc cum deberet credere, quia qui illum de hoc excessu monuerat valde rectus, & veridicus reputabatur, & tanti nominis esse in arte ludendi publicè etiam ab ipso imperito collusore dignoscebatur, vt plures alios peritiores, & peritissimos in arte ludendi constaret passim vicisse. Suæ culpæ perinde hoc attribuendum est, ac si

Distinct.

sciens, & certò credens excessum, ludere voluisset, & hoc est quod Metina ait, quòd tunc alius peritissimus collusor licitè sibi vendicat lucrum, quia iste imperitus præ stultitia, quia cum deberet credere non credidit, voluit illud lucri dare, hoc autem, vt probabile admittimus, vide de hoc in materia de ludo, vbi latius loquimur. Si autem non ita constabat excessus, vt meritò, vel iure dicenti, sibi superiorem, multò magis se esse in tali genere ludendi credere debuisset maximè, quia præ quadam iactantia solent falsò, & innaniter alii qui collusorum gloriari de excessu in arte ludendi, quo sæpe carent, etiam si in re veritate de notabili, & certò in se excessu monitus fuerit inferior in peritia ludendi, neque credere voluerit, non ideò inest ius in conscientia illi peritissimo tale lucrum, sibi applicandi, nisi forsitan iuxta nostram secundam conclusionem tam modica quantitas esset lucri, vt etiá si excessum talem certò credidisset, eam nihilominus (quia sic erat genium hominis) causa captatæ recreationis in lusu, vel causa maioris partæ peritiæ ex tali ludo cum tam celebri in arte ludendi collusore præsumi probabiliter posset, quòd collusori illi peritissimo causa remunerationis donasset, quia tunc ignorantia illa esset concomitans non causans inuoluntarium. De consequenti etiam quomodo distinguendum sit in solutionibus. 1. & 2. argumentorum penes finem dictum est.

Ad. 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum fundatū in authoritate D. Thomæ respondetur, concedendo antecedens, quod est eius assertū, quia illa cum euidētia viderit signa fraudis, & nulla coacta rationabili necessitate consentiendi stupro voluit cōstuprari, liberè videtur in sui defloratione consensisse. At verò venditor etiam probè gnarus valoris maioris suę rei, & si minoris eam vendat: non videtur in defraudationem minoris pretij sic soluti consentire: quia necessitate rationabili vendendi rem suam videtur minoris eam vendidisse, quia non potuit iusto pretio vendidisse: quare nó præsumitur liberè minoris vendidisse. Nisi præsumptiones probabiles sint, quæ pro donatione, aut remissione libera illius, quod minus soluitur, faciant (vt diximus ex mente Nauarri.)

Ad. 6. arg. ¶ Ad sextum argumentum respondemus distinguendo casum, qui pro antecedenti assumitur, quia si mulier illa, cui causa allicienda ad concubitum illicitum eam amore eius captus. 40. aureos contulit, quæ protestata est. 40. dictos aureos sibi danti in illicitam rē,

quam

quam de ipsa sperat ipse non præuituram consensum sit tanti nominis, & famę, vt merito temerarius, & insanus inter prudentes etiam fæcilii extimetur esse, qui tale quid, & à tã egregia honestate dotata fœmina obtinere speraverit pecunijs, aut ad id aspirauerit, tunc quia credere iure, & merito, & rationabiliter, debebat illam non consensuram, perinde iuxta nostram primam conclusionem est ac si credidisset illam nunquam fore consensuram, quare ista tunc licite retinent, maximè post talem protestationem danti factam, iuxta mentem Metinę Salmãticensis & Hugonis de Celso in suo reportorio legum regnorum Castellæ verbo paga. versi. 41. & quia tunc censendus est præstultitia sua (sicut in simili dixit Metina) voluisse ille fœminæ illos largiri aureos. Si autem illa non tanti nominis erat, neque tantę constantiæ constabat esse, vt neque prima vice solicitata muneribus, sed neque iterum, atque iterum lacessita, seu potius allecta precibus, & largitionibus consensura speraretur: tunc iste licet aliquomodo illicitè quantum attinet ad cõscientiam id crediderit & speraverit, quia tamen more vulgi, & more humano loquendo id consensus non erat omnino incredibile, neque inspirabile non præstaturã fœminam, & tali homini cum esset ipsa etiam non tantæ notæ dicendum esse puto ipsam teneri ad. 40. aureos sibi datos in cõscientia restituendos, etiam si semel in principio protestata ei fuerit non consensuram ei, donec iterum, & si opus fuerit iterum tam sufficienter id protesta fuerit ei, quod tunc arbitrio expertorum temerarius, & vesanus extimetur à fœmina sic repulsam passus, si credat aliquid se obtenturum ab ea: & in hoc casu assentirẽtur mihi Nauarrus, & Metina Complutensis, & frater Iosephus in suis floribus, qui impari causa turpitudinis, non subsecuta causa, datũ in conscientia danti ante completionem causæ turpis restituendum esse censent. Ita in cõscientia, sed quid in foro exteriori, & qualiter in hoc casu veniat iudicãdum, vide in Hugone de Celso loco supra allegato, & hic limitatius hanc resoluimus quæstionem, quam in tomo. 1. nostri Instructorij eam resoluerамus.

Distinguitur antecedens.

Concordãtur doctores.

Ad confir. ¶Ad confirmationem, cuius antecedens videtur innixum authoritati Soti respondetur, quod licet Sotus de iustit. & iur. lib. 4. q. 7. ar. 2. insinuat, quod si aliquis Petro, verbi gratia, legasset centum credens Petrum esse filiũ suum, sua tamen leuitate deceptus, vel ab alio extra culpam Petri, posset Petrus illa optimo iure possidere, tamen hæc sententia Soti moderatione, & explicatione egęt. Nam si talis legans centum sua leuitate deceptus est á se ipso, vel ab alio ad credendum, Petrum esse filium suum taliter, quòd propter euidentiã indicia, & argumenta stantia in contrarium credere debuit Petrum non esse filium suum, tunc quia iuxta nostram primam conclusionem perinde est debuisse credere non esse filium suum, & credere non esse suum, quantũ attinet ad mores, quia redit actus in naturam suæ formæ: & quia si credidisset non esse suum, & nihilominus legasset ei illa centum, validum esset in conscientia tale legatum, ita & nunc, quia licet institutio, qua ego instituo in hæredem Titium, dicẽdo, instituo Titium fratrem meum, cum optimè sciam eum non esse fratrem, licet vt fratrem diligam nõ valet. l. nemo. §. 1. ff. de hæred. instit. sed hoc tamen secundum Syluestrum verbo. conditio. quæstione. 7. intelligendum est in foro causarum, quasi aliud esset in foro conscientiæ: si sciens, aut credens, aut credere merito debẽs non esse suum filium, suum hæredem, aut legatarium reliquisset, quare in hoc sensu vera est sententia Soti, & multo magis est vera, quando ab eodem Petro legatario admonitus est, quod ipse non esset filius eius, quia magis hoc debuit stantibus prædictis argumẽtis credere, scilicet non esse suum, quare suæ leuitati id imputandum, putant Sotus, & Metina, & quod præstultitia, id Petro deceptionem tollenti voluerit legare. Secus autem est, si verisimili errore adductus Petro illa centum legauit, credens esse suum filium, aliâs non ei legaturus, quia tunc si propter apparẽtes rationes incontra non debuit non credere esse suum, quia leuitati non est imputanda ista credulitas, licet falsa, qua credit esse suum & propterea ei illa centum legabit, inualidum videtur in conscientia legatum, vtpotè ex errore iusto, & verisimili procedens, & hic limatius (ni fallimur) loquimur in hoc casu, quã in primo tomo nostri Instructorij, part. 2. capit. 28. loquuti fueramus. Et ad consequentiam dicimus esse negandam, quia licet venditor satis resciat rem suam magis valere, tamen inuoluntarius, secundum quid illam minoris vendit, iuxta mentem Nauarri nisi appareãt probabiles præsumptiones de contrario.

Sent. Soti modificatur.

Sent. Soti quando vera.

(?)

CAP.

CAP. LI. *An cõtractus ex metu conflati validi sint in conscientia, & statuitur regula generalis & an validus sit contractus venditionis aut iudi, quẽ quis lacessitus importunitatibus contrahit, & de quæstione cognitu necessaria, scilicet, an ratificetur contractus venditionis vel iudi metu, vel vi à principio initus per hoc quod coactus antea iam inde vult capere lucrum, latè disputatur contra Garciam.*

Quæstio. AGentes de emptione, & venditione, quatenus voluntariæ debent esse non possumus hic hanc quæstionem præterire, scilicet, an contractus emptionis, & venditionis ex metu conflati validi sint in conscientia, & in foro interiori tollerandi. Igitur in hac parte breuiter nos expedientes pro resolutione quæstionis huius, & similium illam libenter amplectimur sententiá Nauarri, cuius meminit in summa Latina cap. 17. num. 29. & cap. 22. nu. 51. quæ in duobus consistit punctis.

¶ Primò autem loquendo de foro exteriori metus requisitus in hoc foro ad rescindendum contractus ex metu exercitos debet esse metus iustus, & cadens in virum constantẽ iuxta l. metum. ff. quod met. causa, hunc autẽ iustum metum cadentemque in virum constantem non abs re, & sine causa tam canones, quã leges respiciunt ad irritandos contractus in foro suo exteriori, quoniã si ibi ob leuem metum actuum daretur rescisio, iam omnes actus contractuum paterent calumniæ, & obnoxij essent petitioni rescisionis, quòd certe rempublicam litibus innumeris vexaret, hoc autem procul dubio contra mentis iuris est, vt habetur in l. properandum. C. de iudic. & cap. finem litibus. de dolo & contum.

¶ Imo Sotus in quarto. in secundo tomo, distinct. 29. quæst. 1. art. 3. ait, quod iam more, & vsu alij contractus præter votum, & matrimonium quocunque metu notabili facti fuerint rescinduntur: superadijcimus autem nos hic quod quia iuramentum metu exortum est obligatorium secundum veriorem & cõmuniorem opinionem, vt colligitur aperte ex cap. si vero. de iur. iur. ideò sine præuia relaxatione iuramenti, non potest quis contrauenire contractui, cui ex metu iurauit non contrauenire contra Hugo. de Celso in suo reportorio cap. vender. vers. 44. alias cõtractus ex metu factus, quia alias non fieret irritus est, secus est, si fieret sed nõ tam paruo pretio, quia tũc satis est supplere pretium.

¶ Præterea attingendo punctum quæstionis & loquendo in foro conscientiæ, regulam generalem subijcimus, scilicet, quod ad reddendum actum inefficacem, & inualidũ coram Deo sufficit quiuis timor, etiam si leuis sit, & qui non attingat metum grauem & cadentem in virum constantem, modò sit causa, sine qua non, saltem principalis, id est, quãdo est timor, licet minor, talis tamẽ, vt sic fuerit causa actus, vel contractus, vel consensus, vel dati, vel accepti, quod sine ipso ista de facto non euenissent. Hæc autem regula est Nauarri, quam in locis supra allegatis desumpsisse se fatetur ex mente Hostiensis. Ioan. And. in cap. verum. de iure iurand. & ex assertis ab Adriano in 4. de restit. cap. aggredior. versic. ex quibus omnibus. & ex Soto de iust. & iur. lib. 4. art. 4. ad 2. illius probationem efficacẽ esse hanc puto, scilicet, quia leges quę inter vtrumque metum, scilicet, grauem, & cadentem in virum constantem, & inter non tam grauem metum, differentiam statuunt, in præsumptione fundantur, præsumunt etenim metum grauem, & cadentem in virum constantem esse causam actus, alium verò non. Lex autem quę præsumptioni innititur, corã Deo locum non habet, si veritas rei ei non coexistat, capit. is qui. & capit. tua. de sponsalibus. Reg. Nau.

¶ Hinc Nauarrus cap. 22. num. 51. duo corollaria infert. Primùm, quòd metus reuerentialis annullat votum puellæ vouentis religionem, etiam quoad forum exterius, quod glos. sing. cap. præsens. 20. quæst. 3. notat ex illo cap. quod tamen nunc. quatenus attinet ad forum exterius, diffinire hic non contendimus. Corol. 1.

¶ Secundùm, non obligari ad preces horarias, & ad abstinendum à bellis filium, cuiusdam maximi principis, qui maximo reuerentiali metu patris, infantis, & patrui regis diaconatum accepit, visum iri alicui erudito. Nauarro autẽ procul dubio videtur casum hunc iustam præ se ferre causam dispensandi, pensatis hic concurrentibus circunstantijs. Corol. 2.

¶ Verum nobis de his quatenus attinet ad forum exterius, nõ est animus agere, sed quatenus attinet ad conscientiam. In hoc autem conscientiæ foro, cum autore Soto metus leuis etiam iniurius sit, suaptè natura iure venit contractus etiam ex leui metu initus in conscientia rescindendus, in foro saltem conscientiæ, in quo omnis iniuria venit iure naturali resarcienda: inefficacem ergo etiam metus leuis reddit contractum, quãdo causa fuit sine qua non, saltem principalis illius.

¶ Porrò non abhorrere ab hoc loco hæc quæstio Quæstio.

quæstio videtur, an sicut contractus est ex metu,& violentia etiam leui precedens taliter quod alias non fuisset initus in conscientia,est nullus,sic etiam nullus sit contractus emptionis,vel venditionis, aut ludi, vbi aliquis ad emendum,vel vendendum,vel ludendum inuitus pertrahitur importunitatibus laceſsitus,& conuitijs taliter quod præ pudore, & suffusione vultus, ne vt vilis & miser abijciatur statuit emere,vel vendere, vel ludere, alias nihil horum facturus videtur namque talis contractus validus esse. Nam si sic ad contrahendum,vel ludendum per tractus virtute illius contractus,aut ludi aliquid sibi licitè acquirere parat,fit consequens, vt velit iam contractum huiusmodi,& alteri contrahenti,aut ludenti valere ad licitè per ipsum acquisitum retinendum,alias æqualitas, quam in hoc suapte natura exigit contractus, nõ seruaretur: argumentum autem hoc proculdubio nõ parum vrget.

¶ Iam in hac quæstione non satis liquet quid sit dicendum, quoniam doctores non conueniunt in vno.Sotus namque secutus Siluestrum, Caietanum, & Metinam tenent sic per importunitatem,& incusionem pudoris,aut per exprobrationis modum pertrahẽtem ad contrahendum, vel ludendum teneri ad restitutionem. Archidiaconus autem & Couarruuias atque Nauarrus in suo Manuali cap.19.num.13. eiusdem sunt cum prædictis sententiæ hac ducti ratione, scilicet, quia huiusmodi importunationes,seuexprobrationes genus quoddam violentiæ præseferunt, quorum sententia magis ad mentem D. Thomæ accedere videtur,quí.2.2.q.32.ar.7.in solut. ad.2.ait,quod qui ex cupiditate lucrandi trahit alium ad ludum ex diuino iure ad restitutionem tenetur. ¶ Garcia autem in secundo lib.de contractibus cap.19.num.592. contrariam opinionem quam asserit approbare Alcocerum, magis consentaneam rationi esse iudicat præter argumentum supra allatum, etiam adducens in probationem, scilicet, quod contractus donationis, vel venditionis ex similibus importunitatibus procedẽtes validi sunt restitutionisque expertes,sed certè hoc nõ est aliquid probare, sed principium petere.

¶ Ne igitur aliorum varias sententias in medium proferentes nostram taceamus,arbitror hanc litem sic per hanc distinctionem cõponendam. Nam quia authore Philosopho, actus actiuorum sunt iuxta passiua disposita, dupliciter se possunt habere huiusmodi importunitates,& exprobrationes, quib⁹ conantur aliqui alios pertrahere ad contrahendum contractum, vel ad ludendũ vno modo taliter,quod veluti impertinenter se habent ad sic pertractum,quia licet iste tunc ludere,aut contrahere renuebat:tamen talis animi,& genij erat,quod alias probabiliter præsumendum erat libere contraxisse, vel lusisse, quia alias ab contrahendo, vel ludendo non tanto pere abhorrebat,& huiusmodi importunitatibus, & exprobrationibus nihil percellebatur animo, quia eas quasi iocosas vilipendebat,& in iocum vertebat, cum aliàs solitus esset contrahere, vel ludere, & in hoc casu vera est opinio Garcię,& Alcozeri. Alio modo huiusmodi importunitates,incusiones ruboris, & exprobrationes taliter se possunt habere ad sic per tractum ad ludendum,vel contrahendum,quod re vera inuitum,& omnino inuoluntarium, & alias non lusurum, aut contracturum pertrahũt efficaciter ad ludendum: vel contrahendum,quod tunc præsumi probabiliter potest, quãdo, vel quia angusti erat cerebri maximè huiusmodi importunitatibus, vel exprobrationibus offendebatur, vel quando ita valde,sibi placebat de opinione liberalis, & magnifici, quod has in se iactatas exprobrationes adeò ægrè ferebat, vt eas vitandi sola causa (cum aliàs summè contrahere,aut ludere detrectaret)creditur lusisse,aut contraxisse.

Importunitates duplices.

¶ In hoc autem casu vera est opposita sententia Soti,Syluestri,Caietani,& Metinæ,Archidiaconi,& Couarruuiæ, & Nauarri, quia est etiam conformior menti D. Thomæ, & quidem patet, tum, quia in hoc casu importunitates hæ & exprobrationes, respectu huius quandam violentiam inferre videntur. Tum, quia iustam regulam generalem causa potissima sunt,sine qua alias non contraheretur,aut luderetur, vnde inuoluntarium,omnino in conscientia, videntur facere contractum emptionis,aut donationis, ac per consequens inualidum. Huius autem sententiæ videtur esse Armilla,verbo. coactio. §.6. vbi sic ait:metus leuis, vel tantum probabilis nõ excusat,nec rescindit, vel annullat, vt notat Panor.in cap. veniens de sponsalibus.el.2.tamen quoad conscientiam considerandæ essent circunstantiæ rerum,& contractuum.

Quæ sentẽtia conformior. D. Thom.

¶ Porrò argumenti allati à Garcia solutio nobis,& hanc quæstionem agitandi hic ingerit necessitatem, scilicet, vtrum qui coactus, vel vi à principio pertractus est ad contrahendum, vel ludendum, si iam dum contrahit, vel ludit animo suo statuit ex ludo accipere, sibi

Variant hic doctores.

Sent. Nau.

Sent. Garciæ.

Concordãtur per autorem.

sibi lucrum, vel ex emptione acquirere rem emptam, & fructus eius, aut ex venditione coacta sibi parere emolumentum pretij recipiendi iam ex hoc ipso ratificet, contractum antea per vim, & coactionem inceptum.

Argu. 1. ¶Pro parte autem affirmatiua primò face re videtur, quia iste qui à principio inuitus accessit ad ludendum, vel contrahendum, eo ipso, quod iam paratus exui ante sibi illata ad ludendum, vel contrahendum, decernit ex tali ludo, vel contractu accipere sibi lucrum, aut rei, vel pretij dominium, videtur consentire in ludi, vel emptionis, & venditionis contractus, eiusque leges, & conditiones, scilicet, perdendi, & lucrandi, & æqualitatis: ergo videtur per istum consensum illum contractum ratificasse.

Arg. 2. ¶Secundò, pro eadem parte affirmatiua arguitur, quia vt habetur extra de sponsa. & matr. cap. ad id. matrimonium per vim contractũ cohabitatione spontanea cõualescit, hocque quotidie allegatur, & hoc ideò vsu euenit, quia cohabitatio spontanea postea subsecuta arguit subsequentem consensum ratificantẽ matrimonium antea per vim contractum. Sed iam voluntas spontanea adueniens lucrandi ex ludo, vel acquirendi rem ex contractu, qui ab initio fuit coactus arguit etiam consensum subsequentem ratificantem cõtractum antea coactum, ergo per consensum in lucrum, vel dominiũ obueniens ex tali contractu, videtur talis contractus ratificari. Garcia propter primum hic allatum argumentum libr. 2. de contract. cap. 19. pag. 595. tenet absolutè partem affirmatiuam, igitur à clarioribus incipiẽdo quæstionem enodemus oportet.

Dictum. 1. ¶Dicimus ergo primò, quod absolutè loquendo nõ considerando quod vi tractus ad ludendum, vel contrahendum, vult iam inde aliquid lucri siuè pretij sibi acquirere, sed considerando potius quod neque vellet ludere, sed neque lucrum cum periculo perdendi, tunc nisi superueniat alia noua causa, vel ratio quæ nouum gignat consensum liberum, per quem ratificetur antea coacte inceptus cõtractus, semper irritus in conscientia manet. Secus autem est si postea ex noua emergente causa, vel ex noua oblata ratione contractus iam fiat voluntarius, qui antea fuerat coactus, quia tunc ex noua ratione, vel causa progenitus consensus illum ratificauit, vt videre est in spõtaneus casu, quo quis primò metu cadẽti in virũ constantẽ matrimoniũ contraxit, dũ alia non se offert causa, quæ de nouo ad liberè consentiendum eius afficiat voluntatem, semper censetur perseuerare inuitus, & contractus adhuc manet irritus. Si tamen postea accedat tertius, qui mille aureos huic inuito offerat, si sponte acceptet Mariam, quam antea sic coactè duxerat, & gratia tantæ dotis libenter faciat: iam per hunc subsequentem consensum matrimonium ante coactum manet ratificatum, quia noua se obtulit causa.

Dictum. 2. ¶Secundò dico, loquendo de ludo, ad quẽ quis primò inuitus est tractus, quòd non ex eo, quòd postea decernat lucrum, sibi hinc parare, apertè conuincitur nouum, & liberũ ad ludendum præstare consensum contra Garciam, idque duas ob causas sic iudicandum est, scilicet, vi primò tractum nouum, & liberum præstare consensum non velle (ni si alia occurrat noua, & sufficiens causa, quæ illum gignat.) Tum, quia si secundum vnam opinionem communiorem intelligeret se nõ licitè posse lucrari, sicut neque perdere, dum inuitus ludit magis hinc ad ludendum inuoluntarius redderetur, quia ipse est tunc censendus alias inuitus in ludo perseuerare. Tũ, quia secundum aliam opinionem, quam Canus in suis scriptis, & Nauarrus in suo manuali. capit. 19. num. 12. autumant esse probabilem, scilicet, verum est, quod vi tractus ad ludum (licèt non possit perdere) potest licitè lucrari à collusore vi illum trahente, quia ipse non impedit lucrum, sicut sibi impedimentũ præstat licitè lucrandi, qui illum ad ludum inuitum trahit. Tum, quia sicut vtens falsis cartis in ludo non potest licitè lucrari, quia iusto lucro impedimentum obijcit, at benè potest ab eo licitè lucrari eius collusor syncerè ludens, quia lucro iusto obicem non opponit, ita & in casu hoc. Tum, quia vt inibi asseuerat Nauar. cap. si qua de rebus. 12. quæst. 2. & §. pupillas inst. de inuti. stipul. probant contractum cum pupillo, aut Ecclesiam factum valere in alterius præiudicium, quamuis in eorum non valeat. Tum, quia iniuriam pati potest, qui eam facere non potest, iuxta. l. illud. ff. de iniur. translata in cap. illud. 15. quæst. 1. Sic & in casu, quod si hoc (inquam) verum est, & hanc opinionem probabilem esse intelligeret, qui vi tractus est ad ludum, non opus esse sibi iudicaret nouum & liberum præstare ludo consensum, eò quòd velit iam licitè lucrari, quia iuxta istam probabilem opinionem, sine isto de nouo adhibito cõsensu potest licitè lucrari adhuc perseuerans inuitus, ac per consequens non est censendus contra Garciam, quod per hoc quod velit lucrari, velit ludum ratificare, sic vt eius collusor valeat

Opinio Cani & Nauar.

ab eo

ab eo lucrari licitè, quia vt regulariter contingit ideò, quis inuitus ad ludendum trahitur quia metuit perdere, & renuit alteri lucrum impendere, quod plane etiam facit ad solutionem secundum communiorem opinionem datam.

Dictum. 3. ¶ Tertiò dico, loquendo de contractu venditionis, quod non eo ipso solum, quod coactus vendens (supposito quod cogitur vendere) velit, accipere pretium pro re sua postea, coarguitur velle contractum venditionis ratificare, ita vt cogens ad vendendum sibi maneat dominus rei venalis sicut puella vi graui coacta profiteri solenniter, per hoc (quod supposito quod cogitur profiteri) vult suam tradere monasterio dotem pro vitæ alimentis, non est censendum eam velle ratificare professionis votum antea coactè emissum, neque absolutè illius dotis dominium in monasterium, voluisse transferre, patet autem hoc tertium dictum contra Garciam, quia ad validandum contractum, ita vt per eum transferatur dominium, requiritur absolutus, & directus liber consensus, at iste consensus (si recte eum expendamus) non est absolutus, sed conditionatus, quia facit hunc sensum, absolutè nolo vendere, neque rei meæ pro pretio transferre dominium: sed si vis mihi infertur, vel postquam ad id cogor volo, hic autem sensus consensum tantum conditionalem importat, nõ directum, sed indirectum: & per coactionem preuiam inflexum in translationem dominij rei venalis in coactionis autorem, ergo nõ est satis idoneus consensus ad ratificandum venditionis contractum à principio irritum, vt pote vi contractum.

Exemplũ puellæ coactæ.

Matrimonium metu graui etiã consumatũ sit validũ.

¶ Ad probationem autẽ istius hic assumpti principij, scilicet, quod talis conditionalis, & indirectus consensus, vt pote ex coactione præuia originem ducens, quippe qui eam coactionem vimque virtualiter, & indirecte participat, nõ sit sufficiens ad ratificandum contractum alias irritum, facit communis opinio. Panor. Præpos. & aliorum multorum, & Nauar. in summa cap. 22. num. 51. contra Host. qui habet, matrimonium metu mortis contractum, & metu quoque mortis consummatũ non esse matrimonium validum, quia sic vt consensus in matrimonium non fuit satis liber ad contrahendum, ita neque consensus indirectus per quandam consequentiam resultans ex copula ex eodẽ metu mortis orta, non est satis liber (licet aliqui Thomistæ cum Soto subtimidè putent oppositum probabile, quando voluit á principio coactus postea accedere affectu maritali, quò fornicationis vitaret peccatum) ergo pari ratione comprobatum, manet quod consensus tradendi dominium rei, & accipiendi pretium virtute prioris coactionis manens, vt regulariter accidit, dum noua de nouo libere, & absolutè consentiendi non se offert causa, nõ est sufficiens ad ratificandum contractum, quia non est satis liber, sed (vt dictum est) est conditionalis, & ex suppositione prioris vis illatæ coexistit. At si noua se offerat causa & sufficiens libere consentiendi contractui prædicto, iam per istum nouum consensum, vel denuo fiet, vel ratificabitur contractus.

¶ Igitur ad primum argumentum quoniá iam ex prædictis eius patet solutio, dicimus breuiter, quod licet vi primo coactus ludere, vel contrahere, velit postea lucrari, tamen sicut non consensit in ludum libere, ita non cõsentit in leges ludi, vel contractus, nisi conditionato, & coacto quodam consensu virtualiter, & implicite, qui non satis est ad trãsferendum dominium, & hoc regulariter, vnde per ipsum non ratificatur contractus, vnde non intendit absolutè lucrari, neque perdere, sed supposito quod cogitur, quasi ad redimendam suam vexationem ex suppositione acceptat lucrum, si sibi obuenerit, post quam etiam, si perdere contingeret inuitus erat àse perditum soluturus. Quæ omnia non arguunt cõsensum liberum. Peccaret autem hic à principio coactè vendens, si ablata coactione: quæ tolleretur, si redderetur sibi res sua, vellet adhùc retinere pretium, non autem peccat retinendo pretium, quandiu per redditionem rei suæ sibi factam, coactio, qua coactus est eam vendere, non aufertur. *Ad. 1. arg.*

¶ Ad secundum argu. respondetur, quod extra de Sponsal. & matr. c. ad id. ideo mulierem primo coactam per cohabitationem spõtaneam matrimonium coactum ratificasse dicernitur, quia secundum glossam, cum suppeteret illi copia fugiendi à domo mariti, noluit fugere, sed tanto tempore cum illo voluit cõmorari, iudicatur subinde liberè postea consensisse. Secus autem iudicaretur, si statim fugisset, aut reclamasset, at verò contrahere coactus, qui ex venditione, qua cogitur vendere subintendit recipere pretium, illudque retinere, non ideò videtur liberè in conscientia ratificare venditionem illam etiam, si habeat pretium pro suo contra Garciam quandiu adhuc vellet reddi sibi rem suam, & restituere pretium, quia tandiu censetur esse inuitus, secus est quando iam sic retinet pretium pro suo quod nollet illud restituere, neque recipere, *Ad. 2. arg.*

vel

vel rehabere rem venditam etiam si vltro sibi offerretur, quia tunc signum esset, quod eam venditionem ratificasset alias non.

Nota. ¶ Hinc iam patet quid dicendũ sit de emẽte & animum soluendi non habente, quia hic nisi mutet animum, & nouum animum soluendi concipiat: neq; rem emptam, neq; fructus eius bona conscientia retinere potest. Est enim venditio, & emptio distractio, & contractio rei pro pretio statim soluto, vel facta fide soluendi, quæ quidem fides ficta, & sine animo soluendi non debet esse, quia fides humana ficta non est fides.

Quæstio. ¶ Similiter non est intellectu facilè, quid dicendũ sit de emente ad creditum, qui tamẽ credit certò se nõfore soluendo, an valida sit emptio, qua rẽ emit, quia aliquibus videtur fuisse de mente Victoriæ, quòd talis emptio non tenet, sicut neque assecuratio, qua quis cum postea non sit soluendo, si nauis pereat, eam assecurat. Sicut neq; acquisitio lucri ex ludo tenet ab eo facta, qui nihil in ludo est potens perdere: aliquibus autem videtur, ꝙ sit valida, quia talis potest pro debito incarcerari, & quia veniens ad pinguiorem fortunã à soluendo non excusatur, & quamuis his responderi hic posset, quod ratione delicti, quia cũ non esset futurus soluendo emit, posset carceri mancipari: & ratione damni veniẽs ad pinguiorẽ fortunam teneretur restituere: non tamen ex eo quod emptio in conscientia fuisset valida.

Variãt Doctores.

Sent. aut. ¶ Tamen vt has opiniones ad aliquam resolutionem redigamus: dicimus, ꝙ probabilius apparet, ꝙ talis emptio fuerit valida præsertim quando res empta fuit res immobilis, vel nõ ipso vsu cõsumptibilis, quia licet alias emptor non esset soluendo eã, postea dũ eam emit potuit concipere animũ eã vendendi, si tempore solutionis non haberet, vnde solueret, & quia si tunc extaret restituẽda esset, vel vendenda, vt eius pretium restitueretur. l. 2. ff. quibus caus. pig. vel hypoth. cont. per argumentum à fortiori. Et idem dicendũ est forte quando empta est res vsu consumptibilis ab eo, quem constat non fore soluendo, quia do miniũ talis rei videtur acquirere, quidquid sit de culpa: quia accipit rem, quã vendendo potest acquirere, vnde postea soluat. Et quia obligata manet eius persona semper, quod habuerit vnde soluere possit. At de assecurationis nauis & de ludi casibus aliqualis est disparatio non conueniens contractui emptionis hic proposito, vt consideranti patebit de quo postea infra plura dicemus.

CAP. LII. *An qui iurauit contractui non contraire, possit implorare officium iudicis, & de quadam deceptione an contractus cum alias impotente restituere creditoribus sit validus proponitur regula Soti de aduertendis in emptione si non fuere animaduersa: fructus rei venditæ, quomodo partiendi, aut cui applicandi: & de venditione facta sub conditione tali, quænam includantur in ædificijs venditis, vide ibi iuridica dogmata.*

Quæstio. ADhũc quoniã (vt dictũ est) deceptio inuolũtariã reddit emptionẽ, & vẽditionẽ, quẽritur, an si à principio aliquis cõtrahentiũ iureiurando se altrinxit ratione allegatæ deceptionis cõtractui non cõtraire: hoc nihilominus non obstante, possit implorare officiũ iudicis ad æqualitatem in contractu statuendã, vel ad rescindendũ contractum. Ad hãc autẽ quæstionẽ sic duximus breuiter respõdere dicentes primò, ꝙ qui iurauit stare contractui, & non contraire illi ratione deceptionis: si deceptio postea interuenerit in eo ex proposito in conscientia potest petere reductionẽ contractus ad æqualitatem, vel vt rescindatur casu, quo iure ratione deceptionis est irritus, vel irritandus. Patet hoc quia dolus futurus nõ potest, neq; expressè, neq; sub generalitate verborũ tacitò renuntiari. ff. de pact. l. si vnus. §. illud nulla. & hoc sequũtur cõmuniter DD. Dicitur aũt dolus ex proposito, quãdo scienter, per fraudẽ, gratiã, seu odiũ aliquis alterum grauat, & sic iuramentum nõ valuit.

Dictum. 1.

Dictum. 2. ¶ Secũdò dicimus, ꝙ si nõ affuit deceptio in contractu ex proposito, & scienter, qui dolus dicitur, si iurauit se non contrauenturum contractui ratione alicuius interuenientis erroris, nihilominus distinguendũ videtur: nã si tãtus est error, quod excipit mentẽ iurãtis, putá, quia cessante isto errore nullo modo cõtraxisset, vel se obligasset: tũc nõ ligat iuramẽtũ, & potest cõtrauenire nulla obstãte absolutione, ita Sylvest. iuram. 4. q. 8. & ꝓbat, quia quãdo error dat causam pacto, aut contractui, ꝙ tũc cõtingeret, quãdo aliás nõ fieret, excluditur volũtas. l. 1. ff. de dol. & iuramentũ nõ obligat vltra intentionẽ iurãtis. de iureiuran. cap. veniẽs. Neq; iuramentũ extẽditur ad illa, de quibus nõ est cogitatũ eo. quintaualis. Si aũt talis nõ interueniret error, qui tolleret intẽtionẽ cõtrahẽtis, & iurãtis, qui sic iurauit, quia validũ videtur esse iuramẽtũ eius, tenetur nõ cõtrauenire cõtractui, & sic limitãdũ venit. cap. 2. de pact. lic. vi. s. ꝙ nõ procedat, quãdo error dat causam contractui, & hoc procedit in foro conscientiæ. Nam in foro exteriori an audietur

dietur maior si iurauit se non venire contra venditionem, quando postea intelligit se deceptum vltra medietatem iusti pretij difficultat glossa super capit. cum causa. de empt. & vend. vbi ait se credere quod non audietur maior, sed benè audietur minor, vide ibi. Nã Panor. in. c. cũ causa. videtur tenere cõtrariũ, qui ait q; qui iurauit nõ cõtrauenire venditioni alicui, & inuenit se deceptũ vltra dimidiũ, potest petere absolutionem à iuramento, & potest agere contra emptorem, & sic poterit audiri. Imo etiã in cõscientia cẽsemus hoc documentum Panormitani de absolutione à iuramento prius petenda à prælato obseruandum esse ad cautelam, quandocunque in dubio res est an obliget, vel non, antequam agatur cõtra id quod tali iuramento fuit firmatũ.

¶ Porrò quia in disputationem deceptionis interuenientis in venditione, quatenus eã facit inuoluntariam incidimus, non erit abs re & de hac deceptione meminisse, vbi Petrus fingit literas, quibus continetur, quod hoc anno non est oleum in Alcarien si prouintia, vel in Alxarauia Hispalensi, & eas proijcit, vt inueniantur, inuenit autem eas Ioannes, & credens esse verum, omne oleum, quod ibi reperit, comparat sperans multum lucrari, tamen multum tandem perdit. ¶ Ad hoc igitur dicitur. 1. contra fraternam charitatem egisse Petrum, si sic intendebat decipere Ioannem mercatorem, vel alium neque vlla suppetit ratio excusandi illum à culpa mortali, verumtamẽ quia Ioannes leuiter motus est propter tales literas ad emendum huiusmodi oleum, ideò sibi imputandum venit damnum, non autem tenetur ei id damni quod subijt restituere Petrus, quia nisi leuis corde fuisset ad credendũ sufficiens causa damni sibi data non fuit. Quãuis non damnarem confessorem obligantem Petrum ad soluendum, vel resarciendum aliquid Ioanni: pro hac deceptione licet non in integrum, sed considerato ex vna parte, quod Ioannes leuiter voluit decipi, & considerato ex alia parte, quod aliqualis causa deceptionis data est ei, præsertim si multum & persuasibiles & verisimiles rationes in illis literis proiectis ex industria continebantur. Nam & hoc fandamentum habet in doctrina Soti, qui in 4. sentent. asserit, loquens de puella, quæ sub specie matrimonij decepta est, & violata, scili cet quod à sic decipiente arbitrio boni viri ali qualis compensatio facienda est ei pensato ex vna parte damno ipsius puellæ, & ex altera parte, quod censetur sua sponte voluisse se decipi, quando ex verbis decipientis ipsa facile poterat deprehendere fallaciam, vel ex bonis coniecturis, sic & in hoc casu.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Addimus secundò, q; si Paulus inueniat litteras apertas, vel laceratas missas Antonio, continentes, q; in tali loco est penuria olei, & quod quærat emere, &c. Si Martinus his lectis festinat emere. Antequã emat Antonius nihil malè agit, imò prudenter fecisse censendus est. Vnde ad nihil pro hoc facto tenetur, huic sententiæ suffragatur Arch. Flor.

Cõtractus cum impotente.

¶ Accedit ad receptiones, quæ in cõtractu venditionis, & emptionis interuenire solẽt, & illa deceptio, quod quis nõ habẽs, nisi bona aliena, aut licitè acquisita obnoxia tamẽ priorũ debitorũ restitutioni vult emere vsu consumptibilia: quæ certũ est ab ipso cõsumẽda fore: vnde fit impotens. De hoc igitur ex mẽte Soti de iust. & iur. diximus, q; vẽditio facta à tali valida est secundũ ius naturæ, quia per eam pretiũ recipit, vnde soluẽdo esse possit: nisi vendat rẽ in se, & in specie alienam, aut nisi fiat in fraudẽ. Si autẽ talis emat vsu cõsumptibilia præsertim superflua ex pecunia in se aliena nõ habens alias vnde soluendo sit, irritus est cõtractus. Si autẽ ex licitè acquisitis obnoxijs tamẽ restitutioni prędicta emat ab sciẽte eũ impotẽtẽ, inde fieri ad creditoribus soluendum, irrita quoq; est talis emptio, & sibi correlatiua venditio: teneret autẽ secundũ Nauarrũ ex parte vendentis ignorantis impotentiã, inde soluẽdi creditoribus, inde contrahi, validaq; esset prædictorũ vẽditio, quia in hoc casu vltimo, neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniustæ acceptionis venditor aliquid restituere teneretur, sicut neque etiam teneretur, si aliquid non vsu consumptibile vendidisset. ¶ Itaq; ad irritandum contractus huiusmodi, secundum Sotum eo conijciendus est oculus, an horum qui credũtur non alia bona possidere, quãm illicitè acquisita, inde ex his contractibus substantia sic minor fiat quamq; debitis soluẽdis sufficiat.

Reg. Soti.

Quæstio.

¶ Postquàm de deceptionibus cõtingẽtibus in cõtractu venditionis nõnihil dictũ est, superest, & de inaduertẽtijs, quæ interdũ in eo accidũt aliquid adijcere, an quando. v. g. tam celeriter contrahentes cõtraxere venditionẽ, & emptionem, quod non aduerterunt, neq; meminerũt de collectione fructuũ, vel de perceptione pensionũ, vel redditũ rei vẽditę, & emptę illius anni: tũc fructus, redditus, vel pẽsiones pro illo anno obueniant venditori, an emptori? Quæstionis autem huius meminit Mercatus de contractibus lib. 1. cap. 10. fol. 42. quam latè disputatam esse asserit inter doctores

ctores, sed adhuc intricatã esse ait valde præ multitudine opinionum.

Dictum. 1. ¶Nos igitur hanc difficultatem perlustrare hic conantes dicimus primò, quòd si in ipso contractu contrahentes meminere & conuenere, cui eorum illius anni redditus, seu pẽsiones, aut fructus cædere deberent, in conscientia, tunc eorum conuentioni standum est, tuncq; iuxta legis sanctionem obuenient illi, pro quo conuentum est. Vnusquisq; ergo contrahentium sibi prospiciat, vt iuxta id quod magis, vel minus sibi subtrahitur de pẽsionibus, vel de fructibus illius anni, pretium magis vel minus minuat, vel augeat, sicque statuetur æqualitas.

Dictum. 2. ¶Si autem nihil à principio de hoc conuẽtum est, tunc in hoc casu, quia sine distinctiõne distinctè resolui nequit quæstio, hanc prę mittimus distinctionem, scilicet in duplici sunt differentia possessiones, & iura quæ siemuntur, quædam quæ quotidie videntur aliquam porciunculam redditus, vel pensionis cuilibet diei anni correspondentem reddere: quemadmodum sunt iura census, & tributa, & locabiles domus, & tandem possessiones omnes illæ, quarum fructus, & redditus non dependent ex temperie, & pluuia cæli videntur esse huiusmodi.

Distinct.

Fructus quomodo partiendi. ¶De his igitur primò loquendo dicimus, quòd redditus, & pensiones harum rerum, dum hæ res emuntur, & venduntur, & si in ipso contractu de his redditibus, & pẽsionibus illius anni cui obuenire debeant, nulla facta est mentio: sic diuidi debent, vt omnes reddi tus contingentes tempori illius anni ante instans consummationis venditionis, & traditionis rei, obueniant primo domino, id est, venditori, & reliqui redditus post hoc instãs cadentes, vel contingentes cædant secundo domino, id est, emptori etiam si præsoluti & prærecuperati fuerint tales redditus, siuè nõ. Vt verbi gratia, si mense Augusti venundantur ædes, quæ ducentis aureis erant locatæ nulla habita mentione de locationis pensione, tunc centum, & viginti aurei ex his ducentis contingunt venditori, & reliqui octuaginta tantum obueniunt emptori etiam, si à principio anni venditor eos iam recuperasset, siuè venditor illac vsque nihil recuperasset. Hæc forma partitionis seruanda est. Similiter quoque dicendum est, si emitur prius constitutus census tempore mensis Iunij, vel eodem mense transfertur de vno in aliũ nulla facta mentione de eius anni pensionibus: sicque transfertur, medietas pensionis annualis huius census cædet primo censuario etiam, si quotam tertiam illius annualis pensionis non recepisset. Huius rationem solidam, & euidentem, si quis desideret hæc est. Quoniã res domino suo, si fructifera est, fructus & redditus reddere habet pro tempore, quo eius est. at census siuè iura, siuè domus ab eo tempore sunt emptoris, quo consummatur eorum emptio per dominij traditionem: ergo ex tunc tantum debent fructificare emptori, & fructus, & redditus anteriores erunt venditoris. Dum aliter tempore contractus inter eos non conuenit. Hæc est autem ratio valde legalis. Tunc autem quantum adhoc attinet potest dici venditio, & emptio consummata, quando emptor propriè hæc res mea est, quia tanti eam emi dicere potest.

Ratio.

Fructꝰ rei venditæ cui applicandi. ¶ Aliæ autem sunt res venales fructiferæ, quarũ fructus anticipatis indigent interdum expensis, & in certo tẽpore anni suos fructus reddũt. Quocirca tunc suo dño præstãt emolumentũ, cuiusmodi sunt vineæ, oliueta, fata, prædia. Nam vineæ Septẽbris, & Octobris tẽpore suos reddunt fructus, oliueta tẽpore hiemis, fata autem tẽpore Iunij, & Augusti. Quãdo autẽ bona hæc certo anni tẽpore fructificantia venduntur nulla facta mentione de fructibus illius anni, si venditio consummata est ante vindemiã, & messium, aut fructuũ collectionẽ: tunc expensæ factæ erunt eius, qui ea beneficiando excoluit: fructus autem eorum ementi solũ, vel terram eorũ cædent. Si autẽ inter medio collectionis tẽpore venditio consummetur. Quidquid tunc de messum, vel collectum iam fuerit venditori obuenit, quidquid autem fructus in palmitibus, vel in spicis, vel in arboribus nondũ collectum manet ad emptorem pertinet. Idem autem prorsus iudiciũ est de his possessionibus, quando proprijs sumptibus à dño eas vẽdenti non subfodiebantur, aut colebãtur, sed alijs colonis locabantur, quia si ante collectionem fructuum à domino suo pretio distrahãtur, etiam si pensionẽ locationis illius anni recuperauerit, ad emptorẽ talis pensio pertinebit: neq; enim pensio hæc penditur, nisi pro fructu, scilicet pro herba, vel pro lana, vel pro tritico, &c. Ideò illius debet esse, & ad illum pertinere, cuius fuerit possessio collectionis tẽpore, quia tunc & pro tunc hæc bona proficiunt, & sua emolumenta præstant. E contrario verò si post messem, vel & collectionem fructuum ea vendiderit: quamuis nihil recuperauerit de pensione à colonis, tota pensio illius anni ad venditorem hunc pertinet.

Quæstio. ¶ Sed quid si nõ cõsummatur venditio: sed signato certo pretio venditor rei fructiferæ cum emptore contrahat conditionaliter, scilicet vendendo ei eam rem ea conditione, & lege, quòd intra certum tempus inuenerit venditor alium emptorem, qui pluris eam velit emere, possit eam illi emptori plus pretij eroganti vendere, an tũc fructus interim percepti á primo emptore, secũdo emptori sint

Responſ. restituendi. ¶ Ad hãc quæstionem Hugo de Celso in suo repertorio legum verbo venta. vers. 46. allegans legem. 40. part. 5. tit. 5. ait se cluſa fraude hunc contractum, sic sub ista cõditione posse iniri, posseq; tunc primum emptorem erogato illo, quod secundus emptor in pretio adauget retinere, sibi rem emptam, alioquin nolentem augere sic pretium teneri eam restituere cum fructibus ex ea collectis.

Sent. aut. ¶ Quæ quidem diffinitio, vt in foro conscię tiæ teneat: absitq; fraus. Supponendum est: q̃ quia ista venditio est conditionalis, non est consummata, ac per consequens sicut absolutè non tribuit dominiũ rei statim primo emptori: ita neq; ei absolutè tribuit statim fructus: quare ratio exigit (vt æqualitas seruetur) vt periculum rei emptæ sic conditionaliter si bi non attineat, sed venditori, & sic in conscientia contractus hic sustineri potest, alias non, quia non videtur seruari æqualitas.

Quæstio. ¶ Porrò prędictis quæstionibus affine est, & hoc dubium, scilicet, vtrùm venditis ædibus, vel possessionibus non facta mentione de alijs rebus in eis contentis, censeantur hæres incluſæ in tali contractu venditionis. Re-

Responſ. spondetur autem, quia quæstio est iuridica, eam hic in medium producimus, quò etiam iuristis morem geramus dicimusque, quòd quando domus, vel possessiones venundantur sic indistinctè, omnes res ad eas pertinentes, vel eis annexæ intra talem venditionem includuntur, cuiusmodi sunt putei, canales, aquæ ductus, cæteræque res seruitio, & vsui

Vide iuridica dogmata. domus attinentes, siuè intra, siuè extra contineantur, insuper & lapides, & lateres, & saxa & ligna ex eadem domus extracta. Si autem hæc fuissent aliunde empta, vel importata in eademque domu reposita ad ædificationem in eadem venditione non intelliguntur comprehensa. Hortuli autem florum, hidriæque sub solo domus infossæ, & collocatæ, & tandem res omnes mobiles in eadem domu repositæ ad perpetuo ibi manendum sub eadem venditione intelliguntur contentæ, si

Vaſa. nulla facta fuit exceptio. Vasa verò magna ligne a ad retinenda vina, cubas Hispanicè nuncupata, vasa quoque terrea ad hos vsus præparata, tinajas appellata: quę sub terra infossa, aut recondita non sunt, aut intra solum fixa intra venditionem domus non continentur. Similiter torcularia, vel molendina pro molendis oleis, vel subterranea cum hidrijs in rure, vel in vinea, vel in olioeto existentia, dum hæc venduntur, nisi exprimatur in contractu in venditione tali non computantur. Licet autem fontes intra domum venditam contę tæ in eadem venditione videantur comprehensæ: nisi aliud explicetur: tamen pisces ibi enutriti, & nati ad venditorem pertinent: & idem est dicendum, si ibi aliqua sint receptacula animalium albuheras Hispanicè dicta, quia hæc ad emptorem domus pertinebunt. Animalia autem, quæ ibi in his mansiunculis, vel receptaculis procreantur venditoris erunt partit. 5. titul. 5. lege. 18. &. l. 29. &. l. 30. &. l. 31.

Torcularia.

¶ Nota autem, quòd qui plantauerit arbores, vel vineas in fundo alieno, quem posteà nesciens esse fundum alienum pretio, sibi illum comparauit, vel alio titulo acquisiuit, si dominus possessionis comperto, quòd eas arbores, vel vineas plantaret, plantationi non contradixit, huiusmodi plantator retinere si bi potest terram, cum arboribus, & vineis, ibi consitis, & is à quo fundum comparauit in pœnam duplum domino agri, vel fundi soluere iubetur. l. 1. tit. 4. l. 3. Fori legum.

CAP. LIII. *An deceptus in emptione, vel venditione posit, sibi secretò recompẽsare, & quid de proxeneta vendente pluris rem, quàm pretium, sibi signatum sit. Animaduertuntur hic cõfessores. De casu Cordubæ circa recompensationem. & cum plura sunt debita solutum indeterminatè, in quo debito est computandum, & an datum sine expreßione creditori computandũ sit in debito de contractibus relatis in alterius arbitrium, & factis cum monasterijs.*

IAm in materia emptionis, vel venditionis, quam satis copiosè pertractabimus veluti recessui canentibus nobis visum est, hic aliquas quæstiunculas directè, vel indirectè ad hanc materiam pertinentes breuiter percurrere. Quare primò quæritur, vtrùm qui deceptum se videt posteà in contractu emptionis, vel venditionis posit via recompensationis aliquid retinere, vel accipere.

Quæstio.

Responſ. Respondetur, quòd si deceptum se videt vltra medietatem iusti pretij, & hoc est liquidũ,

& via

& via iustitiæ id nequit recuperare, haud dubium est quin seruatis alijs conditionibus iustæ recompensationis possit, sibi secretò recompensare. Sed quando deceptio non fuit tam exorbitans, vt vltra dimidium iusti pretij processerit, sed infra, tunc magis vrget dubium. Nihilominus dicendum est, quòd si quido constiterit de certa quantitate, in qua deceptus est, in ea tantum, sibi secretò recompensare poterit, postquàm via iustitiæ id recuperare non potest, seruatis tamen alijs conditionibus iustæ compensationis, scilicet, vt caueatur scandalum, & quod causa damni hinc alteri non detur, & quod cautela adhibeatur, ne deceptor resipiscens iterum restituat ex ignorantia recompensationis factæ. Sed quia, qui se causantur deceptos sæpè in hoc casu ex proprio affectu fallunter facilitèr: & quia sæpè sæpius nequit manifestè constare, vtrùm deceptus fuerit, vel non in pretio iusto, secundum Metinam Complutensem, & F. Antonium Cordubens. tractatu de casibus conscientiæ, quæst. 130. non est regulariter à confessoribus his compensationibus secretis in hoc casu comminendum: aut consentiendum, sed diligenti examinatione talis compensatio libranda est, & præsertim requiritur sit de liquido, vt in conscientia tolerari debeat, vide Cordubam loco citato, & in eodem tractatu etiam. q. 11.

Animaduertentia confessorum.

Quæstio.

¶ Deinde quæritur, an proxeneta, vel licitator quilibet alius, qui ad vendendum accipit ré certo pretio, sibi signato per dominiũ, an si pluris contingat illam vendere, possit illud plus, sibi retinere.

Respons. Dictum. 1.

¶ Ad hanc autem quæstionem cum Nauarro in Summ. quæst. 23. num. 97. respondemus primò, quòd qui absolutè nullo signato pretio aliquid ad vendendum accipit iuxta Angelum verbo emptio. §. 23. partem pretij retinere non potest, nisi pro iusto sui laboris stipendio à domino non soluto illud sibi applicaret. Imò si gratis se venditurum promisit, nõ potest postea exprétio rei vẽditæ aliquid pro stipẽdio accipere: sicut neq; qui ex charitate, & gratis voluit alere suppositiũ infantulum, non potest pro eius nutritione aliquid exposcere ab eius parentibus. Arg. cap. non sanè. 14. quæst. 5. si autem proxeneta, qui suscepit illud, vendendum tradit illud contubernali, qui quia rogatus fuit à proxeneta, vt illud venderet, eius vices in vendendo gessit gratis, pretium que venditionis proxenetæ contulit: poterit licitè proxeneta inde ex pretio pro stipendio laboris insumpti in vendendo aliquid sibi accipere, hc si ipse illum laborem subisset, quando gratia ipsius proxenetæ eius contubernalis subijt laborẽ vendendi, quia in alijs æquiualentibus operibus proxeneta solitus erat id laboris recompensare contubernali huic.

¶ Sicut secundum Cordubam in tractatu de casibus conscientiæ, quæst. 59. qui gessit negotium alterius, sibi commissum, sine suis expensis, & laboribus, quia verbi gratia, per amicos suos curiales contemplatione illius gratis sollicitantes negotium gratis obtinuit, scilicet dispensationem papalem, vel priuilegium regium pro alio, poterit licitè expensas fieri solitas pro hac obtentione expetere, licet ipse ratione supradicta nullas fecerit: quia licet gratis ea obtinuerit per mediatores amicos: sed non sit sine obligatione similem impendendi laborem, & sollicitudinẽ gratis pro amicis cùm se occasio obtulerit. Imò non solum poterit eas expensas petere. Sed etiam si aliàs amicitia sit abrumpenda, vel alia timeantur inconuenientia inde sequenda, poterit pro his sibi recompensare: nisi ille, pro quo ea priuilegia sic obtinuit sic impetranti in alijs officijs, obsequijs, vel beneficijs solueret huiusmodi pro se negotium gestum, ita Metina de rest. q. 3. in duodecima causa, causa liberãte à restitutione, fol. 24. & quæst. 11. fol. 43. & loquimur hîc in foro conscientiæ, quia in foro iudiciali sæpè cõpensationi nõ est locus.

Casus Cordubæ.

Dictum. 2.

¶ Sed iam ad punctum quæstionis redeũtes, Secundò dicimus, qui pro certo pretio iã sibi præsignato aliquid vendendum accepit, & vendit illud pluris, quàm sit pretium sibi signatum, illud plus nisi excesse it pretium riguroſum retinere sibi poterit, quando expresse, aut tacitè agitur, vt id sibi retineat, vt cum conuenit nihil ei pro stipendio dãdum, & notabiliter non excederet stipendiũ, & cũ hac limitatione hæc sententia intelligitur vera esse. Diximus notanter, nisi excesserit pretium riguroſum, talis enim excessus autore Angelo, vbi supra emptori restituendus est.

¶ Quando verò non est actum expresse, vel tacitè, scilicet, quòd illud plus, sibi accipiat talis pro suo stipendio, & munere vendendi, vt cum verbi gratia, quis famulò suo alàs stipẽdiato, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetæ signato sibi iam stipendio, tunc si pluris illud vendat appropriare sibi illud plus nequaquam poterit, & in hoc sensu contraria sententia est vera, quam tenet S. Antonin. 3. part. titulo. 8. capite primo. §. 4. & Ioannes

Tabien. & Ias. in. §. actiones instit. de act. & etiam Maio. in. 4. distinct. 15. quæst. 41. Si autem proxeneta sua industria illud, quod suscepit vendendum pretiosius reddit, cum ad id nulla esset obligatione astrictus, excessum sibi retinere potest, id est, illud plus, in quo id vendidit, quia sua industria pretiosius reddidit, vt Gabriel tradit in. 4. dist. quæst. 10. artic. 1. dubio. 4.

¶ Præterea si proxeneta, vel alius suo iusto stipendio non contentus rei domino significauit inueniri neminem, qui pro illa re plus quàm centum dare velit, acceptaque facultate à domino eam eo pretio diuendendi, eam centum & viginti vendidit retinendo sibi viginti, autore Caietano, verbo proxeneta, peccat cum obligatione restituendi, quia secundum Victoriam sicut & res ita totus valor, & pretium eius, quòd veluti fructus eius est, aut pro ipsamet re computatur potius, totum est domini.

Quæstio. ¶ Deinde quæritur, vt iuristis aliquid hic concedamus: an aliquis emptor, qui pro duabus possessionibus, quas seorsum diuersis temporibus ab eodem venditore emit mansit debitor, si soluerit postea aliquid venditori non exprimendo pro quo debito id soluat, an pro debito vnius possessionis, aut alterius, pro quo nam debito illa pars solutionis computanda venit? *Respons.* Respondetur posse creditorem eam partem solutam computare in partem solutionis debiti illius, quod statim signauerit dicendo se pro illo illam recipere: nisi debitor antequàm ab eodem loco discedat id contradicat, nam si id contradixerit debitor, id quod soluit sibi reddendum est, aut indebito à se signato venit computandum. Si autē debitor aliquid soluit, & dum soluit non signauit pro quo debito soluit, neque creditor, dum eam solutionem recepit, id signauit: tunc si debitum aliquod eorum fuerit magis aggrauatum, vel priuilegiatum, pro solutione eius computabitur, alias si debita æqualia fuerint, diuidetur per omnia ea debita, quæ debitor recognouerit, super quibus lis mota non fuerit, neque contentio. l. 10. & l. 8. titulo. 20. Fori.

Quæstio. ¶ At vt omnia affinia dubia exhauriamus, quæritur quid si emptor ad creditum, qui debitor est pretij, aut si quiuis alterius debiti debitor suo creditori, cui debitor erat aliquid dederit in solutionem debiti computandum sit à suo creditore. *Respons. In fo. ext.* Respondetur ergo, quòd aliter iudicandum est stando in foro exteriori, & aliter in foro conscientiæ. Nam in foro exteriori, dum aliud nō fuit expressum, aut præsumptiones probabiles non extiterint in contrarium, in compensationem debiti censetur dedisse. Et pro hoc facit. l. 15. tit. 6. lib. 3. Fori vbi stabilitur, quòd si quis institutus fuerit hæres per suum debitorem in totum: si adierit, acceptaueritq; hæreditatem in totum, amittit sibi à testatore debitum, etsi in parte institutus sit hæres, pro ea parte agnoscendo, & acceptando hæreditatem censendus est debitum amittere, quia præsumit ius in recompensationem debiti, tunc illum hæredem instituisse. ¶ Si tamen debitor suum creditorē non eo animo, scilicet compensandi creditori debitum hæreditate, vel legato relicto hæredem, vel legatarium reliquit, quod tunc præsumitur: quando creditor hic legatarius, vel hæres relictus cognatus erat testatoris, & illius erat futurus hæres solus, aut cum alijs: tunc quia non præsumitur indebiti compensationem creditorem instituisse hæredem, aut legatarium, potest creditor hic & suū seorsum recuperasse debitum, & postea cum alijs sibi cohæredibus reliquum bonorum diuidere potest. ¶ Loquendo autem in foro conscié tiæ, quando debitor suo creditori gratis, & liberaliter aliquid donauit, nihil meminendo de debito, quod ei debebat etiam si in tali habituali dispositione tantum dispositus, quod si meminisset, non gratis: sed pro debito, & in solutionem eius dedisset, illud donasset secūdum Fratrem Martinum de Ledesma in. 4. sententiarum adhuc obnoxius ad debitum in conscientia soluendum manet, quia illud sic donatum, nō computatur in solutionem debiti. Secùs autem esset, etsi non actualiter habuit intentionem compensandi debitum, per id à se suo creditori datum (quia actualiter non aduertit ei debitum se debere) si habuit tunc intentionem saltem virtualē, quia antea in animo suo debitor hic sic statuerat intrà se dicens, si aliquid creditori dedero, volo in recompensationem debiti dare, quia tūc in solutionem debiti computabitur, quia in hoc casu habet verum sententia Baltanasij in sua Summula quæ aliàs non habet verum, nisi in foro exteriori. ¶ Sicut etiam, qui tantū intuitu deuotionis, & per viam operis supererogationis audiuit missam die festiuo de præcepto, ignorans esse diem de præcepto audiendi missam, secundū eundem Fratrē Martinum de Ledesma intra eundem diem (si aduertit hoc etsi suppetit copia) tenetur aliam audire missam ad adimplendum præceptum, neque enim per illam primam missam ex

In foro cō scientiæ.

Ignorāter audiēs missam die de præcepto.

ex deuotione tantum auditam adimpleuit præceptum, quæ quidem sententia Ledesmæ non leue fundamentum habet in doctrina S. Thomæ. 1. 2. q. 100. art. 9. vbi ait, quòd actus virtutis, qui cadit sub præcepto, præsertim quatenus attinet ad legem diuinam scienter, & ex electione fieri debet. Nam quod facit aliquis ignorans peraccidens facit, quam tamen Ledesmæ sententiam sic libuit limitare, sicut illam Baltanasij limitabimus, vt intel ligatur esse vera, scilicet, quòd tenetur audire aliam missam causa implendi præceptum, nisi antea sic intentionem habuisset, quod per quancumque missam auditam (si occurreret præceptum de audienda missa à se in animad uersum, vel ignoratum) vellet, & intenderet illud implere: quia tunc virtute istius intētionis præcedentis, per illam missam auditam ex deuotione, etiam impleret præceptū, quia tunc ex intentione virtuali adimpleret illud saluo aliorum meliori, & saniori iudicio.

Quæstio. ¶ Prætereà iam quasi postremam manum huic materiæ adhibentes gratia iuristarum adijcimus perquirere cum Sylvestro verbo. contractus, quæstio. vltima, vtrùm valeat cō tractus emptionis, vel venditionis collatus in *Respons.* alterius arbitrium? Respondetur autem ex mente eius breuiter dicendo, quod nō si persona in cuius arbitrium committitur est incerta. l. si merces. ff. loc. nisi in casu quando si militer fuit commissum in arbitrium boni viri, quia tunc intelligitur in arbitrium iudicis. l. vir bonus. ff. iudic. sol. Si autem persona cui committitur certa sit, siuè substantialia, siuè accidentalia ei committantur valet contractus, si ille voluerit arbitrari. l. seruum filij. §. eum qui. ff. deleg. 1.

¶ Quæritur insuper, vtrùm emens modico redditus à ciuitate angustiata bello, & demum facta pace lucratur decem pro vno, sit *Respons.* iniustus, vel vsurarius. At dicimus, quòd ratione dubij, cui sic emens se exposuit, non videtur fuisse iniustus, aut vsurarius, sicque tenet Hostiensis, & Archid. quos sequitur Sylvester vsura. 2. quæstio. 3. argum. l. cum hæreditate, & l. sequen. ff. de hæred. vel act. vend. consulunt tamen, vt inde largas faciat eleemosynas.

Quæstio. ¶ Tandem quæritur quid de isto casu venditionis, vbi vendit quis bladum alteri dandum tempore messis pro viginti, cum tamen secundum æstimationem communem sit valiturum quindecim solum: sed deinde venit caritas, & penuria, & emptor illud vēdit pro viginti quinq;. Quæritur, vtrùm primus ven-

ditor teneatur emptori in aliquo, & videtur, quòd non, quia ille emptor non est passus dānum, sed lucratus est, nihilominus tamen. *Respons.*

¶ Respondet Sylvester verbo vsura. 2 quæst. 9. secutus Astēn. post Mo. Quod tenetur ei de quinque, siuè sit propter rationem Asten. quia inquit, si emptor non fuit damnificatus fuit per euentum rei, id est, penuriæ bladi, siuè sit propter rationem Sylvestri, quæ verior est, scilicet, quia fuit emptor in quinque damnificatus, quia emit pluris, quàm valeret in termino secundum æstimationem boni viri, ex parte tamen istius venditoris, inquit Sylvester, quòd licet iniustitiam dignam restitutione videat, sed vsuram non videt.

¶ Quæritur vltimò, an sit contractus em- *Quæstio.* ptionis licitus, quando aliqui dant monasterio, vel Ecclesiæ certam quantitatem pecuniæ, vt ab eis accipiant certas possessiones tenendas toto tempore vitę ipsorum, ita quòd post mortem ipsorum redeant ad Ecclesias? *Respons.* Respōdetur autem, quòd licèt Ray. & Gof. hunc contractum iudicant esse vsurarium: eò quòd homines multum sperarent viuere. & sic amplius percipere de prouentibus, quā esset pecunia data, & sic sola spe contraherēt vsuram. Nihilominus tamen Richar. in 2. quodl. q. 2. quē refert, & sequitur Sum. Ang. dicit esse licitum contractum modo seruetur æqualitas iuris naturalis. Et probatur ratione Hostiensis tenentis esse licitum, quem sequitur summa Rosela, quia est contractus emptionis ratione incertitudinis æqualitatē seruans. C. eo. l. 2. sed nos (nisi fallimur) contractum hunc ad contractum conductionis fructuum illius possessionis per totam vitam pretio anticipato datæ pecuniæ reducimus, quia ista pecunia (vt supponimus) nunquā est redhibenda in vita, sed neq; post mortem est ab eius hæredibus reddentibus prædictā possessionem monasterio, vel Ecclesiæ repetenda, quare benè concludit Sylvest. verbo, vsura. 2. quæst. 13. non posse hic esse mutuū, neque vsuram, post quām dans pecuniam non potest eam quouis tempore repetere.

¶ Sed quid de illo casu, quem loco supra *Quæstio.* allegato, refert Sylvest. scilicet, vbi aliqui dāt centum monasterio recepturi in vita sua annuatim sexdecim hoc pacto, quòd monasterium ad libitū possit reddere cētū, & liberāri ab annua solutione, & ob hoc monasterium obligat bona sua. Respondetur autem circa *Respons.* hoc versari opiniones duas. Prima est Laurent. de Ridol. damnantis hunc contractum,

propterea, quòd hic in hoc contractu redditus non constituitur in re, neq; in eo ad rem habetur respectus: sed ad personam, licet bona monasterij obligentur. Vnde non est venditio iuris: sed pecuniæ inuendibilis, imò (inquit) verius est contractus innominatus do, vt facias, in quo videtur interuenire fraus maximè attenta maximi lucri quantitate, & pacto de concessa facultate monasterio redimẽdi pensionem istam annualem illorum sexdecim restituendo centum. Sylvester autẽ contractũ hũc ab vsura excusat propterea, quòd in eo non interuenit mutuum, neque enim dans illa centum monasterio, illa vsquam repetere potest: est ergo vt ipse sentit cõtractus hic emptio iuris singulis annis sexdecim exigendi continens iniustitiam, quia celebrata est pretio iniusto. ¶ Nos autem dicimus contractum hunc reduci ad censum personalem postquàm non est institutus in aliqua hypotheca speciali & reali. Quare post proprium motum Pij quinti damnantis census personales, non videtur tolerandus propter autoritatem tanti Pontificis, & rationes in materias de censibus allegandas, at Garcia in materia de censibus censum vitalitium personalem non prohiberi, putat per extrauagantem Pij V. quod an ita sit posteà suo loco examinabitur: nam prædictus contractus census personalis vitalitius videtur. Putamus autem omnes casus materiæ venditionis hic retulisse. Ex quibus si aliqui in forma desunt, possint elucidari: explicit ergo materia de emptione & venditione. Deo gratias.

Variãt Doctores.

Sent. auto.

CAP. LIIII. *De censu, quid sit, & de censu cõsignatiuo & reseruatiuo, & distinguitur consignatiuus in realem & personalem: & an licitè ematur cẽsus personalis latè disputatur, quia variant doctores. De tribus difficultatibus hic occurrentibus, scilicet census personalis, an sit iuræ naturæ prohibitus: secundò an extantibus extrauagantibus sit permittendus: tertio, vtrũ census vitalitius personalis possit esse. Vbi notatur quod res emitur, dum ius plenum eius emitur de neruo disputationis. De differentia obligationum in contractibus, & quod possessio census non est propriè pignus, & de tribus contractibus implicatis in censu redimibili, vide hic curiosa & iuridica.*

NOn absre post copiosam de materia emptionis, & venditionis disputationem, de materia censuum agere aggredimur. Reducitur enim (vt communis animi conceptio est) contractus census ad contractum emptionis & venditionis. At verò quoniam contractus hic in republica valde vsu receptus est, hanc materiam pressius discutiendam suscipimus.

¶ Igitur (vt more scientifico à diffinitione nominis auspicemur) census à censendo deriuatur, nam (vt habetur.) l. forma. ff. de censibus. facultates ciuium recensebantur, vt pro sua quisque facultate tributum penderet. Hinc secundò deinde originem duxit, vt peculiariter tributum significet, quod pro capite soluitur, quod tunc vsu euenit: dũ princeps decernit capita personarum ad catalogi numerum reduci, quatenus quàm latè pateat eius imperium habeat perspectum. De hoc autem Christus Dominus rogitatus est, an liceret censum dari cæsari. Huius rei gratia superbiæ notatus Dauid pœnas luit, quippe qui populum numerauit vt. 2. Reg. 24. traditur. Tertiò autem census facultas, & substantia vniuscuiusque dicitur, & patrimonij æstimatio. Nunc autem nomen census in ea significatione vsurpamus, vt nihil aliud, quàm pensionem, quam quis super bonis, aut persona constituit significet, aut (prout malunt alij) accipitur hic, vt significet ius percipiendi pensionem, siuè in fructibus, siuè in pecunia, vel in re vtilitatem allatura.

Quid sit cẽsus & eius acceptio varia.

¶ Præterea notatu opus censum bifariam constitui, vno modo, vt sit reseruatiuus, alio modo, vt sit consignatiuus. Reseruatiuus autem est, quando quis rem suam alteri confert reseruato sibi iure quotannis recipiendi partem aliquam: cuius meminit lex fin. C. de rer. permut. Vbi quisque permittitur mille alteri donare cum reseruatione, sibi facta annuit, seu menstrui cẽsus. De huiusmodi quoque censu meminit gloss. sup. cap. constitutus de relig. domib. vbi optimè explicat differentiam inter censuum hunc & emphiteusim. Discrimen nanq; est, quia cum quis in emphiteusim confert alteri prædium suum: quia hic non transfertur dominium directũ, sed tantum vtile, etsi non soluitur pensio prædium, redit ad ipsum directum dominum. At verò quando quis alteri sua bona dat, sub censuali pensione, quia rei dominium transmittit in alterum, quantocumq; tempore sit in mora soluendi pensionem ius prædij non amittit: debet tamen pensionem. Hunc autẽ reseruatiuum censum non esse multum in vsu tradit Sotus de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 5. artic. vbi agit de censibus. Mercatus autem de cõtractibus lib. 2. c. 15. fol. 127. asserit hoc genus

Census consignatiuus & reseruatiuus.

Reseruatiuus.

genus census reseruatiui valde esse vsu receptũ inter ecclesiasticos, sæpè enim viu euenit canonicatũ, vel præstimoniale beneficiũ, vel simile prebendam in aliũ resignari cum retentione, qua resignans retinet sibi ius recipiendi aliquotam pensionem ex fructibus, quæ quidem consuetudo adeò inoleuit, vt raro quis solitus sit beneficium sine retentiono alicuius pensionis resignare, sed quia disputatio hæc ad materiã de Simonia potius pertinet, ad illum locum eam remittendam ducimus. Consignatiuus autem census est dum quis retentis suis bonis, eorumque vsu consignat alteri certam pensionem, quam obligatur singulis mensibus, aut annis soluere.

Diuisio cẽsus.

¶ Ad hæc Conradus hunc consignatiuũ censum multifariam diuidit de contractib: quæsti. 72. Nam ex parte fundamenti in quo constituitur, diuiditur in realem, vtpote qui in rem constituitur, & in personalem quippe qui constituitur in personam. At etiam ex parte rei, quæ recipitur, alius census est fructuarius, dum fructus terræ recipiuntur, vel alij: alter verò est pecuniarius, vt cum pecunia recipitur. Pecuniarius autem iste census est, qui magis in vsu versatur: deinde alter est certus, putà cum taxati sunt fructus, seu pecunia: & alter incertus, dum non diffinitur nisi quota, putà vt tertia pars, vel alia fructuum censuario pendatur. Mox alter est census perpetuus, & alter est temporalis: item alter est pro certo annorum tempore, & alter pro incerto puta pro tota vita, qui vitalitius solet appellari. Ac tandem alius est redimibilis, atque alter irredimibilis, de quorum singulis hic agitandæ sunt quæ occurrerint difficultates.

Census realis & personalis.

¶ Porrò quoniam potissima diuisio, quà diuiditur census consignatiuus est illa, qua in censum personalem, & censum realem secatur, ideò ab ea inchoandum nobis est. At quamuis disputationem à censu reali doctores exordiri assueuerint, nos tamen hic á censu personali consultò sumendum principium duximus, hac potissimè ducti ratione, quod sicut in naturalibus prius est ordine steriles, & non tàm salubres herbas extirpasse, quàm salutares, & proficuas inserere, ita & hic satius erit prius ea fundamenta parum stabilia, quibus census personalis ab aliquibus firmatur, radicitus conuellere, vt post hoc, quam sint fundamenta solida ea, quibus Martinus. V. Extrauaganti Regimini de empt. & vend. & Calixtus. III. capit. 2. Regimini eod. titul. & Pius. V. Extrauag. cum onus. censum realem redimibilem stabilierunt, innotescat.

Quæritur ergo, an iustè quisque emere possit personalem censum, non supra aliquã specialem hypothecam, in quo fundetur cõstitutum: sed supra personam. At verò, quoniam Conradus de contract. quæstio. 74. & quæst. 75. & Sotus lib. 6. de iust. & iur. quæst. 5. art. 1. tenent partem affirmatiuam, quã suo iudicio rationibus satis firmis se putant probare, eorum argumenta, vt præmittamus oportet.

¶ Primòautem sic arguitur, potest persona se gratis obligare ad menstruam, vel annuam pecuniæ solutionem gratuito alteri conferẽs ius eam petendi etiam, si tale ius conferens bonis temporalibus careat: nam idem ius sæpè socer genero confert suam tantum personam obligans, ergo poterit ius idem alteri vendere. *Arg. 1.*

¶ Et confirmatur, quia si non liceret ius exigendi censualem pensionem constitutũ supra solam personam alteri vendere, esset propter mutuum implicitum, scilicet, quia emptor conferetur pretium mutuare, sed re vera non mutuat, postquàm non retinet ius repetendi illud, sed illo emit ius illud quod habet rationem mercis, ergo licet illud vendere.

¶ Secundò arguitur, potest aliquis se obstringere ad persoluendum quotannis mercenario aliquotam pecuniæ partem pro operis suis, sed ista obligatio est pecunia æstimabilis, ergo poterit vendi; cum enim Medicis, chirurgis, barbitonsoribus, aduocatis, iuristis quotannis certa salaria cõsignata sint pro obligatione, qua tenentur ad sua exhibenda ministeria, cur non poterit supra personam suã aliquam pensionem quotannis consignare aliquis pro pretio pecuniario, sibi anticipatè soluto, sicut pro prædictis ministerijs consignare potuit? quæ quidem consignatio & obligatio fundata esset super personam, & non super bona. *Arg. 2.*

¶ Tertiò arguitur, potest census personalis principis lege constitui, vt patet. 2. Nehemiæ. 10. vbi Hebræi statuerunt super se tertiam partem sicli, seu annuũ censum personalem, qua ratione in aliquibus ecclesijs vsu receptum est exigi decimas personales cap. Apostolicæ de decimis. potest subinde tum ex facultatibus, tum etiam in recognitionem dominij censum exigere annualem, imò ratione delicti reus ad annuũ tributum persoluẽdum cogi potest: quare ergo non poterit sua sponte quisq; tale ius super se vendere. *Arg. 3.*

Arg. 4. ¶ Quartò arguitur, quia integrum ius vni cuique ineſt obligationem ſuarum operarum diuendendi, neque enim prohibitũ eſt aliquo iure alicui obligationem ſuper ſe inducere corporalia ſeruitia præſtandi per annum, quid ergo vetat ne pari iure valeat, ſibi imponere obligationem perſoluendi perſonalem cenſum.

¶ Et confirmatur, quia cum homo ſua ſpõte ſe poſſit in ſeruitutem obligare, imò & filium ſuum in neceſsitate poſsit pretio diſtrahere, cumque etiam ſupra mancipium ſuũ, ſicut ſuper reliquas poſſeſsiones poſsit conſtituere cenſum, quid ergo prohibet, vt ſupra perſonam ſuam licitè nequeat diuendere pecuniarium ius.

Arg. 5. ¶ Quintò arguitur, quia quicumque realis cenſus habet annexam perſonalem obligationem: ergo ipſis etiam pereuntibus rebus obligatio ipſa permanet in perſona, quæ ex forma contractus (vt patet) ait ſe & ſua bona obligare, neque enim res dicuntur obligari, niſi metaphoricè, ſed dominus qui in iudicio cogitur, ipſe eſt, qui propriè obligatur: ergo res cenſui obligatæ ſunt inſtar pignoris, q̃ tradit dominus principaliter ſe obligans: ſed (vt cauetur. l. ſeruo. C. de pign.) diſparente pignore, non ideò creditori extinguitur exigendi debitum ius: ergo adhûc pereuntibus rebus perſeuerat cenſus perſonalis, quòd ſi perſeuerat ſine rebus obligatis, quare non cõcedemus à principio potuiſſe inſtitui, ſine rebus hypothecæ locum habentibus.

Arg. 6. ¶ Et præterea ſextò arguitur, quia ſi ad cõſtitutionem cenſus requirerẽtur bona realia ſuper quæ fundaretur cenſus, id ideò eſſet: quia ipſa bona realia, aut eorum fructus pretio, quo emitur cenſus, emerentur: ſed iſta per contractum cenſus, neque venduntur, neque emuntur: quia illorum bonorum in emptorem cenſus non transfertur dominiũ, cum apud venditorem cenſus maneant, & ea diuendere poſsit, ſed neque eorum bonorũ, & poſſeſsionum fructus venduntur, quia ſi pereunt venditori cenſus pereunt, non emptori, qui ſiuè pereant, ſiuè non ſuam recuperaturus eſt annualem pecuniariam penſionẽ: ergo cum non ipſa, neq; eorum fructus emãtur: ſed ius exigendi penſionem: ſequitur, q̃ cenſus, ſine ipſis bonis realibus, & fructiferis fundantibus cenſum poſsit inſtitui: qui quidem cenſus eſt perſonalis.

¶ Propter hæc argumenta Sotus inter modernos amplexatus eſt affirmatiuam partem, quam diximus tenuiſſe Conradum loco citato, hanc etiam ait Nauarrus commentario reſolutorio de vſuris. n. 90. tenuiſſe Molineũ de Gomer. n. 22. qui cõmendans ſuum Philippum Melanthon. omni commendatione indignum, & vituperio dignum, opinionem negatiuam communem ſuperſtitioſam eſſe aſſerit. At vero tenet negatiuam Ioannes de Lignano ſup. cap. in ciuitate de vſur. & Abb. in diſpu. 5. & Summa Angelica verbo vſu. & S. Ant. in. 2. par. tit. 1. c. 8. §. 10. imo & Silueſtrum in hanc partem negatiuam magis inclinare verbo vſura. 2. §. 12. fatetur Sotus loco ſupra allegato, quia ait ibi Siluester, quod dum cenſus ſtatuitur ſuper domum, quæ non locatur niſi quinque, non poteſt cenſus conſtitui maior. Hanc tenuere Innoc. Hoſt. Io. Andr. Ancharr. Ant. Card. Panor. Ioan. de Anania in vna part. in. c. inciuita de vſu. Panor. in diſputatio. 5. col. penul. Summa angelica verbo vſu. §. 78. Bartolome' Caſſaneus in catalogo p. 12. conſider. 99. Laurentius de Rodul. in c. conſuluit. de vſu. 2. parte. q. 12. & tandem Nauarrus commẽto ſupradicto eã mordicitus defendens aſſerit eſſe opinionẽ quaſi omniũ. At vero Garcia libro de contract. part. 2. c. 4. pag. 103. nititur eos ad concordiam reducere, dicens opinionem affirmatiuam Soti tenere verum ſolum in cenſu vitalitio, & negatiuam Nauarri, & communem habere locũ, & tenere verum in cenſu re dimibili. ¶ Tria ergo hic difficultatum genera (ni fallor) in quibus parum diſtinctè proceſſere, præſertim iuris vtriuſque doctores antiqui, ſunt hic ſuo ordine diſcutiẽda. Primũ eſt vtrũ cenſus perſonalis iure naturali ſit prohibitus vt iniuſtus, aut vſurarius. Secundũ autẽ eſt, vtrum extãtibus prædictis diffinitionibus Martini. V. & Calixt. III. & Pij. V. de creatione cenſuum, in conſcientia, vel in foro exteriori permittendũ ſit cenſum perſonalem. i. ſupra merã perſonam poſſe creari. ¶ Tertiũ autẽ eſt, vtrum vitalitius cenſus ſupra perſonã ſolam poſsit tã de iure naturali, quã de iure poſitiuo canonico, aut ciuili conſtitui. ¶ Circa primũ difficultatis punctũ non me latet Metinã Salmanticenſem in ſua inſtruct. conf. §. 26. de cẽſibus fol. 147. inſinuare cenſum perſonalem conſtitutum ſupra perſonam, & non ſupra certam rem fructiferam, non eſſe de iure naturali neque diuino prohibitum, quia inquit omnes conditiones, quæ ponuntur ad iuſtificandum cenſum redimibilem excepta vltima, ſcilicet, quod libertas inſit venditori non redimendi illud niſi velit, non ſunt de iure naturali, aut diuino requiſitæ, ſed ſolum de iure poſitiuo talem obligationem ſecum afferunt,

Variantdoctores.

Difficultates tres.

1.

2.

3.

Quæſt. Sent. Med.

runt, vt si quis eo dō censum eas preterierit, & mortaliter delinquat, & nullius momenti, & effectus contractum conficiat, cum autem vna conditio, & prima (vt ipse refert ibi) sit quòd census creetur super ædibus, vel vineis, vel prædijs, vel super re immobili, & non super personam, palàm colligitur ex ipsius verbis, ipsum sensisse censum personalem non esse iure naturali prohibitum. Idem tenent apertè, qui partem tuentur affirmatiuam. Verumtamen, quia eos non tam ad mentem extrauagantium prædictarum & præsertim Pij quinti, neque tam ad mentem Sancti Thomæ, vt colligitur ex eius doctrina, & principijs videntur loqui, ideò statuenda videtur primæ difficultatis discisiua conclusio

Conclus. 1. ¶Est autem conclusio non parum probabilis, scilicet, quòd omnis census personalis supra nullam certam rem fructiferam: sed supra solam personam fundatus, vbi verisimiliter certa spes est, quòd pensiones soluendæ non solum adæquabunt: sed notabiliter excedent principale pretium pro eo à principio solutum est iure naturæ prohibitus: & præ se fert speciem vsuræ. Hæc autem conclusio

Probat. 1. multiplicitèr probatur. Sed primò ex authoritate Martini, & Calixti Pontificum, qui vt effugerent vsuram, de qua tales contractus cēsus poterant notari aliàs, solum reales census supra rebus immobilibus fructiferis institutos, cum cæteris conditionibus iuridicos, & licitos esse declararunt.

2. ¶Secundò probatur ex authoritate Pij. V. qui in extrauaganti cum onus. Data Romæ anno. 1564. 14. kal. Febr. Declarans suorum antecessorum mentem, scilicet Martini. V. & Calix. III. ait innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari census contractus, qui nedū non continentur intra limites à suis antecessoribus Martino, & Calixto eisdem contractibus statutos, verumetiam, quòd deterius est (inquit) contrarijs omnino pactionibus, legum etiam diuinarum contemptum præ se ferunt. Si ergo contranæ pactiones ad eas, quas Martini, & Calixti præfixerunt in creatione census (Pio. V. sic hic declarāte) legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt: & inter eas est pactio, qua pacificitur emptor census, vt eum vendens statuat illud supra suam personam, & non super rebus immobilibus, & fructiferis. Sequitur, quòd census personalis, quippe qui legum etiam diuinarum manifestum præsefert contemptum lege diuina, id est, naturali, quæ sic etiam dicitur, quia est ab autore Deo sic prohibitus. ¶Tertiò iam probatur, quod nostra conclusio sit demente D. Thom. quia vt docet ipse. 2. 2. quæst. 78. articul. 1. vendere vsum rei vsu consumptibilis, vt puta vini, pecuniæ, tritici est manifestè iniustum, & vsurarium, sed census personalis constituitur super vsu pecuniæ seorsum, quam tradit emptor census, neque enim (vt concedit Sotus) emptor census personalis emit possessionem, aut fructus, sed neque personam hominis liberi constituentis supra se censum, ergo relinquitur, quòd pro vsu suæ pecuniæ, quam venditori census tradit velit interesse quasi eius vsum pro illis pensionibus sibi dandis quotannis vendendo, & anticipatè dando illam pecuniam cum spe certa recuperandi illam, & aliquid amplius, si redimatur census, vel si non redimatur per totam vitam cum spe certa recuperandi illam in pensionibus per tot annos persoluendis, quæ simul sumpte adæquēt summā pretij ante dātam, & aliquid amplius, quod quis non videat esse vsuram. 3.

¶Et quarto probatur argumento, etiam ipsius Soti quod validius contra se vrgere ait, quod contendit soluere, sed tamen (vt demōstrabimus) eius solutio vim argumenti non eneruat, si ego tibi mille porrigerem aureos, neque grauarem vt de eius vsu quotannis certum mihi quidpiam solueres, vsurā committerem eò quod vsum pecuniæ seorsum venderem iuxta doctrinam D. Thomæ, sed sic fit in census personalis impositione, ergo talis contractus vsura non vacat. Neque prima, neque secunda solutio Soti ad hoc argumentū vllius est momenti. ¶Nam soluit primò negando constituere censum super vsum pecuniæ esse vsuram, nisi saluo capitali fiat cum obligatione restituendi pretium, nam tunc esset mutuum, sed nos dicimus arguendo ad hominem quod cum est certa spes vt regulariter contingit, & ita supponimus quod redimendus sit census, & sic per redemptionem census sit emptor census suum capitale, & aliquid amplius, scilicet, pensiones illuc vsque perceptas recuperaturus, vel quod si nolit vēditor illud redimere tot pensiones sit recuperaturus, quæ exuperent capitali pretij, sit virtualiter cum obligatione restituendi pretium, & aliquid amplius, quia hoc totum recuperaturus est in annualibus pensionibus, ergo est mutuum implicitum ibi contra Sotum. Neque fit (vt ipse putat) sine obligatione restituendi pretium, quia restituitur paulatim in pensionibus, quod tantundem est, dum non interuenit aliqua

Solutiones Soti redarguuntur.

vera

vera emptio, ac si restitueretur in se ipso, neque enim obstat rationi mutui, quod restituatur successiue, & per partes. At verò quoniam Sotus forte timuit ne solutio hæc omnibus satisfaceret, sicut re vera non satisfacit, recurrit ad secundam: & ne concedat esse mutuum, negat talem emptorem census personalis vendere vsum pecuniæ quam tradit in pretium, sed potius inquit tali pretio emit ius petendi recipiendique à persona talem pensionem, que quidem solutio Soti dupliciter impugnatur, & expugnatur primò, quia in hoc censu personali qui emit ius, quotannis exigendi quotam pecuniæ, emit re vera ipsam pecuniam, vt statim aperte probabimus, sed pecunia non est vendibilis secundum Aristot. 5. Polit. capit. 6. quia inuenta est vt sit pretium rerum, non vt ipsa vendatur: ergo si pecunia non est vendibilis, ergo neque emibilis, ac per consequens ius exigendi pecuniæ quotam per se sumptum sine adminiculo, & fundamento alterius contractus, vel rei quæ ematur, vel vendatur non est vendibile, sicut neque ipsa pecunia vendibilis est, si autem probauerimus, quod qui ius exigendi pecuniam emit, ipsam pecuniam emat, iam totum negotium confectum erit contra Sotum, quod tamen probare in promptu est, & facile, quia sicut qui emit ius recipiendi possessionem vt suam, ipsam principaliter possessionem dicitur emere, sicut quando ego librum vendo siue ille sit præsens, vel absens, quod principaliter ego vendo, & alter emit non est ius illum librum possidendi, sed ipse liber, & possessio eius (vt propria) est quæ principaliter emitur. Nam & ad hoc spectat ius illum possidendi, & acquirendi vt via ad terminum. Sic omnino in præsentiarum ius exigendi, & recipiendi quotannis aliquotam partem pecuniæ pro pretio presoluto non est quod principaliter emitur, sed potius annuatim recuperanda pecunia census: quia ad pecuniam hanc censualem quotannis vendicandam ordinatur hoc ius tãquam ad finem, quare iuxta regulam dialecticorum, propter quod vnum quoque tale & illud magis, si istud ius exigendi quotannis aliquotam partem pecuniæ propter ipsam pecuniam emitur, pecunia est, quæ principalius emitur, & sic patet quod si ipsa pecunia non est vendibilis, ergo neque ipsum ius eam exigendi per se sumptum.

Resemitur dũ ius eius emitur.

Obiectio.

¶ At si contra hoc instet aliquis, quod simul, & semel potest quis emere iura recuperandi debita pecuniaria vt passim fit, dum venduntur chirographia debitorum: ergo secundum regulam dialecticorum magis venditur pecunia debita: ergo pecunia est vendibilis, & etiam ius eam exigendi.

Satisfactio

¶ Respondetur, quòd D. Thomas. 2. 2. quæst. 78. art. 1. non negat, quod sicut vinum & triticum, & cætera vsu cõsumptibilia possunt propriè vendi vno simplici pretio, & nõ accipiendo duplex pretium, vnum pro ipsis & aliud pro vsu ipsorum: ita non possit pecunia non quidem propriè vendi, sed dari pro alia pecunia non computando valorem ipsius, & valorem vsus eius seorsum: sicut vsu euenit in censu personali, vbi certa est spes, quòd magis (licet annuatim per multos annos) sit recipiendum quam capitale datum, quia in hoc casu non propriè, neque impropriè venditur, sed mutuatur. At vbi ius ad pecuniam debitam (quamuis venditur impropriè) emitur, datur quantum valet ipsa pecunia debita considerata cum periculo eam recuperandi, aut sine illo, & vltra hunc valorem pecuniæ debitæ, quando sic sicut per chirographum venditur, nihil vltra accipitur pro vsu ipsius: sicut accipitur in personali censu, quando cum supradicta spe certa, & verisimili emitur. Itaque quando dicimus, quod pecunia, & per consequens ius ad illam non est propriè, neque impropriè aliquid vendibile: intelligitur sic vt per illam lucrum prætendatur, quia censeretur accipi pro eius vsu, quod est vsura, sicut contingit in censu personali, vbi talis spes lucri moraliter, & verisimiliter est certa ob prædictas rationes.

Probat. 5.

¶ Quintò arguitur, quia secundum Diuũ Thomam. 2. 2. quæst. 78. artic. 3. pecunia nõ habet vsumfructum, sicut neque cætera alia, quorum vsus est eorum consumptio, sicut vinum, & triticum: ergo non potest fructificare per se, nisi exposita negotiationi substando periculo eam exponentis. At verò dum pro censu personali quotannis recuperando traditur, non exponitur negotiationi cum periculo exponentis, quia illius periculũ subit censuarius, sicut pecuniæ mutuatæ periculũ subit mutuatarius: ergo vsura est, inde velle referre fructum lucri, sicut contendit accipere, qui cum certa spe accipiendi plus in pensionibus, censum personalem alteri imponit: neque hoc alicuius solutionis subterfugium habet, nisi dicatur, vel quod ratione periculi, quia census personalis, vt potè non fundatus in hypotheca speciali periculosus est recuperatu, possit plus in pensionibus annuis recuperari, quod est reincidere in opinionem Me-

tinæ

tinę Complutensis ab omnibus explosam, qui asseruit ratione periculi recuperandi posse licitè mutuatorem, vel venditorem ad creditum plus aliquid exigere, vel coarctantur fautores census personalis ad hoc argumentum dicere, quod est emptio iuris talis contractus, quod abunde supra impugnabimus.

6. ¶ Præterea ad huc etiam sextò arguimus probãdo, ꝙ si in cẽsu isto personali sit emptio iuris quod illa sit nominetenus emptio, & potius sit mutuatio vsuraria: quia qui emit possessiones, & animalia ab eis, qui illis carent, eaque istis fictis venditoribus pro annuis pensionibus locat, est vsurarius (vt communiter asseritur, & tradit Angelus verbo vsura. 1. §. 7. Maior in. 4. distinct. 15. 9. 46. & Silvest. verbo vsura. 2. quæst. 6. Non autem esset vsurarius si licitè posset emere ius recipiendi illas annuas pensiones non subsistentibus prædictis possessionibus, & animalibus, quia censeretur contrahere velle eo modo, quo magis licitè potest, at si iste non existentibus prædictis possessionibus, & animalibus licet intendat emere ius illas pensiones annuas recipiendi, nihilominus est vsurarius, ergo similiter est vsurarius, qui nullis existentibus bonis immobilibus, & fructiferis, in quibus fundetur census, super solam personam alterius pecunia data, imponens ius ab eo recipiendi annuales pensiones, eas recipit, aut verisimiliter eas recepturus est per tot annos ita vt exuperent capitale quod à principio dedit. ¶ Adeò autẽ argumentum hoc est efficax, vt nulla contra illud fit tergiuersatio, nisi sola hæc, quæ tamẽ (vt patet) nihil valer, scilicet, quod sit differentia inter vtrunq; casum, quia scilicet, qui emit boues fictos, vel animalia ficta, & ea locat interim venditori, pro annuis pensionibus, in annuis pensionibus recipit aliquod interesse præter pretium, quod pro illis à principio dedit, & propterea est vsura, sed in censu personali licet recipiat pensiones annuas, tamen dat pretium nullatenus sibi restituendum. ¶ Sed dicimus quod hæc differentia est nulla, & in hoc stat totus neruus disputationis, quia cum census personalis creatur cum certa, & verisimili spe, moraliter loquendo, vt regulariter contingit, aut multoties contingere potest, quod recuperauit emptor census personalis tot annuas pensiones, quæ non solũ adęquẽt, sed etiam superent capitale à se datum, non datur capitale pretium vt non restituendũ, quia restituendũ venit in pensionibus, tandem adæquantibus ipsum, & etiam excedentibus, si simul post acceptionem earum considerentur, quod est mutuum cum lucro, vbi pecunia per se sumpta, & mutuata fructificat, ꝙ non contingit in censu reali fundato in re fructifera, vbi (vt ostendemus) interuenit aliqua implicita saltem venditio, & emptio realis, quæ ius tribuit ad percipiendos fructus, & annuales pensiones etiam excedentes summam pretij dati. Neque enim obstat, quòd ex re empta, ideſt, ex possessione plures colligantur fructus, & pluris valentes per tot annos, quàm valuerit pretium pro ea datum.

Argu. efficax.

Neruus disputationis.

¶ Omitto autẽ, & alias probationes, quas cumulare hic possem, ne prolixitatis arguar, & quia efficaciores sunt, quæ hic sunt allatæ. Quia tamen canonistæ probationes Nauarri magni faciunt, sicut & cætera documẽta eius & meritò: ideò sub breuitate fuit animus eas hic perstringere. Quia primò allegat in reprobationem census personalis, quòd in nulla republica Christiana, neque etiam in Romana tam politica saltem postquàm Christiana effecta est, fuerit vsu receptus. ¶ Secundò, quia iure sancitum est, ne homo liber detur in pignus, aut imponatur super eum ius reale in cap. 2. de pign. l. ob æs alienum. C. de actio. & oblig. & l. 2. C. quæ res pigno. obliga. ¶ Tertiò, quia imponere census super personas est reuerti ad duritiem antiquam, & barbarorũ. ¶ Quartò, quia quamuis rationes assertorũ census personalis aliquid probarent: non tamen præsumptionem vsurariam, & fraudulẽtam, scilicet ad palliandum vsuras, quas iste contractus apud homines male audit sufficienter tollerent. Nam ad tollendam præsumptionem vsuræ, quam conceperant aliqui ad uersus census redimibiles, & reales opus fuit summorum Pontificum declaratione, & approbatione. ¶ Quintò, quia opinio defensorum census personalis obstruit ianuam petẽtibus gratuitum mutuum, quia respondebitur eis, si indigetis accipite super personas vestras pendendi censum onus. ¶ Sextò, quia aperit ianuam ad palliandas infinitas vsuras, si sine pœna sub tali prætextu possent pecuniã ad censum personalem dare. ¶ Septimò sternit viam ad maiores vsuras exigendas, quàm humanæ leges permittebant, quia sub prætextu, quod census constitutus super personam præsertim industriæ expertem, & indigentem est parum securus, emptores eius exigerent vnũ pro. 6. vel pro septem. ¶ Octauò, quia occasionem præbet magna debita contrahendi passim, quia sic innumeri susciperent super se hæc onera censuum ad luxum,

Prob. Nã.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

& pom-

& pompam inde ad tempus sustentandũ, quæ omnes rationes Nauarri in conuenientia, quę dimanant ex censibus personalibus probant, sed per rationes nostras nos eorum prauitatem vsurariam reteximus, quare iam reliquũ est, vt ad argumenta contraria Soti, & Conradi in principio allata respondeamus.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primum argumentum concedimus quod gratis, & titulo promissionis, & donationis gratuitæ, imo etiam ratione obligationis, quam socer inducit super generum sustẽtandi onera matrimonij possit quis se obligare ad annuam pensionem, quia hinc nullum resultat mutuum virtuale cum lucro. At vero negatur consequentia si loquamur de censu personali, quia cum est cum verisimili spe recipiendi tot pensiones annuas, quæ excedant capitale, vel cum certa spe quod erit hoc vel redimetur, iam inde (vt efficaciter demonstratum est) resultat mutuũ cum lucro quod est vsura.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum autem argumentum conceditur antecedens quod possit quis consignare supra personam suam obligationem soluendi annua salaria medicis, patronis mercenarijs, quia hoc nihil aliud est, quam contractu reali, & licito conductionis, eorum annuales operas, quas locant annualibus pensionibus conducere, quod nihil implicat mutui cũ lucro ex aliqua contrahentium parte. At verò negatur consequentia, quia in censu personali cum prędicta spe instituto, licet non ex parte accipientis capitale, bene tamen ex parte dantis illud pro pensionibus excedentibus tãdem capitale, resultat mutuum cum lucro, quia nullus est ibi realis contractus licitus saltem implicitus, qui illum lucrum pariat, sed pecunia ipsa (quod monstruosum est) solum illud parit.

Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum concedimus antecedens, quod tam princeps, quam ecclesia potuit iusta ex causa tributa exigere personalia, quia hic nullus immiscetur contractus implicitè continens mutuũ cum lucro, quia illa tributa siuè pro sustentatione reipublicæ, aut ecclesiæ exigerentur, aut pro sustentatione suorum ministrorum, vbi nihil iniustitiæ hic immiscetur. At verò negatur consequentia, quia in censu personali, dum creans censum pro cõsignatis sibi quotannis pensionib⁹ soluit pretiũ virtualiter, seu implicitè sub nomine emptionis mutuat á principio illud pretiũ redhibendũ tandẽ in pensionibus illud excedentibus verisimiliter quare mutuat illud cum spe verisimili lucri.

¶ Ad quartum argumentum concedo antecedens, quòd potest quis super se inducere obligationem corporalia seruitia præstandi tam gratis se obligando per promissionem gratuitam, quam etiam per contractum licitum, & oneros um: negatur tamen consequẽtia ista, scilicet, q̃pari ratione imponere possit sibi obligationẽ soluẽdi personalẽ censum taliter, quod valida sit talis obligatio ex natura talis contractus. i. impositionis cẽsus personalis, quia cũ illa stãte verisimili prædicta spe instituitur, ex natura sua est mutuatio cũ lucro. At licitè aliquis validè potest alia via sua obligare bona: sed non via mutui põt validè obligare se ad vsuram soluendam, quia hanc obligationem excludit natura contractus mutui qui ex natura sua debet esse gratuitus, præterquàm, quòd secundo adijcimus, scilicet, q̃ sicut vsurario mutuatarius ratione mutui nunquam vellet soluere vsuras, sic neque iste super cuius personam creatur census personalis pro pretio sibi dato, quod re vera est mutuum palliatum, ratione illius mutui pallianti volet soluere, neque obligare se ad soluendum vsuram excedentium pensionum: si gratis vellet sibi mutuare personalis census impositor. Ad. 4. arg.

¶ Ad quintum argumentum respõdetur, quod census realis habet annexam obligationem personalem non absolutè, neque in omne tempus, sed quamdiu durat hypotheca specialis, ideſt, possessio supra quam fundatus est census, vt Pius. V. in sua Extrauaganti declarat, vbi ait, quòd re in totum, vel pro parte perempta: aut infructuosa in totũ vel pro parte effecta, pro rata, vel in totum cẽsus realis debet extingui. Vnde negatur consequẽtia, quòd ipsis possessionibus super quas fundatur census personalis pereuntibus obligatio personalis illum soluẽndi perseueret, quia id iniquum esset, sicut iniquitate nõ careret: si quis ex re à se empta, & venditori locata post interemptionem rei vellet pensiones locationis accipere, & ad id quod in argumento assumitur, scilicet, quòd res non propriè obligantur: sed dominus principaliter est, qui obligatur, & quod res se habent ad instar pignoris in hoc contractu census realis, negatur, quia in hoc hallucinatus est Sotus, quia inter contractus reales, & personales, hæc est differentia, quia in personalibus principaliter obligatur persona, & secũdario eius bona ratione & obligationis personæ. E contrario autem in realibus accidit, in quibus res ipsæ principaliter obligantur, & persona secũdario Ad. 5. arg.

Differẽtia obligationum in contractibus.

dario ratione rerum, quod euidenter patet in censu fundato super domum, quia si iste esset personalis contractus, si per venditionis contractum in alium dominum migraret domus, adhuc persona obnoxia maneret. Hoc autem non ita vsu euenit, sed potius cum domu ipsa transit obligatio soluendi censum in emptorem: quia transit cum suo onere, & vēditor illius manet liber. Igitur census non est contractus personalis, sed realis, & idcircò in ipso non manet obligata principaliter persona, & quod ibi assumitur. Secundò, scilicet, quod res obligatæ in censu reali se habeant ad instar pignoris distinguitur, quia si Sotus loquitur de bonis super quibus census situatur, licèt inritæ ea bona vocent hypothecam specialem: tamen propriè non se habent ad instar pignoris, quia vel ipsa bona sunt, quæ emuntur secundum aliquos contra Sotum, vel sunt principaliter obligata, quia vt principaliter obligentur, sat est, quòd eorum fructus principaliter maneant obligati pro pensionibus, vt ipsa dicantur principaliter obligari. Si autem loquatur Sotus de alijs bonis minus principaliter obligatis in hoc contractu, cōcedimus se habere ad instar pignoris, & quando ex hac concessione, & ex l. seruo. C. de pignoribus dictante, quòd disparente pignore non extinguitur ius persoluendi debitum: inferre vult Sotus, quòd in censibus realibus, extinctis possessionibus etiam adhuc ad persoluendum debitum manet obligata persona, negatur illatio, quia lex illa, sicut etiam lex pignus. C. de pigno. actione loquuntur. de pignoribus secundario annexis contractibus personalibus, & non loquūtur de pignoribus secundario annexis contractibus realibus, nisi in casu, quo res principaliter obligata, in qua principaliter fundatur ipse contractus realis maneret. Nam si ipsa maneret etiam pereuntibus alijs pignoribus, ius exigendi debitum non extingueretur. Secus est, si ipsa perit, vt si obligo, & impignoro bona mea ad soluendas pensiones domus mihi locatæ, si ipsa domus inundatione fluminis pereat, etiam manentibus bonis alijs impignoratis, tibi de pensionibus deinceps soluendis non tenebor.

Possessio census non est pignus propriè.

¶ Ad sextum & vltimum argumentum respondemus interim, id quod explicatius sumus postea dicturi, quod dupliciter circa hoc autumant doctores: nam aliqui eorum sentiunt in contractu census realis emi possessionem ipsam, supra quam fundatur census ab emptore census, rursusque ab eo locari eidem venditori pro annuis pensionibus, sicque negamus, quod si pereat non pereat ementi cēsum, quia extincta illa extinguitur, & perit illi census. Neque obstat, quod possessio illa empta manet apud venditorem census, quia manet apud illum virtute prædicti locationis contractus, quo sibi locatur possessio prius empta cum pacto de retrouendendo. Neque obstat, quod ipse venditor census apud quē manet locata potest eam vendere: quia ista locatio, & conductio possessionis (quia est quidam contractus emphiteuticus) præbet facultatem venditori census, vt tanquam dominus vtilis possessionis subiectæ censui possit eam alteri cum eodem onere diuendere. ¶ Ad secundum, alios doctores in hoc contractu census realis, & redimibilis implicantur tres contractus: primus contractus est emptionis fructus possessionis: secūdus, redemptio qua pē sione pecuniaria annuali venditor census redimit hunc fructum: tertius est contractus sortium, quo sortiuntur, vt siuè abundantiores fructus, siuè tenuiores possessio ferat, recompensando fertilitatem quorundam annorum cum sterilitate aliorum, venditor census moderatam pensionem annuam, & pecuniariam soluat, quod illicitum nequaquam est. Nam si periculum fructuum hic apud primò eos vendentem manet, id est, apud venditorē census, id est, virtute contractus redemptionis ibi impliciti, quo eos venditor census redimit pensionibus pecuniarijs quas pro fructibus se obligat quotannis soluere, sed hoc postea latius explicabitur.

Tres contractus in censu.

Ad. 6. arg.

Variāt Doctores.

CAP. L V. *An extantibus tribus his extrauagantibus Martini, Calixti & Pij. V. census personalis in vtroq; foro sit permittendus: de censu vitalitio & perpetuo, & an de censu temporario possit lucrū expeti curiosius examinatur, quia variant doctores proponitur distinctio. ¶ Exē plificatur census vitalitius, de quo quæritur, an iure aliquo sit prohibitus: qui licere dicitur quatenus contractui sortium innititur, & dum est redimibilis an maiori, vel minori redimi possit, emptio ad vitam de se non esse mala dicitur.*

Quæstio.

IAm postquam primam expediuimus difficultatem, supereſt nunc secundam, & tertiam explicare, & quidem secunda, quæ proponit, vtrùm extantibus illis tribus extrauagantibus de creatione census Martini. V. & Calixti. I I I. & Pij. V. in conscientia, vel in foro exteriori permittendum sit censum personalem, id est, supra meram personam posse creari

Respons. creari, iam satis illucidata manet ex precedenti quæstione, vbi abundè commôstrauimus censum personalem, qui cum certa moraliter spe creatur recipiendi plus in pensionibus quàm sit pretium à principio pro eo datum esse implicitum mutuum, cum lucro. ¶ Ex quo sequitur iure naturæ esse prohibitum, ac propterea in vtroque foro nusquam esse tolerandum. At secundò dicimus, quod etiã stando in iure positiuo, extantibus illis tribus extrauagantibus, & præsertim vltima Pij. V. etiam in conscientia census personalis quamuis sit constitutus super personam industriosam, & frugiferam, quia persona non est bonum fructiferum ex sua natura sed ex sola industria, & voluntate libera contra Metinam Compluten. non est tolerandus, quia Metina in sua instruct. loco citato. §. 26. de censibus fol. 147. qui videtur tenere censum personalem non esse prohibitum iure naturali, asserit nihilominus istam conditionem, scilicet, quod census statuatur supra rem fructiferam, & non supra personam sicut & alias quatuor, quas ibi adnumerat, quia sunt de iure positiuo ita obligare, vt contraueniens mortaliter delinquat, & contractus irritus fiat, & nullius effectus. Idemque confirmat Nauarrus commento de vsuris num. 93. dicens, quòd licet constituere cẽsum supra personam non esset prohibitum iure naturali, aut diuino, tamen quia lex humana iusta illud vetat, non esset permittendum sic creare super personas tantum censum.

Illatio.

¶ Porrò tertia difficultas de censu vitalitio personali, idest, constituto supra solam personam proponebat, vtrum iure naturali, aut iure canonico, aut ciuili sit prohibitus taliter vt nulla ratione possit sic constitui. ¶ At videtur quod sit prohibitus iure naturali, quia videtur fieri, & instituí cum certa spe accipiendi plus in pensionibus, quàm sit capitale, quia aliàs stultus videretur, qui sine tali spe contraheret.

Arg. 1.

Arg. 2.

¶ Secundò arguitur, in isto contractu non seruatur æqualitas aliquandò, ergo tunc saltem erit iure naturæ prohibitus. Antecedens patet, quia aliquando licitè tribuit aliquis alteri mille aureos ea conditione, vt durante vita eos dantis, danti rependat datarius viginti aureos, vel viginti quinque: & tamen hic non seruatur proportio inter sortem principalem, & pensionem. Item quia aliquando (vt quotidie fieri videre est) confert bona sua aliquis monasterio eo pacto, vt dum superstes fuerit in vita, à monasterio alatur. Quæ quidem bona, quia interdum valde superexcedentia sunt, vt pote continentia plura millia aureorum, nullam proportionem æqualitatis seruant, cum pensione alimentorum annuatim reddenda per totam vitam: ergo non seruatur æqualitas.

Arg. 3.

¶ Item tertiò arguitur in isto contractu vitalitio fundato super personam pecunia sortis principalis in pretium data per se, & in nulla re fundata lucrum parit in pensionibus, & in pensionibus aliquando excedentibus summam sortis principalis à principio pro tali censu datæ: ergo tunc, quia est implicitum mutuum cum lucro, erit contractus prohibitus iure naturali.

Arg. in cõtra.

¶ In contrarium, quia dicitur de hoc contractu, quod sit in aliquibus partibus communiter approbatus, & multum in vsu receptus, vt ait Garcia. 2. part. de contractibus, cap. 5. pag. 156.

¶ Igitur antequam quæstionem hanc dissoluamus, ne in æquiuoco laboremus, non nulla præuia fundamenta præiaciamus oportet. Primò autem præmittenda est distinctio hæc, scilicet, quòd census hic vitalitius, qui ideò dicitur talis, quia suaptè natura temporarius est ad differentiam alterius census, cui è contra ex sua natura non repugnat esse perpetuum: hic (inquam) census dupliciter solet instituí: vno modo, dum cum certo prædiffinitoque tempore instituitur, vt cum alicui conferuntur centum aurei eo pacto, vt per decennium quotannis, decem aureorum pensionem persoluat: sed quia ex hoc censu potius paratur dispendium, quam lucrum, non est in vsu. Aliter autem temporarius hic census, & qui proprie dicitur vitalitius solet creari per certum tempus verum indeterminatum, vt cum per vitam vnius, vel multorum creatur duraturus.

Census vitalitius & perpetuus.

¶ His suppositis, de primo censu temporario cum tempore certo, & determinato tempore instituto indagandum est nobis, an aliquid lucri vltra capitale possit expeti: nam sine spe lucri cum frustra crearetur, vsu nusquam reciperetur, vtpotè inutilis, & frustraneus. At quidem in hac quæstione non satis conueniunt doctores: qui de ea meminere. Nam Richardus, quæstione octaua, concedit posse emi temporalem pecuniarumque censum certi temporis minori pretio, quàm sit pensionum summa, vt nonaginta aureis possunt (inquit) emi

Quæstio.

Variãt Doctores.

emi decem in censum vsque ad decēnium, quod tamen moderatur post dicendo, hoc licere ratione lucri cessantis, quando emptor mallet non emere, quam emere, sed rogatu venditoris emit. Parti quoque huic affirmatiuæ accedere videtur Nauarrus commento de vsur. num. 78. vbi ait, quod si pro pensione decem aureorum per annum, pro quindecim annis conferantur centum aurei, licet suspitionis notam hoc præseferat, nihilominus, si arbitrio bonorum virorū pretium fit iustum, licita erit talis emptio, neque præsumptioni subiacet, quod facta fuerit ad palliandū vsuras. In cuius gratiam citat Conradum de contract. q. 79. &. 80. Metina quoque in sua instruct. §. 26. de censibus huic sententiæ affirmatiuæ videtur applaudere, licet limitatius loquatur dicens, scilicet, quod pro octo millibus dipondiorum datis non potest dans expetere duo millia dipondiorum quotannis vsque ad octo tantum annos: licere tamen ait, si in fine octo annorum, mille dipondia vltra octo milia accepta, in annualibus pensionibus tantum reportaret, & hoc licere ait in re compensam illius obligationis, quam subit recuperandi suas pecunias minutatim, quia obligatio hæc vendibilis est æstimabilisque pecunia: Garcia autem loco citato. 2. part. de contract. 5. pag. 155. ait doctrinam prædictam Metinæ non sibi displicere. ¶ Sotus autem de iust. & iur. libr. 6. quæst. 5. artic. 2. contrarium tenet.

Senten. Nauar. & Meti. & Garciæ.

Senten. Soti.

Distin. ¶ Igitur pro resolutione quæstionis distinguendum est, nam huiusmodi temporalis cēsus certi, & determinati temporis, id est, solutionis pensionum tantum per decennium potest dupliciter institui: primò supra solam personam, qua ratione eum inter personales census computamus: alio modo potest creari supra possessionem decennio duraturam tantū, his suppositis respondetur ad quæstionem per conclusiones.

Conclu. 1. ¶ Prima conclusio, si census iste temporarius certi, & determinati temporis, scilicet, per decēnium constituatur supra personam principaliter, licèt secundariò obligentur alia bona, quando summa in pensionibus per decennium recuperanda exuperat pretium á principio datum, vt quando datis modo nonaginta aureis aliquis emit decem aureos quotannis per decennium sibi reddendos, illicitus ex se est contractus si nihil aliud attendatur. Hæc est contra Conradum loco vbi supra, & contra Metinam Complutensem, q. antepenultima de censibus dicentē in rigore hūc contractū non esse damnandum. Hæc autem cōclusio est Soti vbi supra de iust. & iur. lib. 6. q. 5. ar. 2. fugit magistri F. Ioannis à Peña in suis scriptis, probatur autem euidenti ratione, quia si quis ius petēdi in pecunia centum emit, nonaginta statim datis in pretium, si illa centū in nullo versantur dubio: (hoc enim supponimus, videlicet, quod neq; timeātur expensæ, neque labores, neque vllū existat periculū) citra dubiū fatendum est esse mutuum cum lucro, ergo ex se talis cōtractus est illicitus. ¶ Cō firmat autem Sotus hanc conclusionem exēplo, quia si nonaginta nūc aliquis daret cum obligatione, vt post decennium redhiberentur illi simul centum liquida, esset vsura, ergo etiam est vsura dare nunc nonaginta eum obligatione, quotannis per decennium soluantur decem, quia in fine decennij resultat recuperata (licet annuatim) summa centū. Nam quid refert (inquit Sotus) ad vitandam vsurā, quod illa centum soluantur per partes quotānis, vel simul in fine decennij.

Prob. 1.

Confir.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio, loquendo de censu temporali certi, & determinati temporis personali, id est, constituto principaliter supra personam, & non supra certam rem fructiferam immobilem, vt videtur loqui Metina Salmanticensis, & Conradus, & Metina Complutensis, licet eorum opinionem limitatam cum limitatione Metinæ in sua instructione, scilicet, quod solum dans octo millia pro mille, quotannis per octo annos recuperādis, pro obligatione recuperandi illa octo millia per partes possit modicum vltra, id est, vnum mille vltra accipere, non ausim damnare, sed neq; affirmare audeo in foro conscientiæ, aut exteriori. ¶ Quia pari ratione probaretur, quod si quis daret duo millia aureorum per decennium quotannis redhibenda in pensionibus, & vltra in fine decennij vellet accipere ducentos aureos, quia redhiberet illa duo millia aureorum per partes, nihil illicitum committeret, at iste certè notam vsurariam incurreret, insuper, & male audiret apud omnes, verum tamen loquendo proporcionabiliter ex ratione, & exemplo Metinæ sequitur, & hoc licere, quod tamen valde offenderet tum probos, & timoratos viros, tum etiam ipsos prælatos, & iudices, qui in foro exteriori esse hunc contractum census realis approbati per iura negarent, sed contractum vsurarium esse iudicarent, in quo mutuata essent duo millia pro duobus millibus, & ducentis tandem rehabendis completè in fine decennij.

Ratio.

Confir. ¶ Deinde confirmatur, quia ex hac opinione Metinæ ansa daretur contra sanctiones extrauagantium Martini, Calixti, & præsertim Pij. V. in ponendi census personalis, dum impositores allegarent se vltra sortem recuperatam in pensionibus, aliam velle accipere propter obligationem, qua à principio se obligarunt capitale á principio datum recuperare per partes. ¶ Sequeretur etiam ex opinione Metinæ, quod ille qui habens in arca centũ aureos, ex quibus pro suo victu quolibet mẽse anni insumpturus esset decem, posset cum aliquo sic conuenire, accipe hos centum aureos quos ego reseruabam pro meo annuali victu, & pro eis quolibet mense istius anni mihi solues decem, & pro obligatione recuperandi hos centum aureos per partes, quia vẽdibilis, & æstimabilis pretio est, dabis mihi vltra quatuor aut quinque aureos, aut sex. Profecto rari essent, aut nulli, qui hoc nisi valde egerrimè concederent, imo omnes refugerent concedere. ¶ Profligemus ergo à foro conscientiæ illas opiniones, quę occasionem possunt subministrare vsu vsuris. Nam ratio Metinæ non tanti momenti est, vt non sufficienter soluatur, si dicamus, quod in hoc contractu, quia implicitum est mutuum, talis obligatio recuperandi capitale per partes non est æstimabilis pretio, sicut neque in mutuo, quia gratuitus contractus est, non licet vendere, neque æstimare pretio obligationẽ qua se mutuator obligat ad non recuperandum mutuatam sortem pecuniæ, nisi post decennium, ita non licet æstimare pretio, aut vendere obligationem recuperandi capitale per partes. Quia hoc reduceretur ad maiorem, vel minorem dilationem temporis, quæ quidem dilatio temporis, scilicet, quòd paulatim soluatur capitale gratis concedenda est, sicut & ipsum mutuum, aut certè si illam nó vult gratis subire obligationem consequentem ad tale mutuum, non det mutuum.

Ratio. *Admonitio*

Concluſ. 3. ¶ Tertia conclusio, si quis capitale valens nonaginta aureos imponeret supra fructus vineæ, vel domus percipiendos per decẽnium, aut si his nonaginta aureis possessionem emeret decennio duraturam, quæ singulis annis prolatura esset fructus decem aureorum, tũc si sic in dubio se exponeret minus, vel magis quàm capitale valet percipiendi, si euentus prospere succedat, plusquàm capitale valuit percipere licite posset. Hæc autem cõclusio est Soti vbi supra, & fratris Magistri Ioannis à Peña, & credo in hoc sensu Nauarrus loco citato, licet nó se explicet, eã approbat licet citet Conradum, quia aliás Nauarrus census cõstitutos super personam tantum abhorret, & damnat. Patet autem conclusio, quia hic cum fructus sint in dubio vere cognoscitur emptionis ratio, quæ non ideo vitiosa ostenditur esse quod fructus tractu temporis superaturi sint pretium, & quia cum iste census sit realis fundatus supra possessionem fructiferam, quia ibi non obligatur persona pereũtibus fructib⁹, vel quia esto fructus nó pereãt, tamen quia possunt esse sicut vberiores: ita etiam tenuiores, quam capitale pro eis datum anticipatè, nulla videtur committi iniustitia, si fortuna fauente plus percipiat in fructibus, quàm sit pretium ante datum, quando æquali se exposuit aleæ.

Prob.

¶ Tandem de vltimo puncto difficultatis, id est, de censu vitalitio durante per vitam constituto super personam, an iure naturali, aut canonico, aut ciuili sit prohibitus relinquitur hic differendum. Antequàm quæstionem absoluamus, naturam istius contractus prius rimari, & speculari oportet, & quomodo celebretur. Celebratur autem contractus hic sic, dat alquis alteri centum aureos nusquam á se redhibendos obligatione astrigendo eum, vt superstite vita alicuius aliquotam pensionem, sibi rependat quotannis, istius autem census venditor ad præstandam securitatẽ de pensionibus quotannis fideliter à se soluendis bona sua sub hac obligatione submittit. Quia ergo (vt statim dicturi sumus) contractus hic fordium cõtractui innititur, quia emptor illius exponit se vtrique forti, scilicet, lucrandi, & percipiendi pensiones tandem excedentes capitale datũ, si multũ diuturna fuerit vita, aut perdendi si citò prærepta fuerit vita supra quam constituitur, ideò summe cauendum est in hoc cõtractu (in hoc enim sita est principaliter rectitudo eius) vt taliter cõtrahatur, quod arbitrio prudentiũ seruetur talis proportio inter sortẽ principalẽ, & pẽsiones percipiẽdas, vt vterq; contrahentium æquali aleę, & forti perdendi, & lucrandi subdatur. ¶ Quantũ attinet ad naturam huius cõtractus omissis opinionibus dicẽtium esse mutuũ, quod certe nó est, quia sors data nó repetitur, & dicentium esse emptionẽ iuris exigendi pensionẽ pecuniariam, quod merito ante reiecimus loquendo in cẽsu personali, tãdem esse cõtractũ innominatũ explicatũ per, do, vt des, potissime innixum in cõtractu sortium dicimus, nã hic nó est perfecta cambitio, quia hic æqualitas requisita inter pecunias cambiatas non exigitur,

Quæſt.

Census vitalitij exẽplum.

Census vitalitius nõ est mutuũ.

exigitur, sed neque est locatio vbi aliquid accipitur pro vsu rei non ipso vsu consumptibilis, neque verò est emptio, quia pecunia propriè neque emitur, neque venditur.

¶ Cum autem hic quatuor concurrant, id est, sors principalis data: secunda, pensiones persoluendæ: tertia vita ipsa in cuius durationetantum sunt pensiones soluendæ: quarta bona hypothecata, & obligata ad pensiones soluendas tantum, non autem hypothecata principaliter, vt sub quibus fundetur vitalitius census, quia sic principaliter non fundatur nisi supra personã, quippe quæ hic principaliter obligatur, quantũ ad primum, & secũdum, id est, quantum ad sortem, & pensiones dicitur, quod possunt esse pecuniariæ, vel æquiualentes pecunijs, vt cum quis sua bona tribuit monasterio, vt sibi per vitam suam à monasterio alimenta subministrentur: vbi tam sors, quę nunquam redhibenda est, quàm pensiones alimentorum res sunt non pecunia his suppositis.

Concluſ. 1. ¶ Sit prima conclusio, iste contractus vitalitij cẽsus personalis ex se non est iure naturali prohibitus, si ita contrahatur, quod vterque contrahentiũ æquali sorti se exponat recipiẽdi, & soluendi magis, vel minus, quàm sit capitale pro censu datum. Hæc autem conclusio est contra D. Antoninum. 2. p. tit. 1. ca. 8. §. 10. & contra Laurentium de Ridol. & contra Phili. Decium præsumentem eum esse vsurarium de cõmer. quæst. 68. Hanc Garcia loco vbi supra, ait esse communiter approbatam. Hanc quoque emptionem census vitalitij cõmuniter approbari secundum Innocent. & communem cap. in ciuitate, & secundum Panor. in dispu. ratio. quinta ait Nauarrus comment. de vsur. nu. 78. sed vereor censum vitalitium, qui communiter approbatur non esse hunc personalem, de quo in hac conclusione loquimur, sed esse realem fundatũ super speciale hypothecam realem. *Prob.* ¶ Sed nihilominus probatur nostra conclusio, quia cõtractus hic non propriè in emptione alicuius rei realis consistit, vt debeat fundari in re, neque consistit in mutuo implicito cum verisimili spe redhibendi capitale cũ lucro in pensionibus certò moraliter excessuris tandẽ capitale recipiẽdis, ratione cuius contractum personalis cẽsus cum hac certa spe initũ reprobabimus, sed potissime cõsistit in cõtractu sortium, in quo cõtrahentes se exponunt æquali sorti, iacturę & lucri, qui cõtractus sortiũ iure naturæ non est prohibitus, quippe qui ex se est licitus, licèt secundũ Siluest. vsura. 2. q. 12. dicto 5. ratione alicuius circunstantiæ. s. optandi mortẽ emptoris possit accidere, vt nõ sit tutus hic vitalitius, & sortibus principaliter innitens census personalis. Sed quia an sit prohibitus iure positiuo canonico, aut ciuili restat declarandum.

Concluſ. 2. ¶ Statuitur secunda conclusio, census vitalitij personales: qui instituuntur cõmuniter de facto, sunt iniusti, & præsũptionẽ præseferũt vsuræ eo modo, quo celebrantur. Hæc autem conclusio est Garciæ loco citato, quoad primam partem de contract. 2. par. ca. 5. pag. 165. quam probat, quia pensiones sunt à Deo excedentes cõmuniter, vt contrahentes æquali aleæ perdendi & lucrandi nequeant manere subiecti. *Prob.* Est etenim commune huius vitalitij census pretium currens vnum pro septem, vel tria pro viginti & vno, vbi certè communiter prædicta proportio capitalis dati cum pensionibus percipiendis, & cum duratione vitæ maiori, vel minori, secundum naturalẽ cursum supra quam census imponitur non seruatur, quare non potest non esse contractus iniustus, & pretiũ iniustum, vbi vẽditor census grauatur magis, quia magis exponitur periculo iacturę, quam lucri. *Prob.* Quòad secũdam partem patet, ex authoritate Phili. Decij consi. 123. & ex authoritate Nauar. comment. de vsur. numero. 78. & patet ratione, quia ablata ista æquali sorte lucri, & iacturæ cui se exponere hic debent contrahentes, quæ ratione iniusti pretij non seruatur, resultare solet mutuum cum lucro, quia plus tandem rehabetur in pensionibus, quam sit summa capitalis dati ergo cõtractus est, qui (prout à parte rei fit) præsumptionem præsefert vsuræ, præter quã quod secundum Roden. & Siluest. verbo vsura. 2. dicto. 5. hic contractus cẽsus vitalitij nõ est tutus, quia in eo includitur pactum inducens votum captandæ mortis quod pactum tum nõ valet. C. de pactis. l. pact. & ff. de ver. obli. l. stipulatio: tum quia est contra bonos mores, qua ratione promissio præbendæ non vacantis prohibetur de con. præb. capi. secundo libro sexto. Addit tamen Siluester ibi quòd quia hoc non est prohibitum de se, scilicet, emere, aut vendere, ad vitam, non erit mortale, quia non inuenitur prohibitum, si debitæ circunstantiæ seruentur. Aliter vsus fructus nunquàm posset constitui qui finitur morte. insti. de vsu. fruct. §. finitur. Vnde concludit, quod si quis constituat alicui certam pensionem ad vitam pro certo pretio non videtur illicitum, quod nos libenter ei annuimus, quando contrahentes

Emptio ad vitam de se non est mala.

æquali sorti iacturæ, & lucri se exponeret, quia tunc esset licitum ex se, licet non tam tutum ratione occasionis captandi mortem, vnde secundum Siluestr. emere, vel vendere ad vitam venditoris census magis liceret, quia hic tale votum captandæ mortis interuenire non potest, sed hoc quod addit Siluester nihil facit contra hanc nostram secundam conclusionem, vbi hunc contractum in se, & cum æqualitate sortis, qua fieri debet non damnamus, sed tantum contractus, qui de facto communiter fiunt sine hac æqualitate sortis vtriusque contrahentis damnamus, si ita est. Quare contrahens hic suæ conscientiæ consulat seruando hanc æqualitatem.

Concl. 3. ¶ Tertia conclusio stando in iure positiuo siue canonico, siue ciuili cõtractus hic vitalitij census personalis, etiam si fiat cum conditione quod à venditore possit redimi, quando voluerit, si iam (vt fertur) in multis locis consuetudo eum contrahendi seruata æquali sorte iacturæ, & lucri partium inoleuit, cum iam ista consuetudo fuerit scita, & tolerata à Papa, non erit iure positiuo illicitus: *Prob.* hæc autem conclusio patet ex D. Thoma. 22. quæst. 97. articul. 3. in solutione ad. 3. dicente quod consuetudo tolerata per principem, vel per rempublicam habentem potestatem condendi legem obtinet vim legis in quantum per eos toleratur, vnde hæc consuetudo tolerata ratio sufficiens videtur esse, vt alij in regionibus, vbi adhùc non inoleuit sic possint cõtrahere sine peccato videntes in re quæ de se non est prohibita à Papa tolerari. Nam tunc signum esset quòd vitalitius hic census personalis non est comprehensus sub illis censibus, qui in extraugãti Pij. V. iubentur non in persona, sed in re fructifera fundari, cò quod hic census vitalitij iustitia aliunde, ideſt, per contractum sortium in quo potissimè fundatur, videtur saluari, vel quod si illic comprehenderetur, iam consuetudo tali comprehensioni derogasset: Signanter autem diximus etiam si cum conditione vt possit redimi à venditore instituatur, quia conditio hæc (si adijciatur) non videtur eum reddere illicitum, si ex consensu partium addatur, & dummodo addita ista redemptionis conditione id pretium soluatur pro eo, quod contrahentes in æquali statu iacturæ, & lucri constituat, siue instituatur per vnam vitam, siue plures simul, vel successiue sumptas, tũc autem successiue sumerentur vitæ, vt dum crearetur per vitam alicuius, & sui filij, & nepotis nasciturorum, simul autem sumerentur vitæ, vt cum crearetur per vitam Petri, & Ioannis, & Francisci adhuc viuentium, & tũc censetur institui per vitam istorum triũ, quæ diuturnior fuerit, iam supereſt argumentis in principio positis feciſſe ſatis.

Census vitalitius initur sorti ideo licet.

¶ Ad primum argumẽtum negatur, quod contractus hic census vitalitij (si fiat eo modo, quem eius exigit iustitia) fiat cum certa spe accipiendi plus in pensionibus, quam dit capitale: quia sorti æquali iacturæ, & lucri innititur, neq; stultus videtur qui sine certa spe lucri sic contrahit, sicut neque stulti sunt, qui in contractu sortium, fortunæ se committunt. *Ad. 1. arg.*

¶ Ad secundum argumentum, quando in eo assumitur, quòd in hoc contractu aliquando non seruatur æqualitas, respõdetur, quod ex natura cõtractus huius æqualitas hæc semper est seruanda, scilicet, vt cõtrahentes æquali aleę perdendi, & lucrandi se subdant: Si autem in casibus in hoc argumento prætactis hæc æqualitas non seruatur, dum exuberantia bona confert quis monasterio, vt ab eo per suam tantum vitam alatur, id ideò est secundum Garciam, quia admiscetur in isto censu vitalitio gratia liberalitatis, & donationis, quia vltra pretium iustum quod superfluit, piè donatur monasterio. At ego mallem hunc contractũ, cõtractũ donationis, cũ grauamine prębendi alimenta donanti per vitam appellare: quàm contractum census, prout eum Garcia appellat, sed parum refert, sic vel aliter dicere. *Ad. 2. arg.*

¶ Ad tertium argumentum, quando assumitur, quod pecunia hic in censu vitalitio in pretium data cum in nulla re fructifera fundetur, parit ex se fructum, respondetur tum, quod fructum certum, id est, lucrum certum non parit, sed incertum, tum quod si aliquando forte fortuna hoc lucrum, quod de se est incertũ parit, non est ratione mutui, quia illa pecunia nunquam in se, vel in pensionibus integraliter, vel cum lucro est certò redhibenda, sed sors & fortuna à principio dubia illud lucrum aliquando affert, sicut aliquando etiam iacturam, neque enim bona quæ in hoc contractu obligantur, vt specialis hypotheca obligantur, sicut fit in censu reali, sed neq; obligantur ad aliquã securitatẽ lucri parandã, sed tantũ ad parandam securitatẽ soluẽdi pensiones, quę soluẽdæ sunt, quãdiu vita durarit. Neque in hoc interuenit iniustitia sicut certè interueniret: si pro censu vitalitio à sene, vel valitudinario pro sua vita illum emente æquale pretium sicut ab adolescente, vel à sano, & robusto exigeretur, vel si *Ad. 3. arg.*

emens

emens, per cuius vitam census esset duraturus, quò minori pretio eum emeret, fingeret se hominem valitudinarium, & morbidum.

Quæst. ¶ Tandem & indubium hic reuocari potest. An census hic vitalitius personalis, quando cum pacto, quod à venditore redimi possit celebratur, maiori, vel minori, vel æquali

Resp. pretio sit redimendus. Respondetur autem ad hoc, quod quia contractus hic vitalitij census ex sua natura exigit, vt contrahentes æquali lucri, & iacturæ subijciantur sorti, hinc sequitur nullatenus licere hunc contractum à principio eo pacto inire, vt à venditore redimivaleat, si tamen omne pretium à principio sibi datũ integrè reddat, quia cũhuiusmodi pactũ sit veluti pactum de retrouendendo, cum minus tũc supersit de vita, minus tunc noscitur valiturus, ac propterea minoris est redimendus.

CAP. LVI. *An census realis redimibilis sit licitus, exemplum eius de opinione Albornozij. In hoc censu ius exigendi pensionem an ematur, quare pensio hic in pecunia, & nõ infructibus soluitur. In hoc censu multa consideranda quæ non seruantur. Notatur dictum Garciæ, scilicet, quod hic indeterminatè emuntur fructus. Quomodo pecunia emi possit, & an possessio census æquiualere debeat pensionibus, & de differentia census ab emphyteosi in tribus.*

Quæst. POst quã iam quæstionibus tam de censu personali, & de censu vitalitio fecimus satis, iam nunc quæstionem de censu reali redimibili aggredimur expedire. Igitur an sit licitus Primò in quæstionem vertimus pro parte negatiua hæc primò obijciendo argumenta.

¶ Arguitur primòsic, vt in aliquo contractu

Arg. 1. interueniat iustitia, & absit iniustitia, in cõmune bonum vtriusque contrahentis debet talis contractus æque inclinare, sed contractus hic non æque inclinat in bonum vtriusque partis: quia venditori relinquitur hic facultas redimendi censum, quod in commodum ipsius cædit, non autem conceditur facultas emptoti ad cogendũ venditorẽ, vt eũ redimat, quod in grauamẽ illius vergit, ergo contractus hic iniustus est.

Arg. 2. ¶ Secundò arguitur, quia si contractus hic legitimus esset, posset legitime, (quia contractus de retrouendendo videtur esse) has conditiones, quas alij contractus de retrouendendo admittunt, & ipse admittere, scilicet, vt venditor neque ad ante certum tempus censum redimere: neque minutatim per partes redimere, vel quod ei eum redimere ante præfixum terminum non insit facultas, quo elapso tempore perpetuus perseueret, hæc autem omnia grauamina tum iniustitiam præ se ferre videntur, tum etiam extrauagantibus Martini, Calixti, & Pij. V. videntur contraire, ergo contractus hic non videtur licitus & legitimus.

¶ Tertiò arguitur, quia contractus hic si esset licitus reduceretur ad aliquem contractũ licitum, scilicet, ad contractum emptionis, & venditionis, cuius imaginem gerit, at talis contractus non est, quia pecunia (quia inuendibilis est) non venditur, sed neque possessio supra quam fundatur, quia apud venditorem manet, & secundum aliquos doctores nõ est necesse quòd pretium, vel pẽsiones adæquet, ergo videtur contractus incognitus, & illicitus esse. Arg. 3.

¶ Item quartò, si iste contractus esset licitus esset, quia speciem venditionis gerit: at verò venditio non videtur esse, quia in venditione potest concredi pretium, & emi ad creditum, quod vetante extrauaganti Pij. V. in hoc contractu fieri non potest, ergo est contractus incognitus, neque patet qua ratione sit licitus. Arg. 4.

¶ Præterea quintò arguitur, si contractus hic esset contractus licitus, quippe qui contractus esset emptionis, & venditionis, sequitur quod aliqua possessio suo æstimata pretio posset dari in pretium census. Nam & possessio dotalis dum datur æstimata pretio emptitia esse videtur. l. si inter. C. de iure. do. & quasi pecunia est quod datur iam pecunia æstimatum, consequens autem extrauaganti Pij. V. cap. cum onus, est prohibitum, quia ibi prohibetur, ne talis census creetur, nisi verè in pecunia numerata, ergo iste contractus non est cõtractus emptionis, & venditionis licitus, Arg. 5.

¶ Insuper arguitur sextò, quia si contractus hic esset licitus, hoc ideò esset, quia esset contractus emphiteuticus: qui dicitur esse medius inter locationem, & venditionem, nam illius imaginẽ gerit, nam emptor census videtur emere possessionem supra quam fundatur census, & rursus per locationẽ illius, vt dominus directus retinens dominium directũ, videtur transferre in venditorem census dominiũ vtile pro pensionibus annualibus recipiendis, sed non est contractus emphiteoticus, quia in rei emphiteuticæ alienatione iure exigitur laudemiũ. l. fi C. de iure emphiteo. At in contractu hoc extrauaganti prædicta Pij. V. ita decernẽte laudemiũ exigi prohibetur, ergo non Arg. 6.

appareat, qua ratione licitus contractus sit.

Arg. in cõ tract.

¶ In contrarium est, quia hic contractus approbatus est à summis pontificibus Martino V. in extrauaganti Regimini de empt. & ven. & à Calixo. III. capit. Regimini. 2. eo titul. cum conditionibus ibi appositis: ergo plusquam temerarium est hunc contractum in ea forma, qua ibi approbatur reprobare.

Exemplũ census redimibilis.

¶ Igitur constituto quomodo fiat, & ad quem contractum reducatur, reliqua ad huius contractus materiam pertinentia differemus. Exercetur autem contractus hic sic. Aliquis, putà Antonius, cui suppetunt possessiones quia numis indiget, conuenit cum Frãcisco in pecunia locuplete, desideranteque ex ea pecunia iura, & redditus sibi comparare, vt super prædictis possessionibus annuos census emat numerata statim pecunia Antonio, pro qua obligationem soluendi annuas pensiones subit Antonius cum pacto, vt cum libuerit reddendo Francisco pretium acceptũ possit se ab onere soluendi quotannis censum liberare. Qui quidem census redimibilis solet vocari.

Quæst.

¶ Circa autem secundam quæstionem, scilicet, ad quem contractum census hic redimibilis reducatur, quia in varias secedunt doctores sententias,

Respon.

respondemus contra opinantes esse, esse mutuum cum lucro, quod re vera falluntur, quia non est contractus mutui pecuniarij, quia mutuum repeti potest, in hoc autem facultas omnino repetendi capitale tollitur, tum quia si contractus hic mutuũ esset cum lucro, quod vsura certè est: nunquã Martinus. V. Calixtus in extrauaganti. 1. &. 2. hunc contractum approbassent. Neque enim obstat, quod pensiones per lapsum temporis excedere solent principalem sortem, etenim & in venditione fructus rei venditæ temporis discursu pretium pro ea impensum exsuperare solent.

Dictum. 2.

¶ Secundòdicimus quod huiusmodi contractus non est contractus locationis, quia pretium census cum sit pecunia locari nõ potest. Sed neque contractus permutationis dici potest, quia cum in permutatione seruetur æqualitas, hic non seruatur, quia pensiones annuales tam diuturnas contingit esse vt exsuperent sortem in pretium à principio datam. Tertiò dicimus, exprædictis inferri quod si contractus hic nihil prędictorũ sit à sufficienti diu sione necessario reducendus sit ad emptiones, & venditiones contractum.

Quæst.

¶ Præterea quoniam contractum hunc ad contractum emptionis & venditionis reduci asseruimus coarctamur rem, quæ hic venditur, & emitur assignare. Albornozius autem in libro. 3. de contractibus titul. 2. quoniam hunc census redimibilis contractum ad duos existimat reduci contractus, scilicet, ad contractum emptionis, & locationis, ex quibus cõponitur iuxta sententiam illius, ideo secundum illum res hic empta pretio sortis possessio ipsa est fructifera, supra quam vt supra speciale hipothecam census fundatur. Pensio autem, quam quotannis impensurus est venditor illius possessionis, pretium locationis est, pro quo ab emptore possessio prędicta mãsit locata eius venditori. Imaginatur enim Albornozius emptorem census possessionem illam emere illo pretio cum pacto tamen de re trouendendo, quiquidem contractus esse emptionis videtur, imaginatur rursus empterem iam per emptionem possessionis eius dominium adeptum, eidem venditori pro pretio pensionis annualis locare, qui contractus est emphyteoticus. Hæc autem forma opinandi Albornozij (tantum abest, vt sit refutanda) vt multi eam reputent ingeniosam, & subtilem, & defensabilem, neque enim obstat, quod possessio super quam fundatur sensus maioris æstimationis sit, quàm pretium pro ea solutũ, quia iuxta hanc opinionem nõ est concedendum, quod tota tunc ematur, sed illa pars dumtaxat eius, quæ correspondet pretio, atq; ideò ex hac parte emptio possessionis iniusta nõ erit. Neque obstat Secũdò emptioni quòd possessio talis penes venditorem maneat, quia id non fit virtute emptionis, sed virtute subiecti contractus locationis, qua eidẽ venditori locatur. Neque obstat tertiò, quod venditor census possit eiusdem possessionis vendere dominium vtile, quod in ea sibi vendicauit per contractũ emphyteoticum, nã cõtractus emphyteoticꝰ possessionẽ emphyteoticã alteri vendendi emphyteotæ nõ tollit facultatẽ.

Opinio Albornozij.

Satisfit obiectioni.

¶ His tamen non obstantibus communis opinio tenenda est, quod res empta, & venditaia hoc contractu est ius exigẽdi, & recipiendi quotannis pensionẽ vt suã, quam tenet Sotus de iust. & iur. libr. 6. & Nauarrus in cõmentario de vsur. nu. 77. & Conradus de contract. q. 75. Siluester quoque vsura. 2. q. 12. iura insuper ciuilia, & canonica hoc insinuant, dum licere emere annuos redditus super possessionibus fructiferis concedunt, neque enim possunt emi sine iure exigendi, & percipiendi illos, authent. vt ij obligat se hab. per. res. min. §. quoniam autem, vbi admonetur minorum curatores, redditus illis emere annuos

Ius exigendi emitur.

nuos. Ad hæc & in Hiſpaniæ regno extat lex Tauri. 68. id concedens, inſuper & extrauagantes Martini. V. & Calixti, quarum prima quæ eſt Martini, fuit ædita anno. 1423. poſterior verò Calixti fuit ædita anno. 1455. hæc iura emere licitum eſſe ſanxere nihil diſtinguendo inter fructuarios, & pecuniarios.

probatio Soti. Probat autem Sotus vbi ſupra, quod iſti fructus pecuniarij & iura percipiendi illos hic licitè emantur, quia ſi poteſt fructuarius cenſus conſtitui, & fructus æſtimabiles ſunt pecunia nihil prohibet: quo minus poſsit, & pecuniarius cenſus conſtitui, quam probationem Soti prolatat Garcia loco citato explicando diffuſe quomodo id licitè fiat, philoſophatur namque iſte penſionem pecuniariam, cuius ius hic emitur (licet ſit formaliter pecuniaria) tamen æquiualenter eſſe fructuariam, quia loco fructuariæ penſionis ſuccedit. Neque enim (inquit emens) hunc cenſum aliud agit, quàm emere poſſeſsionis fructus ſupra quam imponit cenſum: nam ſi hos non emeret fructus, fruſtra Pius. V. in ſua extrauaganti ſanxiſſet, vt cenſus hi non ſuper perſonam, ſed ſuper rem immobilem, & fructiferam crearentur. Verum tamen quia penſio hæc fructuaria multũ variabilis eſſet iuxta ſterilitatẽ vel fertilitatẽ annorũ, philoſophatur vltra, hac ratione, vt rei emptæ, & pretij ſeruaretur proportio permutari ſolitam eſſe hic implicite pẽſionem fructuariam in pecuniariam, quia hoc cùm accidẽtale ſit nõ tollit rationẽ emptionis, ſicut ſi ego emiſſem à te tuæ poſſeſsionis annuos fructus iuſto pretio, rurſuſque tu eos æſtimatos pecunia redimeres penſione pecuniaria annua, non tolleretur ratio emptionis primæ quin fuerit emptio.

Satisfit obiectioni. ¶ Nam cum obijcitur quod pecunia, vel penſio pecuniaria emi non poteſt, diſtinguendum eſt, nam pecunia, vt numiſma eſt, & pretium rerum conceditur, quod propriè emi, & vendi non poteſt: ſi autem ſumatur in quantum æquiualenter eſt fructus cuius loco ſucceſsit negatur. Ex quibus omnibus palàm fit hic virtualiter duos conflari contractus. Primus eſt quo fructus annuales poſſeſsionis ab emptore cenſus emuntur ſorte præſoluta: & ſecundus eſt, quo fructus rurſus annua penſione redimuntur à cenſus venditore: & quia pẽſio pecuniaria eſt quaſi pretium fructuariæ, ideo loco eius ſuccedere dicitur.

Queſt. ¶ Si autem quis ſciſcitetur quare cum ex natura huius contractus ſoluendi eſſent fructus, conſuetudo inoleuit, vt in pecunia ſoluerentur? Sicut aliquibus municipalibus legibus cauetur, vt in pecunia ſoluantur. Imo in reportorio pragmaticarum. l. 2. lib. 6. titulo. 3. ſtabilitur, tum vt cenſus fructiferi in oleo, tritico, & alijs ſimilibus inſtituti in pecunia ſoluantur reducendo eos ad ſummum. 14. pro vno in pẽſione, tũ vt in poſterũ nõ creẽtur cẽſus niſi de pecunia quotannis ſoluẽda. *Reſp.* Reſpõdetur autem id ſic meritò cautum fuiſſe. ſ. ad propulſandum omnis impoſturæ, & fraudis genus, quòd aliàs in fructibus perſoluẽdo penſiones poſſet contingere, quod non ita accidit eas in pecunia ſoluendo. Nam ſi in fructibus ſoluerentur, aliquando penſio excederet reſpectu ſortis principalis, ſcilicet, quando fructus pluris æſtimarentur, tunc penſio reſpectu capitalis dati tenuis eſſet, quando ipſi fructus vileſceret, quæ quidem variatio inconueniens eſſe videtur ſorte principali inuariata, quo ad ſubſtantiam ſemper manente. Nam aliquando fructus valerent 10. aureos, aliquando. 4. præter quàm quòd vix poſſet taxari iuſtũ pretium in creatione cenſus inſtituti in tritico, quin in damnum pauperum vergeret, quia pretia rerum ſemper creſcunt. Si autem penſio cenſus in pecunia inſtituatur ſemper vniformitatem ſeruat cum ſorte principali, nulla contingente diminutione, vel excreſcentia. Vnde ſit rectitudo huius contractus, quæ in tali vniformitate, & proportione conſiſtit, facilior ſit obſeruatu, ſi penſio ſit pecuniaria.

¶ Vt autem experiamur aliqualiter, quid veritatis habeat, ſcilicet, quod emantur in hoc cenſu fructus poſſeſsionis ſupra quam cẽſus fundatur, & quod penſio pecuniaria ſuccedit loco penſionis fructuariæ, quæ aliàs ſoluenda foret, arguitur contra primum ſic, quia difficile eſt intellectu quomodo hic emantur fructus. Nam ſi virtute huius contractus emerentur fructus, ſequeretur quod illo anno, vel tempore quo poſſeſsio cenſui ſubiecta fructum nullum non ferret: non foret ſoluenda penſio, quod tamen non ſeruatur. *Argu. 1*

¶ Verum adhoc ſufficiens hoc eſſe reſponſum puta, ſcilicet, quod ſicut in contractu emphyteotico emphyteota ad quotannis ſoluendam penſionem fructuum obnoxius manet, etiam ſi poſſeſsio emphiteotica aliquo anno fructus non tulerit. Sic & in hoc cenſus redimibilis contractu pendenda eſt quotannis penſio pecuniaria etiam, ſi poſſeſsio ſuppoſita cenſui aliquo anno non produxerit fructus, etiam ſi penſio ipſa pecuniaria ſit æquiualenter fructuaria. Cuius ratio potiſsima eſt (vt ait Garcia) quia in ſimilibus contractibus immiſcetur contra *Reſp.* *Ratio.*

ctus fortium, vel fortunæ, ficut vſu euenire ſolet in emptione piſcati, quod piſcator in tribus, vel quatuor iactibus retis expiſcari poſſet, ſi ex nullo iactu quicquam caperet nihilominus, ſi appreciatus eſſet quilibet retis iactus pondere vno libro piſcati, vel in monetæ quota cuilibet librę correſpondente, iam tũc perſpicuum eſt, quod piſcator huiuſmodi pro pretio ſibi ante tributo teneretur, vel libram piſcati pro ſingulis retis iactibus etiam ſi nihil piſcium cæpiſſet vendere, vel eam quotam in qua quodlibet pondus libræ fuit æſtimatum ſoluere. Sic etiam pari forma in hoc contractu cenſus opiniamur, quod etiam ſi penſio pecuniaria æquialeat fructuariæ, cenſaliſta etiam ſi aliquibus annis ex tali poſſeſſione nihil demetat fructus, ab obligatione tamen quotannis ſoluendi penſionem pecuniariam æquiualentem fructuariæ non liberatur.

Argu. 2. ¶ Secundò contra idem aſſertum arguitur, ſcilicet, quod in hoc contractu cenſus redimibilis, res empta non ſint fructus, quia in contractu emptionis conſummato res empta ſubſtat periculo emptoris. At verò fructus poſſeſſionis ſuppoſitæ cenſui, venditoris cenſus ſubſtant periculo, quippe qui ſiuè inde colligat, vel non colligat fructus ad perſoluendam penſionem aſtrictus manet: ergo res empta in hoc contractu non ſunt fructus rei ſuppoſitæ cenſui. Nam & in contractu emphiteotico, vbi res empta ſunt fructus ea ratione emphiteota, quippe, qui eorum eſt emptor eorum ſubit periculum, & non venditor ipſe.

Solutio. 1. ¶ Verum argumentum hoc duplicem recipit ſolutionem, quarum quæ magis difficultatem argumenti exhaurit, hæc eſt, ſcilicet, quod fructus hi nõ abſolute conſiderati, ſed quatenꝰ pecunia ſunt æſtimati, & prętaxati, vt in pecunia ſoluantur, periculo venditoris: cenſus, & non ipſius cenſuarij manent, quẽadmodum dos dum æſtimata datur, quia per hoc fit emptitia, damnum eius, & lucrum, & fructus cedunt marito eam ementi ex præſumptione iuris. ff. de iure. do. l. plęrumque. Sic & in hoc contractu. Nam æſtimatio hęc, & prætaxatio fructuum in pecunia (vt præinſinuatum eſt) æquialenter quædam emptio eſt, qua venditor cenſus cenſentur emere, ſeu potius redimere penſiones fructuarias: quas ſuprà poſſeſſionem ſubditam cenſui vendidit ſpondens penſiones ſingulas pecuniarias pro ſingulis fructuarijs, quas erat aliàs penſurus, ſed quotannis ſoluturũ, cuius redemptionis fructuum gratia tales fructus, ſiuè pereant, ſiuè ad maturitatem perueniant periculo venditoris, cenſus quippe qui eos ſtatim cenſetur redimiſſe ſubſtant, accedente etiam (vt prædiximus) contractu ſortium ibi intermixto, ratione cuius etiam venditor cenſus illorum fructuum periculum ſubit. Sed ſi hoc verum eſt multa certè veniunt conſideranda, & obſeruanda ad iuſtificationem huius contractus, quę à parte rei (vt credo) contra Garciam de facto non conſiderantur, neque obſeruantur, nã huius cõtractus ſortis, qui ibi deberet admiſceri nulla videtur haberi ratio, quando ſors data non exuperat valorem poſſeſſionis, quæ fructus æquialentes penſionibus pecuniarijs redderet, vt videre eſt clarè in regula, quam aliqui doctores tradidere ad præcognoſcendum pretium iuſtum huius cenſus, quã tum Conradus lib. de contract. q. 82. penes. 3. concluſionem præſignauit, quam tum etiam Garcia de contractibus parte. 2. cap. 4. pagin. 131. acceptat, vt non malam, quæ quidem regula dictat illud eſſe pretium iuſtum huius cenſus, quod ſufficiens eſſet ad eam poſſeſſionem comparandam, quæ fructus tanti valoris redderet quanti eſſet penſio pecuniaria ſingulis annis ſoluenda, culturæ deductis ſumptibus & laboribus, quod ſic exemplificat ibi Garcia, ſcilicet, vt ſi centum aureis poſſem ego emere vineam, domum, vel prædium, ex quo quotannis poſſem reportare. 5. vel 7. aureos reddit' reparationis, & culturæ expenſis, & laboribus demptis, illi centum aurei reputãtur, tunc pretium iuſtum ad comparandum ſuper poſſeſſionem, vel domum quinque, vel ſeptem aureos cenſus quotannis ſoluendos: quia (inquiunt) cum contractus hic ſit emptio fructuum, pretium eius debet æquialere poſſeſſioni quotannis reddenti fructus æquiualentes penſionibus pecuniarijs: vbi vides quòd non habeatur ratio contractus ſortis, cum iuxta iſtam regulam, & exemplum eius nihil addat emens pecuniarios cenſus, aut nihil detrahat, eò quòd vendens primò fructus, quorum loco ſuccedunt quotannis penſiones pecuniariæ certæ, ſubit periculum illius ſortis anni, vbi nullos contingeret progigni fructus. Ratione autẽ huius periculi neque augendo pretium, vel minuendo pẽ ſiones pecuniarias emptor cenſus nullam æqualitatis proportionem ſeruat. In hoc autẽ verſatur magnum iniuſtitiæ periculum, niſi hoc reſpiciatur.

Multa conſideranda hic.

Solutio. 2. ¶ Secundò ſolui ſolet prædictum argumẽtum ſecundum diſtinguendo de emptione fructuum anticipatè facta: nam ſi determina-

re,

tè,& ſpecifice emantur tam quantum ad quã titatem, ſpeciem,& ſubſtantiã.ſ.ex certa præ ſignata q; poſſeſsione conducta percipiẽdi,ſic fructus empti periculo emptoris, ſeu potius conductoris manent ſubiecti, ſicut quãdo cõ tractu emphyteotico emuntur fructus poſſeſ ſionis emphyteoticæ ab emphiteota, ſuo peri culo ſubſtant, quia ſpecifice, & determina tè ex poſſeſsione emphiteotica à domino eius directo cenſetur eos emere. ¶ Si autem inde terminatè emantur fructus naſcituri, ſcilicet, tritici, vel olei,& c.non prædiffiniẽdo ex quo agro, vel poſſeſsione, an ex hoc agro, vel illo ſint ſoluendi,ſed ſolum præſignando quanti tatem certam,tunc ante traditionem ſemper ſubſunt periculo vẽditoris,& non emptoris, & huius iuridica ratio eſt,quia cum venditur in genere indeterminato, vel venditur certum de incertis,ſcilicet,poſſeſsionibus,aut fundis, quia ſic genus perire non poteſt.ff.ad.l.Fal.l. in ratione.§.verum nunquam,tunc periculũ rei ſic emptę ſpectat ad emptorem,videSilue ſter emptio.q.2.d.4.& ſic inquit Garcia,vidẽ tur indeterminatè emi fructus cenſus, quare nihil obſtat,quod eorum periculum non ad emptorem cenſus, ſed ad venditorem ſpe ctent.

Decipitur Garcia.

¶ Sed certè fallitur Garcia dum ait,quod ſic hic indeterminatè videntur emi fructus cẽ ſus,quia ſi hoc verum eſſet,quid opus eſſet tã ta cautela,quanta vtitur Pius.V. in ſua extra uag.cum onus.dum ſtatuit hos cenſus, ſeu annuos redditus non poſſe creari,conſtituiuè niſi in re immobili,aut quæ pro immobili ha beatur de ſui natura fructifera, & quæ nomi natim certis ſignis deſignata ſit:&rurſus quod non ſolum re in totum, vel pro parte perem pta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta,ad ratam ſenſus perire vult: ſed etiam vult poſſe pro eodem pretio extingui, ſi fru ctus in genere,& indeterminatè,& non ex il la poſſeſsione ſubiecta cenſui emuntur? meri tò ergo hac exploſa ſolutione hic non haben te locum ſolutio prima tenenda eſt, niſi ma lueris tenere modum dicendi ſupra dictum Albornozij,qui planior eſt,licet non tam con ſonus ſit phraſi,& modo loquendi,quem ſer uant iura in materia hac,vt eſt videre in præ dictis extrauagantibus. Iam prout opis fuit noſtræ abſoluta quæſtione, tantum ſuper ſunt argumenta in fronte quæſtionis obie cta diſſoluenda breuiter.

Ad.1.arg.

¶ Ad primũ autẽm argumentũ reſponde tur ex mente Soti loco vbi ſupra negãdo mino rẽ,ſcilicet,q; contractus hic nõ æquè inclinet in commodũ vtriuſq; contrahẽtis,quia huiuſ modi cõtractus cenſus redimibilis ſi ritè legiti meq; fiat,immunis eſt ab omni iniuſtitia.Nã ſi aliqua iniuſtitia hic committeretur,eſſet vel pro pter vẽditoris grauamẽ,& hoc non,cũ in rem ſuã ſit illa libertatis cõditio,ſcilicet, q; poſsit ſi velit cenſum redimere,& quòd cogi non poſ ſit ad redimendum, vel eſſet propter empto ris ligamen, quo obligatur ad illum cenſum venditori reuendendũ,&hoc nequaquã,quia hoc ligamen,ſeu grauamen ſibi recompenſa tur attenuatione pretij, in quantum minus pretij ſoluit pro cenſu redimibili, quàm alias ſolueret iuſte pro cenſu perpetuo, & irredi mibili, quia quota illa, quæ à pretio cenſus perpetui ſubtrahitur pro obligatione, qua em ptor cẽſum reuendere cogitur ſibi remittitur aut conceditur. Secundò autem ſoluitur ar gumentum aſsignando diſcrimen inter em ptorem,& venditorem. Nam ſi facultas in em ptore maneret, vt quoties ipſe vellet, teneretur venditor reddere pretium, manifeſta illic eſſet ratio mutui,atque adeò quicquid in cen ſu emptor recepiſſet eſſet vſurarium. Quòd autem in ſolo venditore maneat libertas redi mendi,rationem non tollit emptionis, quia poteſt ipſe nunquàm redimere.

Ad.2.arg.

¶ Ad ſecundum argumẽtum reſpondetur quod forſitam ſtando in iure naturali ſolum, non ſit illicitum emere cenſum cum pacto re trouendendi conſtituto tempore tam illo an te quod non ſit venditori redimendi facultas quàm illo citra quod,ſi non redimatur, nul la hat reliqua vltra redimendi facultas, ſed cenſus maneat perpetuus, ſi tamen emptor cenſus,quia aggrauat venditorem his pactis, ne poſsit redimere(quando voluerit)cenſum ipſum pro ratione iſtius grauaminis (quod ſubire venditorem æſtimabile eſt pretio) arbi trio boni viri aliquid emptor cẽſus adaugeat in pretio licebit,huius ſententiæ eſt Sotus de iuſt.& iur.lib.6.quæſt.5.art.3.addens(licet in hoc caſu pretium eſſet minus iuſto)in tali cõ tractu non interuenire vſuram,bene tamen iniuſtitiam quę vſuram ſaperet. At vero quid quid ſit de hoc, ſed iam ad argumentum di cendum eſt cum Metina in ſua inſtruct.§.26. fol.147.& cum Garcia de contract. part.2.c. 4.pag.141.quod omnia pacta hæc, & ſimilia iure poſitiuo prohibita ſunt, & præſertim in extrauaganti Pij.V.poſtquàm ibi ſancitur vt facultas ſubſit venditori cenſum hunc vbi, & quando libuerit redimendi,& ſenſus ſub alia forma creandos Pius.V.ibi fœneratitios iudi cat, quamobrem contrauenientem peccare

mortaliter censet Metina, & contractum esse inualidum, & nullius effectus, vt pote quia vendicandum est à fisco quidquid contra mãdata apostolica dari hic, vel remitti, aut dimitti contingat. Illi autem difficultati, an census hic redimi possit per partes hic non facimus satis, quia peculiari indagatione post facienda indiget.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertiũ argumentum iuxta duplicem modum dicendi, duplex adaptatur solutio. Nam iuxta sententiam Albornozij res empta pretio capitalis in hoc contractu est res ipsa fructifera supposita censui, & pensio, quæ quotannis soluitur à venditore census pretiũ est locationis, pro quo ab eius emptore quasi per contractum emphyteoticum mansit locata eius venditori. Neque obstat quod ratione adiuncti contractus emphyteotici res fructifera apud venditorem maneat, & quod veluti emphyteota eius dominium vtile possit alteri vendere, & quod periculum fructuum subeat, tenendo autem opinionem communem asserentem, quod ipsæ pensiones annuales, & ius exigendi illas emuntur, dicimus q̃ pecunia, vt pecunia est, propriè non emitur, aut venditur vt per se considerata, at vero negatur quod si sumatur pecunia in quantum æquiualenter est fructus, cuius loco succesit vendi non possit. At id quod in argumento adijcitur, scilicet, quod secundum doctores aliquos non est necesse, quod possessio fructifera pretium census, & pensionem annualem in valore adæquet taliter, quod ferat fructus quotannis æquiualentem pensioni annue, secundum Sotum ita est, at nos cum Mercato decensibus, & secundum Nauarr. Com. de vsura. num. 86. eius sumus sententiæ, quod hipothecalis possessio specialiter subiecta censui æquiualere debet, imo aliquantulum excedere pensionem censualem super eam impositam, tum quia nemo emit censum supra possessionem, quam non intelligat tãtum reditus posse reddere, tum quia secundum Siluestr. verbo vsura. 2. quæst. 12. dicto. 4. vbi eiusdem videtur esse sententiæ, citans Ioannẽ de Lig. & secundum Maiorem in. 4. dist. 15. q. 46. & Angelum verbo vsura. 1. §. 4. qui emit possessiones fictas, vel non tantum fructus reddentes, easque locat venditoribus vsurarius reputatur: quod proculdubio hic in hoc census contractu contingeret, si possessio subiecta censui pensioni æquiualentes fructus non redderet, tum vt secundum Mercatum si moraliter loquendo, valor possessionis decrescat, ex ea possit recuperare censuarius cẽsus pensiones, etiam si venditor census obierit, vel aliter non sit soluendo, oportet possessionem aliquantulum in valore excedere, magis quam deficere.

Quomodo pecunia emi possit.

Possessio an æquiualere debeat pensionib⁹

¶ Ad quartũ argumentũ cõceditur cẽsum hũc pertinere ad contractũ emptionis, & vẽditionis, & quando obijcitur, quod in venditione potest concredi pretium, respõdetur quod census hic non potest emi ad creditum, sed numerata pecunia contra Sotum, tum quia ex trauagans Pij-V. non nisi in pecunia numerata institui decernit: tum etiam in foro conscientiæ loquendo secundum Nauarrum Cõmento de vsuris nu. 85. integre solutio pretij à principio fiat oportet: quia non est præsumẽdũ ab emptore census, q̃ venditor cẽsus, qui oppressus necessitate super possessionem suã censum vendidit, velit concredere pretium, licet se concredere velle fateatur: sicut neque vsurarius credere debet, mutuatoria necessitate adacto ad petendum sub vsuris, quod gratis velit vsuras dare, licèt ipse mutuatarius ita fateatur, tum quia in foro exteriori præsumeretur mutuum cum vsura census ille, in quo solutio integra indigenti venditori census nõ fieret, quia præista indigentia præsumeretur minus iusto pretio, pro censu dare arg. cap. de plus peti. §. plus autem insti. de actio. *Ad.4.arg.*

¶ Ad quintum argumentum, concesso, quod contractus hic census redimibilis pertinet ad contractum emptionis, & concesso in super quod stando in natura istius contractus posset aliqua possessio domus, vel iocale suo pretio prius æstimata in pretium emptionis census dari: negamus quod stando in dispositione iuris positiui, cui nunc est standum, in pretium emẽdi census aliquid possit dari etiã pecunia æstimatum, nisi sola pecunia tunc tẽporis coram notario, & testibus numerata, nisi forte legitima consuetudine introductum esset, hos census etiã alijs rebus, pecunia prius æstimatis emi. Aliàs cum iustè cautum sit iure, tum ad succidendas fraudes, tum ad obuiãdum facilitati imponendi hęc onera census super bona ciuium, quod in magnam oppressionem reipublicæ vergit, quòd non nisi in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio huiusmodi census institui debeat, non est permittendum, neque in conscientia neque in foro exteriori aliter eum institui, quia lex hoc cauens iusta est, & in conscientia obligans. *Ad.5.arg.*

¶ Ad sextum argumentum, dicitur, quod licèt *Ad.6.arg.*

licèt secundum Albornozium hic secunda quæstio immisceatur cõtractus emphyteotici quædam imago, tamen quia contractus hic census redimibilis ab emphyteotico differt: argumẽtum hoc petit hanc differentiam, quæ consistit Primò in hoc, quia in emphyteusi res empta sunt fructus, quia emphiteota per dominium vtile possessionis emphyteoticæ, quod emit, videtur hos fructus emisse. At emptor census licèt emerit fructus possessionis suppositæ censui, tamen ratione contractus redemptionis virtualiter intermixti, quo venditor pensionibus annualibus redimit fructus, res empta in fructibus non recipitur, sed in pecunia succedenti loco fructuum.

Differt cẽsus ab emphyteoſi. 1.

2. ¶ Secundò differunt, quia in emphyteosi res empta per hunc contractum. i. fructus. manet penes emptorem, verum in hoc contractu census res empta penes venditorem cẽsus manet, id est, pẽsio annualis empta manet apud ipsum cũ obligatione tamen eam quotãnis suo tempore emptori census soluendi.

3. ¶ Tertiò differunt ex parte pretij, quia in cõtractu emphyteotico pensio ipsa quotannis soluenda, quæ hac ratione ex dispositione aliquarum legum in pecunijs est soluenda, est pretium fructuum, seu dominj vtilis possessionis emphyteoticæ, quod illic emitur. Cæterum in contractu census sors principalis vicem habet pretij cuius rei gratia stabiliuit ius, vt non nisi in pecunia numerata soluatur.

¶ At si velis rationem, quam hoc argumentum videtur exigere, scilicet, cur iura. l. fi. C. de iure emphyteo. decernũt laudemium esse soluendum, quando res emphyteotica transit ad alium emphyteotam, & quare in contractu census extrauagans Pij. V. cum onus decernit rem ipsam fructiferam censui suppositam semper libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quam in vltima volũtate posse alienari: dicimus (licèt aliæ rationes possint alijs occurrere) quod ea nobis videtur esse hęc quia in emphyteosi dominus directus rei emphyteoticæ manet eius Dominus proprietarius, quia non vendit nisi dominium eius vtile, ac proinde tãquam de re propria, dum alienatur, potest recipere laudemiũ tanquã partẽ pretij. At cẽsuarius in cõtractu cẽsus non censetur esse dominus proprietarius possessionis subiectæ censui, quali prius sua fuisset, & retinendo proprietatem dominiũ eius vtile vẽdidisset, vnde in alienatione illius, de re propria non potest accipere laudemiũ, quod opinioni Albornozij non fauet, tamen extrauagans Pij. V. huic rationi fauet, scilicet, quod non sit propria emptoris census possessio ipsa insinuans.

Ratio.

APVT. LVII. *Vbi continetur tenor extrauagantis Pij. V. super creationem census redimibilis: vitia quæ cauenda in institutione huius census. De conditionibus sex huius census, & quomodo circa illas variant doctores. De. 1. condition. quod res supponatur fructifera, & de 2. condit. quod ipsa sola obligata maneat, an possit exigi hypotheca excedens, vel aliquid vltra illam. de. 4. causas ob quas potest prætendi fidei iussio, vel pignora hic: de censibus Valentiæ vbi de quatuor in quatuor annos expetitur noua special's hypotheca sub pœna, vbi subnotatur opinio Garciæ hypothecæ speciales duæ non petendæ:*

¶ Quoniã de cõditionibus, quibus cũ cõtractus hic cẽsus redimibilis celebrari debet sumus acturi, opere pretiũ duximus hic extrauagantẽ Pij. V. de censibus creandis in propria forma, & tenore præmittere. Nã & si ex extrauagantibus Martini. V. & Calixti. III. Doctores excipiãt cõditiones obseruandas in hoc cõtractu, vt celebrari iustè, & licitè queat, tñ extrauagãti Pij. V. cũ onus, clarius tanquã ex expressiori exemplari sibi vidẽtur eas colligere.

PIVS Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeratos celebratos fuisse, & indies celebrari censuum contractus, qui ne dum non continẽtur intra limites à nostris anteceſſoribus eisdem contractibus statutos, verum etiã quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus

animarum

animarum (prout tenemur) saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, lætiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus censum, seu annuum reditum creari constituiue nullo modo posse: nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum, nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notaria, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto, integro, iustoque pretio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactũ deduci prohibemus. Conuẽtiones directe aut indirectè obligãtes ad casus fortuitos eũ, qui aliàs ex natura cõtractus nõtenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodũ nec pactũ auferens, aut restringẽs facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vẽdenda sit, etiam per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siuè aliunde acquisitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint & nulla. Imo & censum augeri, & nouum creari, super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremò census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratã perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione pretij reditus extinguẽdus erit, volumus per bimestre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & post denunciam intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur: volumus nihilominus: quandocumque reditum extingui posse, preuia tamen semper denuncia de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquã effectus secutus fuisset. Pacta etiam cõtinentia pretium census extra casum prædictũ, ab inuito aut ob pœnam, aut ob aliam causam remitti posse omnino prohibemus,

contra

contractusque sub alia forma post hac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus quicquid, vel expresse, vel tacitè contra hæc nostra man lata dari, remitti, aut dimitti cõtingat, à fisco volumus posse vendicari. Hãc autem salutiferam sanctionem ne dum incensu nouiter creando, verum etiam increato quocunque tempore alienando modo post publicationem constitutionis creatus sit perpetuò, & in omnibus seruari volumus, declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahẽtium qualitatem, seu aliud accidens, neque quoad vltimò contrahentes minui vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos, non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census hortamur in Domino singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant non obstantibus, &c.

dat. Romæ Anno. 1568. 14. Kal. Febr.

¶ Antequam conditiones illas, quas ad contrahendum licitè contractum census redimibilis concurrere debere iudicant doctores, ex tribus illis extrauagantibus, & expressius ex illa Pij. V. elicientes proponamus, quas cõmuniter doctores reducunt ad septimũ. Et Miranda in summa consiliorum, & Metina in sua instructione. §. 16. fol. 147. reduxerunt ad 6. & Nauarrus commento de vsura numero 79. ad. 8. reduxit conditiones, operepretium esse ducimus, quoniam extrauagantem Pij V. hic vt quoddã exemplar subiecimus, hic illa prænotare vitia quæ Pius. V. in sua extrauaganti, cum onus cauenda esse indixit ad eas fraudes, & abusus propulsandos, quos hominum auaritia in contrahendo hunc contractum inuexerat. Nam primò solutiones pensionũ anticipatas fieri, aut in pactum deduci prohibetur. ¶ Secundò vetantur conuentiones directè, vel indirectè obligantes venditorem census ad casus fortuitos, qui ex natura contractus aliàs ad illos non tenetur, quales essent cõuentiones, quib⁹ hic obligaretur, vt pereũtes fructifera subiecta cẽsui aliquo casu fortuito, adhuc cẽsuario suo solueret annulos pensiones. ¶ Tertiò interdicitur fieri ibi pactum auferens, aut restringens facultatem vẽditori census alienandi per venditionem, vel aliter possessionem censui suppositam, quia sibi confertur facultas, vt rem ipsam semper, & libere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate possit alienare, dummodo censuarius ideſt, dominus census prænoneatur, vt si velit eam emere, omnibus alijs præferatur. ¶ Quartò interdicitur, vt vbi res suppositа cẽsui vendenda fuerit laudemium, seu quinquagesima, aut alterius quantitas, vel res domino census soluatur, quia hoc hic prohibetur, cũ aliás in contractu emphyteotico hæc solita sint solui. ¶ Quintò prohibentur pacta continentia morosum debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu ad certas expensas, vel salaria, vel ad subeũdam pœnam amissionis rei censui subiectæ, vel alicuius rei alterius. ¶ Sextò prohibetur traditione pretij reditus non posse extingui, nisi per bimestre ante id denuncietur, cui pretium dãdum erit, quæ omnia ad eliminandos abusus, quos induxerat cupiditas, sic cauta sunt.

Vitia cauẽda in institutione cẽsus.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

¶ His præmissis nunc nobis instat negotiũ præmissas conditiones requisitas ad licitè celebrandos redimibiles census septẽ secundum alios, aut octo secundum Nauarrũ sigillatim examinandi, quo pacto sint necessariæ secundum sententias doctorum. Si tamen prius obiectioni Petri de Ancharrano, & aliorum respõderimus. Ancharranus namque in disputatione illa solemni, quæ incipit, Antiquis & modernis temporibus. cuius Ioan. And. in. c. in ciuitate de vsur. latè meminit, asserit emptionẽ census de nouo constituendi, ideo esse illicitam, quia cum videatur emi antequàm sit à parte rei, sub prætextu emptionis palliatur mutuum. Cui quia non tantum communis vsus, & opinio communis secundum Nauarrum commẽt. de vsuris. nume. 77. obuiat, sed etiam extrauagantes Martin. Calix. & Pij. V. videntur aduersarj, qui concedunt cum illis conditionibus posse denuò pro pretio creari: non est multum immorandum, quia etiam licitè emuntur fructus nascituri: qui tempore emptionis adhuc non extant, quæ emptio simplicitèr

Satisfit obiectioni.

pliciter potest fieri sine palliatione mutui & vsure, sic & in presenti emptio cēsus de nouo ratione emptionis instituti.

Variāt doctores circa conditiones censuū.

¶ Igitur doctores variant inter has conditiones vt necessarias admittendas, nam Sotus de iust. & iur. libr. 6. quæst. 5. art. 1. nullam harum conditionum necessariam esse asserit, exceptis his duabus, scilicet, de iusto pretio soluendo, & quod venditor census ad redimendum censum non maneat astrictus; Metina autem in sua instruct. loco citato has conditiones omnes excepta illa, quod venditor census ad redimendum illum obligatus non maneat non esse necessarias de iure naturali aut diuino, sed solum de iure positiuo asseuerat.

Sent. Met.

Sent Iunioris.

¶ Verum nec defuit aliquis nostris temporibus, qui & hanc conditionem quod non obligetur venditor redimere censum non esse necessariam de iure naturali, dummodo augeatur pretium census apparenter sic sibi visus est probare, hac ratione, quia ista conditio est fauorabilis venditori census (vt apparet) & onerosa emptori, ergo æstimabilis est pretio: per consequens augendo pro illa pretium eam conditionem fauorabilem venditori, & sibi grauem tollere potest emendo illo adaucto pretio licentiam reuendendi venditori cēsum, & sic suam recuperādi pecuniam, quod & confirmabat hac adiecta ratione, quia alius tertius posset dato pretio venditori census ab eo emere hanc obligationem, vt maneat obligatus venditor hic redimere talem censum, ergo & ipsemet emptor census adaucto pretio eandem obligationem emere licitè poterit per quam emptionem tollitur conditio hæc. ¶ Sed nihilominus propter sophismata in nulla materia, neq; in moralibus quæstionib⁹ est discedēdū à via regia, & à terminis antiquis, quos posuerūt nobis patres nostri Pōtifices summi. Nā respōsio est in prōptu, quod etiam adaucto pretio: si contractus celebretur cum obligatione, vt venditor census quādo voluerit eius emptor restituto pretio redimat censum suapte natura est virtuale mutuū cum lucro, & ad lucrum per mutuum assequendum tendit. Nam sto concederemus quod tertius hanc obligationem redimendi censum ab venditore eius posset emere, vt talis venditor cum redimere maneret obligatū, tamen nullatenus est concedēdum, quod etiam adaucto pretio, emptor eiusdem census eandem obligationem à suo venditore possit emere, quia si cum illo tertius alius si contrahat non videtur esse virtualiter mutuū cum lucro, nisi ille tertius intuitu emptoris census vt amicus eius ad hoc subornatus sic contraheret. At vero si sic contrahat emptor census etiam si hac ratione adaugeat pretium tandem (quia latet anguis in herba) resultat inde mutuum tendens ad lucrum, quia destruunt se mutuo contractus isti conuersi finaliter in mutuum palliatum patiens vsuram. Hinc iam coniectare licet quid sit dicendum, si reciproca apponatur conditio, vt sicut venditori census facultas subest redimendi ita vēditori eum redimendi obligatio subsit quando eius emptori eum reuendere libuerit. Vide circa hoc solutionem primi argumenti ex mente Soti, quòd proposuimus in principio capituli præcedentis.

Responſ.

¶ Alij autem autumant quod excepta illa conditione quod venditor census non maneat obligatus ad illum redimendum, reliquæ conditiones possunt tolli a contractu cēsus hoc obseruato quod quia cum harum cōditionum aliquæ sint magis in fauorem venditoris cēsus, aliquæ verò magis in fauorem emptoris cædant, si hæ conditiones subtrahātur ab hoc contractu, quæ magis in fauorem emptoris erant, sicut quod census statuatur non in persona, sed in re fructifera, & quod eius valor adæquet pretium, & eius fructus adæquēt pensionem, prosubtractione sui fauoris maioris, qui in obseruatione harum conditionū consistebat emptor possit aliquid subtrahere de pretio, & venditor hac de causa debeat pretium extenuare, & non tantum pretij petere. Et è cōuerso si illæ cōditiones à contractu tollantur, quæ magis spectant ad fauorem venditoris census, scilicet, quod possit redimere cēsum vbi, & quādo sibi libitum fuerit, & quod peremptā re, aut inutili, facta extinguatur cēsus, & similes, pro harum conditionum subtractione, in quibus maior fauor venditoris census situs erat, maius sibi pro tali censu ab emptore soluatur pretium, & auctius, arbitrio boni viri. Quia inquiunt ij Summos Pontifices solum diffinisse, quod contractus census cū forma ab ipsis perscripta, & sub conditionibus ab ipsis ibi approbatis esset licitus, sed nō statuisse regulam generalem, quia sic hunc cō firmauerint solum, quod cæteros in alia forma creatos reprobauerint, aut facultatem istas conditiones mutuandi, & alias apponendi abstulerint. Sed certè negari non potest, quod eorum hæc assertio nullatenus tuta sit conscientijs contrahentium aliter, quam iura pontificia perscribunt, præsertim post editam extrauagantem cum onus Pij. V. vbi census in alia forma creatos iudicat fœneratitios, & contemptum

Opinio quorundā.

Prædicta opinio nūs cessare videtur.

temptum legum diuinarum præ se ferre, igitur cordatius in hac parte loquuntur Metina in sua instructione. § 26. de censib. fol. 147. & Nauarrus commento de vsura à nu. 83. & presertim num. 87. & Garcia de contractibus 2. parte cap. 4. à fol. 97. & sequent.

¶ Aggrediamur ergo iam conditiones census redimibilis instituendi ex extrauagantiabus illorum trium summorum Pontificum Calixti. III. Martini. V. & Pij. V. elicitas proponere, & earum intelligentiam, & rationem ex quibuslibet optimis doctoribus magis ad mentem prædictorum Pontificum loquentibus indagare.

Quæstio. 1. Conditio census.

¶ Igitur de prima conditione census redimibilis quæritur, quæ nã sit, & quomodo sit intelligenda, respondetur autem quod in hac prima conditione continetur, quod venditor census assignaturus est rem aliquam immobilem de sui natura fructiferam, quæ nominatim certis finibus designata sit, super quam constituendus sit census, quæ quidem conditio tria merito notanda continere videtur. Primum est, quod census hic constituatur super rem immobilem, quod ad excludendum

Res immobilis fructifera subijcienda censui.

censum personalem dictum esse putat Nauarrus, qui supra personam ab aliquibus constituebatur. Igitur quia de cẽsu reali hic agitur, qui veluti accidens in re reali firma, & solida subiectatur, oportuit præsignare primò rem immobilem cẽsui subijciendam, rem (in quã) immobilem, tum quia huius contractus natura pro posse sui perpetuitatem inrendit, & cõseruationem, quam nisi in re immobili subiectetur, obtinere non potest, tum quia cum hi reditus annuales emantur, res mobiles sunt ineptæ ad huiusmodi reditus reddendos, quare necesse fuit super re immobili eos aptanata ferre constituerentur. Secundum quod res talis sit de sui natura fructifera, ex qua particula colligunt aliqui neque in persona industrio sa, & per suã artẽ lucri fructifera, id est ferifera, posse cõstitui hũc censum cõtra Metinã Complut. ¶ Hinc etiã colligunt alij rẽ in hoc censu emptam esse fructus rei censui suppositæ, quorum loco per viam cuiusdam redemptionis succedunt pecuniariæ pensiones. Nam si fructus hi non emerentur in hoc contractu, frustranea videretur hæc dispositio, scilicet, quod constitutio census super re fructifera fieret: tertium quod talis res immobilis, & fructifera sit suis finibus designata, quæ quidem particula, quod sit suis finibus designata cò spectat, vt fors æqualitatis inter contrahentes in hoc contractu (prout natura eius exposcit)

Ratio.

Collectio. 1.

2.

seruetur, etenim si census supra re certa, & suis terminis designata non constitueretur, sed tam latè posset constitui, vt super omnibus bonis venditoris, quæ plura essent, & valde superexcedentia in valore posset imponi: iam cum sic imponens censum, ideſt, emptor vltra quàm par est, securus omnino fiat, vel certe securior de lucro ex perpetuitate census & rerum ei subiectarum obuenturo sit, vt periculi sors æqua inter contrahentes non seruetur præter quam quod in iustitia graui non caret tot bona, & tãtopere excedentia, vt hypothecam specialem velle emptorem census cẽsui multo inferioris sortis supponi, quia intolerabile grauamen venditoris cẽsus vergit cũ per hoc tot bona eius multo viliora fiãt, quippe quæ non ita libera manet.

¶ Sed de secunda conditione suo ordine dicendum venit, hac autem secunda conditione continetur, scilicet, quod sola res illa fructifera supposita censui soluendis pensionibus obnoxia, seu obligata maneat, non autem bona venditoris alia, ea tamen legẽ, vt ea extincta, vel destructa, persona venditoris immunis maneat à pensionum annualium solutione. Hanc autem conditionem necessariam esse ducit Nauarrus vbi supra, quam duplici ratione sibi videtur probare, tum quia si venditoris persona, & reliqua eius bona præter possessionem suppositam censui, solutioni pensionum obligata manerent, iam realis census emptio non esset, de qua agimus modò, sed esset emptio census personalis, de quo modò sermonem non facimus, vel esset constignatio pignoris, & capitale datum assecurandi quædã obligatio simul cum obligatione assecurandi pensiones, sub cuius titulo vsura in animo cõcepta prætegitur, tum quia contra naturam, & rationem venditionis, & emptionis est venditorem se se, suaque bona perpetua obligatione astringere ad assecurationem rei venditæ, etiam si ipsam perire contingat. Nam natura contractus exigit vt res empta post traditionẽ nõ venditori sed emptori pereat. Nã & si obligari venditorẽ ad euictionẽ rei suppositæ census quandiu perdurarit iustum sit: sed quòd illa perempta, seu pereunte adhùc obligetur ad soluendos eius fructus res est, quæ ab iniustitia magna non abest, sicut patet in exemplo cuiuslibet venditionis rei, in qua de iure naturali canonico, & ciuili assecurator existit venditor, quod res, quam pretio distraxit esset sua, & quòd eam potuerit distrahere, nõ tamen ea pereunte sine culpa sua ad eius fructus, quos allatura erat restituendos, vel deinceps

2. Condit. census.

ceps soluendos obligari potest. ¶ Tum quia in hoc contractu solum fructus loco quorum redditus census pecuniarij penduntur sunt, qui empti manent, qui sunt fructus rei fructiferæ suppositæ censui, qua propter ipsa sola obligationi pẽdẽdi pensiones subiecta manere debet vt specialis hypotheca, non autem sic cætera alia venditoris census bona.

Quæst. ¶ Iam ex hac secunda conditione nõnulla emergunt dubia: primum est cuius meminimus supra, & cuius meminere Nauarrus num. 86. & Mercatus opusculo secundo de contra. cap. vltimo de censibus folio. 129. si vtrũ possit exigi pro hypotheca speciali census res fructifera maiores fructus ferens quàm sit cẽsus, qui supra ipsam creatur. Sed iam affirmatiue tenuimus cum ipsis, dum modo non multũ, scilicet, in duplo, vel triplo excedat pensiones, & non cum ea conditione exigatur, vt supra eam in eo quod notabiliter magis valet non possit imponi alius census patet. Quia ad moralem securitatem (quia persona potest esse non soluendo pensiones, vel venditor interceptus morte deficere, & ipsa possessio legaliter, & moraliter in pretio extenuari potest) non incõuenit si specialis hypotheca aliquantulo maioris valoris, quàm sit sors data, vel pensio recipienda exigatur, quatenus opus esset ad constituendam inter contrahentes æqualis periculi sortem.

Quæst. ¶ Pullulat etiam ex hac secunda conditione alia scitu digna, & necessaria cognitu dubitatio, scilicet, cuius meminit Garcia penes tertiã conditionem, an citra culpam emptor census in hoc contractu præter specialem hypothecam, fideiussorem, vel alias impignorationes bonorum ad eiusdem census securitatem exigere possit. Subest namque hic dubitandi ratio, tum quia inoleuit consuetudo coarctandi venditorem census, vt etiam alia bona sua obliget ad census pensionem soluendam, quæ quidem bona, dum huic obligationi supponuntur, videntur induere rationem pignoris, quod proprio nomine solet appellari hypotheca, tum quia in idipsum aliqui emptores censuum vltra hypothecam fideiussores assumunt. Vide Albornozium lib. 3. de cõtractibus tit. 2. igitur quò distinctius ad id dubij respondeamus distinctione præmissa duæ conclusiones statuentur.

Obiectio.

Distinctio. ¶ Distinctio igitur sit quatuor de causis: fideiussio, vel pignora in hoc contractu secundum nostram considerationem exigi possunt

1. Primò ad parandam securitatem, vt in casu quo res supposita censui pareat, fideiussores, vel alia pignora census solutioni maneant obligata.

2. ¶ Secundò, vt emptor casu, quo venditor non sit soluendo, vel in mora sit soluendi census, censuarius se possit conuertere ad fideiussores, vel pignora.

3. ¶ Tertiò ad parandam indemnitatem, & securitatem emptori, & censuari, in casu quo res supposita censui inueniretur esse aliena, vel alio casu grauata.

4. ¶ Item quartò, ad consulendum indemnitati emptoris, si præter prædicta damna, alia damna merito timerẽtur ex eo, quod illa possessio inhabilis, & non satis libera ad substandũ noũo censui reperiretur, quando alijs prioribus prægrauata appareret his suppositis.

Concl. 1. ¶ Prima statuitur conclusio, in hoc redimibilis census contractu fideiussores, vel pignora licitè exigi non possunt ab census emptore, causa rem fructiferam suppositam censui assecurandi taliter, quod illa pereunte, vel inutili facta, emptor census ad fideiussores, vel ad pignora quæ essent bona hypothecata habere possit recursum: conclusio autem hęc est Nauarri in illo commento. de vsura. num. 83. & probatur, quia contra naturam contractus emptionis, & venditionis est (vt prædixi musquòd se & sua bona subdat venditor obligationi perpetuo assecurandi rem venditam, & fructus eius etiam si iam ipsa ierit perditũ, quia post traditionem res empta emptori, & non venditori perire debet, toto titulo. ff. & C. de pericu. & commod. rei vend. & quia aliud est per exactionem fideiusionis, & pignorum emptorem velle parare sibi securitatem de euictione rei censui subiectæ, si ab ipso euincatur, quia hoc licitum est toto. tit. de euict. ff. C. & cap. fi. de empt. Hæc est Garciæ, quam eadem ratione probat, quia iniustum est inquit, quod venditor rei, virtute contractus venditionis obligatione teneatur assecurandi durationem, & conseruationem rei venditæ, puta equi plusquàm eius subsistentia durauerit. Sic neque in hoc contractus census licitum est ad perpetuandam rem fructiferam, vel fructus eius emptos etiam casu, quo perierint, pignora, & fideiussores emptorem exigere.

Prob.

Nota. ¶ Notanter autem dictum est inquit Garcia, virtute contractus venditionis, quia virtute alterius contractus, id est, assecurationis, sicut obligari potest venditor aucto pretio ad assecurandam rem venditam, eiusque incolumitatem per aliquod tempus, ita & ad præstanda pignora, & fideiussores, pro hac securitate

potest

potest arctari. Sed tunc tanto maior debet esse auctio pretij, quanto diuturnior fuerit hæc assecuratio vnde emptor qui perpetuã securitatem rei emptæ exigeret ingens pretiũ esset impensurus. Cæterum an hanc perpetuam securitatem hypothecæ suppositæ censui, cum ipsa suapte natura ita perpetua non est, liceat in censu irredimibili exigere, prout Garcia sua ratione videtur velle concludere, alibi suo loco speculandũ nobis est. Nam hic Garcia non tutè loquitur.

Corol. ¶ Vnde corollariè hinc ex hac conclusione prima inferre licet, quam iniusta sit consuetudo, quę hodie quotidie in creatione census inoleuit, dum emptor census grauare solitus est venditorem census, sum ad alia sua bona pro securitate perpetuitatis rei supra quam constituitur census, obligandum, coarctando, quòd planè factum prædictæ extrauagantes damnant, dum solam eam possessionem, quæ fundat censum tali obligatione affectam manere volunt, vt ipsa percunte census soluendi obligatio simul pereat.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio huius contractus natura perpensa, non est res vitio, aut iniustitiæ attribuenda, imo res cum iustitia coniuncta prorsus est, si ab emptore census præter hypothecam specialem exigantur fideiussores, & pignora eo nomine vt securus fiat, tũ de pensione sibi fideliter suo tempore soluenda, tum de immunitate, qua possessio supposita censui immunis est ab euictione, & quod libera sit ab alterius census onere, tam de indẽnitate ab illis damnis quæ sibi imminerent: si contingeret hæc tria aliter se habere patet hæc conclusio quæ est etiam Nauarri, & Garciæ toto titulo de euict. ff. C. fin. de empt. & eius in promptu est ratio: tum quia sic suæ indemnitati prospicit censuarius, tum quia cautiones has fideiussorum, & pignorum his de causis exigendo nihil molitur contra naturam contractus huius sensus, neque enim per hoc venditor census aliquam obligationem cogeretur subire, quam non induceret se cum natura contractus.

Prob.

Quæstio. ¶ Huic loco affine est dubium illud cuius meminit Garcia. 2. parte de contractibus, capit. 4. pagin. 119. vbi narrat vsu inductum fuisse Valentiæ, emptores horum censuum solitos esse eorum venditores ea obligatione constringere, vt intra quatuor annos teneantur præstare aliam specialem hypothecam signando aliam rem fructiferam, supra quam census fundetur, qua non præstita facultas deinde subsit emptoribus repetendi, atque recuperandi sortem principalem solutam in pretium census. Huic autem consuetudini iniquæ locum dedit experientia illa, qua emptores censuum postea videbant se deceptos, & damnis affectos, dum ex euentu rei tandem cognoscebant priores hypothecas speciales suppositas censui alijs prioribus oneribus censuum fuisse grauatas, quæ vt cauerent damna, cum prædicta conditione ceperunt contractus census inire eo animo, vt intra prædictos quatuor annos posset fallacia detegi, si forte talis hypotheca addicta censui alijs præcedentibus oneribus præoccupata esset. Sed iam vsus iniquus inuexit, vt etiam si luce clarius constet hypothecam, quæ supponitur censui ab alio censu, seu onere liberam esse nihilominus cum prædicto pacto contrahunt.

¶ Igitur ad vsum aliter quã Garcia ibi respondet, respondebimus, neque enim omnino iuri Pontificio consona est eius responsio: dicimus ergo primò, quod quando possessio fructifera, quæ supponitur censui ex se omnino secura est, pro constantiaque habetur esse talem, ita vt nulla laboret suspicione in contrarium, sit pariterque in valore æquiualens, atque sufficiens vt sors tanti census super eam statuatur, illicitum tunc prorsus est aliam obligationem specialem hoc est hypothecam specialem expetere intra prædictos quatuor annos, quia esset duas speciales hypothecas, & obligationes petere, quarum vnaquæque per se esset sufficiens, quod iustitiæ ipsi aduersatur. Sed an casu, quo citra dubium res non est, scilicet, an hæc specialis hypotheca prægrauata fuerit alijs oneribus, vel non, licita sit hæc impositio obligationis, vt intra quatriennium sub obligatione reddendi capitalis alia specialis hypotheca præstetur hic dubium prædictum videtur locum habere. Nam vtrinque premit ratio duditandi, pro affirmatiua, quia licet sic emptori census suæ indemnitati consulere, & pro negatiua, quia id videtur Pius. V. in sua extrauaganti, cum onus prohibuisse vt infra dicemus.

Sententia Garciæ. ¶ Ad quæstionem ergo, Garcia vbi supra audacter asseuerat in casu, quo res supposita censui realiter, & verè non est tuta secluſa omni fictione, & palliatione posse emptorem census intra certum tempus, puta quatriennium, expetere aliam specialem hypothecam: adijcit tamen, quod si intra id tempus palàm fieret hypothecam priorem ab omni onere liberã esse, nõ licitè

licite contenderet emptor aliam specialem sibi præstari, si quidem cessauit causa quæ eam expetendi ius, sibi tribuebat. Addit Garcia 2. quod si transacto prædicto tempore adhuc dubium perseuerat circa priorem hypothecam, scilicet, quod sit parum secura, & firma: tunc venditorem aliam specialem non præstantem compellere emptor potest, vt si bi reddat venditor census capitale, quod sub illa licita conditione soluit ante sibi in pretium cum hac tamen aduertentia, & cautela, quam summe necessariam commendatu, & obseruatu Garcia ibi esse ducit, scilicet, quod emptor census in hoc casu ab eo tempore, quo iam suum capitale repetere, atque recuperare determinatè deliberauerit, nullatenus pensiones census, nisi eas computando in sortem recipere potest. Cuius rationem esse subiungit, quia ex tunc contractus census in mutuum conuertitur, quo circa inde iam vltra sortem lucrum captari non potest, nisi in duobus dũtaxat casibus, primò coram notario renunciãdo, & cedendo iuri quod sibi inerat ad repetendum pretium, quia iam per hoc contractus rediret ad naturam census, quia sic coram notario prædicto iuri cædendo in vtroque foro constare potest facultate repetendi capitale manere priuatum, quod inquit mutato animo alias, nisi coram notario renunciasset, repetere posset, vel secundò nisi ratione lucri sibi cessantis, aut damni emergentis in casu, quo ad hoc vtrumque interesse ferendum hic conditiones omnes requisitæ concurrerent. Hæc autem omnia an tutè dicta fuerint à Garcia examinare hic curandum nobis est.

Ratio eius.

Senten. autoris.

¶ Resolutoriè igitur, quia iam prolixæ quæstionis expeditionem spectat lector, dicimus breuiter primò, quod etiam stãdo in iure naturali solo, suspecta de vsura haberetur ista impositio obligationis etiã in dubio nõ tã firmæ hypothecæ. s. quod intra quatrienniũ sub obligatione restituẽdi pretiũ cẽsus acceptũ, teneatur vẽditor aliã specialem hypothecã submittere censui. ¶ Et patet, quia iã multi possent cõtingere casus in quib⁹ vẽditor, vel quia nollet, vel nõ posset aliã securioré specialẽ præsignare hypothecã, cogeretur restituere exvi huius cõtractus, capitale cũ lucro. i. cũ pẽsionibus intra id quatrienniũ solutis cẽsuario, ꝙ perinde esset, ac siquis mille aureis emisset domũ cũ cõditione, quod si intra quinquenniũ partes aliquas eius ruinosas nõ reficeret vendi tor, suũ pretiũ redhiberet integrè emptor simul cũ vsura. i. cũ vsu domus, qua per quinquẽniũ (vt supponimus) vsus est interim, ꝙ planè sapit vsurã, & tamẽ hoc licere aperte indicat Garcia, dũ ibi ait, quod postquã emptor obtinabit se in hoc casu repetere pretiũ, nullos deinceps redditus, nisi computãdo eos in sortẽ recipere potest, quasi antea cæptos pro certo ducat emptorẽ etiam recuperato illa de causa pretio nõ teneri ad restituendũ cẽsus vẽditori, hoc dico ad vsuræ tollẽdas occasiones.

Ratio.

¶ Secundò dico, quod & si concedamus rationem prædictam impositionem istam intra quatriennium aliam assignandi specialem hypothecam, quæ subsistet censui sub obligatione alias restituendi pretium, non satis persuadere stando in solo iure naturali de vsura suspectam esse, tamen stando in iure Pontificio negari non potest contra Garciam, qui hoc non satis aduertit, quin à Pio quinto in sua extrauaganti, cum onus, sit apertè talis impositio obligationis assignandi aliam hypothecam sub obligatione aliàs reddendi pretium census sit reprobata, & vt fœneratitia iudicata. Ecce enim verba ipsa in forma, quibus eam contra Garciam Pius. V. ibi reprobat, subijcimus tibi lector, scilicet, Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob panam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractusq; sub alia forma posit hac celebrã dos fœneratitios iudicamus, casum autem prædictum, quem hic excipit tantum Papa, intellige esse non hunc de quo nunc agitur, sed casus tantum exceptus est ille, de quo prædixerat, scilicet, quod post denuntiam factam emptori à venditore de traditione pretij pro redditu extinguendo à se, intra annum posit etiam ab inuito venditore pretium repeti, & hoc ideo hic excipitur, quia est multum conformæ regulæ iuris dicenti, scilicet, quod semel placuit amplius displicere non potest, quia ergo denunciando id emptori placuit venditori redimere censum, nihil mirũ, si intra annum cogi posit venditor ad illum redimendum.

Dictũ. 2.

Sent. Gar. contra extra. Pij. V.

¶ Ex omnibus ergo supradictis, liquet in neutro foro assertionem hanc Garciæ, & vsum Valentiæ fore tolerandum, nisi quis temerè putet sanctionem tam sanctam, & iustam tanti Pontificis Pij. V. non fore auscultandam. Quod si quis obiecerit in contra, quod licet emptori census se indemnem seruare, quomodo ergo in hoc casu se seruabit indemnem, nisi repetendo pretium, si tali possessione reperta alijs censibus grauata, alia se cura firmaque specialis hypotheca sibi non assignatur.

Vsus Valẽtiæ non tolerandus.

Obiectio.

¶ Res-

¶ Respondetur, quod plana via est ad se indemnem seruandum, scilicet, non contrahere nisi liquido prius comperto, quod specialis hypotheca supponenda censui ab alijs oneribus sit omnino libera, aut secundo aliam exigendo cautionem, quæ neque præseferat speciem vsuræ, neque contraria sit formę perscriptæ à Martino. V. & Calixto III. & Pio. V. circa constitutionem censuum.

¶ Concludamus ergo tandem ab emptore census duas speciales hypothecas (cum vna earum per se est sufficiens ad fundandum censum) exigi non posse ad finem magis perpetuandi censum, cum neque ad hunc finem hypothecas alias generales omnium bonorũ expetere non liceat, ergo multò minus plures speciales exigere licebit, cũ p speciales hypothecas magis perpetuetur cẽsus, quã per generales. Neq; em̃ in cõtractibus, vbi cõtractus sortium solitus est inuolui, sicut in hoc contractu census aliquis contrahentium certus manere debet de lucro, altero contrahente certo manente de sua iactura, & damno. At taliter contingeret in contractu census, vbi obligaretur venditor duas supponere censui hypothecas speciales singulas sufficientes, aut si vltra sufficientem specialem exigeretur ad maiorem perpetuitatem census, alias generales, vt apponeret. Nam tunc venditor certus fieret de sua iactura, scilicet, quod præ impopotentia redimendi censum sua bona per multum temporis forent grauata pendendi census obligatione, sicque fieret, vt emptor census indubius esset de multis pensionibus, & multo tempore percipiendis ex suis pecunijs datis ad census, quod impares eos in conditione faceret. At naturæ huius contractus refragatur id facti.

Hypothecæ speciales duæ nõ petendæ.

CAP. LVIII. De *conditione tertia census, de competenti pretio, & quod sit tale, & an census antiqui possint minoris emi quàm taxat lex, & an aucto pretio per pragmaticam sint pretio pragm. vel antiquo redimendi, & quid si ante pragmaticam non erat solutum pretium, an rex per nouam pragmaticam census iam minoris creatos reducere ad viginti pro vno, & an maiori pretio quàm taxa vendi possint. Regula pro pretio census, in pretio census perpetui variant doctores.*

Conditio. 3 census.

PRæterea vltra nobis progredientibus tertia conditio iuxta ordinem, quem seruat Nauarrus in eas adnumerando, occurrit, scilicet, quòd pretium impensum pro emptione huius census sit competens. Hanc autem conditionem exprimit extrauagans. 2. de empt. & vend. est autem conditio hæc necessaria etiam in foro conscientiæ non ad hoc, vt contractus in hoc foro non præsumatur vsurarius, quia talis nõ præsumitur in cõscientia, quãdo vera intentio emẽdi & vẽdendi cẽsum affuit, sed ad hoc vt in cõscientia iniustus cõtractus non habeatur, & obnoxius esse restitutioni non iudicetur. Item etiam, vt in foro exteriori contractus vsurarius esse non præsumatur. Nam modicitas pretij adiuncta cum pacto de retrouendendo præsumptionem præsefert emptionis vsurariæ, vt patet cap. ad nostram extraua. de emp. & vend.

¶ Circa hanc autem tertiam conditionem rursum restat indagandum, quodnam sit competens pretium, nam illa extrauagans 2. Calixti solum in genere ait secundum qualitatem temporis debere esse competens pretium census. Vt autem hic suo ordine distincte procedamus à pretio legali quod precipuum, & indiuisibile pretium est, exordiendo, dicimus Primò, quod in Recopilatione noua legũ Castellę. lib. 3. sancitur pretiũ huius cẽsus redimibilis sic computandum esse, vt sorti 14. millium dipondiorum mille dipõdia quotannis in pensione respondeant, in reportorio pragmaticarum libro sexto l. 2. titulo tertio. Census antea in oleo, & tritico, & in alijs creatiad pensiones pecuniarias computando. 14. pro vno redacti sunt cum inhibitione, ne de cætero instituerentur, nisi pecuniarij census, & hoc propter varietatem, quæ alias contingeret in soluendo pensiones frugum.

Quæst. Pretium cẽsus.

Dictum. 1.

¶ Secundo dicimus, quod vbi per legem taxatum est pretium census, illud seruãdum est. Vnde secundum leges regni Castellę authore Metina in sua instructo. §. 26. folio 156. minoris quam 14. millia pro mille annuæ pensionis census redimibilis emi non potest. Quod & confirmat Garcia secunda parte de contract. cap. 4. pag. 129. Sed iam hinc pullulant alia dubia.

Dictum 2.

¶ Quorũ primum est, an cẽsus antiqui possint minoris emi quã taxat lex noua. s. computãdo. 14. pro vno. Et quidẽ Nauar. in additionibus. 56. ait census antiquos fortè minoris emi posse, quam taxat lex noua, quamuis census nondum impositi, sed de nouo imponẽdi minoris secundum ipsum emi nõ possint, cuius discriminis assignat rationem, quia lex noua eo respicit, vt impedimento sit facilitati nouos instituendi census passim, quod in nocumentum reipublicæ vertitur, quod cessat in antiquorum emptione. Ad hoc autem

Quæst.

Sent. Nau. Senten. Metinæ.

dicimus tertiò, quod quidquid alij sentiant de hac sententia Nauarri, nos tamen malumus adhærescere sententiæ Metinæ in sua instruct. vbi supra dicentis, quod census dum satis firmus sit minoris emi non potest, quàm lex regni perscribit, sic & nos tam de antiquis censibus, quam de nouo creandis loquendo dicimus dum satis firmi sint, & stabiles sicut & noui, qui de nouo solent fundari, non esse minoris emendos, quam prestituit legis taxa, quia lex indiffinite loquitur, & quia vbi lex nõ distinguit, neq; nos distinguere debemus, & quia iustitiæ ratio hoc suadet, vt res æque bona, & sana æquali pretio, & non minori, quam bona ematur. Secus autem esset, si secluso scandalo, quia census antiquus minus stabilis, aut firmus esset, scilicet, quia super hypotheca vili, & parum firma fundatus est, minoris emeretur.

Quæst.

¶ Aliud ab hoc loco non multum alienum occurrit dubium, scilicet, si modo censuum redimibilium pretium noua pragmatica rex augeret ad viginti pro vno, vel ad decem & octo pro vno pensionis annuæ, an tunc census antiqui minori pretio, puta ad quatuordecim pro vno constitui minori illo antiquo pretio, quo constituti sunt possent licite redimi, aut maiori pretio, scilicet, pretio adaucto à rege rursus alijs vendi, aut minoris illo pretio abaucto ab alijs emptoribus emi.

Resp.

Ad primam partem dubij dicimus, quod licet stando in conditionibus solum contractus emptionis cum pacto de retrouendendo, quia ibi communiter dicitur, aut certè si non communiter, tamen rationabiliter dicitur, quod si res empta creuerit in pretio, maiori pretio eidem reuendi possit, quàm empta fuerit, sic hic in censu redimibili, vbi tale pactum includitur: dici posset tamen, quia extrauagans Pij. V. cum onus stat in contrariũ, quæ sic decernit in forma, scilicet, postremo census omnes in futurum creandos volumus posse pro eodem pretio extingui non obstante etiam longissimi temporis, ac immemorabili, imo centum, & plurium annorum præscriptione, nullo modo lex regia, etiam si expresse cõtenderet vt antiqui cẽsus ad quatuordecim p vno creati aucto illo pretio, scilicet, viginti, vel octodecim redimerentur, contra extrauagantem, & hanc eius sanctionem, scilicet, q eodẽ pretio posset redimi, quo fuit creatus census, posset prævalere, postquàm extrauagans hæc etiam excludit omnem præscriptionem, quæ solet obtinere contra legẽ, sed quid si census redimibilis emptus rursus, alteri sit maiori pretio ab emptore venditus, respondetur stando in. 1. de retrouendendo maiori pretio illo, quo rursus à censuario venditus est redimendus nisi extrauagans Pij. V: quæ huic obuiat, sit vsu accepta, quia certè pretio eodem extinguendum esse decernit, neque posse vsquam pretium censui semel constitutum augeri, vel minui, nec quòad vltimo contrahentes. Circa vero secũdum quæstionis punctum videtur dicendum, quod cum census hi antiqui venditionis, & emptionis nomine habeantur, & cum res empta si creuerit in pretio legali maiori, illo pretio legali vendi potest, ita & census antiqui: nam si in pretio legali per pragmaticam decrescerent, minoris essent vendendi, ergo è conuerso si creuerint, maiori pretio poterunt vendi.

¶ Si tamen ante pragmaticæ augentis pretium æditionem, atque promulgationem, cõtractus venditionis census antiqui pretio legali tunc currenti initus esset, neque tunc solutum esset pretium, videtur magis vrgere dubium an pretium tempore contractus currẽs quod minus erat soluendum sit, an vero pretium legale post auctum. ¶ Et ratio specialis dubitandi hic instat, quia contractus hic census antiqui venditionis eo videtur fuisse inualidus quia, vt supponimus, non numerata pecunia iuxta sanctionem extrauag. Pij. V. fuit initus, sed pecunia credita, ergo si fuit inualidus, nisi post pragmaticam augentem pretiũ de nouo celebretur numerata & præsenti pecunia, validus non erit, quod si tunc post pragmaticam tantum valide contrahitur, pretio adaucto á pragmatica talis census antiquus est emendus & non minori.

Obiectio incontra.

¶ In contrarium est quia constitutio pragmaticæ, sicut & quælibet alia (nisi exprimat) tantum respicit futura, & non præterita extrau. cap. cognoscentes. de constitutionibus, & quia ille contractus, quo census antiquus iam institutus emptus est non numerata pecunia, videtur fuisse validus, quia extrauagans Pij. V. (si eius verba exacte expendantur) solum inualidat contractus non numerata pecunia, quando denuò instituuntur census celebratos, non autem emptionem censuum antiquorum iam numerata pecunia institutorum, etiam si post eorum institutionem à censuario eos alij non numerata pecunia comparauerint, ideo iuxta has rationes in cõtra puto non esse præcipitandam sententiam, sed dicendum esse in in casu dubij, nõ obstãte noua promulgatione

Sententia authoris.

pra=

pragmaticæ augentis pretium, pretium lega le minus tempore contractus currens esse soluendum, nisi potens ex officio cõtradicere contradicat, quia hoc videtur iuridicum, scilicet, quod solutio fiat secundum pretiũ, quod tempore contractus debiti currebat, vt communiter tenent legistæ in l. Paulus, & l. in minorum ff. de solut. At illud rursum repetitum dubium, scilicet, an census antiqui, cum pragmatica censuum adauxit post pretium, minoris quam noua taxa dictat emi possint, iam fecimus supra satis, dum Nauarri super hoc sententiam in additionibus iudicauimus, & etiam nostram cum limitatione.

Quæstio. ¶ Sed & dubium hoc sub silentio præterire nolumus, an princeps, vel rex stando in iure iam edito possit edere, & promulgare nouam pragmaticam, qua statuat non solum, vt census de nouo creandi, sed etiam iã antiquitus instituti, & fundati reducantur ad 20. pro vno, vel. 18. pro vno. At qui

Argum. dem id dubij rationes quæ vtrinque se obijciant, non tam facile solutu efficiunt. Nam concilium Tridentinũ decernit, quod generales ordinum, Abbates, & Episcopi possint prouidere, quod magis expediat in suis capitulis quando est magnus numerus missarum, & parua eleemosina, vt tradit Nauarrus in additionibus, ergo pari ratione poterit princeps, vel rex cum pro ratione temporũ magna pensio est census respectu sortis, reducere censum antiquum ad conueniens pretium, & pensionem, maximè cum secunda extrauagans de emptione & vend. tradat conueniens, & competens debere esse pretiũ census secundum temporis qualitatem. In

Arg. in cõtra. oppositum est, quod nemo priuari debet iure suo sine culpa cap. conquerente de restitu. spoliat. ergo antiqui censuarij non sunt per nouam pragmaticam priuandi iure suo pro sorte minori data recipiendi antiquam pen-

Resp. sionem census, quæ maior erat. Respondetur ergo quod princeps, vel rex iure id facere non potest nisi, caueat detrimentum quod antiqui emptores censuum bona fide, & ignoranter contrahentes incurrerent, si talis pragmatica promulgaretur. Nam iuxta canonem cap. cognoscentes de constitutio, detrimentum ante prohibitionem non debent ignorantes incurrere, quod eos post modum ve-

Ratio. titos dignum est sustinere, maxime hac accedente ratione, scilicet, quod quia census contractus contrahendo partes, emptionis fructuum contractum videntur conficere adiun

cto contractu sortis, & redemptione implicita fructuum, non est æquum, vt si talis census fortuna propicia in lucrum cesserit, ideo tali lucro sit censuarius antiquus per pragmaticam nouam priuandus, cum è contra si fortuna aduersa fuisset, talem aduersam sortem sustinere debuisset, sicut vsu euenire solet in emente contractu emphiteutico, vel conducente possessionem fructiferam, pro cuius fructibus, & si pereant, pensionem annuam tenetur soluere emphyteuta, quippe qui si excedant in valore pensionem, tales fructus aliquo anno, non ideo pensionem maiorem soluendi subit obligationem.

¶ Hoc ita affirmamus nisi, causa communis conseruationis reipublicæ, quia valde oppressa esset censibus antiquis, & modernis impari pretio & tenui valde statutis, persuaderet principi talem pragmaticam euulgare. Nam etiam citra culpam dum modo adsit causa iure suo priuari quis potest cap. quoniam frequenter. §. si vero lite non contestandum modo cauea tur, vt cum iactura emptorum antiquorum censuum eorum venditores per nouam hanc pragmaticam non locupletentur. *Limitatio.*

¶ Præterea ne quid intactum relinquamus, & huic dubitationi calculæ faciamus satis oportet, scilicet, census isti redimibiles post quàm, si firmi sunt minoris quàm. 14. pro vno emi nó possunt extante pragmatica regia, an maiori pretio vẽdi possint, quám sit istud pretium quod lex noua præsignat. *Quæst.*

Huic autem dubitationi Respondet Metina in sua instructione loco citato, quod quando census redimibilis emitur maiori pretio quã sit. 14. pro vno, non est præfixum pretium, pretium ergo eius tunc erit pretium ordinarium, vt communiter currit. Etenim sicut ex tante taxa tritici licet eius pretium vendens vltra pragmaticæ taxam augere non possit, tamen ementes minoris illud emere possunt, si minoris veneat in foro, ita & census siue antiquus sit, siuè de nouo instituatur, dũ redimibilis, licet minoris quam ad rationem. 14. pro vno si firmus sit, emi non possit sub restitutionis obligatione tamen maiori pretio venundari potest, si maiori sic veneat ordinariè. Ac-

Resp. cedit Garcia qui loco citato ait, quot quantò pensio census empta magis modica fuerit, tanto ipsa emptio magis licita, & iusta erit, quanto que maior fuerit pensio, tanto magis laborabit nota iniustitiæ. Vnde ex parte emẽtis iustior est census emptus soluendo octodecim pro vno pensionis quàm si solueretur. 14. pro vno.

Garcia.

¶ Hinc Metina vbi supra, respondens cuidam interrogationi concludit, quod si quis emit censum valentem viginti mille pro vno mille pensionis soluendo pro eo pretium 18. millium tantum, illicite emit, non enim seruat æqualitatem, si census est satis firmus. Secus autem esset si talis census parum firmus esset, difficiliſque recuperatu, quales ordinarie sunt cēsus regij, quia tunc licebit eos minoris emere secluso scandalo, & nota vsuræ, qua forte in foro exteriori talis emptor inureretur, sed in conscientia licet, quia viginti millia tali subiecta periculo vix 18. millia valent.

Quæst. ¶ Porrò quia pretium legale pragmaticæ, scilicet, quatuordecim, pro vno vbi pragmatica viget seruandum esse diximus, nunc dicendum superest, quomodo taxandum sit pretium census redimibilis, vbi nulla extat taxa legalis. *Resp.* Respondetur quod vbi taxa legalis non fuerit præfixa, in taxatione pretij census redimibilis modus, talis adhibendus est, vt non committatur in iustitia, tantoque (vt prædiximus) magis aberit ab iniustitia emptio census, quantò auctiùs fuerit præstimatum pretium, quantoque minor fuerit pensio respectu pretij, tanto iustior ex parte ementis reputabitur contractus, quia graue onus videtur hoc onus census, quo manent bona grauata.

Regula pretij census. ¶ Regula autem ad discernendum, quando pretium census iustum erit, statui solet à quibusdam doctoribus, cuius regulæ meminit Conradus libro de contract. quæstione 82. penes tertiam conclusionem. Ea nempe regula est, scilicet, quod tantumdem pretij impendendum est pro emptione census, quantum necessarium est ad comparandum fundum, vel possessionem, quæ tantundem reddat fructus, vel reditus secluſis expensis, & laboribus eius culturæ, & curæ. Iuxta hanc ergo regulam, si centum, & viginti aureis quis possessionem emere possit, quæ deductis expensis, & laboribus eius reparationis, & culturæ, afferret quotannis septem aureorum redditus, tum hi centum, & viginti aurei sufficiens esset summa, & iusta ad emendum censum annuum septem aureorum. Hanc vero acceptat, & probat Garcia loco citato prout iacet, sed mihi videtur (vt fidelior regula sit) pensandum quoque esse, quod etiam demptis expensis, & laboribus, fructus aliquibus in annis poterant deficere, vel esse valde tenues, cum ergo pensio pecuniaria annualis, quæ eorum loco succedit, certa sit, & regularis, oportet in tali æstimatione eam cum incertitudine fructuū adæquare, ita vt propter hanc incertitudinem fructuum aliquantulum extenuetur pensio pecuniaria. Hac igitur habita ratone regula hæc videtur in quadam æquitate fundari, scilicet, quia contractus census quædam emptio est, ideo pretium eius æquiualens esse oportet possessioni cuius fructus pensatis pensandis & deductis deducendis æquiualeant pensioni pecuniariæ quotannis soluendæ.

¶ Præterea de pretio census perpetui, & irredimibilis, si quidem lege hactenus non est æstimatum quomodo æstimandum sit nunc quoque venit à nobis edisserendum. Nam hic contractus licitus est, quippe qui à suspicione vsuræ, si legitimè fiat, magis procul ab est, quàm contractus census redimibilis. Quia igitur perpetuus census peracta re, aut destructa supra quam fundatur, ex natura contractus, qui est emptio fructuum rei illius extingui debet: oportet secundum Mercatum de contract. opusc. de censib. & camb. cap. vltimo. folio. 128. vt constituatur super possessionibus perpetuo duraturis, vt sunt pecorum pascua, iura perpetua, & fundi, quorum solum, & situs certum est quod perseuerabit perpetuo vltra quartā generationem, & vsque ad centesimam. Igitur pro constanti est pro censu irredimibili, & perpetuo maius pretium impendendum esse, quàm pro non perpetuo, sed redimibili. Augenda etenim est in censu perpetuo sors principalis. Nam perpetuitas eius res est æstimabilis pretio, cumque hæc conditio perpetuitatis in dānum venditoris vendentis censum irredimibilem vergat, quippe qui perpetuò sine spe leuaminis manet grauatus, ratio ipsa iustitiæ exigit, vt id grauamen auctione pretij reparetur. Sicut è contrariò in censu redimibili, quia includit pactum de retrouendendo, quod minuit pretium, si quidem ista conditio quòd reuendere eum teneatur emptor, in eius redundat incommodum, huius incommodi, & damni reficiendi gratia extenuandum est pretium.

Quæst. ¶ Sed si quæras quantum pretium pro perpetuo, & irredimibili censu emendo sit iustum dare, dicimus tandem quod si esset lege stabilitum, id esset seruandum, quando aurem circa pretium hoc nihil præ diffiniuit lex, doctores varij varia pretia vt iusta in hac parte præsignant. Nam Metina in sua instru- loco citato iustū pretiū census

Resp.

Quæst.

Variant doctores in pretio census perpetui.

census perpetui esse insinuat, si triginta millia, vel quadraginta millia dipondia conferátur in pretium pro pensione mille dipondiorum annua, & perpetua super pascuis, vel oliuetis. Sotus autem de iust. libr. 6. quæst. 5. arti. 3. insinuat iustum pretium perpetui census esse, si supra pretium census redimibilis paulò plusquàm quarta pars addatur, nam istud adhibet exemplum, verbi gratia valent decẽ perpetui floreni ducatis ducẽtis: ob illud autem vinculum iterato vendendi, minuitur, vt emantur redimibiliter, id est, cũ pacto de retrouendendo, non pluris, quàm centum quadraginta florenis. Metina autem Compluten sis de contr. materia de censibus duplũ pretium existimat esse conferendum pro censu perpetuo quam pro redimibili: veruntamẽ de pretio perpetuo censuum nihil aliud dicere possumus, quã quod tandẽ Sotus ibi ait, scilicet, quod non solum quantitas census æstimari debet, verum stabilitas, ac firmitas rerũ super quibus constituitur. Quare iura super castra, & perpetua pascua, & predia, maioris sunt pretij. Qua vtique ratione non potest lege vnum in vniuersum pretium constitui, sed illud est iustum, quo publicitus sine vi, & dolo venduntur, tametsi contingere possit, vt vrgens pauperum necessitas eos cogat viliori iusto vendere. De pretio autem temporalis census licet iam non sit in vsu superius dictũ est, scilicet non debere pensiones simul sumptas ipso pretio maiores esse.

CAP. LIX. De *condit. 4. scilicet, de solutione pretij statim facienda, an sit necessaria: Et de 5. condit. id est, de facultate redimendi, & an redimi possit per partes cum nihil conuentum sit à principio de intelligentia extrauag. super hoc, an possit redimi omni tempore de triplici pactione hic prohibita.*

Condi. 4. POrro suo ordine accedit examinanda quarta conditio requisita ad cõstitutionẽ census redimibilis. Ea nempe est, vt statim pretium census integrè soluatur in numerata pecunia præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius, recepto integro iustoque pretio. Circa primam particulam huius conditionis, quæ deducitur ex extrauaganti cum onus Pij. V. aduersum nobis habemus Sotum de iust. & Sẽten. Soti iur. libr. 6. quæstione. 5. articulo primo, qui aduersus Mirandam in sua summa conciliorum inter conditiones requisitas ad constitutionem census, hanc vt secundam colligentem ait, quod ista particula istius quartæ conditionis, quam Miranda secundo adnumerauit loco, scilicet, quod statim tempore contractus integrum soluatur pretium, nullam, præsefert probabilitatem, tum quia licet in narratione bullæ id quoque ponatur, non tamen in approbatione tanquam necessarium constituitur, tum quia nihil (inquit) vetat quo minus veluti in cæteris contractibus, venditor census valeat partem pretij credere. Verumtamen sententiam Nauarri, quam suprà retulimus, quæ in illo commento de vsura numero 85. continetur magis auscultandam fore censemus, quam etiam videtur approbare Metina in sua instruct. folio. 146. conditione. 2. vbi ait, quod non est licitum creditori, cui debentur centum aurei, de his exigere censum, dum sibi non soluuntur, quia ipse non soluit pretium census pecunia numerata, quia eadem (vt nobis videtur) ratio est proportionabiliter de toto non statim soluto pretio, & de parte non statim soluta, sed concredita à venditore, quia pro illa parte contractus census non tenebit, sicut si nihil de præsenti solutum esset, prorsus esset irritus in toto, saluo aliorum meliori iudicio. Sententiæ etiam Nauarri & Metinæ, & nostræ accedit Garcia secunda parte de contract. capite 4. condit. 5. pagina. 136. vbi affirmat tempore celebrationis contractus numerandam esse omnem pecuniam pretij simul coram notario, & testibus, quam legem ideo latam esse ait, vt facilitati imponendi tam grauia onera censuum, quæ tributariam solita sunt efficere rempublicam obsisteretur. Quis enim (inquit) dubitat si liceret alias res, quàm præsentes pecunias sub ministrare loco pretij, vel si liceret expectata parte solutionis pretij census emere, quin summa facilitas suppeteret ad eos passim imponendos, quæ quidem facilitas in perniciem populorum vergeret. Vnde subiungit, quod postquàm lex hęc tantùm ad vtilitatẽ, & commodum boni communis confert, obligationem ad sui obseruantiam inducit, quod antea affirmaret Nauarrus illo comm. & numero. 85. & duabus rationibus confirmaret dicens esse necessariam etiam in foro conscientiæ. Tum quia persuasibile non est venditorem census, quippe qui necessitate adactus, onere census suam possessionem grauat, velle concredere pretium totum, aut partem eius sicut testatur Diuus Thomas. 2. 2. quæstione 78. articulo primo ad. 7. loquens de mutuatario, quod qui coactus

Senten. Nauar. auscultanda.

Finis legis.

Quæst.

necessitate accipit mutuum sub vsuris etiam si fateatur se velle dare vsuras, nihilominus non simpliciter voluntariè dat, sed cum quadam necessitate in quantum indiget accipere pecuniam mutuo, sic & hic venditor cénsus si expectat partem pretij soluendi non simpliciter voluntariè expectat, sed in quantum indiget ad sui subuentionem ad censum accipere. Tum quia qui à principio non integrũ pretium soluit vendenti ei præ necessitate supra bona sua censum, videtur pretium minus iusto soluere argu. cap. 1. de plus pet. & instit. de actio. §. plus autem, tum quia secundum eũ
Ratio Na. dem Nauarr. in foro exteriori præsumeretur venditionem census factam ab indigente expectata solutione partis pretij, ex parte emptoris aliquam continere simulatam mutuationem partis solutæ pro lucro propter maximam similitudinem, quam gerit contractus census redimibilis cum mutuo cum vsura, quando præcipuæ conditiones eius non seruantur. Igitur his pensatis rationibus non censemus eas adeò esse desplicabiles, & contemnendas vt nostræ sententiæ, quæ (vt diximus) est Naua. Metinæ, & Garciæ, nullã concilient probabilitatẽ, qua carere putauit Sotus accedente maximè authoritate Pontificum, qui contra Sotum cum in narratione bullæ, id posuerint, propter dictas rationes in approbatione etiam tanquam necessarium obseruatu cõstituisse videntur. Neque rationes Soti in contra tanti sunt pensi, vt sufficienter per allatas probationes, & maxime per illam ex sententia Diui Thomæ elicitam non fuerint repulsæ.

Notabl. ¶ Prætereá licet circa illam particulam istius quartę conditionis, scilicet, quod solutio pretij fiat pecunia numerata in solutione cuiusdam argumenti meminerimus suprà aliqui dixisse, tamen hic ne ordo prætermittatur, duo notanda diximus. Primò quod iu-
1. xta extrauagantem cum onus Pij quinti, est solutio pretij facienda in pecunia de præsenti numerata, tum quia extrauagans id decernit, tum quia contractus census est emptio, & emptio secundã naturã cõtractus soliti est fieri pecunijs. Nã si res pro re daretur, & nõ pecunia pro re, potiꝰ esset cõtractus permutationis, quàm emptionis tum, quia ad profligandas fraudes, quæ aduersus contractum hunc solent excogitari iura voluere inter pensionem sortemque principalem quandam proportionem seruari, quæ aliàs in censu seruari non posset, nisi eius pensio, & sors principalis in pecunia solueretur, ideoque vt in tertio libro Recopilationis sancitũ est census iam instituí non possunt, nisi de pecunia soluenda, & in reportorio pragmaticarum lib. sexto tit. 3. l. 2. stabilitum est, quod census antea in tritico, & oleo instituí reducantur ad pensiones pecuniarias ad quatuordecim pro vno. 2.

¶ Secundò notandum duximus circa illam particulam coram notario, & testibus, & in actu celebrationis instrumenti, quòd ideò Pius. V. hac solemnitate testium, & notarij, &c. voluit celebrari contractuum cẽsus, & solui pretium ad obsistendum facilitati hæc plus quàm plumbea onera censuum imponendi, quæ res publicas, & personas ciuium alioquim liberas veluti misera quadam seruitute opprimit, dum eorum bona fiunt tributaria, quia his obnoxia censibus, & tributis fiunt. Vide piè lector, & hinc conijce extrauagans Pij. V. quàm digna sit obseruatu, vtpote quæ tantum bono communi consulit.

¶ Ad hæc, & alia circa hanc conditionem Quæst.
perstant dissoluenda dubia, quorum est illud cuius supra meminimus, sed ne hic in suo proprio loco eius solutio desit, breuiter illud per Ratio.
stringimus, & soluimus, scilicet, possessio aliqua, vel iocale, licet non sic absolutè sumpta possint in pretium census dari, an suo pretio, & pecunia æstimata, quia tunc pecuniæ vices agunt, in census pretium possint impẽdi. Respondetur autem, quod licet stando iniure naturali, stando que in sola natura contractus id rationi, & iustitiæ non repugnaret, stante tamen iure positiuo disponente, quod pretium census numerata pecunia coram notario, &c. soluatur, palam est in re alia etiam pecunia æstimata, quia numerabilis non est pecunia, quæ numerari possit coram notario, pretium census non posse solui. Et vbi extrauagans in vsu recepta est, nullus esse iudicabitur talis contractus, si in realia etiam æstimata pecunia fiat. Imo dico, quod quia consultissima hæc dispositio est, vbi non est recepta vsu, in hac parte deberet recipi, & prelati, & gubernatores reipublicæ eius obseruationi deberent inuigilare.

¶ Quod si quis roget, an pensio annùi cen Quæst.
sus in alijs fructibus, scilicet, in tritico, oleo, vino solui possit, iam insinuauimus, quod stãdo in sola natura contractus, quia emptio fructuum licita est, nulla est in hoc repugnantia, quo minus fieri posset, sicut alicubi sic fieri cernere est, scilicet in aliquibus regionibus, tamen iuxta leges regni Castellæ ordinariè vsu receptum est pensiones census in pecu-

nia

nia solui ad succidendas fraudes, & thecnas.

¶ Hinc iam non solum ex hac conditione imo ex ipsis verbis Extrauagantis Pij. V. duo digna notatu corollaria colligere est, primùm quòd Primogenitus (vt exemplificat Metina in sua instructione vbisupra) qui debitor est magnæ summæ dotis maternæ, scilicet, octo millium aureorum, si hos aureos non sit soluendo: dum in mora est soluendi non potest super bonis suis matri consignare censum. At sic tamen posset conuenire cum matre dicens, ego non sum soluendo tibi nunc, ò domina, tuam dotem, impertiam tamen tibi quotannis, quod tibi alius pro censu præstaturus erat, sed hoc ego á matre secure admitti posse intelligo si in promptu erat ad eos insumendos in censum, & ad manum habebat cui eos ad censum daret. ¶ Secundum Corollarium est, quod infert Garcia illicitum prorsus esse hunc contractum, quem inuexit vius, vbi quis emens possessionem: cum totum eius pretium, vel partem eius statim non sit soluendo, super eam soluit censum pro parte pretij nondum soluta: donec creditori soluatur. Suffragatur Garciæ Metina in sua inst. qui ambo pariter & si via census sic contrahi posse negent, tum quia extrauagans Pij. V. vetat, ne contractus census nisi pecunia numerata instituatur, tum quia talis consuetudo ex falso fundamento processit, nempe ex l. curabit. C. de act. empt. & vend. malè intellecta, & perperam glossata á doctore Couarruuias in. 2. tomo variarum resolutionum lib. 3. cap. 4. cuius opinionem supra in materia de venditione nos confutabimus, & dicit se confutasse Garcia. 1. par. cap. 23. in responsione ad 3. argum. tamen vterque tam Metina, quàm Garcia via damni emergentis, aut lucri cessantis (si conditiones omnes requisitæ ad hanc re compensam exigendam concurrant) fatetur creditorem à morosо insoluendo debitore, vel à morosо insoluendo emptore posse interesse accipere vltra debitam sortem, cessante autem hac ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, quia expectatio solutionis pretij quodam mutuum implicitum est, non licet vendenti ad creditum interesse velle expetere. ¶ Tandem aduertendum est, quod quamuis, ex hac conditione, scilicet, quod numerata pecunia debeat institui census, satis elicie-

Corol. 1.

Corol. 2.

Nota.

batur non posse licitè institui census pecunijs debitis expensionibus iam excursis, quia tales pecuniæ non ita sunt præsentes vt numerari coram notario, & testibus queant, tamen Pius. V. ne vllus subterfugij pateret locus, expressis verbis id vetuit dicens, imo & censum augeri, & nouum creari super eadem vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti vel futuri omnino prohibemus.

¶ Deinde suo ordine sequitur quinta conditio census redimibilis, in qua continetur quod venditor census gaudeat facultate redimendi censum, vel in toto vel in parte vbi voluerit pro suo arbitrio, circa quam conditionem quia tria continent. 1. scilicet, facultatem redimendi censum concessam venditori. 2. quod per partes, vel in toto. 3. quod vbi voluerit. Circa primum perpendendum est non esse de natura contractus census in communi, quod fiat cum facultate concessa venditori redimendi censum: neque id esse necessariũ aliâs omnis census irredimibilis, & perpetuus, qui aucto pretio celebratur negata tali facultate redimendi, esset sua natura reprobatus, quem tamen vius acceptat: & comprobat, igitur ista facultas redimendi censum in duobus casibus necesse maneat apud venditorem census, primò quando venditor census sine isto pacto de retro sibi vendendo venditionis census non vult inire contractum; secundò quando emptor censûs tantũ commune pretium census redimibilis pro census emptione confert, neque pretium sufficiens pro irredimibili confert. Sed neque est contra naturam contractus census ista conditio. Nam cum contractus census ad contractum venditionis reducatur, fit subinde sanè, vt licut contractus venditionis iniri potest cum pacto de retrouendendo, sic etiam contractus census cum eodem pacto celebrari possit. Quare non sine matũro valde consilio, neque sine contemplatione boni communis, sed gratia in suam libertatem redigendi aliquando bona ciuium tantis census tributis mancipata, & grauata, vt aliquando ad suam libertatem possent aspirare tantopere oppressi ciues persanctè indixit lex vt venditores censuum sua bona suppositа cẽ sui à tali subiectione possent redimere: & tam graue onus obijcere.

Conditio. 5. tria continent.

¶ Circa verò huius quintæ conditionis secundam particulam, quòd redimi census hic possit in toto, vel per partes, doctores variè loquuntur. Scotus namque de iust. & iur. lib. 6. quæst. 5. artic. 3. conclusio. 4. sentit defectũ huius conditionis, scilicet, quod per partes etiam possit census redimi non præ se ferre

Quæstio.

ſpecimen vſuræ: ſed ſolum iniuſtitiæ. Nam conditio oppoſita. ſ. quod totus cenſus redimatur, ſi voluerit, venditor redimere alleuiat obligationem emptoris de retrouendendo: qua de cauſa dignus ſit cenſus maioris pretij. Nauarrus autem in ſupradicto commento num. 85. conditione. 5. contra Sotum tenet, aſſerens defectum huius conditionis. ſ. quod poſsit cenſus redimi per partes non ſolum notam iniuſtitiæ: ſed etiam notam vſuræ prætexere: quia dum contrahitur cum oppoſita conditione. ſ. quod non per partes, ſed ſimul redimatur à venditore cenſus totus, ſi velit redimere, datur pretiũ minus iuſto. At verò pretium minus iuſto in contractu de retrouendẽdo, qualis contractus iſtius cenſus eſt, præſumptionem vſuræ inducit in foro exteriori cap- ad noſtram de emp. & vend.

Variant Sotus & Na.

Arg. 1. ¶ Vt autẽ in iuſtitiam iſtius conditionis. ſ. quod poſsit redimi per partes examinemus arguitur pro parte negatiua argumento Soti, quod iſta conditio non ſit iuſta patet, nam vergit in magnum, & euidens detrimentum emptoris cenſus. Nã ſi ille emptor mille ducatis emiſſet ſeptuaginta in cenſum, & ille vẽditor cẽſus poſſet dãdo ſingulos ducatos ſeorſum, ſingulos ducatos ſortis datæ in cenſum redimere quoties vellet: quis nõ videat quantũ diſpẽdij emptori cenſus hinc immineat. Nã poſſet ille pecunia illa prædium emere: quo aleretur. Si autem tam minutatim pretium reciperet: id facere non poſſet. ¶ Confirmatur etiam narratio iuſtitiæ exigi, vt ſicut in emptione cenſus totum pretium fuit ſimul ſolutum, ita in redemptione cenſus: totum ſimul reddatur.

Confir.

Arg. 2. ¶ Secundò arguitur, quia in reliquis contractibus initis cum pacto de retrouendendo cum res ſic empta à venditore redimitur: nõ redimitur per partes: ſed ſimul tota: ergo & in cenſu redimibili, cum ſit contractus de retrouendendo non per partes: ſed tota ſimul fieri debet cenſus redemptio.

Arg. in cõ. ¶ In contrarium eſt autoritas extrauagantium, vbi hæc approbatur conditio. In contrarium quoque eſt: quia venditores huius cenſus vt in plurimum indigentia laborant, quæ eos cõpellit hæc grauia cenſuum onera ſuper bona ſua, quibus indigent ad victum imponere: ergo cum indigentia ſua eos imponentes reddat ad redimendum totum cenſum ſimul: ſi membratim & per partes redimere cenſus eis non liceat: iam tunc irredimibiles fient, & perpetui, quod in magnum præiudicium venditorum vertitur, præſertim cum pretio minori non competenti cenſibus perpetuis, ſed redimibilibus vendiderint eos.

¶ Pro deciſione quæſtionis præmiſſa diſtinctione, cuius meminit Garcia loco vbi ſupra, quid in hac quæſtione conſentaneum magis ſit iuri & rationi, ex varijs doctorum grauium ſententijs exceptum hic per concluſiones digeſtum dabimus. ¶ Diſtinctio autem trimembris hæc eſt, ſcilicet, pactum de facultate redimendi cenſum trifariam annecti poteſt huic contractui. 1. modo conueniendo, quod redimi poſsit nihil explicando in contractu, an totus ſimul ſit redimendus, an p partes. ¶ Secundo modo, quando contrahitur cum pacto quod redimi poſsit indifferenter totus ſimul, aut per partes prout maluerit cenſus venditor, nihil ſpecificè prædiffiniendo de quotis partium, per quas eſt redimendus. ¶ Tertio modo, dum inter contrahentes conuenit non ſolum quod poſsit redimi ſimul in totum, vel per partes iuxta electionẽ venditoris, ſed etiam præſignantur partes quoad quotã, per quas eſt redimẽdus. ſ. quod per partes quinquagenas redimatur, vel quod ſi non redimatur in totum ſimul quod non poſsit redimi per quotas, aut partes minoris tali aut tanta ſumma.

Diſtinctio trimẽbris.

1.

2.

3.

¶ Igitur à clarioribus incipiendo, ſit prima propoſitio, licitum eſt cenſum hunc redimibilem redimere per partes, tum etiam leges hãc redemptionem cenſus per partes licite & non ſine cauſa iuſta approbarunt. Hæc autem propoſitio patet, quia cum genus hoc cenſuum importabile ſit onus, quo bona venditoris ſic veluti captiua manent: conſentaneum rationi fuit vt facultas fieret venditori reſpirandi aliquando à tam grauiſsimo onere, illud à ſe excutiendo: & redimendo eo modo, quo commodius poſſet per totum ſimul, aut per partes.

Propo. 1.

¶ Secũda concluſio emptor cenſus, dũ illũ emit, licitè eam conditionem apponere poteſt: vt ſi membratim, & non totum ſimul venditor redimere velit, illum per tales quotas, & non minores redimere poſsit. Hęc autem concluſio patet, quia venditor cenſus ex hac appoſitione conditionis, nullum incommodum contra ius patitur: ſi pretium quod totum recepit ſimul, ſi velit poſtea redimere cenſum, aſtringuatur reddere per partes non ita minutas: ſed tantæ ſummæ. Et quia emptor cenſus ſic paciſcendo ſuæ conſulit indemnitati, dum ſic cauere ſtudet damnum

Concluſ. 2.

quod

quod alias subiret: si tam minutatim pretium reciperet, vnde prædium sibi comparare non posset, vel aliquid aliud, quo saluo se alere posset, quæ quidem conclusio videtur de mente Soti postquam probatio illius elicitur ex verbis eius, & quia iuri hoc non repugnat aperte.

Conclus. 3. ¶ Tertia conclusio secundum aliquos viros doctos, & pios huius temporis, si census redimibiles emptores emant à sic pauperibus, & indigentibus, quibus moraliter certò credi potest, quod nulla vsquàm præsua indigentia suppetet facultas eos redimendi simul non licitè eos emunt: nisi apponatur conditio, quod per partes mediocres illos redimere possint, vel nisi emendo augeât pretium. Hæc autem conclusio videtur fuisse fratris Ioannis de la Peña cathedratici olim Salmanticensis, quam tamen conclusionem videtur non admittere Sotus de iust. & iure. lib. 6. quæsti. 5. articul. 3. in probatione. 4. conclusionis hac motus ratione, scilicet,

Prob. 1. quia, vel ille pauper sit, vel census magnus contractum non mutat, sed probatur nunc nostra conclusio inuertendo contra Sotum eius rationem, quia eo ipso quod cum sic pauperibus, & indigentibus contrahitur, si totus simul census redimendum sit, conditio paupertatis & indigentiæ ipsorum mutat contractum, quia ex redimibilis census tractu, facit eum moraliter loquendo, præ impotentia, moraliter perpetua eum in totum simul redimendi, irredimibilem reddit que de facto, & à parte rei perpetuũ, ergo ista conditio paupertatis, & indigentiæ eorum, cum quibus contrahitur, non ita accidentaria est, aut extra rem (vt ait Sotus) vt non

Prob. 2. sit attendenda: quantum ad hoc quod hi pauperes astringi non debent ad redimendum in totum simul, nisi aucto pretio census. Secundò probatur suppositio, quod contractus census est actus iustitiæ commutatiuæ, quippe qui ad contractum venditionis reducitur, quòcirca æqualitatem inter contrahentes habet importare, tunc sic arguitur, si aliqua circunstantia intercedat in hoc contractu, quæ tollat æqualitatem inter partes, facienda est recompensa inducens æqualitatem augendo, vel minuendo pretium secundum quòd ratio iustitiæ suadet, & hoc nisi aliqua remissio libera, vel condonatio accedat: sed in hoc contractu ista circunstantia paupertatis, & indigentiæ tantæ vendentium censum, vt moraliter nunquam illum posse totum simul redimere speretur: inter contrahentes hanc infert inæqualitatem, quia in causa est moraliter loquendo, quod census irredimilis fiat, & perpetuus, quod in magnum emolumentum emptorum cædit, & in magnum venditorum damnum vergit, ergo vel non est tollenda istis libertas redimẽdi cẽsus per partes mediocris, vel augendum est pretium, quia hic ex parte venditorum indigentium contra Garciam nulla præsumi debet voluntaria, & libera remissio, aut donatio pretij maioris quod illis debetur. Confirmatur insuper, quia si isti pauperes, & indigentes vendentes censum super bonis suis, quæ parum illis emolumenti subministrant vltra id, quo indigent ad victum & vestitum, obligassent se ad nusquã talem censum redimendum, quia censum perpetuum tunc venderent, ratione istius obligationis deberent plus pretij recipere, sed isti præsua duratura indigentia, quia redimere censum nunquam poterunt, in re tantumdem præstant emolumenti emptoribus cum iactura sua, quantum si verbo, & scriptura ad nusquam redimendum se astrinxissent, ergo relinquendi sunt liberi, vt redimant per partes, vel augendum est eis pretium, vt sic contractus reducatur ad debitam æqualitatem. Occurrunt autem & menti rationes aliæ huius conclusionis probatiuæ, sed ex consultò consulentes breuitati missas facimus, licet essent satis iuridicæ.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio, quando venditores censuum ea sufficienia bonorum propriorum potiunt, vt moraliter ad redimendum censum totum simul potentes fore credantur, non videtur necesse esse plus eis augere pretium etiam, si ab emptoribus obligentur ad non redimendum per partes, sed totũ simul censum. Hæc autem conclusio idetur esse contra Sotum de iust. & iur. libro sexto, quæstione 5. articulo. 3. conclusio. 4. & contra Nauarrum commentario de vsura, numero. 85. quorum sententia contraria haberet locum si restringeretur ad casum in tertia conclusio. concluſum quando contraheretur cũ præsua indigentia, & impotentia verisimiliter nunquam censum totum simul redempturis. Nostra autem hæc quarta conclusio est Garcię quæ licet sententiam Soti, & Nauarri non videatur refutare, sicut neque nos omnino refutamus, tamen in hanc nostram magis videtur inclinare, quam non tam efficaciter videtur probare, quia solum ait, quando in hoc voluntariè consentit venditor, non augendum esse pretium etiam si facultas redimen-

dimendi per partes sibi adimatur, dum sibi fiat copia redimendi totum censum simul.

Propo. 1. ¶ Verum à nobis probatur primò, quia hæc nostra conclusio videtur confirmata vsu (ni fallor) dum in multis scripturis, dum contrahitur, apponitur ista clausula, scilicet, vt non possit redimi, nisi simul & semel totus, imo (si fides adhibenda est Garciæ allegantì experientiam, & vsum) census non sunt soliti redimi per partes, nisi de hoc pactum fuit à principio, sed simul in totum redimuntur, & tamen non augetur pretium, sed solum soluitur pretium legale, scilicet, quatuordecim millia pro vno mille ergo vera est nostra conclusio hæc. 4. quæ hoc ipsum

Prob. 2. dictat. ¶ Et secundò patet quia nihil præ se ferre videtur illicitum, aut iniustum, si pretium, quod simul, & semel emptor census soluit in totum, nolit admittere, quòd sibi reddatur (si venditor voluerit illud reddere) nisi in totum simul: & non membratim.

Prob. 3. ¶ Tertiò probatur, quia census redimibilis contractus est quidam contractus venditionis includens pactum de retrouendendo. At verò in contractu venditionis cum pacto de retrouendendo, cùm pactum executioni mandatur, scilicet, quando reuenditur, non redhibetur à primo emptore prerium reuenditionis per partes, sed in totum simul, neque hoc iniustum reputatur, etiam si ordinarium pretium, quod valet res vendita cum tali pacto non augeatur, ergo ordinarium, & legale pretium census redimibilis non est necesse augeri, eò quod redimendi per partes facultas adimatur, dum facultas eum totum simul redimendi venditori census relinquatur.

Quæst. An possit redimi per partes. Argum. ¶ Insuper inquisitione res digna est, an quando census contractus celebratur, si nulla fiat mentio in facultate, quæ conceditur venditori redimendi an per partes, aut in totum simul redimendus sit, facultas sit relicta venditori redimendi per partes, videtur autem, quod dum nihil de hoc conuentum est inter partes propter argumenta facta à

Argum. in contra. principio redimendus sit census in totum simul. ¶ In contrarium autem videtur esse quod extrauagantes, prout verba sonant, faciunt facultatem venditori in totum, vel per partes redimendi censum. Dicendum est ergo cum Garcia, quod cum huius difficultatis intelligentia potissimè ex interpretatione illorum verborum dependeat, scilicet,

Sensus duplex extr. quod census hic redimi per partes possit, verba hæc in duplici sensu accipi possunt, Primò vt sit sensus istorum verborum extrauagantium, quod venditor census redimendi censum per partes facultate potiatur, iuxta quē sensum, si verus, & legitimus esset, redimendus esset cēsus per partes, etiā si huius expressa mentio prætermissa esset in contractu, quia ad hoc satis esset copia, quam sic redimendi fecissent extrauagantes. Secundò vt illorum verborum sensus sit, scilicet, huius contractus naturæ non repugnare redimi posse per partes, huiusque pacti capacem esse si de eo partes interse conuenerint à principio, ex quo sensu inferre non licet posse postea venditorem census per partes redimere censum nisi de hoc in actu celebrationis contractus actum fuerit. Ex his verò sensibus priorem tanquam illegitimum reijcit Garcia, eo quod contrarius sit consuetudini, quæ interpretatrix solet esse legum, accedente etiam experientia docente nunquam huiusmodi census redimi per partes, nisi de hoc tempore ineundi contractus interuenerit stipulatio, quam Garciæ Sententiam duplici nomine videor approbare, tum quia experientia, & vsu confirmatur, tum quia extrauagans cum onus Pij. V. quæ limatius de conditionibus requisitis ad constitutionem census redimibilis pertractat huius conditionis quod possit redimi census per partes non meminit, neque eam vt necessariam indixit. *Sent. Garciæ approbatur.*

¶ Igitur ad primum argumentum pro parte negatiua allatum respondendo solum probare concedimus, quod vbi non præcesserit pactum de censu redimendo per partes, redimendus sit totus simul, hoc autem non tollit quin iuxta naturam suam sit capax, vt possit redimi per partes, si de hoc à principio inter partes conuenerit. *Ad. 1. arg.*

¶ Ad confirmationem respondetur, quod licet ratio iustitiæ videatur à prima facie exigere, vt sicut totum, simul pretium in emptione census soluitur, totum etiam simul in redemptione census redhibeatur, tamen ex consultis rationibus, si velit emptor census hanc acceptare conditionem vt per partes redimatur, sibi non fit iniuria, tum quia extrauagantes venditori census hanc apponendi conditionem, vel non apponendi optionem faciunt, vt suæ indemnitati consulat, ne forte si non fit redimendo in totum, & non conueniat de redimendo per partes, census perpetuus, & redimibilis exinde fiat, tum quia emptor census cum non tanta necessitate coactus illum *Ad confir.*

cen-

censum emat, non præsumitur quod inuoluntarius talem conditionem acceptet, quocirca iuxta regulam iuris scienti, & volenti non videtur fieri iniuria, tum quia tanta est oppressio. quod contractus census venditori census affert, vt merito (sicut Metina & Garcia autoribus) tantò minus est de iniustitia contractus suspectus: quantò auctius pro censu hoc soluitur pretium, ita magis abest ab iniustitia, & à magna oppressione, quãto venditori maior fit gratia, scilicet, vt per partes illum redimere possit.

Ad.2.arg. ¶ Ad secundũ verò argumentum respondetur non nihil esse discriminis inter contractum census, etiam si sit cum pacto de retrouendendo, & inter alios contractus simili pacto initos, in quo discrimine fundatur dispositio extrauagantium permittentium, seu disponentium, quod per partes hic census possit redimi, si de hoc conuentum sit á principio iuxta glossam assignatam, & legitimum sensum. Ratio autem discriminis est, quia in contractu census inuenire est certam proportionem inter pretium, quippe quod sors principalis est, & inter ipsam pensionem census, quatenus cuilibet quotæ seu parti pretij proporcionabilis alia pars pensionis correspondere liquidò potest, sicut si imaginemur super domum institutum esse census, cuius sors principalis fuit centum aurei, & pensio correspondens fuit. 5. pro. 100. planum est cuilibet quotæ. xx. aureorum capitalis pretij, correspondet vnum in pensione, & sic proportionabiliter in alijs censibus. At verò si pro. 100. aureis vinea vel domus venderetur & emeretur cum pacto de retrouendendo, nulla pars domus, vel vineæ ita proporciona biliter, & determinate responderet partibus pretij, ex quo liquet censum hunc per partes posse redimi ad sensum prędictum, non autem ita commode alias venditiones cum simili pacto initas.

Ratio discriminis.

Quæstio. ¶ Circa illam particulam quintæ conditionis vbi indulgetur venditori, quod possit redimere censum vbi voluerit, dubium quoque oritur vtrum talis particula necessaria sit obseruatu. Nam Sotus de iustitia, & iur. lib. 6. quæst. 5. articul. 3. tertiam conclusionem statuit cõtra hanc particulam, quæ in forma est, hæc licitum etiam est, neque vsuræ saporem habet census emere cum pacto de retrouendendo cõstituto tempore tam illo ante quod non sit vẽditori redimendi facultas, quã illo citra quod si non redimatur, nulla fiat reliqua vltra redimendi facultas, sed census maneat perpetuus, fatetur autem Sotus imo defendit contra Mirandam hanc suam conclusionem eisdem extrauagantibus Martini, & Calixti non esse damnatam, quia illa particula in contra, scilicet, quod venditori vbi voluerit, redimendi suppeta, facultas licet fuerit in narratione extrauagantium præinserta, non tamen vt necessaria ad cauendam vsuram est admissa. Nam quò minor est in venditore redimendi facultas minor est effigies mutui, quia maior est ratio emptionis, probat autem suam conclusionem, quia potuit emptor perpetuum emendo censum, facultatem omnino redimendi auferre venditori, ergo potest facultas illa ei concedi pro eo tempore, quo inter ipsum, atque venditorem conuenerit, dum tamen, quia ista conditio quod non ante tale tempus redimatur, vel neque post, si tempore præfixo redemptus non fuerit, quia in aliquale leuamen emptoris cædit, & in aliquale grauamen venditoris vergit, pretium ea ratione aliqualiter augeatur. Veruntamen quod supra meminimus causa ordinis seruãdi repetentes dicimus, scilicet, quod quanuis conclusio Soti non sit ex se contrarius naturale & diuinum, est tamen contra ius positiuum, præsertim contra extrauagantem, cum onus Pij. V. vbi sic dicitur, Volumus etiam cẽsus pro eodem pretio posse extingui non obstante longissimi temporis, &c. & non obstantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, ita fatetur Metina in sua instructi. post vltimam conditionẽ, quæ iuxta ordinem quem seruat est hæc, scilicet, quod redimere censum non obligetur intra tantum tempus, sed quando voluerit vẽditor, post hoc autem subiungit quod excepta hac vltima conditione, quatenus continet, quod non possit obligari venditor ad redimendum censum, omnes aliæ conditiones non sunt de iure naturæ, neque diuino, verũ sunt de iure positiuo, obligante ad mortale, si oppositum fiat, & inualidante contractum, sed de hoc supra dicta sunt plura. Quibus ad maiorem intelligentiam huius quintæ conditionis, & particulæ illius in ea contentæ, scilicet, quod facultas insit venditori census cum redimendi quando voluerit, addimus tria genera pactionum per hanc particulam vetari. Primò prohibetur pactio arctans venditorem ad non redimendum ante tantum temporis. Secundò, interdicitur pactio astringens ad redimendum intra tantum tempus taliter, quod si intra id spacium temporis non redimatur, deinde fiat irredimibilis, & perpetuus.

Senten. Soti.

Senten. aũthoris.

Triplex pactio hic prohibita.

Tertiò

Tertiò vetatur pactio, qua conuenit cum venditore emptor ne possit venditor censum redimere, nisi annuatim in principio anni, hæc omnia & similia pacta vetita esse liquet, siquidem cauetur venditorem eum posse redimere, quando voluerit, & post quam est in eius optione, & libertate tempus redimendi, ita Garcia. 2. parte. de contractibus cap. 4. pag. 143.

CAP. LX. *De conditione sexta, scilicet, quod venditor census ad eum redimendum astrictus non maneat, an de iure naturali sit requisita. Et de condit. septima, scilicet, quod destructa re extinguatur census: quæritur an in vtroque foro sit necessaria, & an hæc conditio septima in censu perpetuo sit necessaria. De conditione octaua, consona rationi, scilicet, quod possessio reddat æquales fructus pensioni, dubia per extrauag. diffinita hæc, quæ extrauagans in pœna commissi & alijs contrariatur legi Castellæ.*

Conditio. 6. census. IAm suo ordine, quem seruat Nauarrus sexta se offert conditio, quæ super omnes est necessaria, & de iure naturali est requisita, quippe quæ tollit rationem mutui, ac per consequens tollit rationem vsuræ, ea nempe est, scilicet, quod venditor census ad redimendum censum astrictus non maneat, & hoc est dictu quod nequaquam fas est censum emere cum pacto retroemendi putà obligando venditorem, vt eundem redimat eodem pretio, vel minori, nisi fructibus in sortem computatis, ita vt nihilo plus emptor recipiat, quàm tribuit, hæc est conditio extrauagantium Martini, & Calixti, quæ quamuis illic non haberetur est per se ipsam manifesta. Nam proculdubiò vbicunque traditur pecunia, vel res quælibet vsu consumptibilis cum pacto eandem rursus, vel eius valorem recipiendi, & aliquid vltra sortem illic vsura vel patet, vel latet. Si quis ergo mille ducatis censum emit, qui illi quotannis quinquaginta reddit, venditorem cogens vt iterum eum redimat, tutum reddit capitale suum, quod idcirco reuera mutuat, & vltra sortem recipit rei fructus. Hæc ergo est radix vsuræ in huiusmodi contractibus.

Nota. ¶ Dixerim cum accipitur aliquid vltra sortem ex pacto, quia nihil vetat rem emere sic cum venditore conueniendo, vt si tibi ementi infra certum terminum displicuerit, rescindatur contractus dummodo perceptos fructus in sortem annumeres. Nam authore Soto lex regni hoc etiam sanxit. Secus autem esset, si optio redimendi non in emptore census, sed in venditore maneret, quia tùc nisi aliundè iniustitia adesset, nihil esset iniquitatis in tali contractu, quia tunc seruaretur conditio extrauagantium Martini, & Calixti.

Ad argu. ¶ Iam vero supra argumenta quæ contra istam. 6. conditionem conficta sunt dissoluimus, non enim valet argumentum hoc, scilicet, illa conditio, quod emptor census non possit repetere suam pecuniam est fauorabilis venditori, & onerosa emptori: ergo emptor augendo pretium, sicut & alius tertius sic augendo, poterit eam tollere à contractu, quia negamus consequentiam, nam cum alio tertio non interuenit mutuum. At verò cum isto emptore hac de causa, scilicet, tollendi hanc conditionem augente pretium & sic contrahente resultat mutuum sortis, quam mutuat cum lucro. Vnde destruentes se tunc hi contractus pariunt hanc malam filiã. s. vsuram. Hinc conijce quid sit dicendum quando integrũ manet vtrique tam venditori, quam emptori reciproce pretium posse reddere, & pretium posse repetere, quia etiam contractus hic implicat mutuum cum vsura.

Condi. 7. ¶ Præterea occurrit iam septima conditio, scilicet, quod destructa, vel perempta hypotheca speciali, supra quam fundatur census, extinguatur, & census, de qua conditione ab aliquibus dubitatum est, an sit necessaria, tamen præmittendum est primò iam liquido hanc conditionem septimam contineri, & mandatam esse seruari in extrauaganti cum onus Pij. V. vbi sic in forma habetur. Postremò census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructosa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante. Iam nunc pro necessitate huius septimæ conditionis indaganda arguitur pro parte negatiua quòd non sit necessaria omnino. Et primò sic, quia si omnino esset necessaria, esset expresse contenta in textibus illarum duarum extrauagãtium Martini, & Calixti. Nam eius quod erat necessarium ad constitutionem census redimibilis meminere, at verò expresse ibi ista conditio, scilicet, quod perempta re supra quam fundatur census pereat, & census, in illis extrauagantibus non habetur, quia

Quæst. Argu. 1.

ibi

ibi tantum expresse interdicitur facultas repetendi pretium etiam perempta tali re, non tamen expresse tollitur facultas exigendi pensionem perempta ea re, ergo hæc conditio nō est omnino necessaria, quia si esset, auctores harum extrauagantium eius meminissent.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur argumentum Soti, quia institutione huius census redimibilis non solum manet obligata cēsualibus pensionibus persoluendis possessio ipsa, quæ est hypotheca specialis supra quam instituitur census, sed etiam ipsa venditoris census persona, imo & alia eius bona solita sunt ad hoc obligari, & obligata manere: ergo extincta hypotheca speciali census, non extinguitur census. Antecedens patet ex forma introducta contrahendi hunc contractum, & probatur consequentia. l. seruo. C. de pig. vbi sancitur quod disparente pignore non ideò creditori extinguitur ius exigendi debitum.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia in constitutione census virtualiter emuntur fructus, quorum loco per viam redemptionis fructuum succedunt pensiones pecuniariæ, quibus redimuntur, vt prædictum est, sed quando ex possessione specialiter supposita census non demetuntur fructus etiam ex casu fortuitò, & sine culpa in aliquo anno, nihilominus non liberaretur census venditor à persoluenda pensione pecuniaria illo anno, ergo pari ratione re illa fructifera perempta, aut omnino inutili facta non extinguetur census, neque ab eo soluendo immunis fiet eius venditor, quia eadem videtur ratio de pensione annuali sterili manente re illo anno & de omnibus pensionibus percipiendis post quàm perijt, aut omnino inutilis est facta possessio.

Argum. 4. ¶ Quartò arguitur contra illam particulam conditionis. 7. scilicet quod perempta, & destructa pro parte, aut inutili facta possessione fructifera cēsui subiecta pro rata extinguatur, & pensio, quia in contractu conductionis fructuum per plures annos, conductor eorum obnoxius sit ad omnem pensionem integre exsoluendam etiam si ex possessione conducta aliquo anno integros non referat fructus, sed tantum partem illorum: ergo pari ratione infructifera, vel inutili in parte facta possessione supposita censui, nihilominus integre erit persoluenda pensio, nque enim apparet aliqua discriminis ratio.

Argum. in contra. ¶ In contrarium est prædicta extrauagans Pij. V. cum onus quæ insinuat hanc septimam conditionem esse necessariam.

¶ Sit igitur ad quæstionem responsiua conclusio hæc septima conditio, scilicet, quod census omnes creandi re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, ad ratam debent perire est conditio necessaria in vtroque foro tam in foro conscientiæ, quàm in foro exteriori, hæc est contra Sotum de iust. & iur. lib. 6. quæstione. 5. articulo. 1. penes finem. est tamen Nauarri, Metinæ in sua instructione, & Garcia locis citatis, patet quia expresse in illa extrauaganti cum onus, continetur non obstātibus quibuscunque. At etiam, vt in responsione ad primum argumentum ostēdemus Martinus, & Calixtus in suis extrauagantibus regimini eam tanquàm pro constanti præsuppositā non expressere. Probaturque nō inefficacibus rationibus. *Prob. 1.* Primo, quia vt Nauarrum in commento de vsura ait numero. 83. census cōstitutus supra possessionem fructiferam habet se respectu illius sicut accidens respectu sui subiecti, at vero accidens huiusmodi est naturæ, vt corrupto suo subiecto corporaliter, totaliter & ipsum corrumpatur, & corrupto pro parte, pro ea parte quoque corrumpatur, ergo pari ratione extincta totaliter possessione, totaliter debet extingui, & census, & extincta pro parte, pro parte etiam debet census finire. *2.* ¶ Secundò probatur, quia si verum est, quod in hoc contractu venduntur fructus rei censui suppositę, qui redimuntur pecuniaria pensione à venditore census (alioquin sine causa apponeretur à Pio. V. quod census non crectur nisi supra rem fructiferā): cum contra naturam contractus emptionis, & venditionis sit, quod venditor obligationem subeat conseruandi rem emptam, & eam perpetuò assecurandi cum fructibus eius etiam si casu fortuito pereat, quia secundum ius, toto titu. ff. & C. de pericu. & commod. rei vend. res empta post traditionem ipsius emptori eius, & non venditori perire debet, sequitur quod contra ius sit, & contra conscientiam, quod perempta possessione supposita censui, quæ in contractu census emitur propter fructus, aut eius fructus emuntur, pensiones quæ loco fructuum succedunt iam deincepś exigantur. Quia hoc perinde esset iniquum ac si quis emptor equi post eius traditionem sibi factam contenderet, vt ex vi contractus emptionis venditor equi etiam ipso equo moriente perpetuò locationis eius pensiones exoluere, sed & de hoc suprà cum an duæ speciales hypothecæ in constitutione census possent

sent exigi differebamus, plura nos dixisse meminimus, quare nihil est quod in his amplius immoremur, sed solum argumentis propositis faciamus satis.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primum argumentum respondemus, primò ex mente Nauarri illo commento numero 80. quod si Martinus, & Calixtus huius septimæ conditionis expresse non meminere, huius causa non fuit, quia non censerent eam esse necessariam, sed quia hoc non esse in dubio, sed extra controuersiam esse existimarunt videntes, quod sicut cemento, in quo innititur paries sublato de medio, fieri non potest quin simul ipse ruat paries, sic fieri non poterat, quin euersis dirutisque possessionibus in quibus veluti in fundamento innitebatur census, pariter & ipse census periret argum. c. cum cessante causa debeat cessare effectus de appella. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. Quia vero id solum in dubium reuocabatur, vtrum consumptis possessionibus, quia censibus quoque finis imponebatur; capitale restituendum esset, ad id dubij Pontifices respondere dicentes non fore ab emptoribus redhibendum.

¶ Tum secundò, quia extrauagantes prima, & secunda de emptio. frustra intendissent id dubij, de quo maximè quærebatur, scilicet, an consumpta re ab emptore redhibendum esset pretium census declarare, nisi præsupponeretur, vt constitutissimum, & certum peremptæ destructæque possessionis censum iam esse finitum, neque fore pendendum à tempore destructionis. Nam si adhuc post perditam, aut inutilem redditam possessionem, census persoluendus esset, quæ nam ratio tunc dubitandi occurrebat, vt benè arguit Nauarrus, an pretium esse redhibendum, si perseueraret causa, ob quam a principio datum est, scilicet, pensio census.

Nota. ¶ Secundò adijcimus quod quando rationes supradictæ non concluderet hanc septimam conditionem esse in vtroque foro necessariam, satis esset ad eam in vtroque foro obseruandam Pium. V. in sua extrauagante tam eam strictè voluisse obseruari non obstantibus quibuscunque.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum vero argumentum ex parte Soti allatum iam supra respondimus, sed & nunciterum respondemus personam, & alia bona vendentis censum redimibilem super speciale possessione ab ipso signata constituibilem ab emptore census non posse obligari licite ad assecurandam, & perpetuandam solutionem pensionis post specialis hypothecæ, in quo fundatur consummationem, & extinctionem propter multas conuincentes rationes superius allatas. Fatemur tamen obligationem personæ venden tis censum, sicut & aliorum eius bonorum secundariò licite posse assumi ab emptore census, velut in fideiussionem, & securitatem tantum, quod fideliter sibi soluentur pensiones census, dum specialis hypotheca supposita censui perduraverit, non autem post eius interitum, aut consumptionem, sed quia de his plura supra diximus, ad solutionem argumenti sufficit hæc pauca repetiuisse. Nam iuxta hanc distinctionem interpretandum est ius. l. seruo. C. de pignor. vbi cauetur, quod disparente pignore, non ideo creditori extinguitur ius exigendi debitum. Quia intelligitur lex loqui in contractibus personalibus, vbi persona personaliter, & principaliter obligatur, & secundario ratione obligationis personæ obligantur alia eius bona, ibi enim peremptis bonis, quæ vices pignoris subibant, creditori adhuc non extinguitur ius exigendi debitũ, quia adhuc persona quæ principaliter solutioni erat obnoxia est superstes.

¶ At vero incẽsu redimibili, quia emptio est census realis, persona vendentis, & alia eius bona excepta hypotheca speciali subiecta censui, principaliter, & absolutè, & in omni casu non obligantur, nisi ad pensiones soluendas dũtaxat durãte hypotheca, vel de eius euictione si ab alio euincatur: non autem post eius extinctionem, aut euersionem. Nota.

¶ Ad tertium argumentum, respondetur, non nihil esse discriminis inter id, id quod in isto tertio argumento assumitur, & inter id quod concluditur, quia quãdo aliquibus annis pereunt in totum, vel in partem fructus possessionis censui suppositæ, ipsa adhuc possessio in extincta perseuerat, quæ radix, ac fundamentum est obligationis soluendi pensionem, & in potentia, virtuteque fructificandi manet, atque iccircò soluendi pensionem non extinguitur obligatio. Cæterum quando res specialiter suppositæ censui perit, perit pariter & obligationis pendendi censum fundamentum, & sic pereunt fructus non per annum, sed in perpetuum.

Ad. 4. arg. ¶ Ad quartum argumentum solutio consistit in assignanda disparitate inter contractũ census redimibilis, & inter contractum conductionis fructuum, quam assignat Garcia

cia de contract 2. part. cap. 4. pag. 127. est igitur differentia, quia in contractu conductionis fructuum, pars fructuum, quę quotannis pro tempore conductionis demetitur est velut fundamentum in quo firmatur obligatio totam soluendi pensionem, siquidem obligatione se deuincit conductor ex soluendi integram pensionem pro integrè sibi vendicandis fructibus, quos quotannis tulerit possessio conducta, siuè prosperè res cedat, siuè aliter, & sic vendicando sibi omnes fructus maximè quando iactura, & sterilitas vnius anni recompensatur cum fertilitate alterius, manet astrictus ad soluendam pensionem. Nam etsi illi modici fructus, qui aliquo sterili anno colliguntur sint veluti pars respectu fructuum, quos alijs annis possessio conducta proferebat, aut producere poterat: tamen si conferantur ad fructus tali sterili anno percepti, non sunt pars fructuum illius anni: sed aliquid totum: & sic verum non habet si dicatur, quod pro parte fructuum soluatur tota pensio, imo pro omnibus illo anno collectis, siuè tenues sint, siuè vberes, soluitur.

Ratio bona. ¶ Verum in censu redimibili, quia obligatio ipsa pendendi censum quotannis sita est in possessione specialiter subdita censui veluti accidens in suo inhærens subiecto, hinc sequatur, q̃ sicut accidens corporale extensum per subiectū corrupta parte subiecti, & ipsum pro parte corrumpitur: ita euersa, & extincta in parte possessione in ea ꝓportione extingui tur pēsio à principio consignata in creatione cēsus. Vtraq; igitur obligatio in contractu cōductionis, & censu secundū Garciam fundā-

Duplex totalitas. tur in totalitate. Nam in contractu conductionis obligatio soluendi pensionem in totalitate, quam habebunt fructus, siuè sint vberes, siuè modici fulcimentum habet. At verò in contractu census obligatio pensionis soluēdæ in totalitate, & integritate possessionis subiectæ censui soliditur, & firmatur, qua tempore creationis census super eam præstabat, quæ quidem integritas, & totalitas, cum sit vna numero, si extenuetur in ea proportione extenuanda pensio census erit.

Quæstio. ¶ Prætereà inquisitione opus est, an in censu perpetuo, & irredimibili hæc septima conditio obseruatu necessaria sit, scilicet, quòd extincta in toto, vel in parte possessione subiecta censui pro rata extinguatur sensus. Igitur alicui videbitur forsan conditionē hāc in censu perpetuo non esse prærequisitam, cò quòd de ratione census irredimibilis est perpetuitas. Huiusque sententiæ videtur esse Sotus, qui de iustitia & iure, libro sexto, ait quæstione quinta, articulo primo, penes finem, id neque in censu redimibili esse obseruatu necessarium, neque in bullis ideo esse cautum, scilicet, quòd si res super quibus constituitur census perierint emptor cogi deinceps nequeat ad soluendum censum. Quare consequenter in articulo secundo, ad secun- *Sent. Soti.*
dum argumentum respondet per distinctionem, quod quando perpetuus census super bonis incertis constituitur, scilicet super his quæ homo possidet, possessuruse est: tum obligatio ad hæredes venditoris census permeat, siue in bona, quæ tunc venditor habebat succedant, siuè illis interemptis in alia, quoniam omnia illa sunt eidem solutioni obnoxia, & ideò hæredes tunc ipsi sibi videant: dum hæreditatem acceptant. Nam qui censum vendidit, potuit sua præsentia futuraque bono illo innodare vinculo. Quando verò census constituitur in hanc rem consignatam non prorsus perpetuam qualia sunt ædificia: neque alia hypotheca contractus firmatur, non prorsus censetur perpetuus cē sus, sed tantum quantum res duratura est: & persona, quæ vendit fuerit superstes. Nam illa personalis obligatio, non succedit in hæredes: nisi ratione illius signatæ rei. Hæc Sotus ait in forma. Vnde inficiari non possumus eius sententiæ fuisse, scilicet, quod perēpta hypotheca speciali census perpetui, quia obligatur, inquit, & persona ad persoluendum censum, venditor maneat astrictus, quid quid sit de hæredibus in quo iam distinxit, maneat in quam ad hoc obligatus dum fuerit superstes, non hoc ex doctrina Soti mihi vi- *Sent. auto.*
deor colligere. Cæterum haud dubium est, quin etiam in censibus perpetuis hæc septima conditio necessario sit obseruanda, tum, quia de mente Nauarri commento de vsura, numero. 87. hoc videtur esse, qui inibi ait omnem emptionem census etiam antiquorum aliquam speciem vsuræ præseferre, nisi hac conditione, & alijs honestetur. Neque census noui, qui de nouo creantur etiam si sint perpetui cum pacto eos non redimendi instituti ab hac mala specie vsuræ absunt, nisi hac septima conditione, & alijs á iure, & à summis Pontificibus positis circumuallentur. Tum propter, plures rationes haud contemnendas, quibus aduersus Sotum confutabimus census personales institutos super meram personam, & non supra rem, qua peremꝑta pariter & ipsæ pensiones census extinguerentur, de hoc plura á nobis dicta sunt

supra, quare hic nihil iterum inculcandũ esse duximus.

Quæstio. Condit. 8. ¶ Deinde iam tandem de octaua, & vltima conditione redimibili census agendum venit, scilicet, an sit necessaria, ea nempe est, scilicet, quòd possessio fructifera supra quam instituendus est census tantundẽ redditus reddat, quanta est quota pensionis quotannis soluendę, quę quidem conditio sub alijs verbis, quæ in idem redeunt explicari solet, scilicet, quòd possessio supponenda censui tãtæ æstimationis sit, quantæ sit sors principalis pretij. Hæc autem conditio multum consentanea rationi & æquitati esse videtur. Nam cũ contractus hic emptio quædam fructuum sit illius rei: quæ supponitur censui, ratio ipsa exigit, vt quò contractus iustus sit, res ipsa tantũ reddituum, aut fructuũ ferat regulariter, quãtum licitum est proportionabiliter respondere sorti principali. Etenim iuxta valorem rei, res fructus, aut redditus afferre solet. Quocirca si vinea, domus, nõ plusquàm quinquaginta aureis æstimaretur, super eam cõstitui sors aureorum centum non posset. Nam præsumptioni iuris repugnaret posse possessionem tãtum valentem quinquaginta, fructus ferre: nisi iuxta quinquaginta aureos, quos valet. Cũ ergo pensio census loco fructuum emptorũ succedat, consequens fit rem supponendam censui tantum fructuum afferre oportere, quanti pensio quotannis soluenda fuerit valoris.

Conditio 8. Consona rationi.

Quæstio. ¶ Iam hæc conditio, an tantum quoad cõmodius esse, aut necessario absolutè ad constitutionem census requiratur, dicendum venit. Fuerunt autem nonnulli, qui hanc conditionem octauo duplici nomine refutandam, vt superfluam esse autumant. Tum, quia ex prædictis extrauagantibus elici non videtur: tum etiam, quia magis in fauorem ementis census inclinare videtur, quàm vendentis. Siquidem iuxta secundam conditionem relinquendo emptori cum suo censu possessionẽ libere vendit. ¶ Nihilominus necessariam eã esse extimamus, tum ad æqualitatem contractus seruandam (vt prædiximus) tum quia omnis emptor sic suæ indemnitati solet consulere nullatenus supra possessionem emendo censum, nisi intellexerit tanti pensi esse, vt censum possit reddere, tum, quia autore Nauarro in huius rei gratiam allegante Angelũ verbo vsura. 1. §. 7. & Maiorem in. 4. dist. 15. quæst. 46. & Syluestrum verbo vsura. 2. q. 6. qui emit possessiones, vel animalia, quibus vẽditores carent, vel vltra quam habent, eisdẽq; venditoribus locat vsurariam rem exercet, cui absimilis non est emptor census, qui eum supra nullam possessionem, aut minus reddi tus, aut fructus, quam sit pensio census afferẽ tem constituit, vt supra etiam nos diximus.

Obiectio.

Responſ.

¶ Ex prædictis tandem cum Garcia de cõtractibus. 2. part. capit. 4. pagin. 112. hoc inferimus corollarium, scilicet, quòd si possessionis alicuius æstimatio. 400. aureis constat, talis possessio quatuor censibus supponi potest quorum sortes principales singulæ seorsum centum aureorum sint. Siquidem tunc pensiones eorum omnium, redditus, vel fructus eiusdem possessionis non excederent in valore. *Corol. 1.*

¶ Ex quo etiam secundum hoc quoq; corollarium licet elicere, scilicet possessionẽ æstimatam centum aureis, & nihil plus valentem iam grauatam censu, cuius capitale fuit centũ aurei, alio censu grauari non posse quantocũque minimo. Sunt etenim iam fructus eius præempti per constitutionem primi census: atque ideò citra iniustitiæ notam alteri venũdari nequeunt. *Corol. 2.*

¶ Demum perpendendum est iam per decretum extrauagantis. c. cum onus Pij. V. circa hanc materiam census dubia hæc iam cessasse, cum fuerint ibi apertè diffinita primum est, an emptor census pro eo, quod cõferebat potestatem alienandi hypothecam census vẽditori, valeret laudemium, vel aliquid tanquã partem pretij recipere, sicut in emphyteosi cõtingit. Vnde iam per prædictam extrauagantẽ pars negatiua, cui accesserat olim Sotus loco, vbi supra est diffinita, scilicet, quod laudemium soluendum non sit, quia diuersa est ratio, secundum Sotũ. de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 2. in census hypothecæ alienatione: & in alienatione emphyteoticæ possessionis, quia possessio hæc quantũ ad proprietatem, pertinet ad dominũ directũ. At si credendum est Soto, possessio, quæ est hypotheca specialis census nõ pertinet, quoad proprietatẽ, ad emptorẽ census, & in hoc sibi videtur fauere extrauagãtis diffinitio. *Dubia iam diffinita per extrauag.* 1.

¶ Illud etiã dubiũ, an bona vendentis census, dũ ampliſsima sunt: possit emptor census ad maiorem cautelam sic in pignora sibi addicere, vt nullatenus venditor census ea possit diuendere, neq; vlla ratione de illis disponere, aut illa impignorare alteri, quod tãquam importabile onus ibi reprobauerat Sotus, diffinitum suprà manet, dum duas speciales hypothecas singulas per se sufficiẽtes ab emptore cẽsus, p vno eodẽq; cẽsu 2.

exigi

exigi licitè non posse diffiniuimus. ¶ Præterea & illud dubium cuius partem affirmatiuã amplexatus fuerat Sotus allegans ibi lege Tauri. 68. esse approbatã, scilicet, quòd qui vno vel duobus annis non soluerit censum, eisdẽ obligatis possessionibus spoliatur, iam manet per extrauagantem Pij. V. dilutum: dum ait, quòd pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint, & nulla. Quare hinc videtur annullata illa lex Tauri. 68. à Soto allegata, & lex. 1. tit. 15. Recopilationis nouæ legum, tit. de censibus, tributis, & hypothec. vbi cauetur, quòd executioni mandentur pœnæ appositæ in contractibus censuis etiam, si graues fuerint, pœnam quoque commissi sibi adiectam affectui mandari lex sancit. Quare censemus istam sanctionem Pij. V. in hac parte recipiendam esse, & vbi recepta est leges prædictæ Hispaniæ non habere locum: Nam vt nimis rigidas eas non approbauerat Nauarrus in additionibus addens in regno Nauarræ temperatum, & correctum esse ius ciuile, sic scilicet, vt si pœna commissi apposita fuerit in censu, qui morosus fuit in soluendo non perdat hæreditatem, sed vendatur hæreditas ad recuperandas nondum solutas pensiones: & principale, & reliquum pretij redditur domino hæreditatis, sed hæc correctio iuris, quæ obseruatur Nauarræ non videtur sine difficultate transire. Vnde Metina Complutensis rigidam extimauit esse pœnam, pœnam commissi in censibus.

Extrauagãs Pij. V. hic cõtrariatur legibus regni.

Monitio.

¶ Vnde admonitos esse volo omnes, qui de conditionibus, quibus creandi sunt census, sunt præbituri consilium, vt iuxta Pontificum Martini, Calixti, & Pij. V. præscriptam formam potius, quàm secundum iura ciuilia, si in aliquo huic perscriptæ formæ aduersentur, institui census consulant. Nam ea potestate sunt donati adeò summi Pontifices, vt in rebus dubijs spectantibus ad salutem animarum, leges ferre possint, quæ in conscientia ad sui custodiam habeant obligare: neq; de hoc est dubitandum.

¶ In perpetuis autem censibus, vt perpetuo durare possint prædiximus ex mente Mercati, quòd hypothecas speciales eis suppositas perpetuas esse oportet, vt pascua pecorum aut possessiones nullo occursu temporum vastabiles sunt isto modo perpetuæ.

¶ Animaduersione demum est opus in. l. 69. legum Matritij, anno. 1528. conditarum sancitur, vt qui super domus, vel possessione iam alijs censibus, vel tributis grauatas nouum censum imponere parant teneantur antequam eas nouo censui supponant, eos census, atque tributa, quibus illæ quæque grauatæ sint omnino patefacere, quod nisi fecerint hac plectuntur pœna, vt receptum sic pro censu nouo in duplum soluere teneantur.

Nota.

CAP. LXI. *An contractus societatis sit licitus: diffinitio huius contractus, & qui sic contrahere possint. De societate omnium bonorum, an in hac societate pro maleficio vnius teneantur alij: & quomodo cognoscetur hæc societas, & de societate generali omnis quæstus, & de societate certarum. & quando finitur. De societate ad longum inter fratres quando censeatur contracta, & de multis casibus huc attinentibus.*

POrrò post contractum census, de contractu societatis, qui vsu frequentissimus est, iam hic incidit disputatio, quo igitur naturam huius contractus rimemur, pro more scholastico pro parte negatiua argumẽta præiaciamus. *Quæstio.*

¶ Arguitur ergo primò, quòd contractus hic non sit omnino licitus, non enim in eo seruatur æqualitas, quæ in contractibus semper intercedere habet. Nam iuxta institut. de societat. § de illa diffinitur, quòd quorundam opera ita pretiosa esse, vt iustum sit conditione meliori in societatem admitti. Hoc autem citra inæqualitatem non fit, vt apparet. Neque enim æquum videtur, vt alter periculum subeat millium aut decem millium ducatorum: alter verò qui ponit operas, nulli periculo perdendi pecuniam se exponat, maximè cum ex commoditate ipsius pecuniæ lucrum reportare intendat, & lucri partem recipiat. Tum quia perinde iniustitiã carere non videtur, vt in casu, quo nihil lucri sit partum, qui ponit operas, earum iacturæ subsit, qui verò pecunias contulit ab iactura omni suæ pecuniæ sit liber. *Arg. 1.*

¶ Secundò arguitur, quia in isto contractu, capitale pecuniæ expositum ab vno tantum si periclitatur, illius iactura non est communis vtriq; socio, sed tantum est propria deponentis: sed hoc est, tunc contra naturam societatis. Nam socijs damna, & lucra debent esse cõmunia: tum, quia cum ex pecunia, & industria constetur vnum totũ, quod *Arg. 2.*

æqualiter perdatur. Videtur contra iustitiam, quòd perditio pecuniæ sit tantum propria à deponentis. Tum, quia videtur esse contra. l. si id quod. §. item Celsus. ff. pro socio, vbi dicitur, quòd si pecunia post collationem euenit, vt periret (quod non fieret nisi societas communicata esset) vtrique debet perire, ergo contractus societatis, vbi iactura pecuniæ supereat tantum pertinet ad eam exponentem, non videtur esse licitus.

Arg. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia societas, vbi quis ponit pecuniam, & alter confert suas operas, si iustitiæ consentanea foret, sequeretur in distributione lucri tanto maiorem quotam lucri vendicandam fore à conferente in societatem pecuniam: quanto sua pecunia valore antecellit alterius socij operas, quod tamen ex eo apparet falsum, quòd si decem millia aureorum cum opera, & solicitudine vnius hominis veniant comparanda: tunc totum se relucrum exponenti tantam summam pecuniæ esset assignandum, cum tamen tunc sibi suum capitale saluum maneat, altero socio suarum operarum dispendiu patiente, quod videtur iniquum: ergo talis societas ab æquitate discordat.

Incontra. ¶ Incontrarium est cap. per vestras. de donation. inter. vir. & vxor. vbi Innocentius III. contractum societatis approbat.

¶ Quia ordine scientifico procedere oportet illum, qui scientiam alicuius rei tradere parat, & quia ad ordinem scientificum spectat per obiecti diffinitionem eiusque diuisionem, difficultates circa illud emergentes explicare, ideò à diffinitione contractus societatis inchoandum hic nobis est.

Diffi. soc. ¶ Est igitur autore Cicerone societas duorum, pluriumue conuentio contracta ob commodiorem vsum, & vberiorem quæstum. Ex qua quidem diffinitione, & ex nomine ipso societatis colligitur socios illos censeri, qui in vnam coeunt negotiationem, vt suis quisque pecunijs, seu operis, seu expensis particeps lucri fiat ad quod facit. l. si non fuerit. §. plurumque. ff. pro socio. Socius autem in ordine ad societatem est inter quem, & alium, vel alios contracta est societas. Si autem quærat quis quinam sint: qui societatem contrahere possunt.

Quæstio. Respons. Respondetur iuxta sententiam omnium: quod hi sunt, qui se possunt aliqua obligatione astringere, & contractus inire. Donare autem, & contrahere prohibentur, secundum Syluestrum donatio. 1. impotentis.

Donare prohibiti. ¶ Secundò prodigus, cui datus est curator vel alienatio interdicta, vt. l. is cui. ff. de verb. obligat.

¶ Tertiò minor. 25. annis nisi ratum habuerit post completum. 25. annum vt. C. si maior fac. ratum hab. l. vlt. nisi cum autoritate tutoris, aut curatoris donet, vt. l. pupillus. de acquir. re. do. item prohibetur filius familias, nisi sit in dignitate, vel nisi filius sit senatoris, vel alterius dignitatis, & pater dederit ei liberam administrationem peculij: nisi ei specialiter pater donare ei denegauerit. ¶ Quartò, neque seruus, neque religiosus donare potest, neque similes carentes proprio. ¶ Quintò, neque vxor. ¶ Sextò, neque is cui per legem est alienatio interdicta, sicut est interdicta hæreticis, & criminis læsæ maiestatis patratoribus. C. ad. l. iul. ma. l. vltim. C. de hæret. l. Manicheos, & finaliter is cuius bona sunt ipso iure confiscata, & capitalis criminis patrator, cuius bona sunt publicanda, quia licet iste donare possit ante condemnationem, nõ tamen post. ff. de donat. l. post contractum. ¶ Septimò, neq; nõ dñs rei. ¶ Octauò, neq; is, qui non est soluẽdo creditoribus, vide Syluestrum. Igitur ea ratione, qua isti omnes prohibentur donare, ea ratione prohibentur contrahere societatem in his in quibus interdicuntur. Cæteri autem omnes habentes rei dominium, vel proprietatem, qui iure donare non prohibentur contrahere quoque societatem possunt.

¶ His autem præstitutis, cum societas contrahi possit, circa omnia bona, & circa aliquã negotiationem, & circa vnam rem, contrahitur autem per consensum. ff. pro soc. l. qui admittitur, iam de eius diuisione subsequenter agere operæpretium, est dicitur ergo vt elicitur ex notatis per Bart. & Bald. in. l. si patruus. C. communia vtri. iudi. & per eundem Bald. in additio. ad Bart. de duobus fratribus, quod triplex est societas. Nã prima est societas omnium bonorum, in qua communicantur omnia acquisita ex quacunq; causa, scilicet, laborando, vel negotiando, vel ex domo, aut legato, vel hæreditate, vel huiusmodi, & acquisita ex damno illato suo corpori, vel suis filijs, in qua etiam communicantur omnia licitè acquisita quocunq; titulo, vel causa argum. à contrario sensu. in. l. cum duobus. ff. pro soc. non autem acquisita illicitè. Communicantur insuper in hac societate omnia debita licita, & omnia dãna, quæ intulit iudex condẽnando iniustè. ¶ Sed quid stando in hac societate, si aliquis socius ratione maleficij mulctatus esset iustè per iudicẽ in aliqua pœna, an

Diuisio societatis. Societ. l.

Quæstio.

reliqui

reliqui socij contribuere teneantur, quia dubitari ab aliquo poterit respõdetur, quod
Respons. si socijs scientibus, & acceptantibus pro communi vtilitate aliquis sociorum in hac societate communicantium maleficium molitus est: tunc, quia est commune, sicut in lucro, sic & in damno omnes communicabunt, aliàs in damnis condemnationum, quæ illatæ sunt iustè per iudicem non hic communicant. l. cum duobus. §. ibi dum. ff. pro socio. Sed quid, si in hac societate socij participarunt ignoranter lucrum iniustum. Adhoc dicitur, quod tunc socius auferet illud: & satisfaciet. l. si igitur. ff. pro socio. & sic solus soluet condẽnationem etiam, si essent socij omnium bonorum secundum Spec.

¶ Hic autem communicantur omnia bona habita, & quocunq; modo licitè habenda, & non quæ iniustè habentur.

Quæstio. ¶ Præterea in quisitione hîc opus est, scilicet, quando cognoscetur omnium bonorum contractam esse societatem. Respondetur breuiter societatem omnium bonorum nunquam contrahi, nisi expressè agatur inter socios, quòd sint socij omnium bonorum ff. pro socio. l. tertia. §. cum specialiter, & l. coiri. prædicta autem expressio, vel distinctio, an possit fieri solis actibus in controuersia est, quibusdam asserentibus posse fieri, verbis, vel actibus indifferenter, alijs
Dictum. 2. autem affirmantibus non posse fieri, nisi verbis, quod videtur sentire glossa in dicta lege coiri, quæ habet in verbo distinctum, id est, expressè dictum quod fiebat omnium bonorum. Mihi verò illa sententia Syluestri peculium secundo, quæstione quinta, prædictos doctores concordantis magis probatur, vbi ait posse iniri hanc societatem omnium bonorum principaliter verbis, & secundariò effectibus. Nam & Bartol. in. l. Titium. ff. de adminic. & peric. tut. in. §. altero. regulam tradit, per quam innotescere possit, quæ nam societas contrahatur, an scilicet omnium bonorum, vel vnius negotiationis, aut simpliciter allegans multa iura ad eam probandam.

Regula. ¶ Regula autem hæc est, scilicet, quòd actus nostri voluntarij non extenduntur vltra ea quæ geruntur. Si igitur ex actibus gestis apparet expressè contractam esse societatem omnium bonorum, hoc sufficiet, aliàs nisi verbis exprimatur non intelligitur contracta societas omnium bonorum: nisi eorum quæ acta gesta repræsentant tantum.

Societ. 2. ¶ Secunda autem societas est, scilicet, generalis societas omnis quæstus, & lucri simpliciter. l. sed etsi adijciatur. ff. pro socio. In hac autem communia fiunt omnia, quæ parantur ex quæstu, id est, ex solertia industriaue alterius: dum exercentur mercantiæ & similia. Hic etiam communicantur damna, quæ ex societate, sicut ex causa proxima possunt oriri. Non autem hic sunt communiaea, quæ prouenijunt ex officijs, vel meritis personæ, qualia sunt quæ simpliciter, vel causa muneris donantur: vel hæreditas, vel legatum obueniens, neque salaria aduocationis, tabellionatus, vel similium: neque debita alterius: nisi quæ fiunt causa quæstus, vel societatis. Nam etiam si in hac societate secunda socius contraxerit aliquod aliud debitum licitè, scilicet ad locandam matrimonio filiam, vel ad instudio intertenendum filium, vel ad militiam exercendam non fit commune.

Quæstio. ¶ Similiter dubitari hic contingit, scilicet, quando hæc secunda societas intelligatur contracta. Dicitur autem, quòd hæc societas tunc intelligitur esse contracta, quando contrahitur sine distinctione, vt in. l. Coiri. ff. pro socio. At in actibus difformibus, & habentibus varietatem contracta societas, etiam sine expressione verborum, præsumitur esse contracta societas generali, & simpliciter in qua lucra tantum personalia veniunt communicanda. Neque in hac generali societate contracta pensatur, an vnus plus, alius minus lucretur: sed æqualiter secundum Baldum omnia ex omni quæstu etiam ex negotijs, & actibus difformibus parto prouenientia sunt partienda. l. si socius pro filia. ff. pro socio, quia hæc dicitur generalis societas, & simpliciter, quando est societas omnis quæstus, si actus sunt difforme. Nam si actus & negotiationes, quibus socij communicant, sunt vniformes, neque diuersæ, non erit societas generalis, neque simpliciter, sed tertia quæ dicitur certæ rei de qua dicetur statim. At certæ mercantiæ tantum societas contracta esse intelligetur ex gestis, non enim actus nostri voluntarij extenduntur, vltra ea quæ geruntur. ff. de itin. actuque priua. l. 1. §. Viuianus.

Societ. 3. ¶ Tertia societas dicitur societas certæ rei, scilicet, quando conoscãtur ad viuendũ ad vnum panem, & ad vnum vinum, vel ad certam negotiationem, vel lucra, quæ consequũtur licet in diuersis negotiationibus, vel operibus ex quibus lucrũ sibi pariũt, quamuis, aliquando alter operam exhibeat, alter pecuniã

conferat, aliquando vtrumque. Ex actibus igitur, & gestis, quando verbis non fuit expressum, quæ nam societas fuerit contracta, an generalis, & simpliciter, aut certæ rei deprehendetur, qualis illa fuerit, in quam conuenerint. Nam iuxta axioma prædictũ Bart. actus nostri voluntarij non extendũtur vltra ea, quæ geruntur.

Quæstio. ¶ Prætereà, quia quotidiana inter cognatos, fratres, vel familiares simul conuenientes solent hinc suboriri dubia, inquisitu opus est, quo pacto intelligi poterit inter hos prædictos simul commorantes conflatam esse societatem, ita vt omnia lucra sint communicanda. Dicimus ergo primò ex sententia *Dictum. 1.* Bartol. l. patruus. C. communia vtriusque iudicij, quod si nullus eorum negotietur, non intelligitur inter eos contracta societas, licet hæreditatem paternam, & maternam simul teneant indiuisam. l. cum duobus. ff. pro socio. §. si frater. Baldus autem cum Ioanne de Arena, ac Ricardus, & Oldrad. discipulis eius non in hoc omnino assentiens Bartol. in additionibus prædicta, & in dicta lege, si patruus facit exceptionem, scilicet, quòd ita sit, vt Bartol. ait: nisi in casu, in quo ex actibus posset apparere affectus socialis, vt inter nobiles aliquando contingit, qui cum non faciant quæstuarias mercantias: tamen aliquando conferunt omnia dona, salaria, & dotes. Quæ quidem exceptio Baldi est rationabilis. Nam nemo inficiari potest hos actus esse sociales: Ex quibus coniectare licet communicandi talia eos intentione non caruisse: nisi fortè sint bona Castrensia, aut quasi castrensia, quæ quoniam bona priuilegiata sunt, etiam si deputata sint in communem vtilitatem: non censendus est, qui ea deputauit voluisse ea communicare: quia propter horum bonorum priuilegium præsumptio iuris fortè stabit in contrarium: vel nisi licet modo non negotientur præcesserunt tamen actus ex quibus intelligitur tantum contracta societas simpliciter, id est, omnis quæstus tantum. Vide infra capite sequenti, quæstione secunda, corollario 3. ibi concordantur Bart. & Bald.

2. ¶ Secundò dicimus cum eodem Bartol. quòd si altero negotiante, alter à negotiatione vacat societas inter eos esse contracta, nequaquam potest intelligi. Nam si tunc qui negotiatur, alteri aliquid ex lucro confert, magis videtur illud donare, quàm ratione societatis impartire, vt. ff. pro socio. l. quinta. Ab hac tamen sententia rationabiliter dissentit Baldus in casu, quo is qui non negotiatur omnia obuenientia, sibi putà ex redditibus præbendæ confert in communi, & sic faciunt hinc inde similiter: tunc enim contrahitur societas. Nam talis præsupponitur mens, qualis ex actibus colligi potest argum. l. duo fratres. ff. de acquirend. hæredit. Atque perinde secundum Baldum præsumitur contracta societas, si vnus exercetur in vna mercantia, vel arte, & alter se exercet in altera, vt in aduocatis, & tabellionibus: quia lucrorum communicatio societatis est contractio, vel inchoatio. Perinde quoque contracta societas esse, videtur secundum ipsum quando vnus curam gereret domus, & alius esset aduocatus: vel alter lucraretur, & poneret in domo, sed quia hæc omnia innituntur præsumptionibus. Dicimus in conscientia ad discernendum, an fuerit contractus societatis, & qualis, quia in conscientia, vbi apparet veritas, cessat omnis præsumptio incontrà, ideò eorum intentionibus, quas habuerunt in actibus gestis standum esse.

¶ Dicimus tertiò, quòd si vterque negotiationi intendit simulque communicat, ad inuicem lucrum intelligitur contracta societas: si ambo sunt capaces contrahendæ societatis. Secùs si alter esset pupillus: quia hoc non posset expresse. ff. pro socio. l. & in conductionibus: ergo neque tacitè. ff. loc. l. qui ad certum, & si actus sunt vniformes, societas solum restringitur ad quæstus venientes ex eis. Sed in actibus in se dissormibus, & habentibus varietatem præsumitur societas generaliter contracta. At (vt diximus) in conscientia omnis ista præsumptio cessat, dum de veritate, & intentione constare potest. *3.*

¶ Prætereà de tempore quo initium datur, aut finis imponitur societati, scitu opus est quale sit. Dicitur ergo, quòd si verbis sit actum de tempore, stabitur conuentioni: si verò verbalis conuentio, non interceſsit de hoc inter socios, standum erit actibus. Bart. enim in dicta. l. Titium. ff. de admin. & peritut. sentit ab eo tempore incipere societatem, quo socij communicare cæperint, & ab eo ex quo desierint communicare dissolutam esse. ff. pro socio. l. vtique, si tamen alter tantum desijt communicare, & non renuntiauit societati: seruandum est, quod dicitur in. l. actione. ff. eo vbi dicitur, quòd societas distrahitur stipulatione, aut iudicio animo nouãdi. Item bonis à creditoribus *Quæstio.*

venditis,

venditis, & post alicuius socij mortem.

Quæstio. ¶ Insuper hæsitare quis poterit, an iure societatis debitum contractum ab vno fratruum sit soluendum de communi. Tradit igitur Speculator in titul. de iudic. tale debitum non esse soluendum de communi, nisi contractum sit ratione communis vtilitatis, vel societatis, & in communem vtilitatem versum. Probatio autem huius contrahenti tale debitum incumbit, vt de communi soluatur. argum. l. omnis. ff. pro socio. Sed quid si non probauerit, dicitur tunc per eum esse soluendum absque grauamine alterius. l. non debet. ff. pro socio. l. iure societatis: sed neque dos soluenda est de communi nisi versa sit in communem vtilitatem, & idem de condemnatione soluta per vnum.

Quæstio. ¶ Adhæc inquirere pergimus, an propter speciem societatis, quam gerit hoc factum, scilicet, quando vnus ex fratribus cum pecunia hæreditaria mercantiam exercendo inde retulit lucrum, id lucri sit cum alijs fratri-

Dictum. 1. bus communicandum. Dicimus ergo primò, quòd si id lucri fecit nomine proprio, neque tutor aliorum fratrum sit, non venit cum fratribus communicandum. Secus autem esset, si fecit nomine communi huius sententiæ est Bald. l. si patruus. C. con. vtri. iudic. & patet. l. Titium, & Mæuium. §. alterum. ff. de admini. tut.

Dictum. 2. ¶ Secundò dicitur, quòd si qui id lucri fecit frater, tutor, vel curator aliorum fratrum erat: etiam si proprio suo nomine fecerit, lucrum sic à se partum ex prima negotiatione negotiando cum bonis communibus: fratribus communicare tenetur, quia illa mercantia, quasi empta de cõmuni, accedẽte q̃ erat tutor, erat cõmunis. Cæterũ si aliquod aliud sibi comparauit lucrũ de pecunia emptionũ iteratarum, & nomine proprio, erit suum, neque fratribus venit communicandum. Patet hoc dictum ex glossa in dicta. l. si patruus, & ratione quoque patet, quia pecunia redacta ex mercantijs communibus non est communis. Vnde corollariè sequitur idem esse dicendum de cum pecunia minoris, aut ecclesiæ negotiante, vt in. l. si proponis. C. de rei vend.

Quæstio. ¶ Sed si institerit aliquis: quale iudicium sit ferendum, quando non licet, quo nomine cum pecunia hæreditaria fecerit lu-

Dictum. 3. crum, an communi an proprio. Ad hoc dicitur tertiò, quòd tunc si continuauit negotium solitum cum alio fratre mortuo exerce ri, superuiuentibus filijs fratribus indiuisam substantiam possidentibus, sic videtur communi nomine fecisse lucrum. argum. l. nam & seruus. ff. de negot. gest. §. si vtilo. Si verò negotiationem insolitam exercuerit: sic præsumetur, quod nomine proprio fecerit, nisi ex libro rationum aliud apparuerit: huic dicto tertio assentit Bartol. in dicta. l. patruus. Cui accedit primò, quòd in casu quo in dubium vertitur, quo nomine emerit: si emptor erat tutor, in dubio præsumetur, quòd emerit nomine communi, quod & approbatur à multis. argum. l. post mortem. ff. quando ex fac. tut. Cui etiam secundò additur, quòd eo casu, quo communi pecunia, & communi nomine negotiatur, quatenus lucrum est commune, eatenus & damnum debet esse commune, & hoc si aggressus est solita negotia discretè operando: secus est si insolita: quia tunc sibi imputet damnum, ita Bald. & suffragatur Bartol. in. l. Titium. ff. de admini. tut. & patet. l. si negotia. ff. de negot. gest.

¶ Præter hæc licèt quæstionem hanc in materia de venditione expeditam esse meminerimus nihilominus, quia aliqualiter, & huic loco affinis esse videtur, & hic desiderari poterat, rursus eam hic perstringimus. Quæritur ergo, an quasi ex quodam iure societatis emptum ex pecunia communi, vel redacta ex rebus communibus sit communicandum. Dicitur ergo, quòd licet ex parte quæstio hæc ex præcedentibus illucescat pro maxima sui parte: tamen quatenus in forma pateat responsio, respondemus primò, quòd si aliquid est emptum sic nomine communi commune est alteri: si illud habeat ratum patet. l. si ego. ff. de negot. gest. Secundò dicitur, quòd si emens aliquid ex pecunia communi, in qua pupillus, vel minor particeps, erat, tutor, aut curator eius erat: res empta efficitur communis: etiam si proprio nomine suo eam comparauerit. Patet. l. 2. ff. quando ex fac. tut. Si autem ex pecunia communi proprio nomine aliquis rem aliquam mercatus sit, qui partem in tali pecunia alicuius minoris vendicantis tutor non sit: propriam sibi talem rem emptam facit, & non communem, perinde ac si ex pecunia propria, & proprio nomine eam emisset. Patet. l. filiæ. ff. de solution. ¶ At verò, quoniam cauſidici in dubijs multum præsumptionibus vtuntur, eis morem gerere cupientes pergimus inquirere: quid fiet, quando in dubio res versatur, an propria pecunia, aut communi, rem

Quæstio. Responſ. Quæst.

emerit, & an proprio nomine eam emerit, aut communi. Dicendum ergo est, quo ad primam quæstionis partem, quòd in dubio quátum attinet ad forum exterius præsumitur ex propria pecunia emisse. l. si defunctus. C. de arbit. tut. neq; ibi ad coniecturas confugiendum est cuius conditionis fuerit artifex, vel non. Si verò constiterit emisse pecunia communi, si quo nomine, an proprio, an cómuni eam mercatus sit, res in ambiguo est: tunc nomine proprio eam emisse in foro exteriori præsumitur. l. magis. ff. de solut. In conscientia verò non admittitur præsumptio in contrarium, vbi veritas patescit. Sic igitur hâc quæstionem, & præcedentem videtur esse, idem modus soluendi.

Respons.

Ad. 1. arg. ¶ Iam ad primum argumentum respondet Sotus esse non vllos, qui respondeant, vbi nihil lucri accreuit non debere, qui operas posuit illas perdere, sed aliquid ex sorte fore ei tribuendum: nihilominus ipse respondet, quod quemadmodum si capitalis iactura fiat totum amittere debet, qui illud posuit, ita viceuersa, si saluo capitali, nihil lucri accrescat, totum capitale esse illius qui illud posuit, & alterum debere suas operas perdere: quia hæc fuit pactionis vis, vt alter subiret capitalis periculum, alter verò operarum. Verum etsi hæc solutio communis sit: sed certè (nifallor) non videtur totam difficultatem inæqualitatis, quàm obiecit argumentum euacuare: quare aliter fit satis argumento, & forte meliùs, & magis ad mentem Syluestri, & Caietani dicendo, quòd certè in hoc contractu intercedit æqualitas. Nam sicut ponens operas: si lucrum non sequatur amittit operas, & inde lucrum subsecuturum, nã istæ operæ si locarẽtur aliquid valebant: & expositæ periculo negotiationis maioris valoris sperabantur fore, & vtrumque amittit in casu, quo fit iactura lucri, qui ponit operas: ita similiter, qui pecuniam ponit, casu quo lucri iactura, & pecuniæ amissio fiat, totum amittit, & in casu, quo nihil lucri partum est, licet sibi sua sors redhibetur: tamen sicut alius suarum operarum vsum, & commoditatem amittit: sic istæ pecuniæ expositor lucro non facto suæ pecuniæ amittit commoditatem, & vsum. Nam etsi vsus pecuniæ, quia per se sumpta pecunia infructifera est, ab eius valore, & dominio non distinguatur: tamen vsus pecuniæ, vt exposita est negotiationi in societate, propter spem lucri, valoris distincti est, & fructiferus est: qui tamen tunc amittitur: qui correspondentem habet ad omissionem operarum. Quòd autem pereunte opera eam exponentis propter defectum lucri, exponenti pecuniam, ea si non pereat, salua sibi maneat natura harum rerum est in causa. Nam pecuniæ suaptè natura res permanentes sunt, vnde non mirum est, si dum in societate in se, vel in specie manent saluæ à domino suo redhibeantur. At operæ adhibitæ in societate res sunt suaptè natura successiuæ, & transeuntes, vnde si defectu lucri pereant, haud dissonum est ab earum natura, quod nihil post se relinquentes lucri, earum expositori pereant.

Solutio. 2.

Vsus pecuniæ, vt negotationi expositæ fructifer.

¶ Ad secundum argumentum respondetur negando, quòd sit contra naturam societatis, quòd iactura pecuniæ si pereat sit propria eam exponentis: ita vt pro eius amissione ponens operas nihil sibi refundere teneatur. Nam æqualitas, quæ etiam est de natura istius contractus societatis in hoc seruatur, quòd sicut pereunte pecunia, tota eam exponenti perit: ita pereuntibus operibus defectu lucri, talia opera insolidum ea adhibenti pereant. Et ad hunc sensum intelligendum est illud aliquorum dictum, quod in ista societate ex pecunia, & industria id conflatur, quod æqualiter perdatur, scilicet, quòd sicut expositor pecuniæ se exponit periculo eam perdendi, sic expositor operarum eas perdendi periculose subdat: neque quicquam contra hoc probat, id quod ex. l. si id quod. §. idem Celsus pro socio, quia non facit ad propositum, quod ibi concludit, scilicet, quòd pecunia debet vtrique socio perire, quia ibi lex loquitur in casu, quo vterque socius exposuit pecuniam: vt patet ex tenore legis, nam inquit, si pecuniam contulissemus ad mercem emendam, &c. At nos in præsentiarum loquimur: dum alter in societate tantum confert pecuniam, & alius tantum exhibet operas.

Ad. 2. arg.

¶ Tertij argumenti nunc intermittimus solutionem, quæ instructionem exigit, & modum, quo distributio lucri facienda sit inter socium pecuniam tantum conferentem: & inter socium operas exhibentem, quia hanc materiam suo loco commodius reseruamus.

Ad. 3. arg.

CAP.

CAP. LXII De *societate præsumpta inter fratres, & an cum indiuisa est hæreditas in societate simpliciter communicanda sunt lucra ex meritis personarum prouenientia, & quid si frater de suis laboribus posuit pro communi victu, vel pro communi patrimonio reparando, & de viuentibus ad vnum panem, an de communi possint filiæ dotari, & an lucrum vxoris alterius fratris sit communicandum in diuisione, quomodo diuidenda sint bona, & lucra in casu &c. & fructus.*

HAnc disputationem de contractu societatis prosequendo, operepretium est, in eam absoluendo iuxta diuisionis contractus societatis membra procedere, & quia sermones in vniuersali, authore diuo Thoma, minus prosunt, quò vtilius procedamus, ad particulares casus descendere cogimur Quæritur ergo (quoniam de societate præsumpta cæpimus edisserere, & inter fratres sepe tacita inita esse societas præsumitur) si maior ex duobus fratribus nomine communi administrauit bona minoris, an sic sit contracta societas ita quod frater minor teneatur approbare gesta per maiorem nomine communi facta. Respondetur autem breuiter, quod in hoc casu reliquus frater minor gesta vtiliter per fratrē maiorem approbare tenetur, gesta autem damnose rata habere non tenetur, imo omnia dāna illata communi patrimonio per maiorem dolo, vel lata culpa, ipse maior administrans suæ culpæ accepta ferens minori pro rata emēdare tenetur. Ita Rof. in quodā consilio quod incipit, In omnipotentis. & quò ad vtiliter gesta patet. ff. de neg. gesta. l. Pōponius, quò ad damna illata resarcienda patet. ff. fa. er. l. hæredes. §. non tantum &. §. item culpæ. &. l. puto. §. sed & si dolo &. l. in communi diuidundo &. l. si is cum quo. &. l. in hoc iudicium, &. l. communis seruus. ff. communi. diuid. Sed quia tantum diffinitum reliquimus, quod vtiliter gestum per fratrem maiorem per minorem fore approbandum in casu quæstionis, nunc ad quæstionis punctū, scilicet, vtrū iure societatis lucrum reportatum per prædictum maiorem ex pecunia communi sit communicandum, respondetur ex sententia eiusdem Rof. loco allegato, quod certè tale lucrum est communicandum, si talem pecuniā communem maior frater communi nomine administrauit, etiam si minor non approbet damna illata communioni, neque sentit damnum emergens dolo, vel culpa maioris patet hoc. ff. pro soc. l. socius socio. ¶Sed nunquid tale damnum non poterit maior qui illud intulit communioni, compensare cum excessu lucro, quod administrando attulit cōmunioni? Respondetur, quòd hoc non obstante damnum illud maior administrans, sibi ascribere debet, suæque tribuere culpæ. Est enim casus. ff. pro socio. l. non ob eum cum. l. seq. Dicimus secundò, quòd maior dum tutor minoris non fuit, si proprio nomine pecuniā communem administrauit, sibi soli lucrum inde quæsiuit, est enim casus in. §. si vnus ex socijs. l. si vnus. ff. pro soc. & patet in. l. si patruus. C. con. vtri. iud. Sed restat dicendum, si minor hinc passus est dispendium quid iuris tunc. Respondetur benè posse minorem in hoc casu agere contra maiorem, quanti sua interest hanc pecuniam communi nomine nō fuisse administratam, iuxta gloss. l. si vnus. ff. pro soc.

¶Præterea secundò quæritur, vtrùm frater habens cum fratre hæreditatem indiuisam: & societatem simpliciter, id est, omnis quæstus lucrum ex officijs publicis, vel meritis personæ obueniens in cōmune conferre teneatur? Respondetur dicendum esse huiusmodi lucrum in hoc casu commune non fieri. Huius sententiæ assertor est Paul. in quodam consi. quod incipit in causa vertente, quod maximè verum habet in lucris quæsitis ex officio, & meritis personæ. At patet primò per. l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro soc. vbi si fratres tenuerunt hæreditatem paternam indiuisam, vt emolumentum, ac damnum in his cōmuniter sentiretur, quod aliunde quæsierunt in commune non redigitur, quasi videatur contracta societas in bonis patrimonialibus, non autem in lucris aliunde obuenientibus.

¶Patet secundò, quia in his speciale est, ꝙ quantumcunque coeat societas simpliciter etiam expressè, non intelligitur contracta nisi in prouenientibus ex questu, seu industria personali: vt sunt quæ acquiruntur exercendo mercimonia, & similia, non autem in prouenientibus ex meritis personæ.

¶Hinc sequitur corollariè primò, quòd in societate contracta simpliciter, id est, ratione omnis questus, hæreditas, vel legata, seu donationes, quæ vni ex socijs deferuntur non veniunt in communi, vt patet. l. coiri. cum. §. sequenti. ff. pro socio.

¶Sequitur corollariè secundò, quòd salaria, & delata ratione officij, vtpotè quæ potius ex merito personæ, quàm ex questu, seu opera socij dimanant, non fiunt lucra communia in hac societate simpliciter, nisi ex pa-

cto expresso hoc fuerit conuentum. Ita sentit Spec. tit. de iudi. §. sequitur versi. quid si alter pro hoc facit. l. cum muneris. ff. de nun. & ho. & quod no. in. l. 1. ff. si mens. fal. mo. di. Addit tamen Spec. ibi, quod si vnus ex fratribus remotus est ab officio propter insufficiétiam suam, & in locum eius alter substitutus est non debet salarium esse commune: sed proprium fratris substituti: ¶ Tertiò sequitur Corollariè secundum Bartolum in dicta. l. si patruus, quod si nemo ex fratribus habentibus in communi negotiatur, non sit contracta societas in bonis aliunde quæsitis, & licet hic videãt iuristæ Bald. dissentire à Bart. tamen dicunt ex eis aliqui Baldum suum dictum aperto iure non probare. Sed nos potius ducimus eos ad concordiam reducere vt Siluester peculium. 2. quæst. 20. facit ita vt Bart. intelligatur loqui tantum de societate simpliciter, quæ quia communicationem negotialium lucrorum non excedit: ideò secundum ipsum vbi nullus eorum negotiatur, nõ potest intelligi contracta societas simpliciter, quæ innititur in quæstibus ex negotiatione prouenientibus. At Baldus si verum dicit intelligendus est loqui non de societate ista simpliciter, cuius lucrum procedit ex negotiationis quæstu: sed de societate, quæ conflatur ex alijs actibus, scilicet, ex collatione salariorũ, & donorum & dotium in communi. Igitur, dum ex actibus præcedentibus gestis apparet, quod contracta sit societas simpliciter, quæ tantum de se habet se extendere ad lucra ex quæstu, tunc si aliquis sociorum acquirat aliquid castrense, vel quasi castrense, vel aliquid proueniens potius ex meritis personæ, quàm ex quæstu vt hæreditas legata, donationes, salaria ratione officij, etiam si aliquis socius in cõmunem vtilitatem hæc deputauerit, non ideò censendus est in hac societate simpliciter quæ stuaria ea voluisse communicare. ¶ Patet hoc à simili, quia quidquid solus expendit de suo in re communi potest in eius rei diuisione repetere iuxta. l. in hoc iudicium. ff. communi di. ergo etiam prædicta sic deputata inutilitatem communem potest repetere. ¶ Probatur id etiam à contrario casu, quia si ex bonis cõmunibus dotatur filia vnius fratris, debet in diuisione bonorum computari in portione contingenti ipsum fratrem, vt no. Spec. in d. §. sequitur in versi. quid si vnus: & idem in alijs expensis factis pro vtilitate vnius duntaxat ibidem. At hæc maxime procedunt vt sentit Bart. in. d. l. si patruus in lucris quæsitis post mortem fratris remanentibus ex eo filijs impuberibus, cum quibus neque societas contracta esse dici potest, sed neque præsumenda est donatio, præsertim si is qui lucrum parauit filiorum expers non erat, quia longe abest à verisimili, quod quis velit tollere à suis, vt impendat alienis.

Corol. 3.

Concordãtur doctores.

Prob. 1.

2.

¶ Præterea tertiò quæritur, vtrum si post mortem patris duo fratres simul commorentur, & vnus de fructibus laborum suorum vel de alijs bonis posuit in domo pro cõmuni victu posset illud plus fructuũ in diuisione hæreditatis repetere, an verò ratione societatis fructuũ sit cõmune, dicimus ergo ad quæstionẽ primò, q̃ fructus extantes erunt fratris eos ponentes: nisi contracta sit societas in eis, ita Bal. in. l. cum duobus. ff. pro soc. ¶ Secũdò dicitur, q̃ si tales fructus sunt cõsumpti, tunc si inter eos erat contracta societas conuiuendi quia ad vnum panem, & vinum viuebant, illos in diuisione repetere non poterit: quia societatis iure intelliguntur consumpti, & non ratione fraternitatis, vel cohabitationis, sed communis mensæ secundum ea, duo fratres, de frat. de nouo benè inuesti. in vsi. seu & secundum Bald. ibi quod facit pro fratribus, quorum alter maior est in familia. ¶ Tertiò dicitur, quod si inter eos non erat societas cõuiuẽdi, putà, quia vnus erat minor cum quo contrahi societas non poterat. l. & in conductionibus. ff. pro soc. vel alter erat furiosus, aut prodigus, cui erat interdicta administratio, aut Monachus, & similes, tunc expensæ non imputantur inter fratres, quæ sunt factæ pro alimentis: nisi protestetur, quod non intendit donare. l. Nesennius. ff. de neg. gest. vel nisi in casu, quo reditus, & fructus cõmunes sufficientes erant ad alimenta, & quia voluit eos conseruare: quo melius venderẽtur, ideò pro victu communi suppositi aliquid de fructibus proprijs, quia tunc eos repetere poterit in diuisione. Sicut etiam eos repetere poterit quando naturali charitate non tenebatur alimentare. argum. l. fin. ff. de peti. hære. & etiam, quando qui expensas fecit erat pauperior, non præsumitur eas donare. Hoc autem confirmat Bal. in. l. si paterno. C. de neg. gest. qui tenet de rusticis, quorum vnus multa posuit in domo pro alimentis, quòd potest petere ea quando in filijs alterius fratris alimentatis non erant operæ aliquales correspondentes alimentis, quia communiter rustici sunt pauperes, quorum oculus est porcellus, vt tenet glo. in. l. illicitas. ff. de offic. præs. Quare cum superfluis careant donare non præsumuntur. Vnde repetere possunt hæc alimenta præ-

Quæstio.

Dictum. 1.

2.

3.

ta præstita quando inter eos non fuit inita societas conuiuendi, ita in foro exteriori: sed credimus in foro conscientiæ vbi cessat præsumptio, & vbi non ratione societatis conuiuendi facta fuere hæc alimenta communia, & gratia donandi non fuere pro communi victu suppositā restituenda sunt, & ab ea deputante repeti possunt.

Quæstio. ¶ Insuper & quartò quæritur, si alter duorū fratrum contulit lucra sua pro communi patrimonio reparando, vel pro communibus possessionibus colendis boues comparauit,

Respons. an repetere ista possit. Respondet Bald. quod repetere potest lucrum quod pro his contulit: quando sic erat proprium suum, quod cōmunicare illud non tenebatur ratione communis patrimonij, vel cuiuscūq; societatis ita Bald. per textum in. l. ex duobus. ff. de nego. gesti. quia solum communia sunt communicanda aliâs non, vide Bald. in. d. l. filiæ.

Quæstio. ¶ Ad hæc quintò vlterius pergimus inquirere de fratribus habentibus paternam hæreditatem indiuisam, qui viuunt ad vnum panem, & vnum vinum nulla, alia contracta societate, si vnus ex industria personæ lucratur quippe, qui est artifex, vel nauticam exercet artem, vel similibus nauat operam, an tale lucrum quod sibi inde parauit ratione societa-

Dictum. 1. tis ad commune redigere teneatur. Igitur ad quæstionem respōsuri præmittimus primò. quod si inter prædictos contracta esset societas simpliciter, tunc quia in hac societate communicantur lucra venientia ex industria, licet hic non fiant communia emolumenta obuenientia ex meritis, ideo tale lucrum communicandum esset. ¶ Sed quia quæstio precedit in casu, quo nulla societas contracta est inter

2. eos, propterea secundò ad quæstionem dicitur, quòd tale lucrum, quia aduentitium est, etiam quoad proprietatem superstite patre, competit tali filio sua arte illud acquirenti, neque post mortem patris venit communicandum cum alijs fratribus, quod intellige si lucrum illud pater permisit, quasi non indigens labore, & industria filij in re domestica. Dici-

3. tur tertiò, quod alij fratres commorantes domi, si expensas fecerint circa patrimoniū pro quærendis, vel colligendis, aut conseruandis fructibus, frater qui fuit absens non participabit partem fructuum, nisi contribuat pro expensis. Dicitur quartò, quod si alij fratres personaliter laborauerunt in hæreditate, & in re communi pro dictis fructibus, tunc salaria sua ad arbitrium boni viri taxanda deducent ex illis fructibus. Sicut etiam si laborem impenderint, aut expensas pro conseruatione patrimonij id totum deducent in diuisione, nisi vt dictum est conflata esset inter eos societas simpliciter.

Quæstio. ¶ Adhùc sextò inquirendum est, vtrum in societate omnium bonorum frater possit filias suas dotare de communi, & certè quęstio hæc olim in controuersia fuit inter iuristas, nam Spec. videtur tenere negatiuam, nisi pactum sit inter eos per. l. si socius pro filia. ff. pro soc. & idem Petrus de Peru. in. 14. lib. con

Respons. siliorum. At vero Bald. in consilio quod incipit, Factum tale. contrariam sententiam sequitur. Sed nihilominus tenendū est planè quod si sunt socij omnium bonorum maximè expresse & verbaliter, quia ibi est communicatio omnium licitè quæsitorum: de communi tunc veniunt dotandæ filiæ, quia hic est etiā communicatio omnium debitorum licitè contractorum. Vnde in hac societate tenetur frater contribuere fratri militanti, aut filiam matrimonio locanti. Si autem solum esset cō tracta societas simpliciter, idest, omnis quęstus dumtaxat, tunc non posset filias de communi dotare.

Corol. ¶ Hinc sequitur corollariè, quod si vnus fratrum dotauit filiam alterius ipso patre sciēte, & tolerante in casu, quo inter eos est contracta societas omnium bonorum, pater id sciens, & tacens tenetur contribuere sicut etiā qui dotauit. Si vero non sint sic socij omnium bonorum, qui dotauit dotem repetere potest, quia vtiliter gesit negotium fratris eius dotando filiam. Neque obstat, quod extraneus dotando filiam alterius donare videtur, iuxta l. ex morte. C. de pac. conuen. quia hoc verū est quando solus hoc facit: secus si faceret simul cum patre, vt consuluit Bald. in consilio quod incipit factum tale.

Quæstio. ¶ Insuper ex vi societatis omnium bonorum hæreditas aliâs contingens solum legitimum an possit transire etiam ad filium spurium, scitu digna quæstio est, cui facit satis Bald. in. l. 1. C. pro soc. concludens, quod si frater legitimus, & spurius in vita patris contrahunt societatem omnium bonorum, moriente patre hæreditas etiam transibit ad spurium, non quidem vi successionis, vel relicti, sed iure societatis, quod pro cautela obseruauit is, qui spurium velit succedere in hereditatem cum legitimo. Exhortetur ergo in vita sua eos vt bonorum omnium inter se expresse ineant societatem.

Quæstio. ¶ Quia contingibile est etiam & hoc dubium, necesse est etiam à nobis dissoluatur, scilicet,

scilicet, vtrum lucrum vxoris alterius fratris
Dictum. 1. communicandum sit in diuisione. Respondetur ergo primò, quod si talis vxor in eisdem operibus se exercet, sicut homines in laborando habitura est partem lucri, quod tunc diuidendum est in capita sicut dicendum est de filijs. Ita Bald. in. l. si vxorem. C. de condi. in ser. & do. & Vbal. in. l. cum duobus. ff. pro soc.

2. ¶ Secundò dicitur quod si talis vxor exercet aliquam artem, vel mercantiam, vel est obstetrix, aut chirurgica, & tunc si omnia lucra reponebat in communi, & similiter vir, contracta videtur esse societas, nam societatem cum viro vxor contrahere potest authore Bald. in. d. l. si vxorem: & si lucra erunt communia, imo in regno Castellæ ex peculari lege huius regni, omnia lucra durante matrimonio parta inter virum, & vxorem fiunt communia. Quare in regno hoc non licet vxori separatum habere lucrum. In alijs autem regnis vbi hæc peculiaris non viget lex, sed ius ciuile commune seruatur, si vxor tale lucrum tenebat separatum, vel ex alijs coniecturis apparet, quod neque cum viro, & fratribus viri societatem inter se habentibus societatem cõtrahere volebat: tunc de operibus communibus, quæ fiunt à mulieribus in domo secundum quabitatem personæ: vt sternere lectisteria, in coquina præparare, comestibilia, & huiusmodi lucrum sibi vendicare non potest. Nam hæc operari in domo tenetur vbi alimẽta recipit, ita glossa. l. sicut. ff. de oper. libr. & Bald. in. Caio Seio in fi. ff. de ali. leg. & Ange. in. l. i. C. de legi hære. & in. l. sicut dotem ff. soluto ma. imo si ipsa desisteret à talibus obsequialibus ministerijs propter exercendam artem, etiam si ministeria hæc paruæ essent æstimationis, pars lucri exercitæ ab ipsa artis deberet communicari viro, & alijs fratribus secundum iudicium boni viri, nisi excusata esset à præstando hæc ministeria in tali domo propterea quod alimenta aliunde haberet iure legati secundum Bald. & Ang. vbi suprà.

3. ¶ Tertiò dicitur, quod licet extra regnum Castellæ vbi viget ius commune ciuile, si vltra talia obsequalia ministeria, vxor exercendo aliquam artem lucretur, possit illud tanquam proprium retinere, & communicare illud non cogatur, tamen in regno Castellæ, quia durante matrimonio lucra sunt communia inter virum & vxorem (vt prædiximus) hæc lucra vxor sibi retinere non poterit, sed viro suo communicare cogetur, ac per consequens alijs fratribus viri, si ipsa & suus vir cũ ipsis contraxerint societatem simpliciter omnis quæstus. Et idem dicendum esse videtur de filiabus alterius fratris excepto quod acquirent patri, & illud lucrum erit eis aduentium.

¶ Deinde quia omnia hic exhauriẽda sunt dubia quæ ad hanc materiam sunt attinentia, Quæstio.
ne illa aliunde lector mendicare cogatur, nũc quæritur. Quomodo debeant diuidi bona, & lucra in casu quo Petr⁹ migrauit à vita superstitibus quatuor filijs masculis æqualiter ei succedentibus, altero corũ Paulo, scilicet, habente duos filios aptos ad labores exercendos, lucraque facienda, & post mortem patris sine diuisione laborauerunt communicantes inuicem bona, & lucra vsque ad mortem eius qui duos filios habebat, idest, Pauli, quomodo ergo hic fiet diuisio an iure societatis. Nam videtur hic contracta societas.

¶ Quæstionẽ igitur absoluturi dicimus primò, Dictum. 1.
q̃ si loquamur de bonis alijs à fructib⁹ ex possessionibus prouenientibus, si diuisio horũ bonorum fieri habuisset tempore mortis Petri quatuor filij eius æqualiter ei successuri erant ab intestato secundum stirpes. l. inter filios. C. fami. er. ex testamento vero secũdum voluntatem patris testantis succedent excepta legitima, qua defraudandi non sunt. §. disponat. auth. de nup. col. 43.

¶ Secundò dicimus ex sententia Bald. in. l. 2.
si patruus. C. communia vtriusq. iud. quod si dividenda essent bona post mortem Petri, viuentibus tamẽ omnibus quatuor filijs eius, ab eo tempore, quo ceperunt communicare bona, & lucra intelliguntur tacitè societatem contraxisse, & ab illo tempore citra quoad bona inde quæsita, siuè post mortem Petri diuisio facienda est in capita, idest, in quatuor personas fratrum filiorum Petri, est namque hoc de natura societatis vt in capita diuisio quæsitorum fiat. l. si non fuerint. ff. pro Soc.

Cæterum duo filij paruuli laborãtes æqualem portionem cum suo patre non obtinebunt, quia superstite patre eorum, cum nulla bona communicauerint sicut pater suus communicauit, non censentur in societate esse adnumerati, nihilominus sua salaria inde accipient: quę verisimiliter sibi comparassent, si tempore illo societatis alijs inseruissent: & quia suas personas hi duo filij Pauli communicarunt circa negotia communia, ipsa ratio iustitiæ dictat, quod inde sua salaria accipiant quæ per duos homines eligendos per iudicẽ erunt taxanda. ¶ Tertiò dicimus, quod si mor- 3.
tuo Paulo diuisio sit facienda, quia prima societas eo mortuo distracta est, & dissoluta iuxta. l. adeo. ff. pro Soc. si filij eius duo non con-

traxe-

traxerint de nouo societatem cũ suis patruis, patre Paulo mortuo fiet diuisio, sicut eo viuente fieret: ita quòd isti filij tum partem patris, tum sua salaria percipient. Verum si aliquo tempore societatem contraxere cum patruis suis, tunc de bonis à tempore contractæ societatis acquisitis diuisio facienda est in capita, ideſt, in persona filiorum Pauli etiam, & non in stirpes, de bonis vero Petri, & Pauli debet fieri diuisio in stirpes, & non in capita reseruatis duobus filijs Pauli salarijs.

Quæstio. ¶ Sed qualiter diuidendi sint fructus pendentes ex possessionibus, quas tenent ad coloniam: dicitur adhoc quartò ex sententia Bar. in suo consilio incipiente Titiarellus, & Bald. in addition. ad Bart. de duo. fra. quòd si boues ad culturam erant communes, prius deductis expensis, diuisio fieri debet in capita, & non in stirpes. Nam hic perpendendum venit fructus tripharíam percipi posse. Primo modo ratione operarum exhibitarum à personis. Secundò ratione agriculturæ cui applicati sunt boues. Tertiò ratione expensarum pro messoribus, & similibus, & pro semine. Igitur deducenda est omnis impensa, quæ si facta est æquali proportione à fratribus, & nepotibus, æquali portione redibit ad vnumquemque: quia omni casu talis impensa deducenda est. l. fundus. ff. fac. er. Secundò autem, sicut boues sunt communes, ita quòd ratione eorum percipitur pro ea parte communicandum est, pro qua: & boues sunt cómunes, quia ratione communis acquiritur dominis pro ea portione, pro qua dominium obtinent. ff. de acquir. rer. do. l. per seruum in fin. Tertiò residui fructus diuidendi sunt in capita, ita vt cuilibet sua contingit portio tam patruis, quàm nepotibus ratione initæ societatis. Societas enim operantium in societate capita spectat dicta. l. si non fuerint.

¶ Tandem Bart. l. in eos. ff. de tute. ait fratrem gubernantem bona communia cum fratribus paruis: non posse petere salarium, sicut tutor petere potest, assignabitur tamen illi secundum Ludo. certa fructuum portio licet salarium petere non possit. Nota. Aduertendum est etiam secundum Baldum in tractatu de duob. fra. Quòd si dentur duo fratres quorum alter duos habet filios laborantes possessionem communem, alius verò nullũ, diuisio fiet æqualiter in capita operantium, quia hæc societas respicit capita eorum, qui operas ponunt.

¶ Addit Paul. in. l. illud. C. de colla. quòd si sint duo fratres, quorum vnus est solus nihil operans, si alius habens multos filios bona gubernat, tunc ille qui est solus in diuisione petere non potest fructus consumptos à filijs fratris, scilicet, pro suo victu vt (puto).

¶ Aduertendum denique est quod lucrũ alterius fratris in dubio præsumitur de patrimonio patris esse, aut de communi si sit homo nullius exercitij. Sicut alias vxor præsumitur habere in dubio de bonis mariti. At verò si artifex sit, & benè lucratur non præsumitur illud habere de communi, nisi exp. esse probetur. C. arbi. tute. l. si defunctus. Nota.

CAP. LXIII. *De diuisione societatis multiplici: an sit societatis, aut locationis contractus, vbi vnus ponit pecuniam & alius industriam. Soluuntur argumenta Gartiæ, & quomodo hic seruatur æqualitas de tribus conditionibus societatis, scilicet, quod negotiatio sit licita: secundum quod pecunia stet periculo: tertiũ, quòd seruetur æqualitas, quod lucrum in societate magis est industriæ de documento Mercati de damnis, quæ inferuntur socijs Indiarum.*

IAm præterea, quæ dicta sunt ad vlteriora quæ de materia societatis disputanda sunt viam sternentes præmittimus cum Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 6. ar. 1. duplex esse societatis genus, vnum, scilicet, dum multi mercatores vnum cumulum suarum pecuniarũ ita coaceruant, quod ministros pecuniam, operas, & expensas in negociando habent communes. Hoc autem negotiationis genus solemne est multumque in oleuit apud insigniſsimos mercatores Burgenses, & Genuenses, Brugenses, Londinenses, & reliquos. De quo societatis genere nulla oritur controuersia. Nam vnusquisque eorum sua pecunia negotiatur, quæ suo stat periculo, expensarum quoque apud eos habetur ratio pro rata suæ cuiusque sortis, pro qua etiam rata lucri inter eos fit distributio. Alterum verò societatis genus est, vbi vnus pecuniam ponit, alius verò industriam, & operas, vt habetur. l. societatem. ff. pro Soci. vel industriam cum aliqua parte pecuniæ. *Duplex societas.*

¶ At verò contractum societatis huius secundi generis solent aliqui in tria membra subdiuidere, primò quando vnus in societate pecuniam confert, alius autem suam industriam, & laborem exhibet. Sicut nõ raro vsu euenire solet quando, quia vnus abundat numis, & industria caret, & alius quia industria est præditus pecuniæ tamen est expers, idem contractum ineunt societatis, quo mutuo sibi sunt adiumento, Secũdum membrum est *Diuisio societ.*

quando

quando vnus eorum pecuniam confert, alius autem pecuniam & etiam conferens labores adhibet sicut vsu euenire solet inter ingenuos, & equites, & inter industrios mercatores. Tertiò, quando vterque solius est industrius, & diues, & vterque cōta societate subministrātur pecunia & industria.

Quæstio. ¶ Iam verò quoniam naturam contractuū rimari primò oportet, quæritur de hoc primo membro, scilicet, quando in societate vnus solam pecuniam applicat, alius verò tantum industriam, & laborem exponit, an contractus hic sapiat naturam contractus societatis aut locationis. Ratio dubitandi autem est, licet videatur quæstio de nomine, quia Garcia. 2. parte de contractibus cap. 17. pag. 525. quamuis fateatur contractum societatis communiter nominari à doctoribus, tamen contendit esse contractum non societatis, sed locationis industriæ, & operarum, additque hanc suam opinionem esse conformem sententiæ Angeli de Perusio approbatæ per Silu. societas. 1. q. 1. qui ait esse contractum locationis, idemque insinuare Nauarrum in summa cap. 17. num. 231. probat autem suam sententiam multipliciter, tum quia contractui societatis repugnat inæqualitas, scilicet, quod si non sit lucrum pecuniā sua ponenti eam sit reddenda, & qui operæ exhibenti eas pereant, ergo talis contractus, non est contractus societatis, sed locationis operarum.

Sent. Garciæ.

1. Arg.

2. ¶ Tum secundum, quia non repugnat contractui locationis operarum pactum de amittendo salarium eis debitum, si tales operæ locatæ fructus speratos non attulerint, vt vsu euenit in hoc contractu, ergo est contractus

3. locationis, & nō societatis. ¶ Tum tertiò quia si aliquid obstaret, quo minus esset contractus locationis esset, quia hic pereunt operæ eas subministranti, at in contractu locationis non pereunt, quia siue lucrum ex eis reportetur, siue non, certum stipendium pro eis est exsoluendum. Sed hoc non obstat vt patet exemplo. Nam si grex ouium pascendus traditus sit pastori pro parte fructuum, & fœtuū, constitutissimum est contractum hunc esse contractum locationis, vbi pastor pascendi locat operas pro parte fructuum, & fœtuum inde sibi obuentura, & tamen si talis grex nihil fœtuum procreasset, aut fructuum protulisset, grex indemnis mansisset domino saluus maneret, at labores pastoris tunc pastoris perirent, ergo hoc non obstat, quia sit contractus locationis. ¶ Tum etiam quartò Garcia hoc confirmat alio adhibito exemplo, vt

4. verbi gratia, si nobilis eques agricolæ agrum suum colendum pro medietate fructuum inde colligendorum daret, per hoc non est contractum hunc solum esse contractum locationis, vbi agricola pro medietate fructuum tan quam pro pretio locat suas operas, & solā quandam hic interuenire apparentiam societatis etiam, si pereūtibus fructibus, saluo agro manente suo domino, agricola suarum operarum sit iacturam passurus, ergo pari ratione contractus vbi pro negotiatione exponuntur hinc pecuniæ, illinc solæ operæ erit contractus locationis operarum, & non societatis.

¶ Igitur ad quæstionem, quamuis quæstio sit de nomine puto respondendum esse per hanc conclusionem. ¶ Verè est contractus societatis, & licitus, in quo vnus pecuniam confert & alter operam. Hæc conclusio est communi vsu recepta, & communiter hic contractus nomen societatis sibi vendicat. conclusio est primū iuris pontificij cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. deinde & iuris cæsarei institutā de societ. per totum &. ff. pro soc. & singulariter. C. pro soc. l. societatem. vbi dicitur societatem vno pecuniam conferente, alio operam dante, posse contrahi, magis obtinuit, & patet ab euētu, quia hic sociantur in iactura & lucro, ergo est contractus societatis, & probantur quoad secundam partē, scilicet, quod sit contractus hic licitus, quia eum negotiatio sit licita, nihil refert an dominus pecuniæ negotietur sua pecunia, an verò alteri eam cōmittat qui suo nomine cum ea negotiationem exerceat, dum modo eam ponens eius periculum subeat, & sub eius dominio maneat. ¶ Et patet etiam quod ex parte ponentis operas contractus societatis dicendus sit & licitus. Quia vt glossa in l. societatē. C. pro soc. docet sæpe opera alicuius pro pecunia valet vt instit. e. §. 2. ergo sicut qui confert pecuniam sub suo periculo licitè contractum societatis init, sic qui cōfert operas sub suo periculo. Igitur ne in re clara immoremur superest vt ad argumenta in contra posita à Garcia respondeamus. Nam in primis dum suam sententiam vult tueri authoritate Angeli de Perusio approbati vt ipse inquit per Silu. frustra hoc intendit. Nam neque Angelus de Perusio (prout ibi approbatur à Siluelt.) quicquam in gratiam Garciæ loquitur, sed neque Nauarrus loco citato pro se allegatus multū sibi fauet. Quia solum ait posse defendi huiusmodi societates potius esse locationes cum salario incerto quàm societates, quod tamen quia contra modum loquendi vtriusque iu-

Quæst. de nomine. Conclus.

Prob.

Prob.

ris,

ris, & doctorum est, velle oppositum defendere magis est proteruire : quam quicquam conficere. Et Sylvest. societas 1. quæst. 3. cũ Angelo tenet, quòd vbi certa est merces, est locatio, alias est societas.

Ad. 1. arg. Garciæ.

¶ Ad primum igitur Garciæ argumentum negamus huic contractui societatis, vbi quis pecuniam confert, alius verò subministrat operas, æqualitatis rationem repugnare. Imò æqualitatis proportio seruatur (vt supradiximus) non propter rationem, quam affert Cõradus libro de contract. quæst. 89. concluſ. 6. in fine, vbi ait, quòd hic interuenit æqualitas, quia sicut pecunia in societatem collata, dũ non perditur, manet salua suo domino: ita persona ponentis industriã, & laborem, quippe quæ ex sua parte est sors principalis posita, dum operæ pereunt, manet sibi salua. Sed cõtra rationem Conradi est, quòd ipsa potius in æqualitatem contractus huius, quam æqualitatem probat. Quia hinc probaretur, quòd amissa sorte conferentis pecuniam, sors principalis præstantis operas, quæ autore Conrado, est sua persona semper sibi integra maneret, & salua maneret: dum sua persona maneret incolumis, quod tamen est dictum ridiculum. Seruatur igitur hic æqualitas, quia exponens pecuniam negotiationi in societate, fuę pecuniæ vsum, & commoditatem cum periculo amissionis tam pecuniæ, quam vsus eius exponit. Ratione autem huius expositionis talis vsus est sibi fructiferus. At verò alius solum vsum suarum operarum suppeditat. Vnde nihil mirum, si in hoc sit melioris conditionis collator pecuniæ: vt dum non perit, sit sibi salua reddenda, quia etiam tunc non immunis euadit ab æquali iactura. Quia sicut præstator operum, suorum operum perdidit vsum, ita pecuniæ collator suæ pecuniæ perdidit commoditatem, & vsum, qui poterat esse fructiferus ex negotiatione, cui exposita erat pecunia cum suo periculo.

Seruatur hic æqualitas.

Iustitia formalis hic seruatur.

¶ Item in hoc contractu seruatur iustitia formalis: & formalis æqualitas, sicut in cambijs, vbi cambitur pecunia ab vno loco in aliũ locum, habito respectu copiæ vnius loci, & inopiæ alterius, nulla habita ratione temporis. Quia hic seruatur natura contractus, vt secundum ipsam nullus cambientium minus habeat, quam debet habere. Ita & in hoc contractu societatis, vbi vnus cõfert operã, alius pecuniam, etiam si pecunia dum non perit, salua suo domino maneat, formalis intercedit æqualitas, quia hoc exigit natura contractus, & nullus eorum obseruata lege huius contractus, habet de eo minus, quàm debet habere, hæc sunt de mente Caiet. & Silu.

¶ Ad secundã Garciæ obiectionem, seu argument. respondetur, quod stando in rigore, & in proprietate vocabulorum repugnat contractui locationis operarum pactum de amittendo salarium eis debitum, si tales operæ locatæ fructum non attulerint, quia locantis operas proprium est eas pro certo, & saluo sibi stipendio locare, neque enim locator operum ex natura locationis earum habet subire periculum, at verò in hoc contractu societatis qui eas operas ponit ex natura societatis earum patitur periculum, quia associantur in lucro, & in periculo. Non enim merus locator operum ex natura locationis tãtum stipendij erat reportaturus, quantum ex societate ista sperat lucrum, si negotiationis alea bene cædat. Imo hac ratione sæpe sæpius malunt isti contrahentes inter se contractum societatis potiusquàm locationis operarum inire, quia collator pecuniæ intelligit planè conducentius esse sibi adhibere sibi socium in negotiatione suæ pecuniæ, quàm conductum ministrum, qui magis oculos solet adijcere ad certum sibi reddendum stipendium siuè lucretur, siuè non, quàm ad curam, quam aliâs deberet gerere, cum salua sibi perstet semper sua merces. At qui socius est quia particeps futurus est lucri, quod maius ex maiori cura paratur, solicitior solet esse in stando negotiationi, & quia præstator operum præoptat societatem ineundo lucrari plus, licet cum periculo, quàm modicum via locationis sine illo.

Ad. 2. arg.

¶ Ad tertiam, & quartam Garciæ obiectiones, & ad exempla, quæ obijcit dicimus, quod in casibus illis, dum sic contrahitur inter dominum gregis alicui pastori pascendum tradentem gregem pro parte fœtuum, & inter ipsum pastorem, & inter nobilem agricolæ tradentem agrum pro medietate fructuum si obuenerint, & inter ipsum agricolã, id quod inde speratur lucrum ab agricola, & à pastore non speratur vt certum stipendium locationis suarum operarum, quia sic minus deberent percipere, sed quia speratur vt pars lucri periculo subiecta suæ industriæ, & operæ correspondens ex lucro societatis obuenturo, ideò talis contractus non est dicendus propriè contractus locationis, sed prius est contractus societatis, quod si Garcia largo modo velit eum contractum locationis appellare propter aliquam ibi similitudinem interuenientem, nihil moror, neque renitar, si dicat quòd aliquomodo regulandus est contractus

Ad. 3. & 4. arg. Garciæ.

tractus hic per contractum locationis, quantum ad æstimationem operarum, iuxta illud quod gloss. ait in l. societatem. C. pro soc. q̃ sæpe opera alicuius pro pecunia valet. Nam æstimatio illarum operarum, id est, valor earum, si locarentur, est sors principalis, quæ hic ponitur ab altero contrahentium, & iuxta maiorem, vel minorem æstimationem earũ arbitrio peritorum faciendam, ex lucro communi obuenturo proportionabiliter capturus est partem: quæ speratur fore maior, quã stipendium, quod operæ locatæ mererentur, propterea quòd periculo exponitur ob maius lucrum.

Conditiones societatis tres.

¶ Postquam contractum societatis licitũ esse comprobauimus: iam non erit ab re illas conditiones, quas ad suam rectitutionẽ exigit adnumerare. Igitur secundum Syluestr. societas. 1. q. 1. & Caiet. in Sum. & sup. 2. 2. q. 78. art. 3. ad 5. & Nauar. in Sum. cap. 17. num. 251. ad iustitiam huius contractus tria requiruntur.

1. ¶ Primò, quod ars, vel negotiatio sit licita, id est, non iniusta: aut vsuraria. de donat. int. vir. & vxor. cap. per vestras. Notanter dicitur, quod requiritur ars, vel negotiatio. Vnde corollariè infert Metina in sua Instructio. §. 27. fol. 147. quòd si quis conferret alteri mille aureos, qui peritia negotiandi careret, neque negotiationi insisteret eo pacto, vt id lucri, sibi rependeret, quod relaturus erat ex negotiatione, si eos negotiationi exposuisset, quia de est ei hæc prima conditio, contractus societatis non est: sed mera vsura: est enim re vera illos mille aureos velle mutuare, & cum lucro eos postea reportare.

Nota. ¶ Signanter quoque secundum eundem Metinam dicitur, quod requiritur negotiatio sit licita. Vnde infert corollariè non esse contractum societatis licitum, siquis pecuniam committat alteri: vt ea negotietur in cambijs his quæ vsus hisce temporibus nostris inuexit, vel si eam conferat mercatori assueto plura vendere ad creditum maiori pretio, quàm ad numeratum.

2. ¶ Secunda autem requisita conditio est, q̃ pecunia in societate exposita stet periculo ponentis, secundum Diuum Thomam. 2. 2. quæstione. 78. artic. 3. ad 5. quia secundum eundem manet sub dominio deponentis: atque ideò ex æquitate, & lucrum, & iactura ad eũ spectat. An verò ratione contractus assecurationis possit saluo, sibi capitali lucrum ex negotiatione captare statim differendum à nobis venit.

3. ¶ Tertia conditio est, quod æquitas seruetur in omnibus, sic quod damna, & lucra sint communia, quod intelligendum est proportionabiliter, ita vt qui plus posuit pecuniæ, vel operæ, plus habeat de lucro. l. si non fuerint, & l. quid enim. ff. pro soc. in quo statur arbitrio boni viri: quod in hac actione sequẽdum est. l. in proposita. ff. pro soc. vnde ista æquitate non seruata, societas iniqua est, & Leonina in d. l. si non fuerint in fi. Vnde Mercatus de contract. cap. 9. de societatibus, pag. 33. libr. 1. censet ab eis qui ineunt societatem cum cognatis pauperibus, vel alijs personis indigentibus, quibus conferunt pecunias, quibus cum negocientur, seruandam esse magis ad perpendiculum istam societatis æqualitatem, ne indigentibus, cum quibus indulgentiores, & liberaliores deberent esse, debitum lucrum suis laboribus expositis correspondẽs subtrahentes segerant iniustos & tirannos.

Inuehitur Mercatus in Hispalẽs

¶ Quare non immerito Mercatus ibi inuehitur contra quendam Hispalensem, qui cum quodam inope, sed valde strenuo, ac industrio viro sic tirannicè gessit, vt conuenerit cum illo demittendo eum ad Indicas regiones cum bis mille aureis insumptis in merces illùc transuehendas pro quarta parte lucri earũ mercium ea lege, vt nihil aliud exigeret lucri aut stipendij pro alijs mercibus, quæ sibi committerentur ad transuehendas eas in nauibus & illic in prouintijs Indiarum diuendendas, cum destinasset centum mille vltra illa duo millia in mercibus illi cõmissa, in naui eadem reponenda concredere illius industriæ, vt illis partibus diuenderentur, pro qua industria & ingenti labore adhibendo nihil lucri illi inopi, & tam industrio augebat, cum tamen præ inopia illam iniquam conditionem, & tirannicam inuoluntarius acceptauerit, constat hanc societatem fuisse Leoninam. ¶ Neque considerauit hanc Leoninam societatem inies quod hic summe adnotandũ venit circa hanc tertiam conditionem (prout notat Mercatus) quòd in tractu negotiationis prolixo diuturnoque plus industria, & labor æstimanda aliquando veniunt, quàm pecunia contra extimationem falsam dantium pecuniam in societatem exercentibus pecuniæ negotiationem, inst. de societ. §. de illa sæpe vnius ex socijs diligentia tantum præstat, quantum pecunia ab alijs collata. l. societ. ff. pro soc. suffragatur huic assertioni Mercati sententiæ communis theologorum, & philosophorum moralium: qui magis lucrum, & emolumentum negotiationis attribuunt ingenio & industriæ negotiantis

Lucrum in soci. magis est industriæ.

tiantis, quàm pecuniæ, cuius nos, & ipsa experientia commune facit: dum passim videre est, quosdam parua forte pecuniæ incipientes negotiari in breui ditescere, alios verò alià pecuniosos, & diuites, quia expertes industriæ, & vecordes sunt negotiationi insistendi in magnam pauperiem fuisse delapsos. Non enim pecunia in arca parit, nam de se sterilis est: sed industria negotiationis, & labor eã efficit fructiferam, & fœcundam.

Documentum. ¶ Præterea, quia de conditionibus iustificãtibus hunc contractum societatis agimus: illud documentum Mercati vbi supra, hic commendatione dignum est, scilicet, quòd quando à conferentibus pecuniam in societate exponentibus operas aliquę conditiones graues præsertim indigentibus imponuntur, taliter inter eos conueniat opus est, quòd iuxta grauamina conditionum, quibus grauatur ponens operas, recompensa sibi fiat de lucro. Solet nanque conditionibus his grauari, scilicet, quòd extra societatem nullam aliam negotiationem exercere, aut sortem habere, neq; alij rei operam nauare possit, Neque enim huiusmodi grauaminum impositores iustam causam ea non recompensandi habent, quòd cau sentur scientibus, & sic volentibus acceptare iniuriam non fieri. Aut desinant sic indigentes & præ penuria illas iniquas conditiones admittentes opprimere, & eorum sudore, & laboribus locupletari, aut se beneficos exhibeant eis quos assumũt in socios egenos, alias industrios, saltem æqualitatem iustitiæ in contractu societatis cum eis seruando.

¶ Item ad hanc tertiam conditionem attinet, quod sicut partienda sunt lucra, ita resarcienda sunt damna, quæ sua culpa socius socio infert, cuiusmodi sunt, quæ Mercatus vbi supra narrat, & passim Hispalenses socij correspõsores hæc damna moliuntur aduersum consocios mittentes sibi argentum, & aurum ex regionibus Indiarum, quo illud in merces transmittẽdas ad illos in classi illuc nauigatura insumãt, quod soliti sunt insumere, vel alia debita peculiaria soluendo, vel pro alijs locis Indiarum aliam expeditionem mercium faciendo, sicque defraudãt consocios missores auri, & argenti, nullas in destinato tempore eis merces mittendo, vel certè deteriores, aut cariores merces illis mittunt, quippe quas ad creditum hac ratione Hispaniæ maioris emunt, vel ea genera mercium, quæ petebantur à socijs insulanis, quorum inopia illic laborabatur hac de causa non mittunt: sed alia quibus minus lucri illic comparatur. Cumq; passim

Dãna quæ inferuntur socijs Indiarum.

nocumenta hæc socij Hispalenses suis consocijs insulanis patenter inferant, mirum est dictu, quàm parum hæc animaduertere curent, & ac si res hæc penitus sancta sit, sic se immunes ab omni culpa, & restitutione esse sentiũt.

¶ Quoniam de resarciendis damnis illatis societati, quatenus attinet ad hanc tertiam cõditionem inceptus est sermo: nunc quoq; & de hac quæstione dicendum venit, scilicet, vtrùm damnum personæ ponentis operas sit commune, & communicandum: vt si aliquis sociorum tutando pecuniam à latronibus percussus est, fecitnè expẽsas, aliquauè perdidit, quæ secum non tulisset, nisi communi nomine fuisset profectus ad negotiandum. *Quæstio.*

¶ Dicendum est autem, quod tale damnũ est communicandum, estq; de communi soluendum socio illud passo: quando damnum illud est extrinsecum, & proueniens ratione societatis, quod limitandum est etiam quantum ad damnum cuius societas est causa immediata, non autem cuius est occasio remota. Hoc assertum expressè habetur. l. cum duobus. §. quidam sagariã. ff. pro socio. quod Bal. l. 1. C. pro soc. sic limitauit. Signanter dictum est, si fuerit damnum prouenies ratione societatis. Nam secundum summarium Bart. dicta. l. cum duobus. damna, & lucra contemplatione societatis obuenientia sunt communicanda. Secus si contemplatione personę obuenerint, licet societas fuerit occasio: vt si verbi gratia, abfui propter societatem: & consanguineus meus concedens testamẽtum me absente instituit hæredem extraneum, quod nõ feciſſet si adfuissem dicta. l. socium. Hoc damnum licet fuerit ex societate occasionatum, quia tamen non est à societate immediate causatum, non conuenit de communi soluendũ sicut etiam lucrum personæ licet sit ab societate occasionatum dum ratione societatis nõ obuenit, non est in commune deferendum, vt verbi gratia, si propter societatẽ adiui principem, & ei gratus extiti, ideòq; ab eo donatus sum Castro, non contemplatione societatis, sed meæ personæ tantum ei complacentis, illud non est communicandum, neque cum socijs diuidendum, ita in. l. socium. §. socius. ff. pro soc. Sed etiam notanter diximus quando damnum istud est extrinsecum. Nam si sit dãnum intrinsecũ, scilicet, ipsius capitalis, quid peribit, si sine culpa socij cum eo negotiantis perijt, aliter dicendum est: De quo rursus incidit sermo. *Respons.* *Nota.* *Nota.*

CAP. LXIIII. *An cuncta pecunia ab vno exposita in societate reputanda sit pro principali sorte: nam dissentit hic Sotus à reliquis, statuitur hic regula lucida Caiet. si pecunia pereat, cui debeat perire. An liceat conuenire vt ponens operas partis pecuniæ iacturam subeat. In dubio intelligitur contracta societas secundum consuetudinem regionis: an sit contra æqualitatem quod hic ponens pecuniam minus accipiat lucri, quam par sit, non consecuto lucro an capitale pecuniæ sit partiendum? & in dubio pecunia à principio communicata non præsumitur.*

QVoniam tertia conditio id exigit, vt dãna, & lucra in societate sint communia proportionabiliter, iuxta valorem eius, quod vnusquisque socius in societatem confert, & quia ista lucrorum, & damnorum cõmunio & partitio exigit cognitionẽ summæ, quam vnusquisque sociorum in societate, vt sortem principalem cõtribuit. Iam quæritur, *Quæst.* an cuncta pecunia, quàm quis in societate exponit reputanda sit pro principali sorte. *Sent. Soti.* Sotus nanque de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. art. 1. opinatur nõ totam pecuniam in societate expositam reputãdam esse pro sorte principali, neque habendam esse rationem quantitatis pecuniæ, quam quis in societatem cõfert: sed periculum cui exponitur esse attendendum, scilicet, quanti constet, & æstimetur eius assecuratio. Nam pretium inquit quo assecuraretur est, quod tantum in sortem principalem cui correspõsura sit quantitas lucri, confertur à ponente pecuniam. Quod probat multi *Argum. 1.* pliciter. ¶Primò, quia alias, si quis in societatẽ conferret decem millia aureorum, nusquam industria alicuius socij eò attingeret, vt in valore par esset tantæ aureorum summæ, quod tamen contra legem instit. de socie. §. de illa, vbi habetur quorundam opera, ita pretiosa esse, vt iustum sit conditione meliori in societatem admitti. *Arg. 2.* ¶Secundò id probat, scilicet, quòd valor ille nõ sit totus censendus ad percipiendum lucrum, quoniam qui pecuniam sic ponit non illam expendit, neque ãlteri tribuit, postquam est item sibi redhibenda: sed tantum exponit eam periculo: ergo solũ æstimandum est quantum valet periculum pecu- *Confir. 1.* niæ. ¶Insuper confirmari potest, quia ratio quare illa pecunia est, fructifera est, quia exponitur negotiationi cum periculo, ergo iuxta quantitatem, & æstimationem periculi illius exspectandum est lucrum: & non iuxta totam summam ipsius. Patet consequentia à simili, quia si ratio calefaciendi est calor, iuxta quantitatem caloris sequetur maior, vel minor calefactio: ergo à simili iuxta quantitatẽ periculi (si periculum, cui exponitur in negotiatione est ratio, & causa lucri) sequetur ponenti pecuniam correspõsio quantitatis lucri. Item vltimò confirmatur, quia si talis pe- *Confir. 2.* cunia, prout est exposita periculo negotiationis, sicut aliud debitum periculosum venderetur, ratione periculi, post negotiationem ab ea præmente recuperanda si domino suo forte manifesset salua, & secus si periisset, tunc profecto multo minoris æstimaretur: & emeretur: ergo illa pecunia sic cum periculo negotiationi exposita non est æstimanda in ordine ad lucrum quantum in se seorsum considerata valet: sed quantum, vt est periculo exposita valet.

¶Igitur pro constanti intelligentia quæstio- *Conclus.* nis statuitur contra Sotum certa cõclusio, scilicet, non est habenda ratio in societate tantũ valoris periculi pecuniæ expositæ negotiationi, sed quantitatis & valoris ipsius pecuniæ: itaq; hic tota pecunia exposita pro sorte principali, in societatem collata esse cẽsetur, & nõ tantum pretium assecurationis periculi illius, verbi gratia, si in societatem conferantur duo millia aureorum ab vno sociorum, quæ ducentis aureis, sibi á tertio iusto pretio assecurarentur, iste socius non est censendus ponere pro sorte (vt ait Sotus) illos ducentos pretiũ assecurationis aureos tantum: sed duo millia aureorum pro sua principali sorte censetur cõtulisse. Hæc conclusio est Nauarri in summa cap. 17. num. 251. videtur esse Metinæ in sua instruct. §. 25. in tertia societatis conditione, vbi ait lucrum resultans ex negotiatione in societate ad vnum cumulum redigendum esse, indeque proportionabiliter diuidendum esse iuxta id, quod singuli sociorũ contulere, subiungitque exemplum in quo simul cum Caieta. hanc nostram conclusionẽ videtur approbare. Nam ait, quod si vnus mille aureos con- *Exemplum concluſ.* ferat in sũmendos in merces, aliusque suos labores subministrat ad transuehendas eas merces ad insulas per mare, ibique vendẽdas, qui labores pro mille alijs aureis computantur, si alius suam solicitudinem, & industriam hic exhibeat: quæ quingenti aureis tantum æstimantur: si ex hac negotiatione lucrum quingenti aureorum est relatum, qui mille aureos in pecunia contulerat ducentos aureos inde ex lucro hoc reportabit, qui verò labores equivalentes mille aureis præstauit totidem ducẽtos aureos, sibi accipiet: qui verò industriam tantum æquipollentem quingentis aureis cõ-

tulit

tulit centum tantùm aureos sibi vendicabit: quia tantum dimidium respectu aliorum pro sua sorte in societatem contulit. Hanc autem tanquam admirabilem regulam dilucidamq; Caietani commendat ibi Medina, vtpotè tanto autore dignam, vbi videre est Caietanum, & Medinam rationem non habere valoris esse curationis capitalis, idest, pecuniæ collatæ in societatem: sed æstimationis ipsius pecuniæ in ordine ad diuisionem lucri. Hæc etiam nostra conclusio est Garciæ de contract. 2. part. cap. 17. pag. 501. probat autem multipliciter eam Nauarrus, id est, quia sic habetur in. l. si non fuerit. ff. pro soc. & instit. de societ. §. de illa. Tum, quia hoc quod Sotus in contrarium asserit est nouum commẽtum & nullibi est apud negotiatores vsu receptum. Tum, quia securior, & clarior est regula ad statuendam æqualitatem in societate inter socios dicere id negotij ad iudicium peritorum esse remittendũ, qui æstimato prius pretio pecuniæ collatæ cũ hac conditione expressa, vel tacita, scilicet, q̃ pecunia nullam iacturam passa in primis domino suo sit restituendi, qui contulit illam, si mul etiam æstiment pretium industriæ, & laboris ex parte ea exponentium, ea quoque adiuncta conditione expressa, vel tacita, scilicet, quòd nisi lucrum obueniat, eas operas, & industriam socij adhibentes nihil pro eis sint percepturi, quia illis tunc pereunt.

Regul. aluc. Caiet.

Prob.

Prob.

¶ Probatur etiam, quia exponens summam pecuniæ in societate ex tota illa, siuè modica sit, siuè magna, lucrum reportare in animo habet, nam alias frustra exponeret totam, si ex tota lucrum referre non pararet: ergo tota illa summa, vt sors capitalis, ex qua tota lucrum intenditur negotiationi exponitur.

¶ Et confirmatur, quia si non tota illa pecunia negotiationi exponitur: ergo aliqua eius pars negotiationi non esset exposita: ergo pars non exposita esset tantum mutuata socio, quare ex ea lucrum sperari non posset: ergo tota exponitur si de tota expetitur lucrum. Meritò ergo opinio contraria Soti reprobata est á Nauarro, & præter rationem est dicere, quòd mille aurei negotiationi cum periculo eorum iacturæ expositi in ordine ad societatem, & lucrum, non æstimentur plusquã valor assecurationis eorum, quia certè si in negotiatione perissent, eorum assecurator non centum quod erat iustum (vt supponimus) pretium assecurationis eorum, sed totidẽ mille aureos eorum domino iuste cogeretur exsoluere. Neque obstat aliquid incontrarium, vt in solutionibus argumẽtorũ magis patebit.

¶ Ad primum igitur argumentum in contra dicitur, satis est aliquando, licet non semper, æstimatio laboris, & industriæ possit non solum adæquare, sed etiam excedere æstimationem pecuniæ negotiationi expositę, etiam si plura millia aureorum exponantur, vt dicta lex verificari possit. Sicut vsu euenire posset in casu, quo quis valde industrius socius tantum multa millia aureorum Hispaniæ insumpta in merces ad Indos transuehendi, ibique vendendi curam in se susciperet. Nam tunc nihil mirum si industria, & labor diuturnus & periculosus istius non solum exæquet: sed etiam excedat valorem summæ aureorum expositæ. Dixit enim rectè Mercatus loco vbi suprà, labores, pericula, industriã, qualitatem q; personæ socij hæc obeuntis eo magis esse æstimanda, quo hæc fuerint maiora. Vnde cum mercibus socij nauigantes ad Indos parum pecuniæ, aut nihil in talem societatem soliti sunt conferre: & tamen nõ immerito propter prædictas rationes magnum cumulum lucri referunt.

Ad. 1. arg. Soti.

¶ Ad secundum Soti argumentũ respondetur, quod licet tota illa pecunia, quæ in societatem confertur, si salua esse contingat, domino sit redhibenda: tamen, quia non pars eius, sed tota exponitur periculo, ideo meritò ex tota illa exspectandum est lucrum, & non ex valore tantum, quem valet eius periculum, & propter rationes prædictas.

Ad. 2. arg.

¶ Ad confirmationem verò primam dicetur, quod propriè loquendo ratio ob quam illa pecunia fit fructifera est, quia exponitur negotiationi, & periculum, cui exponitur non est propriè causa, & ratio lucri, sed est causa sine qua non, domino suo lucrari non posset, sicut applicatio ignis ad stupam non est causa, aut ratio formalis inflammationis eius, sed tãtum causa, sine qua non, sic & in præsenti. Secundò dicimus, quòd sicut ignis, si totus secũdum suam totam extensionis quantitatẽ principio passiuo applicetur, secundum se totum, vt sic extensus, & applicitus concurrit, sic tota summa pecuniæ negotiationi exposita, & periculo iacturæ obiecta, quia secundum se totã tali periculo, & negotiationi subditur, secundum se totam fit sors principalis in societate, & fit causa lucri, & non solum, vt periculum eius æstimatur.

Ad confir.

¶ Ad vltimã cõfirmationẽ respondetur, q̃ pecunia subiecta negotiationi in societate potest cõsiderari dupliciter: vno modo, vt periculo iacturæ exposita est, tantũ sine spe percipiẽdi ex ea aliud lucrũ præter eã, & si sic veniret, mino-

Ad confir. vltim.

minoris emeretur: sicut cætera debita periculosa, eo solum quòd periculosa sunt minoris emi solent. At verò si talis pecunia consideretur, vt in potentia propinqua, & in virtute est lucrificatiua, quia exposita negotationi licet cum suo periculo, sic non minoris veniret, neque minoris emeretur: sicut neque minoris granum tritici iam satum emitur, quia licet subdatur periculo: tamen istud periculum cũ spe colligendi fructus non solum recompensatur, sed cumulatur per emolumentum ex fructu speratum. Sic & in præsentiarum, & licet possit esse aliqua differentia: sed satis est hæc similitudo ad acquiescendum huic solutioni in moralibus, & ideo consideranda est hic pecunia non vt cum periculo suo tantum valet, sed etiam vt sic fructifera est: quare tandem æstimanda est, quantum in se valet: quia id quod ratione periculi à valore eius ex vna parte detrahitur, ex alia parte ratione spe lucri cum qua coniuncta est sibi additur.

Quæstio. ¶ Circa illam tertiam conditionem, quæ dictat in contractu societatis æquitatem esse seruandam in omnibus iam multa emergunt dubia, quorum primum est, an pecunia si pereat, soli eam conferenti: & non socio præstãti solas operas debeat perire? *Respons.* Respondetur ergo, quod licet in hac re multi multa & varia dixerint: tamen verius est de iure & in conscientia, quod totum capitale pecuniæ, siuè pereat ante operas, siuè post, si iactura eius in principio, siuè in medio, siuè in fine negotiationis fiat, soli cõferenti illud perit. Hæc assertio est Bald. in l. 1. C. pro soc. est de mente D. Thomæ. 2. 2. quæst. 78. vbi ait, quod committens pecuniam mercatori, vel artifici non trãsfert dominium illius sicut in mutuo: sed remanet eius, ergo sentit, quod iactura eius domini debet esse propria, si pereat, est etiam de mente Bart. in dict. l. 1. est Syluestri societas, quæst. 6. est Angeli, est Nauarri in sum. capit. 17. num. 252. & 253.

Probat. ¶ Quam probat Nauarrus, quia si alicuius partis pecuniæ positæ ab alio iacturam solas conferens operas deberet subire, profecto illa pars iam esset constituta extra periculum: ac per consequens esset socio tantum mutuata cum intentione inde referendi lucrum, quod nõ vacat vsura. Item, quia in fine societatis tota pecunia sortis, si salua remaneat, est socio eius collatori reddenda: ergo non facta fuit communis: ergo nullius partis eius præstans tantum operas tenetur iacturam subire, cum ad se neque in parte attineat.

Probat. ¶ Tum, quia postquàm adhibens operam, si non subsit lucrum in fine, nullam partem illius pecuniæ vendicare potest, non licet pacisci, vt subministrator operum, & industriæ aliquam partem dimidiam, aut tertiam, aut quartam soluat. Quod & confirmat Sotus vbi supra cõtra alios, qui in hoc ait esse deceptos, dicens non posse licitè quempiam in societate ponere mille eo pacto, vt tantum quintæ partis periculum subeat, quintamque partem pariter recipiat lucri. Nam cum alius subeat periculum aliarum quatuor partium, illa ratione meretur, secundum Sotum alias quatuor partes lucri, atque adeo pro industria nihil reciperet. Tum, quia non est duplici onere grauãdus vnus socius plusquàm alius, si ergo pónes operas grauatur onere perdendi operas in casu, quo non sequatur lucrum, sicut grauatur pecuniæ collator onere amittendi pecuniam, casu, quo eius sequitur iactura: ergo præstator operum socius non est opprimendus alio nouo superaddito grauamine, scilicet, quod partis pecuniæ si pereat, periculum subeat, præsertim cum labor, & industria aliquando in tantum excellere possint, vt merito ea adhibenti ex lucro duæ partes tertiæ contingere debeant. *Confirm.*

¶ Et patet vltimò, quia si totius suæ sortis pecuniariæ collator illius periculum subeat, sicut operum subministrator socius suorum operum periculum sustinet: seruatur æqualitas, & alias non: ergo iactura tota pecuniæ debet esse propria eam ponentis. Consequentia est nota, & antecedens patet, quia iuxta mentem horũ doctorũ hanc assertionem tenentiũ ex vna parte hic ponitur cõmoditas pecuniæ potiusquàm ipsa pecunia, nisi detur æstimata secundum Sylueſt. & ex alia parte ponitur cõmoditas operum, & sic fit æqualitas etiam si pecunia maneat propria ipsius deponentis, quia sicut vnus si non subsequatur lucrũ, perdit vsum suæ pecuniæ, sic & alius vsum suarũ operum: & è cõtra: ergo si pecunia manet propria ipsius deponentis, sic & propria debet esse sibi, si pereat eius iactura, vt in omnibus æqualitas obseruetur. Neque hoc est contra id quod supra diximus, scilicet, quod tota pecunia censetur exposita, quia verum est, quod tota exponitur, non quoad proprietatem eius, quia propria manet ipsius deponentis: sed exponitur tota negotiationi quantum ad eius commoditatem, & vsum: at periculo exponitur quoad eius etiam proprietatem, neque enim si pereat, collator eius tantum perdet commoditatem, & vsum: sed etiã proprietatem illius. *Prob. vlt.*

¶ Sed

Quæstio. ¶ Sed consequens ad prædictum exurgit dubium, an aliquando liceat deducere in pactum, quod ponens solas operas partem iactu ræ pecuniæ subeat si perierit. Neque tam facilis hæc quæstio est, vt non possit controuerti. Nam gloss. 14. quæstione. 3. in capit. plerique, & Panormitanus in capit. per vestras. de donat. inter vir. & vxo. hoc in pactum deducere licitum esse putant. At verò S. Bernar. eis aduersatur hac ratione inductus, scilicet, quia si capitale pro parte sit securum, ibi pro parte resultat mutuum, ex quo cum speretur lucrum, labe vsuræ totus commaculatur contractus.

Respons. ¶ Nihilominus tamen cum Syluestro loco vbi supra respondemus, quod simpliciter nõ licet tale pactum contractui societatis miscere propter rationem Sanct. Bern. quæ id conuincit, & propter rationes in præcedenti quæstione allatas. Liceret tamen in casu, quo pecunia conferretur cum pacto, quod communis esset, & communiter inter socios sicut lucrum diuideretur, apponere pactũ, vt socius alter collator operum partis illius periculum in se susciperet, quod Nauarrus in Sum. capit. 17. numer. 254. ait esse sententiam omnium, quam tenet etiam Sylvest. societas. 1. capit. 6. Vnde ait Angelum inferre, quod si expacto, aut ex consuetudine periculum capitalis aliquando erat commune, communiter debet diuidi inter eos: quod tamen intelligendum est esse verum ad hunc sensum, scilicet, quod toto tempore societatis capitale sit commune, vnde in fine diuiditur si supersit, & cõsequenter si perit, quilibet suam medietatem perdit. Non autem ad istum sensum, scilicet, quasi si pereat, socius vnam medietatem restituat ei, qui posuit, quia ista pars esset secura, & consequenter esset pro parte mutuum.

Nota. ¶ Addit tamen ibi Syluester, quod si non apparet quomodo sit contracta societas, intelligitur contracta secundum consuetudinem regionis: & inter mercatores secundam consuetudinem mercatorum. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. qui assidua, sed certè hisce nostris temporibus malè audiret (vt putò) apud omnes socius ille, qui pecuniam conferens deduceret in pactum, quod socius eius medietatis illius subiret periculum, nisi expressè adderet, quod fieret communis, quia nota vsuræ inde inureretur inter vulgares etiam, si apud se secretò in animo concepisset, quod pecunia fieret communis, ita quod in fine si capitale supereſſet diuideretur secundum quod totum, vel pars eius remaneret, iuxta gloss. 14. quæstione. 3. cap. plerique, quin de hoc apud vulgares non constaret.

Quæstio. ¶ Insuper circa tertiam conditionem de æqualitate seruanda in societate, an sit contra eam, si collator pecuniæ minus lucri, quàm pars sit accipiat ex ipsa societate, iam nũc quæritur. Respondet autem Nauarrus in Summa Sent. Nau. cap. 17. num. 251. rem esse suspicione vsurę, & iniustitiæ carentem, si conferens in societatẽ pecuniam, dum donare potest minus lucri, quàm par est accipiat, per quod multas societates iustificari ait, quas aliqui prælocupletes cum suis consanguineis, aut affinibus, aut famulis amicis modicæ experientiæ, & industriæ conciliant, quo eis honorem, fidem, & diuitias comparent, qui conferendo eis in societatem magnam copiam, & vim pecuniæ solum ad rependendam dimidiam, aut tertiã, aut quartam lucri partem eos obligatione astringunt.

Sent. Aut. ¶ Verumtamen nobis videtur, quod in hac parte extra exemplum adductum à Nauarro vbi abundantia diuitiarum conferentis, sic in societatem pecuniam simul & necessitudo, & amicitia intercedens arguunt voluntariam donationem, & liberalitatem, quam sic erga suos exercere volunt, in alijs casibus non est tam latè loquendum, prout hic loquitur Nauarrus quia sunt nonnulli, qui etsi pecunia ociosa eis suppetat in arca: tamen ignaui sunt, & ignari: & omnes industriæ negotiã di prorsus expertes, qui quasi necessitate constricti, ne sua pecunia ab lucro vacet, eam alicui fido, & industrio in societate committũt. Non igitur censendi sunt isti maximè cum ex ignorantia, & ex prædicta necessitate periculo negotiationis exponunt pecuniam cum tã cupidi sint eam augendi, quod eius periculo non parcunt, quod velint multum minus lucri, quam par est recipere, & quod reliquum est socio donare, pedetentim igitur hic procedendum est, & grano discretionis est vtendum ad speculandum, an adsint causæ quæ voluntariam donationem residui probabiliter arguant.

Quæst. ¶ Porrô circa istam tertiam conditionẽ de æqualitate seruanda in contractu societatis, vbi vnus confert pecuniam, alius verò operas. Quæritur vtrùm requiratur, quod non consecuto lucro (ne suis operis eas in societatẽ adhibens omnino maneat defraudatus) capitale pecuniæ si supersit saluum, inter eos dispartiatur: & videtur quod sic. Obiectio Nam alias non apparet hic quomodo ser-

netur æqualitas, si nullam iacturam dominus pecuniæ patiatur cum operarum submini-
stra tor earum dispendium sit passus. Igitur Gon-
radus de contract. quæst. 93. concluſ. 2. corol.
2. hac ratione fortè persuasus in hoc casu ad
statuendam æqualitatem inter socios, capita-
le pecuniæ manens saluum dispertiendum es
se inter eos ait. Sed hæc opinio meritò & ab
scholis, & ab vsu exploſa est. Nam secundum
Caietanum in sum. & Sotum de iustit. & iur.
lib. 6. quæstio. 6. artic. 1. & Nauar. capit. 17. in
Summ. num. 252. oppoſita opinio est vera, &
patet instit. titul. de societ. & ex gloſſ. l. socie-
tatem. C. pro soc. vbi dicitur capitale manens
saluum non esse communicandum, & diuidé
dum cum alio socio ponente operas: sed illud
deponenti esse restituendum. At patet à simi-
li, quia etiam in contractu locationis res loca-
ta si in columis maneat, reddenda est locanti,
sicut etiam grex concreditus pastori pro pre-
tio, id est, pro parte fructuum, & fætuum, vt
ab ipso patcatur, si nihil fructus, aut fætus suc
cresceret: sed tantum grex maneret saluus: nó
obstante, quòd labores pastoris tunc perissent
grex superstes domino suo totaliter esset resti
tuendus sic in præsentiarum, totum capitale
pecuniæ manens domino suo totaliter est re-
ponendum. Quia secundum mentem D. Th.
loco citato sic censetur posuisse pecuniam in
societate, vt tota sua maneret, nisi ab initio có
tractus sic suam pecuniam daret in societaté.
vt communis fieret statim, non vt sua maneret: & licet in dubio, dum non apparet, an ab
initio fuerit cómunicata pecunia, an sua pro-
pria deponentis maneat ab aliquibus allegan-
tibus. l. 1. §. fin. ff. pro soc. præsumatur commu
nicata: tamen (vt glo. l. societatem. C. pro soc.
insinuat) consuetudo inualuit quod in dubio
pecunia communicata esse non præsumatur,
hocque sentire videtur Nauar. vbi supr. num.
853. vbi asserit, quod tunc pecunia perit vtri-
que socio, quando collata est cum pacto, vt
communis esset, & communiter inter illos, si-
cut lucrum diuideretur, quasi insinuet, vbi ab
est hoc pactum, non præsumi fuisse communicatam. Neque obstat, quod Sylvest. societ.
1. quæst. 6. ait, scilicet, quod si fiat pactũ, quod
periculum sit commune, etiam si non expri-
matur, subintelligitur fuisse pactum tacitum
de capitali communicando, & diuidendo in
fine societatis, & è contrario instit. pro soc. §.
illud. quia pactum factum de damno intelligi
tur etiam de lucro, non (inquam) obstat, quia
id verum habet solum in foro exteriori vbi
consuetudo regionum inducit præsumptio-

Opinio Cõradi explo ditur.

Probat.

Consuetudo qualis hic.

nem contrariam. ¶ At verò ad rationem Con radi diximus, quod iterum repetimus satis ser uari æqualitatem etiam, si tota pecunia nullo habito lucro mansit salua si suo domino red-datur, quia nõ manet adhuc sine iactura, quia sicut alius operas perdidit, sic & iste suæ pecu niæ commoditatem, & vsum quem in negotiatione habere poterat perdidit. *Ad obiect. Conradi.*

¶ Ex prædictis corollariè sequitur, quòd neque etiam ad statuendam æqualitatem inter socios, quorum vnus exhibet operas, alius autem pecunias in casu, quo reportatum sit lucrum ex sotietate in quam alter contulit centum: & alter negotia gesit, & de lucro acquisita sunt ducenta, requiritur vt alij per-peram dicunt quod ponens operas inde ex lu-cro prius pro suis operibus extrahat centum: sicut ponens centum pro sua sorte, prius ex prædicto lucro debet (quæ sua sors fuit) ex-trahere centum. Ita Sylvest. verbo. societas. 1. quæst. 20. quod & probat, quia hoc nullo iu-re cauetur diuino, canonico, vel ciuili, tum, quia qui ponit operas tantum nihil propriè ponit consistens in capitali, vel sorte, id est, ali quid permanens non ponit. Opera enim ho-minis nihil aliud est, quàm officium diurnũ. l. 1. ff. de oper. lib. quin potius opera hominis nihil aliud dicitur esse, quam fructus homi-nis, vt. l. 3. & seq. ff. de oper. seru. solum gestor ergo negotiationis fructum suæ personæ, id est, operas impendit, qui quidem fructus cor respondet commoditati illorum centum, aut fructui illorum centum, iuxta. l. cum duo-bus. §. incoeunda. ff. pro socio. Neque obstat quod dicitur, scilicet, quod opera alicuius pro pecunia valet, vt inst. pro socio. §. 2. quia intelligitur pro pecunia valet, id est, pro vsu fructu, vel quasi pro commoditate, & vsu pe cuniæ in negotiatione valet, id est, pro eius vsu ponitur, quasi ei correspondens. Vnde fors permanens propriè non est, vt pro ea ex lucro ducentorum, centum sint prius extra-henda: tum, quia si ponens operam deberet ipse extrahere ante diuisionem alia centum, is qui ponit pecuniam nihil lucraretur, nisi lucrum esset vltra centum pro centenario, quod tamen rarissimè vsu venit. Vnde fermè semper aliquid de sorte amit-teret, licet reuera aliquid lucri partum esset. *Corol. 1.* *Fit satis ob iectioni.*

CAP.

CAP. LXV. *An liceat saluo capitali per tres contractus in societate initos lucrum reportare, variant hic Doctores: glossa Nauarri apparet non tam consona textui, per vestras. de donat. inter vir. & vxor. de intelligentia Papæ, referũtur sententiæ Thomistarum, exponitur forma contractus. Statuitur sententia autoris cum triplici limitatione: quæ quia non attenditur res est periculosa, contractus insuper Italiæ non est securus, neq; in assecuratione trãsfertur dominiũ.*

POrrò circa illam secundam conditionem requisitam in cõtractu societatis, scilicet, quòd pecunia in societate posita stet periculo ponentis, quia grauissimum dubium instabat ad hunc locũ consulto illud remisimus. Quæritur ergo, vtrùm licitum sit pecuniam in societatem exponere saluo capitali præsertim tres ineundo contractus cum eodem socio.

Quæstio.

¶ At quia quæstio hæc duas complectitur partes: prima nanq; est vtrùm absolutè saluo capitali inire societatem liceat: secunda vtrum via assecurationis sortis cum eodem socio sic licitum sit contrahere, à prima quæstione, quia nullatenus est in ambiguo breuiter nos expedituri pro parte affirmatiua arguimus primò sic ex capit. per vestras de donat. inter vir. & vxor. vbi permittitur, vt maritus dotalem pecuniam apud mercatorem collocet, vt eius lucro viuat, quod fieri non potest nisi saluum sit capitale. Siquidem dos semper vxori debet salua persistere.

Arg. 1.

Arg. 2.

¶ Secundò arguitur, potest, qui amplã pecuniam in societate ponit paciscí cum socijs, vt non ipse totum eius periculum subeat, sed ipsi partem, ergo eadem ratione potest inter eos conuenire, vt alij periculum subeant, ipse vero tantum pecuniam conferat.

Arg. 3.

¶ Tertiò arguitur, quia ponens pecuniam duplici periculo substare non debet, sed ex natura contractus societatis, quia collator pecuniæ committit pecuniam socio cum ea negotiaturo, illa pecunia substat periculo apud socium, qui fugere potest, aut deficere, aut infideliter negotium gerere: ergo non est subdenda periculo alteri: sed ratione istius periculi poterit collator illius citra periculum eã amittendi in negotiatione ex ea lucrum reportare.

Arg. 4.

¶ Quartòarguitur ex. §. de illa. inst. pro soc. vbi dicitur valere pactum, quod alter nõ sentiat de damno, sed de lucro, ergo fieri potest pactum, vt collator pecuniæ non patiatur dãnum iacturæ capitalis. Et cõfirmatur, quia ponens operas posset paciscí, vt ipsis pereũtibus, sibi aliquid soluatur, q̃ est eas facere saluas: ergo sic etiam posset expositor pecuniæ ex pacto facere saluam pecuniam.

¶ In contrarium, quia tale pactum de percipiendo lucro, saluo capitali, est contra sententiam Theologorum, & contra naturam societatis, quæ est fraternitas. De cuius natura est, quod partes sint æquales.

¶ Quæstio hæc licet controuersa sit inter Doctores iuridicos: tamen, quia parum præ se fert ambiguitatis, vnica hac conclusione expeditur, scilicet, non est licitus ille cõtractus, vbi quis sic pecuniam cõfert, vt nulli se exponat periculo, sed alter tenetur quomodocũq; cedat negotiationis alea, eundem seruare indemnẽ. Ratioq; huius cõclusionis est peruia, quoniã hæc nõ est societas, sed verũ mutuũ, q̃ si mutuũ nõ esse dixeris, eò q̃ eã pecuniam exponens eius dñs manet: est tamen cõtra naturã societatis, q̃ quis velit lucrũ pecuniæ suæ manente salua, quia secundum D. Tho. quòd pecunia exponatur periculo in negotiatione est causa, sine qua nõ est fructifera, vel lucri allatiua. Tũ, quia sic res manet propria deponentis, contra iustitiam est socĩ grauare obligatione eam assecurãdi, nullo sibi collato pretio (vt nunc loquimur) quia est illũ duplici onere grauare, & onere amittendi suas operas, & onere insuper capitale persoluendi, si pereat.

Conclusio.

Ratio.

¶ Ad primũ igitur argumentũ sunt qui respondeant concedentes in dicto capitulo indulgeri marito, vt possit dotem saluo capitali apud mercatorem ponere, vt eius lucro matrimonij onera sustineat, sicut genero permittitur, vt fructus pignoris extra sortem suscipiat. Idemq; aiunt de bonis pupilli, inter quos est Ioan. And. & alij Doctores. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. quod in fauorẽ pupillorũ, viduarum, & ecclesiarũ posse fieri concedunt. Quod tamen hac ratione posse fieri refutans Nauar. quia esset vsura, & vsura in fauorem etiã pupillorũ, cum sit contrarius naturæ in foro conscientiæ, & ecclesiæ nõ permittitur, ait posse fieri cũ assecuratione, & lucri incerti pro certo redẽptione. Sotus autẽ lib. 6. de iust. & iur. q. 6. art. 2. assertũ hoc absolutè, vt improbabilissimũ, & pestilentissimũ assertũ reprobat. Quia vsurariũ illud esse cẽset, & nulla ratione, vtpotè cõtra ius naturæ, & diuinũ esse dispensabile ait, vt expressè habetur. c. super eo. de vsu. neq; pro rediméda captiui vita, neque esse simile de pignore, cuius fructus iure censetur socer tribuere, dũ dotẽ nõ soluit. Igitur capitulũ illud, vt sentit Sotus tantũ declarat, quomodo maritus possit ex fructibus dotis viuere, nempe si illam apud tutũ mercato-

Ad. 1. arg.

Variãt Doctores.

rem collocat iure communi societatis, putà vt capitalis periculo sit expositus, ni fallimur, autem expositionem Soti hanc illius capituli per vestram magis esse textui consonam, & menti pontificis, quam illâ Nauarri in Sum. cap. 17. num. 256. arbitramur, tum quia si dotem in illo casu mercatori posse committi decernit Papa, ideſt, hoc fine vt in forma exprimit textus vt de parte honesti lucri dictus vir onera matrimonij possit sustentare. At standō in glossa Nauarri, & verbis textus, conferēdo glossam verbis prædictis finis, ideſt, sustentatio onerum matrimonij commode sic non potest stare. Quia secundum sententiam hanc via assecurationis capitalis, & redemptionis lucri incerti pro certo, modicum est lucrum, quod deductis partibus, quas pro his impendit consocio mercatori, maritus ex modica dote (nam de modica loquitur textus) possit reportare, quomodo ergo ex modica dote ex posita negotationi poterunt onera matrimonij sustentari, ex cuius paruo lucro, quia parua sors est authore Nauarro, vix quartam partem maritus accipere potest: quod autem textus loquatur de modica dote patet ex verbis eius. Nam sic ait, loquens de marito, scilicet, cum satis possit ei modicum credi dotis cui creditū est corpus vxoris. Si ergo modica dos etiam via communi societatis exposita negotationi cum suo periculo parum lucri vix sufficiēs ad sustentationem matrimonij affert, quomodo potuit sibi persuadere Papa, quod via Nauarri, ideſt, via assecurationis capitalis, & redēptionis lucri (vbi ex ingenti sorti modicissimū est lucrum) ex modica sorte dotis posset salua dote vir reportare lucrum ad onera matrimonij sustinenda omnia, cum id modicissimū lucrū vix soleat sufficere ad emendū ligna tantū & aquam. Intellexit ergo ibi Papa talem dotē modicam committendam esse mercatori non salua dote, neque via extraordinaria Nauarri, sed via communi societatis, ideſt, cum periculo illius, quo auctius esset lucrum inde proueniens, quo posset maritus cōmode onera matrimonij sustentare. Neque putauit Papa hac via inferre se iniuriam vxori in sua dote, quia loquitur ibi in textu de viro paupere, qui secundum glossam, quia pauper erat, solam cautionem iuratoriam, quia aliam non habebat ad manum tenebatur vxori dare. At per solam cautionem datam à viro paupere dos vxoris non manebat securior apud ipsum, cum esset pauper, & ignauus ad negotiandum, quàm apud fidum, & industrium mercatorem, quia pauper ille vir illam erat verisimiliter consumpturus.

Sent. autoris.

Glossa Nauarri non tā consonat textui.

Intelligentia Papæ.

¶ Ad secundum argumentum respondet Sotus concedendo posse quempiam decem millia. v. g. aureorum in societatem conferre eo pacto, vt nō subeat periculum nisi sex, aut octo millium. Verumtamen tunc non potest ex lucro recipere: nisi illam præcisè partē quæ illi pecuniæ respondet, cuius ipse periculum subit: nā reliqua cēsetur socijs mutuare, quip pe qui suo periculo illa suscipiunt, atque adeò pars illa lucri, quæ periculo partis mutuatæ respondet illorum est, qui eidem sese submiserunt discrimini. *Ad. 2. arg.*

¶ Ad tertium argumentum respondetur ex mente Siluestri verbo societas. 1. q. 2. allegantis super hoc Archidiac. quod non excusatur ab vsura, qui solū ob periculū, cui pecunia substat apud consociū negotiantē, quia potest fugere parūque fidus esse, ideò sperat inde non subeundo alia pericula fortuita negotiationis captore lucrum. Quia etiā mutuator dū mutuat subit istud periculū. s. q mutuatarius potest fugere: & infidus esse: & tamē vt probatū est supra in alio tomo. 2. parte materia de vsura. secundū omnes contra Metinā Cōplutensem ratione istius periculi non licitè potest expetere lucrū, vt patet expressè cap. nauiganti de vsuris, & quia conferens pecuniā non intendit subire periculū socij infidi, & parū securi, quia si talē eum fore sciret, aut dubitaret non poneret pecuniā suā apud illū, imo etiā si in animo habuisset huic soli se subdere periculo vt lucrū inde referret, sibi nō suffragaretur: ergo negandū est, quod dupli ci se subdat periculo, taliter quod ratione primi. s. quia infidus esse potest socius hac sola ratione lucrū ex negotiatione sibi parare possit. *Ad. 3. arg.*

¶ Ad quartum argumentum desumptum ex. §. de illa. inst. pro soc. vbi dicitur valere pactū, q alter non sentiat de dāno. Sed de lucro respōdetur, q secundū Syluest. societ. 1. q. 2. allegantem in hoc Ioan. Cal. hoc nō debet intelligi de capitale, quia semper debet subsistere periculo, sed de damnis, & lucris aliàs cōtingētibus, dum non perit capitale. Vel secundò respōderi potest, q istud ius procedit tantum quantum ad ponentem operam, qui licite pacisci potest, quod non sentiat damnū in capitali alterius socij, cum sentiat damnū in opera, quæ contraponitur pecuniæ, imo opera, & industria (vt ibi dicit textus) potest esse tāta, quod valeat pactum, vt ipse lucretur duas partes, & tertiam habeat, qui pecuniā contulit. *Ad. 4. arg.*

¶ Expedita iam prima parte quæstionis, de secunda agendū nobis occurrit. Nā etsi con-

cluſum

clusum sit, quod ratione societatis, saluo capitali lucrum sperari non possit, an ratione contractus assecurationis id fieri liceat adhuc inquirendum venit. Atque certè in hanc sententiam ierunt omnes doctores .s. quod alia via .s. ratione contractus assecurationis initi cum tertio licet saluo capitali ex societate reportare lucrum, quia id contractus societatis naturæ non repugnat, sicut neque naturæ cõtractus emptionis aduersari videtur, siquis equi à se prius empti vitam securam sibi fieri per tertium ei ideo collato pretio curaret. Sed an tam sors, quàm lucrum insocietati sicut per tertium alium, ita per eundem socium cui confert sortem, sibi assecurari possit, id est, de quo maximè ambigitur, & concertatur inter doctores. Nam Ioannes Maior in 4. distin. 15. q. 48. & 49. affirmatiuam tenet absolutè cui accedit Nauarrus in sum. cap. 17. nu. 254. & num. 255. cum limitatione tamen modici lucri hac via expetendi. His quoque subscribit in sua instruct. §. 27. Metina, suffragatur quoquè eis & Garcia in 2. parte de contractibus cap. 17. fol. seu pag. 508. contra Sotum de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. absolutè negantem posse fieri, & contra Caiet. opus. 17. resp. q. 11. distinguentẽ, & partim istũ contractũ assecurationis capitalis cum socio factum approbantem, & partim reprobantem. Reprobat eum, si cum eodem socio fiat simul, & pro eodem instanti, quo inter eos coit contractus societatis: quia tunc inquit est palliatum mutuũ. Approbat autem si contractus assecurationis cum eodem socio fiat post cõtractum societatis absolutè, & præcisè sine vlla obligatione imposita socio assecurandi factum, quam etiam distinctionem Caiet. ibi etiam reprobat Sotus. Igitur quò quæstionis veritas magis illucescat, more scholastico eam pro parte negatiua Soti arguendo contrauertamus.

Variãt Doctores.

Arg. 1. ¶ Arguitur primò, quia ex assecuratione capitalis factaper socium resultat mutuum, ratione cuius vlura est sperare lucrũ: ergo nulla tenus licet assecurationis contractum inire cum socio, quò assecuret sortem. Consequẽtia est nota, & probatur antecedens. Quia sicut periculum in mutuo est apud accipientẽ pecuniam, ex hoc enim cognoscitur esse mutuum: sic etiam per contractum huiusmodi assecurationis periculum pariter manet apud socium accipientem pecuniam: ergo erit etiã mutuum, postquàm conuenit huic facto cõditio mutui.

Arg. 2. ¶ Secundò arguitur, quia hic per securitatem capitalis, quã præstat socius, dominium pecuniæ capitalis transmittitur in socium: sicus contingit in mutuo, quod ex eo maximè fit patens: quia ex eo puncto, quo socius de securitate sortis præstiterit cautionẽ: dum modo sortem, & conuentum lucrum paratus sit soluere adeò illa sors est in manu socij eam sic accipientis, vt possit pro libito, vt donare, ita & alienare, profundere, & in alios vsus distrahere, sicut accidit in pecunia mutuata: ergo sic ratione assecurationis per sociũ factę vel saluo capitali recipere lucrum est perinde, ac siquis ratione mutui palliati velit percipere vsuram.

Arg. 3. ¶ Tertiò arguitur argumento Soti, quod videtur dissimulare Nauarrus. Quia in cõtractibus, vbi res taxato pretio alteri traditur, in quoscunque vsus tradatur, censetur venditio: vt patet in dote quę licet detur in vsus matrimonialis: & cũ obligatione sustẽtandi onera matrimonij: si datur suo pretio æstimata alienari potest à viro, quia est sua, & emptitia quam emit credito pretio. l. si inter. C. de iur. do. & glos. ibi: ergo cum pecunia taxatum habeat pretium, & taxato detur pretio, vt puta quod ipsa eadem salua restituatur, iam socius fit dominus illius, licet detur cum obligatione negotiandi: sicut vir in casu prædicto interpretante. l. si inter iam dicta fit dominus dotis, licet detur dos cum obligatione sustentandi cum ea onera matrimonij, ac per consequens poterit socius eam pecuniam expendere in quoscumque sibi libuerit vsus, dum sortem saluam reddat: quę omnia arguunt talem cõtractum esse palliatum mutuũ sortis cum lucro: ac proinde non esse licitum.

Arg. 4. ¶ Quartò arguitur argumento Albornozij lib. 1. de contractibus tit. 14. vbi fatet Soto hac ratione, quia socius tenetur curare de securitate pecuniæ: ne scilicet sua culpa pereat sed nullus pro eo ad quod tenetur, & quod adse attinet de se prę̃stare potest licitè interesse expetere: ergo neque socius potest pretiũ assecurationis recipere: quia ratione societatis tenetur talem sortem custodire: & quatenus non pereat inuigilare: ergo talis contractus assecurationis à socio fieri non potest: sed neque virtute illius ponens sortem illa salua, non potest inde lucrum sibi comparare.

Arg. 5. ¶ Quintò arguitur argumento secundo eiusdem Albornozij, vbi supra: quia de re indeterminata non potest determinata, & certa securitas præstari: ergo tertius contractus de assecuratione sperati lucri (cum illlud sit lu-

crum indeterminatum) fieri non potest, ac per consequens ratione esse curationis capitalis, & assecurationis lucri initæ cum socio; nó potest ponens pecuniam aliquid lucri salua forte accipere.

Arg. in con. ¶ In contrarium, quia prout Nauarrus vbi supra, ait sibi relatum fuisse in multis locis Galliæ, & in aliquibus Italiæ partibus, & moribus videtur contrarium seruari, scilicet, quod Ecclesiæ, viduæ, & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus quò quatuor secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur: quæ consuetudo nullo modo defendi potest, nisi dicendo, quod exordium sumpsit ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate, & redemptione lucri prædictis, quæ tamen consuetudo non videtur damnanda: ergo neque iste contractus est damnandus, scilicet, q̃ ratione assecurationis sortis salua sorte aliquid lucri accipiatur.

Referũtur sententiæ Thomistarum. ¶ Porrò antequàm nostram sententiam in quæstione certè valde perplexa edicere aggrediamur, libet primò sententias nostrorum Thomistarum enarrare. Neque enim omnes omnino in hac quæstione conueniunt, licet plerique illorum securius, quàm cæteri doctores loquantur. At vt incipiamus ab antiquioribus, Siluester egregius Thomista pariterque in iure peritissimus, verbo, societas q. 7. hunc contractum assecurationis capitalis, & lucri etiam cum eodem socio esse licitum, ait *Caiet.* Caietanus gloria Thomistarum opusc. 16. respons. quæst. 2. partim illum reprobat, partim illum approbat. Nam approbat illum, si fiat cum eodem socio successiuè post contractum societatis absolutè, & sine obligatione assecurandi sortem imposita socio prius initum. Reprobat autem eum, si simul vt coit societas, cum ista obligatione assecurandi contrahitur. *Sotus.* Sotus autem omnino, & mordicitus asseuerat non licere, quia est mutuum palliatum cũ lucro. *Barto. fumus.* Bartholomeus Fumus Thomista in sua summa armilla verbo societas. §. 6. sequitur affirmatiuam allegans Siluestrum, quẽ ait sibi cócordare. *Victoria.* Victoria Thomista tam benè meritus cathedraticus primarius Theologiæ olim Salmanticæ, & introductor distincti stili scholastici legendi Theologiam in Hispania, in scholis à se dictatis super. 2. 2. S. Thomę anno domini. 15 5. fatetur primò hanc fuisse opinionem Maioris, scilicet, affirmatiuã quod poterat sic contrahi: & addidisse Maiorẽ eius assertorem hunc contractum, quia similis est cõtractui vsurario nõ debere fieri publicè, sed secretò. Secũdò ibi narrat Victoria hãc opinionẽ Maioris in suis diebus, dũ Parisijs versaretur fuisse opinione cõmunem: sed tamẽ esse opinionem contrariam iuristis concedit (vt insinuat Syluest. societ. 1. §. 7.) & tandem concludit ibi Victoria, quòd licet non audeat condẽnare ad restitutionem sic contrahentes (quia sunt hinc inde opiniones) si bona fide contrahant: tamen ait rem, sibi esse satis dubiam, & talem contractum valde esse periculosum, vtpotè qui parum differat ab vsura, quippe qui etiam viam aperit latam ad multas vsuras. Nam illa differentia, quod lucrum accipiatur via assecurationis, & non mutui differẽtia Metaphysica est, non realis, quia inde exurgit mutuum palliatum cum lucro. Deinde F. Ioannes à Peña præclarus Thomista, & olim Salmanticæ sacræ Theologiæ Cathedraticus primarius in dictatis à se in scholis, asseruit opinionem negatiuam Soti moraliter, & practicè esse sequendam, & præcipuè antefactum cõsulendum esse, ne sic contrahatur, quia illi cõtractus videntur se interimere, & manere mutuum cum lucro, quod est vsura, fatetur tamẽ opinionem Caietani, scilicet, quòd liceat, si successiuè fiant illi contractus, esse veram speculatiuè loquendo, & post factum esse tolerandam. *Fr. Ioan. à Peña.* ¶ Metina autem Salmanticensis licet inter hos Thomistas penultimus, tamen etiam ægregius meritis, vtpotè qui primarius Theologiæ Salmanticæ fuit Cathedraticus dignissimus in sua Instructione §. 27. tenet sine distinctione, quod etiam cum eodem socio licet inire contractum assecurationis capitalis, & venditionis lucri incerti pro certo, iicque saluo capitali aliquid lucri reportare, quia id lucri non ratione contractus societatis percipitur: sed ratione aliorum duorum contractuum ibi interuenientium, scilicet, assecurationis & venditionis. *Metin.* Garcia autem vltimus & meritò commendandus inter hos hic egregios relatos Thomistas assentiens opinioni Nauarri, & Ioannis Maioris, & Syluestri contra Sotum ait in. 2. part. de contract. capit. 17. videndas esse rationes harum, quas ipse omittens contendit hanc affirmatiuam partem distincto modo probare. *Garcia.*

¶ Porrò inter tam varias sententias quid sit dicendum vix occurrit. Verum antequã pro ingenij mei tenuitate aliquid dicam, post quã hic meam sententiam dicere cogor, formam contractus de quo quæritur hic vt innotescat præmittere oportet. Verbi gratia, vt proponit Metina in sua Instructione, aliquis coita societate cum alio socio mille aureos in piscatum insumpsit: qui accedens ad tertium sic eum alloquitur

loquitur, quanti mihi hanc mercem securam facies? Conuenit tandem inter ambos vt pro centum aureis securitatem pro piscati illius mercimonio præstet. Post hoc autem cum altero tertio sic pacisciturdices, emito à me piscati mercimonium hoc quod iam sic mihi securum pro centum talis effecit. Placet huic tertio sic illud assecuratum emere, soluitque pro illo, illi mille & ducentos aureos pro parte, quæ huic socio, qui contulit mille aureos prædictos contingebat, vnde consecutum est, vt præsolutis centum aureis pro assecuratione, saluo capitali reportat sibi vltra capitale lucrum aliorum centum aureorũ. Hos contractus sic celebratos cum alijs à socijs nemo doctorum est qui condemnet: sed an cum eodẽ socio, quò cum coita est societas sic hos contractus simul, & semel formaliter, & explicitè aut virtualiter, & implicitè aut successiuè inire liceat, id est, quod inter doctores in controuersiam venit, explicitè autem celebrare hos contractus est expressè verba eos nominando contrahere seorsum, at vero implicitè, & æquivalenter eos contrahere est non sigillatim eos contrahere, sed sub vna forma, verbi gratia vt exemplificat Nauarrus, vt si quis negotiator publicè protestaretur separatum ad accipiendum pecuniam à quocumque volente illam conferre in societatem cum pacto de assecuratione sortis ad rationem .4. pro .100. & lucri certi, scilicet .4. pro .12. incerti lucri, ita quòd ex lucro incerto verisimili, scilicet .12. venturo ex centum expositis in negotiatione societatis, accipiat pro assecuratione sortis .4. & quatuor pro certificando lucro, & consequenter non teneatur reddere nisi .4. & postea alius sciens hanc protestationem confert ei centũ dicens, ego confero tibi centum in societatẽ negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti iuxta protestationem tuam, vel implicitè sic contrahere erit, si quis dixerit accipe centum in societatem, & dabis mihi certum lucrum, scilicet, quatuor vt fieri consueuit.

Forma contractus.

Cõtractus explicitè celebrati.

¶ Iam nunc nostram mentem declarare incipiamus, præmittimus ergo primò quod cõtractus hic assecurationis capitalis cum eodẽ negotiationis socio etiam successiue factus, & etiam factus ad instantiam socij est vitãdus quippe qui in publico in regionibus, vbi non est vsu receptus, ingenerat scandalum, quia per se fert speciem vsuræ, vnde ius opinionis assertor Maioris (prout Victoria retulit) asseruit hunc contractum, quia similis est contractui vsurario non debere fieri publicè, sed secretò, tum, quia autore Victoria viam aperit multis vsuris, tum, quia est contra sententiam iuristarum, qui in foro exterioi talem contractum, vt iniquum reprobabunt. Quod & confirmat Nauarrus commento de vsuris, num .35. vbi affirmat in foro exteriori contractum hunc præsumptionem præ se ferre maioris mali, quando simul cum contractu societatis fit insinuans per hoc, similiter quando successiuè fit præsumptionem mali, licet non tanti in eodẽ foro exteriori ingenerare. Hoc autem & comprobat Mercatus de contract. lib .1. cap .9. fol .37. vbi superaddit, quod etiã si talis contractus sincerè, & liberè fiat, nullus est doctorum, qui eum non reprobet saltem propter malam eius speciem, & vsuræ, quam habet apparentiam, & quia præsumitur malus animus, quando contractum hunc assecurationis capitalis sui cum licite posit facere cum tertio, molitur eum facere cum suo in negotiatione socio. Vnde videtur cõtractus hic tanquam male agens odire lucem exteriorẽ. At verò concedente hoc Soto licet contractus societatis, & assecurationis capitalis non possit fieri cum eodem socio, quia cum socio non potest fieri contractus de seruando capitali: tamen potest fieri cum socio conuentio de quantitate aliqua lucri assecuranda: & hoc de assecuratione lucri cõcedunt omnes, vt inquit Nauarrus vbi supra. ¶ Tandem vltimò notaueris, quod licet malam semper speciem referat: sed magis proditur eius mala effigies cum eodem instanti contractus assecurationis coincidit cum societas coitur, quàm cum successiue postea fit, & magis cum implicite contrahitur, quàm cum explicite, & magis cum fit ad instantiam conferentis pecuniam, quã cum fit ad instantiam ponentis operas.

Notamen.

Notamen vltimum.

¶ Igitur iam ad quæstionem vnicã conclusione hac respondetur, scilicet, secluso scandalo, quod contractus hic assecurationis capitalis cum socio aptus natus est generare in regionibus, vbi non est vsu receptus, ex se non videtur italicitus, vt in conscientia non possit tolerari saltem postfactum cum limitationibus, & conditionibus sequentibus, & non absolutè. ¶ Quarum prima est, quod per expositionem pecuniæ, quam exponit negotiationi velit obligare socium illam recipientem ad negotiandum cum illa, quia alias non ex negotiatione, sed ex mutuo suæ pecuniæ conferetur velle lucrum, vnde conuinceretur tũc non contractum societatis coiri, sed mutui, ex quo lucrum sibi acquireret, quare hæc conditio, quippe quæ potissima est maximè obseruatu

Conclus.

Triplex limitatio. 1.

2. seruatu est necessaria. ¶ Secunda autem condi tio est, quòd non multum: sed perexiguum lucrum velit reportare: vt. 4. pro: 100. quod vi detur fuisse receptum (vt ait Nauarrus in vsu
3 antiquo. ¶ Tertia cõditio, vt talis contractus assecurationis capitalis fiat ad instantiam alterius socij ponentis operas taliter, quod hic socius voluntarius hũc contractum contrahat. Quia alias ratione pecuniæ sibi collatæ ad negotiandum videretur adactus ad assecurandum, ac per consequens tunc ratione virtualis mutui videretur ad illam obligationem assecurandi capitale fuisse coactus. Igitur cum his conditionibus potest licitè fieri ex se contractus prædictus cum socio, siuè in eodem tempore cum contractu societatis, siuè successiuè: & non solum formaliter, & explicitè: sed etiam implicitè, & æquiualenter, vt ait Nauarrus. Hæc conclusio est Maioris in. 4. dist. 15. q. 49. est Nauarri in Sum. cap. 17. num. 255. & commento de vsuris, num. 33. est Sylvest. verbo societas. q. 2. est Metinæ in instruct. §. 27. est Garciæ in. 2. part. de contract. capit. 17. sed neque Victoria, & frater Ioannes de la Peña, neque Caietanus ausi sunt hanc conclusionem omnino damnare. Cum igitur hæc conclusio sit ex Diametro contra Sotum, nescio tamen an cum his limitationibus à nobis hic positis, ei subscriberet, nam iam per primã conditionem eius infringitur potissima ratio
Probat. 1. qua nitebatur in contrarium. Probatur autem nunc primo ratione Nauarri, qui (vt ipse ait) nouè inducit cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. ad hoc probandum: quia ibi decernit Papa, dum vir redigitur ad inopiam licitè posse dotem vxoris ponere apud aliquẽ mercatorem, quo ex parte lucri honesti sustentet onera matrimonij, quòd fieri poterat non tamen, nisi dote salua. Nam dos transiret in mercatorem cum hoc onere, vt esset salua. Nam cum hoc onere concredita est marito, & res dictante hoc iure, transit cum suo onere. Sed hæc ratio Nauarri, quia innititur in dubia glossa textus (vt antea in solutione cuiusdam argumenti insinuauimus) parum ei suffragatur: secundò probat eam ex vsu recepto in multis Galliæ locis, & Italiæ partibus, & monTriplex li tibus (vt fertur) vbi ecclesiæ, & viduæ, & pupilli more antiquo conferunt suas pecunias mercatoribus, quò quatuor secura pro centũ in suam sustentationem lucrentur. Neque habet hic locum glossa seu intelligentia, quàm Ioannes Andr. & nonnulli alij doctores super cap. per vestras insinuant, scilicet, quod in fauorem ecclesiarum, viduarum, atque pupillo rum id potuit Papa licitè concedere vt posset fieri, quia intellectus hic non est verus. Nam cum hoc sit vsura, quæ etiam ad redimendos captiuos non est dispensabilis cap. super eo. de vsuris, sequitur tantum societatis titulo accedente contractu securitatis, & redemptionis prædictæ id facti licitè excusari possit.

¶ Sed præter hanc probationem, quæ solum innititur coniecturis, & etiã illarum pro Ratio. 1. uinciarum Galliæ, & Italiæ vsui, probatur ratione, quia omnis iniustitia commissa in contractibus, pecunia, & pretio pro ea in recompensam dato potest reparari, vt verbi gratia si quis mutuet pecuniam mutuatario, vt mutuatarius in molendino mutuantis suum omne molat triticum, & si pro hac obligatione molendi ibi in suo molendino, quam mutuans mutuatario imposuit, aliquid in recompensam illi remittat de sorte mutuata, sufficienter resarcitur per hoc obligatio prædicta ergo etiam iniustitia, quæ alias committitur in societate propter grauamen impositum socio reddendi saluam sortem, quia est recompensabilis pretio tollí potest pro hoc impenso pretio, vel lucri portione remissa, tunc rursus si ista iniustitia, & inæqualitas post initum contractum tolli potest remenso pro ea pretio: ergo etiam à principio dum contracta est societas cum contractu assecurationis obligante ad assecurationem capitalis, iniustitia, seu inæqualitas istius grauaminis consentiente socio repenso illi pretio, vel portione iusta lucri illi remissa tolli potuit, sic autem fit quando (prout dictat conclusio) conuenit inter partes: ergo est licitus ex se contractus. Hæc ratio primaria est quæ est etiam Garciæ. At verò quòd etiam assecurationis lucri contractum cum suo socio exponens pecuniam inire possit, clarius est, quàm probatione indigeat. Nam si in piscatione socij possunt singuli à singulis emere partẽ lucri sibi obuenturã, quare nó poterit socius lucri partẽ maioré speratam, licet incertam, vendere pro minore parte sibi certo sibi tribuenda illa minori certa parte contentus.

¶ Secundò probatur, quia si sic contrahere non liceret, esset quia ex contractu assecu- Ratio. 2. rationis capitalis adiuncto resultaret implicitum mutuum (vt Sotus asseuerat) sed certè mutuum non pullulat ex tali contractu, quia de ratione mutui est quod ex meo fiat tuum id quod tibi mutuo, vnde consequitur quod tanquam de re per mutuum facta tua possis pro libito negotiari, & non negotiari cum ea.

vel

vel eam pecuniam mutuo acceptam, vtpotè tuam ludere, vel in alios placentes vsus distrahere, quod certè non contingit, vbi pecunia iuxta primam limitationem, & conditionem, cum obligatione, vt negotietur cum ea lucrum, quod vendit est conferenda in societatem, & non sine illa: ergo non est ibi mutuū palliatum.

Ratio. 3.

¶ Tertiò, quia si non liceret, esset quia ratione societatis saluo capitali expeteretur lucrū, at, vt benè ait Metina in sua instructione, non ratione societatis tantum expetit istud modicum lucrum: sed ratione contractus assecurationis, pro quo soluit partem lucri, & ratione venditionis lucri verisimilis incerti quoad quotam, pro minori certò tamen sibi soluendo.

Nota Valde.

¶ At verò quod summè notatu opus est, ad uertito lector, scilicet, quòd quoniam conditiones prædictæ tres, quæ veluti limitationes nostræ huius conclusionis adhibentur parum curantur, & obseruantur, res est intolerabilis, plenaq; periculis talis contractus.

Contract⁹ Italiæ non securus.

¶ Porrò talis etiam contractus Italiæ (vt fertur vsitatus) vbi pro certa quātitate pecuniæ, quæ salua postea reddenda est, quam quis ibi tradit hospiti suo, ab eo recipit sustentationis alimenta salua sibi sua sorte illicitus est contractus, quando quidem prædictæ conditiones non obseruantur: neque attenduntur, & insuper pecunia si tributa est perexigua summa, & alimonia, quæ inde ea salua sumitur reputatur magnum lucrum respectu sortis, & per has conditiones hic commemoratas argumentorum, quæ Victoria, & Sotus aduersus prædictam conclusionem excogitarunt: quæ in principio fuere posita, manet vis eneruata: sed tamen ne eorum solutionem videamur subterfugere, ad singula respondetur in forma.

Ad arg. 1.

¶ Ad primum argumentum respondetur ex mente Nauarri in commento de vsuris, negando antecedens, scilicet, quòd ex assecuratione capitalis facta per socium resultet mutuum. Nam permutuum (vt nomen sonat quia es de meo facere tuum) transfertur dominium. At verò per assecurationis contractum, vt capitale sit saluum initum cum socio, non necessariò trāsfertur dominiū, quod multipliciter ibi cōtendit probare Nauarrus: primò quia Gregorius. (X. cap. 1. de commo. expresse ait commodationem mulæ ad certus vsus cum pacto, vt commodatarius eius subsset periculo etiam si casu fortuito pereat, illius mulæ non transferre per hoc in commodatarium eius dominium, idemque insinuatur. l. 1. C. commodatum, quia secundum eundem Gregor. IX. in cap. finali depositi. & iuxta. l. 1. §. si conueniat. ff. eod. depositi dominium, eò quòd depositarius præstet securitatem illius, non transfertur in depositarium.

Assecuratio nō trāsfert dominium.

¶ Tum, quia secundum eundem Gregor. in dict. capit. 1. & in dict. cap. fin. culpa, & mora communiter rei debitæ restituendæ periculum in morosum, & culpabilem debitorem illius transfert, nō tamē per hoc eius transfert in debitorē dominiū: tū quia cōtra ius est asserere quod cōmodatū, vel commissum alteri ad certos vsus quemadmodum committitur pecunia in societate ad vsum negotiationis, & non ad alium, eò ipso, quòd præstita cautione de eius securitate suscipitur in alios vsus verti possit, quinimo id facta reputatur veluti furtum. §. placuit. instit. de obliga. quæ ex delict. nas. cum. l. qui vas. vetare. ff. de furt. aut præsente. C. de fideiussor. tum quia morosus detentor rei, eò quod ex mora iam subit eius periculum, non potest vti tali re in omnes placentes sibi vsus. ¶ Tū quia pignus & fideiussio data ad maiorem securitatem non liberant aliquem ab obligatione, qua se obligat, quia ista inducta sunt ad augendum, & ideò non operantur diminutionem. l. lega inutiliter. ff. de admi. Tum quia cum res transfertur cum onere vtendi ea ad certum finem non potest verti in quoscunque vsus, vt exemplificat Nauarrus in primogenituris. l. fœminæ. C. de secun. nup. ergo neque sors collata in societatem ad vsum negotiationis non est contra voluntatem eam exponentis in alios vsus conuertenda. l. 1. &. l. legatu. ff. de admi. rer. ad ciui. Igitur constat ex dictis quod collatio sortis in societatem cum assecuratione illius initam cum socio non est mutuum contra Sotum, siquidem (vt ex prædictis patet) eam recipiens non potest vertere in alios vsus, quemadmodum pecuniæ mutuatarius stando in sola ratione mutui potest pecuniā mutuatam è contrario verterein quoscunque voluerit vsus. Vnde negatur, quod solum periculum manens apud recipientem sortem causet mutuum.

Ad. 2. arg.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod ex solutione primi manet solutum, quia negatur quod per præstitam securitatem á socio recipiente capitale de eo, in eum capitalis transferatur dominium, quia negatur quod assumitur ad hoc probandum, scilicet, quòd receptor capitalis possit pro libito illa

sorte

forte in alios vsus vti, quòd si cum tali facultate sibi daretur, & non cum obligatione negotiandi, iam tunc fatemur, quod tunc mutuum esset, at proinde lucrum expectare esset vsura.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertium argumentum quod aliqualem apparentiam præ se ferre videtur, propterea quòd in iure videtur fundari, respondetur quòd dos æstimata tradita viro secundum ius præsumitur emi à viro, & esse emptitia, quia est res vendibilis, præsumitur in quā tūc emi nisi fieret æstimatio ad sciendū quantū res dotalis deterior esset facta soluto matrimonio. l. si inter. C. de iur. do. & in dubio præsumitur primò dotata vt glos. ibi. At pecunia, quæ cūfertur in sortem societatis, licet taxationem sui valoris secum deferat, tamen quia propriè non est res vendibilis, sed potius est pretium venditionis, & rerum venalium, ideò illa pecunia per coitam societatem, & assecurationē illius factam à socio, non censetur esse vendita credito pretio, quare per assecurationem non transmittitur in socium assecurantem eius dominium. Quare non resultat inde mutuum, neque vsurarium est lucrum inde expectatum, secus est si sciens, & volens dominus pecuniæ non negotiaturo illam daret, quia iam cum nulla intercederet inter eos societas, mutuum esset, & ex mutuo vellet lucrum reportare saluo capitali.

Ad.4.arg. ¶ Ad Quartum argumentum Albornozij respondetur, quòd duplicia sunt damna, quædam quæ non sine culpa socij solent euenire, & hæc socius gerens negotium mercantiæ tenetur virtute societatis subire, si sua culpa contingant. Quare pro his vitandis assecurationis pretium nequit accipere. Alia autem sunt damna extrinseca contingentia sine culpa socij negotiantis, & horum pericula non tenetur socius subire: & ad assecuranda hæc pericula & damna, vt si euenerint ea subeat socius negociationis institor, cum eo contractus assecurationis iniri potest, cuiusmodi sunt damna contingentia ex fortuitis casibus ex incursu latronum, qui solent grassari, vt in itinere Valentiæ ad Barchinonam, vel ex procellarum contingentia, quibus aliás subsitat capitale periculis, nisi assecuretur: & de his secundis periculis nostra hæc intelligitur conclusio.

Ad.5.arg. ¶ Ad quintum, & vltimum argumentum Albornozij respondetur, quòd licet lucrum indeterminate assecurari non possit, benè tamen reducendo illud ad certam determinatamque quantitatem, sicut cæteræ assecurantur merces. Vnde sicut legendum est semper in specie, quia alias legatum esset deri sorium, nisi esset specificatum, & determinatum. l. quod in rerum. ff. delegatis. 1. §. siquis autem. sic etiam lucrum futurum licet sit in se indeterminatum, vt vēdi possit incertum pro minore lucro certo, illud lucrum incertum arbitrio boni viri reducendum est ad aliquam verisimilem summam: & tunc talis lucri contrahi potest cum socio venditio, quia iá quod erat in se indeterminatum, vt determinatum per arbitrium boni viri venditur.

CAP. LXVI. *Expositio casus societatis Romæ celebrati, & an licitus sit, an liceat conferre pecuniam mercatori cum pacto, vt lucretur, vt aliæ similes apud alios expositæ, an liceat contractus hic. scilicet, si quis det Mexici. 100. vt in Hispania recipiat. 50. si perierint: & si non, recipiat. 120. an liceat alicui pro pretio accepto assecurare pecuniam, quam accipiat transuehendam vltra mare. De diuisione in societate facienda post eā, societas quadrupliciter finitur. Quo modo expensæ victus hic sunt deducendæ. Vtrū liceat conficere instrumentum de saluo capitali sola intentione, vt eius caueatur amissio: de quadā societate inita cū nautis piscaturis an liceat.*

IAm per conditiones supra assignatas ad cō tractum societatis attinentes examinandus venit casus ille, siuè contractus, qui sub nomine societatis alibi, & sæpissimè Romæ est vsu receptus, cuius meminit Sotus lib. 6. de iust. & iur. quæst. 6. ar. 2. & cuius sic exprimit formā. Habet. v.g. Petrus officiū, siuè scriptor sit, siue aliter palatio seruiat, contingit nūmis egere, conuenit mercatorem, aut quēuis alium, qui illi tribuit cētum aureos ducatos, pro quibus Petrus in suo officio decem aureos, aut duodecim consignat, ea tamen lege, vt si intra semestre tempus mercator ille, qui pecuniam illi numerauit ab hac luce migrauerit, capitalis iacturam faciat, neque suis hæredibus Petrus restituere teneatur. Si autem post sex mēses vita superstes fuerit, protestatur debitori se nolle amplius in societate remanere, ideoq; eum admonet, vt nisi statim soluerit inde ratione moræ soluturus sit easdem statutas vsuras. At verò licet contractus hic nomine contractus societatis sit donatus: tamen, quia non omnino notus est contractus, vt de eo innotescat qualis sit, explorādum est nobis ad qualem nominatum, & notum nobis cōtractum possit reduci, vtrum ad contractum census, vel societatis, vel sortium, vel ad alium. Et

Quæstio.

Expositio casus.

quidem

quidem vt à primo exordiamur, ad rationem empti census reduci non potest, quia emens censum in perpetuũ se priuat capitali collato in pretium census, si venditor cẽsus, aut eius hæredes nolint illum redimere, quod tamẽ ita hic non contingit, quin verò integrũ manet capitale tribuenti illud suũ capitale repetere, sicut reuera repetit. Quapropter contractus hic nó contractus census, sed societatis appellari consueuit. Sed an nomẽ societatis illi appositiũ sit, & parũ illi conueniens videndum nunc est, dicendũ est (quidquid fingant tales contractus autores, quò nomẽ societatis illi quadret) q̃ á societatis contractu contractus hic dissonus est omnino. Nã in hoc à lege societatis discrepare videtur, quòd ille nó subit capitalis periculum, sicut vsu receptũ est in societatibus, & sicut natura societatis exposcit. Non enim se exponit periculo si negotiatione pereat capitale sed tãtũ illi periculo se obijcit, i. si morte ante sex menses præoccupatus fuerit, &c. Igitur quia mixtus cõtract⁹ esse videtur ex ea parte, qua inter ipsos conuenit q̃ quia se exponit collator illorũ centũ periculo capitale hoc perdendi, si intra semestre tẽpus morte obierit accipiat sex, prorsus iniquum non est quia innititur contractui solito fortium. Nam hic in alijs fortuitis fieri est in vsu. At verò ex ea parte, qua in tali contractu cõtinetur, quod post lapsum sex mensium ratione moræ recipiat singulis annis duodecim in fraudem vsuræ videtur moliri. Tum quia ab principio illa mora præuisa est, quò circa in fraudẽ mutui videtur concessa. Tum præsertim quia ratione moræ, nisi interceſſerit damnũ emergens, supra capitale aliquid recipi non potest, sicut neque intuitu lucri cessantis, nisi huiusmodi pecunia licitè negotiationi fuisset exposita. ¶ Vltimò tandẽ cum Soto dicendũ ducimus, vix huiusmodi cõtractus approbari posse, nisi sub forma planè societatis, ita vt capitale subsit periculo, vt si velit suscipere decimam partem lucri officij, qui cum illud ementi constiterit mille, reddit quotannis lucri centum, periculo exponat illa, quæ in societatem collata sunt centum, aut nisi sub forma census, ita vt super illud officium, quod veluti res immobilis, & fructifera est constituatur census capitalis ducatorum centum, qui quotannis reddat pensionem æquiualentẽ ad rationẽ vnius pro quatuordecim, sed hoc de cẽsu hic nó diffinimꝰ.

Cõtractus mixtus.

Sent. vlt.

¶ Quoniam iuxta axioma D. Thomæ in prologo super. 22. sermones morales vniuersales minus sunt vtiles, eò quòd actiones in particularibus sunt, ideo, quo vsui magis sit nostra hæc moralis tradita doctrina, non ab re esse duximus: si ad varios casus particulares in hac materia descenderemus, licet nó ad omnes: quia id propè infiniti esset operis, cũ prope infiniti sint. Quæritur ergo, vtrùm liceat alicui conferre mercatori centum aureos hac conditione, vt accipiens illos obnoxius maneat ad respondendum eos conferenti de lucro, & de damno, secundum quòd alij similes centum aurei apud alium mercatorem expositi negotiationi cum periculo eos exponẽtis afferent lucri, aut iacturæ: cum tamen iste accipiat eos centum aureos non ad negotiandum, sed in sua necessitate expendendos eos. ¶ Respondetur planè, quòd quia pecunia hæc non datur per mõdũ depositi, quia si per modum depositi daretur, neque deponens inde reportare lucrum, neque depositarius eam exponere posset: sed tãtum custodire teneretur, & quia neque etiam confertur in societatem, quia si sic tribueretur, tribueretur cum pacto eam fideliter exponendi in mercantijs, quod hic non fit: concluditur ergo, quod data fuit per modum mutui cum exspectatione lucri, quod non est sine vsura, quia pecunia ex se nó est lucrosa. 88. dist. eijciens, ita Syluester societas. 1. quæst. 15. in huius rei gratiam allegãs Archid. Innocen. & Ioan. Andr. de vsur. cap. fin. ¶ Secundò dicimus, quòd quando aliqui Doctores asserunt contractum hunc esse licitum, glossandi sunt non quod ratione societatis sit licitus: sed ratione lucri cessantis, si ibi interueniat, quod tunc contingit verè interuenire, quando dans illa centum, ea daturus certè erat mercatori: sed ad instantiam amici dedit ea illi pro suis supplendis necessitatibus, & dummodo secundum Hostiensem pericula, & expensas in se recipiat, & secundò secundũ Syluestrum loco vbi supra contra Nauarrum, dum nó intendat principaliter magis per hãc viam, quam per negotiationem lucrari. Et tertiò dum non contrahatur pactum ad semper, sed ad tempus rationabile, scilicet, quo negotiationi intendendum erat, cui alias exponi parabatur in societate. Et quartò, dum nõ teneatur necessitate præcepti gratis mutuare accipienti. Et tandem quintò dum accipiat istud lucrum tanquam interesse lucri cessantis, & nó aliter, & concurrant denique omnes conditiones iustificantes lucrum cessans.

Quæstio.

Responſ.

Dictum.

¶ Deinde quæritur, an liceat alicui ex pecunia, quam in societatem confert mercatori, capitali istius pecuniæ substante periculo casus fortuiti, expetere aliquod certum, & secutum lucrum.

Quæstio.

¶ Respon-

Respons. ¶Respondetur absque dubio, licet aliquibus id videatur illicitum ex parte mercatoris socij quia sic videtur emere totum lucrum futurum ex pecunia, mediante aliqua parte lucri secura, & certa correspondente suo labori, tamen secundum Silues tr. & Gerard. Odo. vtrinque sic contrahere est licitum, quia postquàm capitale stat periculo domini capitalis illud lucrum futurum licet incertum. Quia est verisimile sibi aliquid valet, poterit illud vendere socio, & socius mercator poterit illud emere licitè secundum æstimationem boni viri eo modo, quo sic fructus venturi ex agro emi & vendi possunt, & vendi solent.

Quæstio. ¶Prætereà quæritur vtrum societatis licitæ speciem præ se ferat contractus hic, vbi quis in noua Hispania, vel Perusij cõfert mercatori centum hoc pacto, vt in Hispania recipiat. 50. si perierint in mari & si nõ perierint recipiat. 120.

Respons. ¶Respondetur breuiter iuxta sententiam Silu. societas. q. 16. pro hoc allegantẽ Hostien. & Ray. esse vsurariũ contractũ, tum quia vult partem capitalis, scilicet illa. 50. esse sibi saluam, tum quia si mercator ista centũ in merces insumpserit, iste vult lucrum ex re nõ sua cum eam mutuò dederit pecuniã. Quod ex eo patet, quia non cum sui periculo in negotiationem, & in merces insumendam contulit. Si igitur inde emptæ sunt merces, sunt mercatoris ementis, in cuius dominiũ per mutuum palliatum constat illam pecuniam transisse, vsura ergo est inde velle percipere lucrũ si autẽ mercator illa centum in merces non expendit, dans quoq; iniquus conuincitur esse, vult etenim lucrum, quod mercator non fecit.

Quæstio. ¶Insuper consequitur & alia quæstio, scilicet, vtrum vsuræ labe contractus hic (quiuidetur contractus societatis esse) infectus sit, in quo, quis recipit pecuniam vltra mare vehendam, & ibi reddendã pro certo pretio, & videtur certè quòd non liceat eam vehenti aliquid plus pro assecuratione eius recipere, quã opus & labor transuehendi eam vltra mare meretur, & patet, quia cap. nauiganti, de vsur. decernitur, quod non licet alicui, eò q; sortis, quàm mutuat nauiganti, aut eunti ad nundinas periculum in se suscipit, aliquid vltra sortem recipere, ergo neq; etiam (vt æqualitatis par sit ratio) licebit accipienti talem pecuniam transmare vehendam aliquid vltra pretium laboris transuectionis, quod est veluti sors à se posita accipere, etiam si illius in se susceperit periculum. ¶Nihilominus tamen dicimus cum Innocent. ca. fi. de vsur. & cum Hostien. & cum Sylues t. societas. 1. quæst. 17. talem cõtractum, vitio vsuræ non fore notandum, siquidem licet ex vi contractus locationis suarum operarum ad transuehendam illam pecuniam, teneatur illam custodire, & assecurare, ne suo dolo, vel lata culpa, vel leui, licet non leuissima pereat: non tamen tenetur à casibus fortuitis insultus latronum, & incursus procellarum dominum illius pecuniæ indemnẽ seruare. Quare pro hac indẽnitate: & securitate, si transuector pecuniæ ad instantiam domini velit eam præstare, poterit vltra pretium transuectionis aliquid accipere. Neque est eadem ratio de mutuante eunti ad nũdinas, vel nauiganti, & assecurante sortem, quam illis mutuò tradit. Quia receptum hic vltra sortẽ secundum Hostien. cap. fin. de vsuris, vel realiter, vel ex præsumptione iuris directè mutuũ concernit, & ratione mutui expetitur, cum ad solam instantiam suam sua sponte solum causa palliandi vsuram periculum pecuniæ subit: & lucrum prætensum principaliter ratione mutui magis quàm assecurationis: quæ ex mutuo est consecuta, intenditur, seu consequitur, quod tamen non cõtingit in casu, quo transuector pecuniæ periculum illius in se suscipit.

¶Secundò dicimus cum Innocentio, non esse contractum ab vsura liberum, si quis pro eo, quod tradit alteri pecuniam ad portandũ & negotiandum cum ea extra regnum nullo contractu legitimo societatis cum illo inito vellet aliquid lucri vltra sortẽ percipere, quia cum per hoc non eam exponat in societate cum sui periculo: sed solum eam dedit transportandam, vt ibi transportator suo nomine, cum ea negotiaretur, quod fuit eam mutuare, ex hoc mutuo non potest lucrum sibi parare. Nam alias pecuniæ mansuræ sibi in arca, mansuræ (inquam) neque exponendæ negotiationi nullus futurus erat fructus, neq; per transuectionem, vel negotiationem alterius deteriorata est in vsu, quia sibi in æquiualenti pecunia restituenda est.

¶Porrò cum multa dixerimus ad tres illas conditiones contractus societatis pertinentia, iam de societate quoad eius diuisionem perstat agendum. Nam iustitia in hac diuisione seruanda ad tertiam conditionem spectat. Quæritur ergò quomodo societas sit diuidenda si nihil conuentum est expresse, vel tacitè, quia nulla est consuetudo, quæ circa hoc inoleuerit. Circa quam quæstionem præ notandum est primò cum Mercato lib. 1. cap. 9. de societ. quòd quia partitio in societate faciendã

Argum.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

Quæst.

Notandum 1.

ciéda est iuxta sortes, vel operas collatas per socios, in societate generali omnium bonorũ nõ est pensandum quid præsenti tantum in societate conferatur, sed habenda est ratio omniũ eorum bonorum, quæ in futurum sunt in spe habendi, quia in hac generali societate socij obligatione astringuntur ponendi omnia bona sibi ex quæstu obuenientia, cuius rei gratia hic, & si à principio sortes collatæ sint inæquales sub pacto á principio deduci potest, vt lucri partitio inter eos fiat æqualiter. Siquidem in obligatione conferẽdi in societatem quidquid obuenerit sunt pares. Si autem coita societas sic non est generalis in omnibus bonis, sed particularis, habenda est ratio sortis, quã vnusquisque sociorum in societatem confert attento etiam, quod expositio operum locum sortitur sortis sicut & pecunia quando in societate negotiationis vtraque exponuntur periculo, & lucro.

Notamen. 2. ¶ Secundò animaduersione opus est eã solam summam vnumquemque sociorũ exponere in societate, iacturæ periculo, quam reali ter ponit. Vnde consequitur corollariè, quod etiam si quis sociorum pro societate inita contraxerit debita vnde haberet sortem, quam cõferret in illam si tàm malè negotiationis cædederet alea, vt omnia capitalia talibus debitis soluendis necessaria essent, nihilominus alij socij ab his debitis soluendis essent immunes, nisi expresso pacto, & speciali ad debita hæc soluenda se astrinxissent in communi pro bono societatis communi, vel huius rei gratia ea debita contrahendi facultatem nomine societatis ei præbuissent.

Notamen. 3. ¶ Item quia de partitione lucri agimus in diuisione, in qua, & damna illlata societati veniunt considerandа, ideo perpendendum est Tertiò, quod si quis sociorum societati damnum intulit, vel ex societatis cumulo deduxit aliquam quotam pro nuptijs filij, vel filię, alijs socijs refundere tenetur id dãni, aut partis iacturæ lucri, quod societati ex hoc facto est cõsecutum, sicut etiam resarcienda sunt damna socio prouenientia ex eo quòd alius socius (vt supra diximus) pecuniam, quæ sibi mittitur à socio Indiano insumenda in merces in Hispania ad illum ad Indas regiones transuehendas in classi, in alios sibi peculiares vsus, & necessitates conuertit, vnde vsu venit vt nullas merces socio mittat, aut non in tempore, aut deteriores, aut cariori pretio emptas, quia eas ad creditum emit, aut aliò illas mittit, vnde socio non correspondet.

Dictum. 1. ¶ Nunc igitur ad quæstionem dicimus secundum Baldum in l. 1. C. pro socio, & Angel. quod si alter sociorum posuit, verbigratia, centum, & alter operas posuit, & de lucro sibi acquisierunt ducenta, qui centum posuit primò extrahet sua centum, & reliqua ducenta omnes diuidẽt inter se, ita tamen vt qui plus societati contulerit pecuniæ operæ, vel industriæ arbitrio boni viri plus habeat de lucro. l. si nõ fuerint &. l. quid enim. ff. pro soc. Neque verũ est assertum aliquorum dicentium, quòd qui posuit operas prius extracturus est alia centũ pro suis operis, nam id (vt supra diximus) nullo iure cauetur.

¶ Secundò clarius adhuc procedentes in hac parte dicimus, quod euentus societatis tribus modis contingere potest. Nã quandoque in fine inuenitur tantum capitale sine lucro. Quandoque autem succedit damnum capitalis in toto, vel in parte, quandoque verò contingit inueniri capitale cum lucro. Si igitur capitale in totum, vel in partem remansit, domino suo est redhibendum, conferens autẽ operas earum iacturam subibit. Si verò vltra capitale seruatum, lucrum partum est, ęquis est diuidendum portionibus, si tamen capitale, & industria æquiualeant, quod vir prudẽs, & practicus omnibus societatis perpensis circunstãtijs æstimabit. Dictum. 2.

¶ Tertiò dicimus, quod vir prudentia, & experiẽtia prędictus animaduersam & præ oculis inter arbitrandum in hac parte habere debet illam iuris decisionem. §. de illa institu. de societat. vbi sancitur posse alterũ sociorum lucri quidem duas partes suscipere, dãni verò nisi tertiam, quod quidem Mutius cõdẽnabat propter iniquitatem, quam prima facie, id facti præse ferebat, sed tandem serui Sulpitij vicit sententia, ex qua concluditur verbi gratia, quod si quis sociorum bis centum aureorum cõtulit in soceitatem, & alter centum, qui tamẽ totum gerit negotium sua industria, & sagacitate exercens negotiationem, cuius industria, sagacitas, labor iuxta ęstimationem prudentium, & expertorum æquiualentiã faciunt tercentum aureorum, tunc primus quidem quia bis centum exposuit tertia parte lucri potietur. Secundus verò quia summa, quam contulit, vtpotè quæ ex centum expositis in pecunia ex valore industriæ, & operarum, quæ pro trecentis alijs cõputantur resultat, summa quatuor centum aureorum est, quæ in duplo se habet ad bis centum, duas tertias partes de lucro, inre sibi vendicare poterit, quia re vera computando etiam pro sorte operas, duplam exposuit sortem. Cæterum loquendo de iactura sortis, si pereat.

Dictum. 3.

Sic dictante prædicto iure è contrario accidit, hic postremus namque qui in pecunijs contulit centum, in pecunijs centum tantum amittet, cum re vera plus amittat, cum etiam applicuerit suas operas, quarum simul iacturam patitur, cum primus bis centorum aureorum, quos tantum exposuit dispendium subeat solum.

Quæstio. ¶Ex prædictis corollariè infert Mercatus vbi supra quid dicendum sit ad illud dubium de quo siniſtrum iudicium proferebatur, dū ventilaretur in Hiſpalenſibus gradib⁹. Refere-

Casus expositio. batur autē sic casus quod, scilicet, duo in vnā coiere societatē, cuius capitale vtrinque conflatum bis millia continebat, vnus namq; eorū mille & quingentos aureos in societatē sum miſit, alter verò qningentos dumtaxat erogabit ſubminiſtrans etiam induſtriā, & operas, cumq; ſchedulā ſocietatis confeciſſent, nihil aliud expræſſere, quā quod contractū ſocietatis inibant, vbi pro rata eſſent lucraturi, & perdituri, euenit autem, vt poſtquām in negotia-

Responſ. tione valde deſudatū eſt, tercentorum aureorum ſint iacturā paſsi. In dubium igitur reuocatum eſt qualiter iactura hæc, & pro qua parte vnunquemq; contingebat. Igitur in hanc ſententiā iere arbitri vt iactura hæc inter vtrūque diuidiretur, & benè quidē, ſed ne error contingeret in diuiſione hac, aſtimanda erant opera, & induſtria, vt valoris horū habita taxatione coniūctaq; cum quingētis aureis, quos expoſuit, ſi mille, & quingenti ſummā conficerent, & lucrum obueniſſet, æqualiter diuideretur. Veruntamē quòad iacturam quę accidit tercētorū, iuris obſeruata ſanctione, in hoc caſu expoſitor tantū quingentorum ſimul cū induſtria, & operis ęquiualentibus mille, quartam partē iacturæ illorum tercentorū amiſſorum aureorum ſubiturus eſt, licet non tantū hanc iacturam patiatur, ſed induſtriæ, & operarum, quæ longe maior erat. Nam in nauigatione diuturna, & periculoſa pro ſocietatis negotiatione aſſumpta, magis æſtimatur labor, & induſtria, quàm pecuniæ ſors ab altero ſocio collata.

Quæſtio. ¶Prætereà iam quaſi ad calcem huius materiæ peruenientes, de fine ſocietatis quando ſcilicet, finiatur inquirendum eſt. Reſpondetur autem, quòd ſocietas caſibus his finem ac

1. cipit, Primò renuntiatione, dum expreſſe ſocietati renuntiatur. l. ſocietas. ff. pro ſocie. §. voluntate.

2. ¶Secundò, ſocietas diſtrahitur morte, eadem. l. ſcilicet, morte naturali ſecundum gloſ. ibi.

¶ Tertiò diſſoluitur ſocietas morte ciuili, id eſt, maxima, aut media capitis diminutione. 3.

¶ Quartò, ex ægeſtate incidente, vt ſi quis ex ſocijs cæſſerit bonis, vt inſtit. eodē. §. 4.

Ité Quintò ſocietas finitur propter publicationē bonorū alicuius ſocij, vt in. l. actione. § publicatione. ff. pro ſoc. Sextò finem habet ex cōuentione, id eſt, finito tempore, quo conuentum eſt. Septimò diriimitur cōſuetudine, ſi de tempore nihil conuentum eſt. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædil. edic. 5. 6. 7.

¶ Iam conſequenter, quia affine eſt dubium præcedenti quæſtioni, illud huc accerſimus, ſcilicet, quid ſi Petrus ſocietatem cōtraxit cum Paulo vſq; ad quinquenniū, ita quod Petrus mille, Paulusque operas poneret, & caſu ante quinquennium mille perierunt. Reſ- *Quæſtio.* *Responſ.*

pondetur quòd hic accidit alius modus, quo finitur ſocietas. ſ. quando totum capitale ante conſtitutum tempus perijt, patet ex gloſ. in. d. l. ſi non fuerint, & in. l. 1. C. pro ſocio. & Ang. Vnde conſequitur quod Petrus non eſt cogēdus iterum aliud capitale ponere, ſiuè periculum fuerit commune ſiuè non, quia finita eſt ſocietas. Tum etiam quia ſolum videtur actū de ponendo ſemel capitale, & non pluries, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius pro filia. §. nec ſi prior. Secundò dicimus, quod idē eſt ſi non perierit ex toto, quod in ſocietate poſitum eſt, ſed parū eſt reſtans, & Paulus renuit ponere operā, vel rem ſuam cum re ſocij, quæ parua eſt, ita Bald. in. l. pro ſoc. quia æquitas fouetur. l. ita autem in prin. ff. de admi. tut.

¶ Quoniam in ſocietate expenſæ factæ ſunt deducendæ, iam id quæritur quomodò expenſæ victus à ſocio obeunte negotiationē ſint deducendæ. Reſpondetur autem de corpore ſocietatis habendas eſſe expenſas à ſocio impendente operas, quando proficiſcitur cauſa ſocietatis, & huius ratio eſt, quia lucrum intelligitur deductis expenſis. l. illud. C. de codic. & l. Mutius. ff. pro ſoc. ita Baldus, & Iaco. de Are. & Cyn. l. 1. pro ſoc. Sed qualiter expenſæ iſtæ ſunt deducendæ, an abſolutæ omnes factæ, an exceptis quas domi feciſſet, id in controuerſiam vertitur. Baldus enim ait tales impenſas non abſolute deducendas eſſe, ſed exceptis, quas feciſſe domi ita ſup. l. prima pro ſoc. numero nono. At verò Salicetus referente Nauarro in ſumma capite. 17. numero. 283. contrarium iudicat eſſe verius. Ita Salicetus in dicta. l. prima column. tertia. Nauarrus tamen ibi eos nititur ad aliqualem concordiam reducere, tamen *Quæſtio.*

tam

tàm ſubobſcurè loquitur ibi, vt quid velit di-
Sent. auto. cere ſit diuinandum. Dicendum eſt ergo cum Silueſtro quod ab impenſis à ſocio ſic factis deducendæ ſunt, quas domi feciſſet arg.l.ſed & ſi.ff.de petitione hær.§.quod autem, quare ſequenda eſt in hoc limitatio hæc Bald. in.l. Mutius.ff.pro ſocio, vel niſi conſuetudo ſecũ dum Angel.aliter habeat, quæ ſeruari debet, niſi contineãt apertam iniquitatem, quia actũ videtur, quod eſt conſuetum.ff.de edili.edic. l.quod ſi nolit.§.qui aſsidua.

Quæſtio. ¶ Adhuc quæritur vtrum liceat dare pecuniam in ſocietatem cum pacto, & inſtrumento de ſaluo capitali, licet hoc eo ſolo fiat animo, non vt capitale ſit ſaluum, ſed vt ſocius cauens amiſsionem capitalis magis fideliter gerat negotiationis officium, prout ipſum decet. Reſpondetur igitur ad hoc breuiter, quod talis ſimulatio non caret culpa mortali, tum quia ſimulatio eſt pernitioſa vergens in ipſius infamiam, & ſcandalum ingenerans. 22. quæſtione ſecunda, capite primo, tum quia periculoſa eſt. Poteſt enim voluntatem ſubeundi periculum capitalis, quã ſolum interius in animo gerit mutare, & ſic repetere capitale. Poſſunt quoque hæredes eius, ſi ipſum diſcedere ab inteſtato contingat, id ipſum capitale virtute inſtrumenti prædicti ſibi vendicare, & exigere, quæ omnia cũ in damnum proximi, & ſcandalum commune, & infamiam propriam cedat, fieri non debet, quod ſi iam ſic factum eſt, vt caueatur periculum, eius intentio manifeſtanda eſt, delendumque eſt inſtrumentum. Quare authore Nauarro qui verè coram Deo in ſocietatẽ ad lucrum, & damnum pecuniam contulit, ſi à ſocio publicam mutui, aut depoſiti ſcripturam recepit, mortali crimine ob dictas rationes ſe implicuit, quare ſub eodem mortali crimine talis ſcriptura reſcindenda eſt, ſi animus
Reſponſ. adſit participandi lucrum. At vero ſi contra intentionem conferentis verè pecuniam in ſocietatem negotiator ſocius, quo ſuo ſic cõſueleret, honori ſcripturam mutui, aut depoſiti conceſsit á culpa mortali illam accepiſſe ab eſſet, dummodo talis pecuniæ collator ſcripturam prædictam quàm citius fieri commode poterit delere curet, & aliam ſocietatis mercatori volenti accipere dare. Inſuper & talis pecuniam in veram ſocietatem conferens poteſt tũ pignora exigere pro ſecuritate reſtituendæ ſibi ſortis, ſi in negotiatione iacturam non fuerit paſſa, tum etiam ius ineſt illi paciſcendi cum ſocio, ne hac, vel illa mercantia, neque tali, aut tali tempore, aut loco, neque cum hoc, vel illo homine exerceat negotiationem, quæ quidem omnia ſic in pacto comprehenſa, ſi non ſeruauerit, ſi ob horum violationem aliquid damni in ſocietate acciderit, id ſocio non obſeruanti ea acceptum ferri debet, quare id totum ipſe reparabit, eo quod contra pactum fecerit iuxta ſententiam D.Anton.2.par.tit. ca.7.§.38.

Quæſtio. ¶ Iam quoque & contractus hic, quia contractus ſocietatis prætexitur eſſe hic quoque examinandus venit, ſcilicet, an licita ſit hæc conuentio quæ cum nautis nauigaturis in mare longinquum ad piſcandum, & carentibus ad id commeatu, & alijs neceſſarijs, fit in qua aliquis aliquam illis in ſocietatem pecuniam contribuit ſub ea conditione, vel conditionibus, primò vt ſucceſſus nauigationis ſubſtet nautarum periculo. Secundò cum pacto, vt ex lucro tantã referat partem, quanta ſingulis nautis obuenerit. Tertiò, vt ex contingenti lucro illi ſua prædictà pecunia redhibeatur, quod ſi nullum ſucceſſerit lucrum, vel adeò modicum contigerit eſſe, vt ex illo integre ſua ſors refundi non poſsit, tunc vnuſquiſque naturam pro rata ſua eam illi perſoluat, nautis nihil reportantibus ſibi.

Reſponſ. ¶ Ad quæſtionem igitur reſpondetur ob plures rationes huiuſmodi contractum eſſe licitum. Ita gloſſa memorabilis in.l.1.cap.pro ſoc. & Bald.ibi numero. 6. colligitur ex doctrina D.Thomæ.2.2.quæſtione.78.articulo 2.ad.5.& commentatoris eius ibi.

Ratio. ¶ At probatur, quia authore Baldo dicto numero.6.qui pecuniæ in ſocietatem collatæ particeps non eſt, neque ad aliquam partem eius ſoluendam, ſi in negotiatione perierit tenetur. Cum ergo iſte nautis ſuam pecuniam communem non fecerit, nullo iure nautas poteſt facere eiuſdem pecuniæ iacturæ participes.

2. ¶ Secundò patet quia hic vult eſſe ſocius totius lucri in omni euentu contingentis, at iacturæ ſocius tantum in vno caſu vult eſſe. ſ. in caſu quo à nautis nihil lucri fuerit partum.

3. ¶ Tertiò eius iniquitas inde eſt peripecta, quod contra omnes, & contra gloſſ. præcipua authoritate pollentem, & vſu vigentem in.l.ſi fuerit.ff.pro ſoci. ſuam ſortem principalem ſibi tutam in omni euentu manere contendit, licet credat Nauarrus eum hanc conditionẽ adijcere poſſe, vt caſu, quo tota pecunia aut eius pars amitteretur, nautæ ſoluerent eam partem, quam de ea impenderent in impenſas, quas domi facerent.

CAP. LXVII. De *quintuplici traditione animalium. De multis quæstionibus circa traditionem animalium. De septem concluſionibus quibus multi caſus in hac materia deciduntur. Et de conſuetudine bona hic ſeruanda circa animalia minuta, quatuor ſtatuuntur cõcluſiones. De caſu nouæ Hiſpaniæ. De locatione ouium cũ obligatione exfœtibus reficiendi numerũ, cum noua limitatione authoris De duobus contractibus vſurarijs, ſtatuitur duplex regula pro ſocietate, indubio iuxta aſſueta iudicandum.*

Traditio animalium quintuplex.

ACceſsimus iam tandẽ ad materiam de ſocietate in animalibus pertractãdam, quæ quidem ſocietas multum eſt vſu recepta. Verum eſt tamen, quòd multipliciter ſolent hęc animantia tradi. Vno modo per modum locationis abſolutæ. Secundo modo per modũ locationis modificatæ. Tertiò per modum mutui ſecundum aliquos, id eſt, æſtimata, & firma, & certa in omni eũentu, ſed eſt verius per modum venditionis, quia æſtimatio, & ſi non ſemper faciat venditionem, facit tamen in hoc caſu ſic tradente Bar. in. l. ſi vt certo. ff. commo. ¶ Quartò traduntur hæc animalia dominio penitus tranſlato in accipientem, ſic quod per eum meliorata poſt modum communicentur, & ſic non eſt ſocietas, ſed contractus innominatus, ſcilicet, do, vt facias. Quintò traduntur animalia per modum contrahendæ ſocietatis expreſſę, vt quando dantur, vt ſint communia, & ſic coit ſocietas, vt. l. ſi tibi areæ. ff. de præſcip. verb.

Quæſtio.

¶ Porrò iuxta prædictam diſtinctionẽ ſubijcienda ſunt dubia, & quæſtiones, quare primò quæritur, an poſsint animalia dari primo modo per modũ locationis, aut cõductionis, putà quia conducitur animal ruſtici, vel opera eius, ſcilicet, cuſtodia, aut cum traduntur equæ, vt fœcundẽtur ab equo alterius, vel huiuſmodi, aut cum quis conducit vſum animalium, vt potiatur ouium lacte aut lana. Reſpõ-

Reſponſ.

detur igitur primò, quod cum contractus hi ſint locationis, omnes hic obiectæ dubitationes ſecũdum ea, quæ ſpectant ad naturã cõtractus locationis diſſoluedę ſunt. Erit igitur quilibet horũ contractuũ licitus, ſi merces ſit moderata, quę arbitrio boni viri libranda eſt, vt iuſta ſit, & congruens iuxta. l. ſi. in lege. ff. de locat. ¶ Sed poſſet quis hic hæſitare, an licitũ ſit

Satisfit obiectioni.

hic etiam paciſci, quod damnum, & lucrũ rei locatæ ſit commune. Dicitur ergo adhoc id pacti apponere licitum eſſe. Non autem liceret locatori conuenire, quod damnum ſit ſolum conductoris, niſi conductor eſſet in culpa leui eius damni, de qua tenentur contrahentes in contractibus ad gratiam, & vtilitatẽ vtriuſque contrahentis ſpectantibus, non tamen ſi eſſet in culpa leuiſsima iuxta tradita in materia locationis.

¶ Perpendendum eſt etiam, quod ſi abſit fraus vſurarum, & dum credatur ſecundum Veruec. quod conditio conductoris non ſit deterior par hoc, licet paciſci, quod conductor rei locatæ periculum in ſe ſuſcipiat, remenſo pro hoc illi iuſto aſſecurationis pretio, aut de locationis penſione quota aliqua ſibi hac ratione remiſſa. Verum tamen ne in foro exteriori in fraudem vſurarum intentatum credatur, aut præſumatur, oportet ne contractum hunc aſſecurationis rei locatæ à ſe ineat, qui ad vſuras aſſuetus fuit dare.

Nota.

¶ Vltimò, & ad vltimum dubium reſpondemus contra ſummam Angelicam dicentem, quod cum dantur animalia, vt eorũ maſculi fœcundent fœminas, vel vt fœminæ in coitu ad impręgnationem maſculis ſubmittantur, eſt contractus innominatus, & verius dicitur, quòd eſt quidam contractus locationis, & conductionis ad illum vſum, quia perinde eſt dare taurum, vt quis eo vtatur ad fœcundationem vaccarum, & eum locare, vt eo quis vtatur ad iter.

Ad dubium vltimum.

¶ Quæritur deinde de contractu illo, quo dantur animalia ſecundo modo, ſcilicet, per modum prædictæ locationis modificatæ, verbi gratia, vt cum traduntur oues alicui putà monaſterio ſub annua penſione exigua tamẽ putà duorum ſolidorum pro ſingulis, cum tamen reddant quatuor, aut quinque, vt exemplificat Silueſt. ſed hoc pacto, quod etiam ſi intereant, nihilominus dicta penſio ſoluatur toto tempore vitæ tradentis perinde, ac ſi viuæ eſſent, poſt mortem verò eius omnes ſint monaſterij.

Quæſtio.

¶ Reſpõdetur ergo ex mente Silueſtri verbo ſocietas. 2. q. 3. quod ſecundũ Ioan. de Lig. licitus eſt huiuſmodi cõtractus quia cõtract⁹ eſt locationis, quæ modificata eſt cũ his cõditionibus. Nã & ſi locator earum ouium etiam ipſis pereuntibus penſionem exigat, dum ſuperſtes fuerit in vita, tamen quia illa penſio adeò exigua eſt, & modificata vt hoc grauamen, quod monaſterio imponit, ſcilicet, vt ipſis ouibus intereuntibus adhuc per totam vitam ſuam ſalua ſibi ſit illa penſio ſibi ſoluenda, videatur reſarcire per aliam partem, quã remittit, cum duplo ea quã petiuit maiorem partem potuiſſet exegiſſe, videtur licere maximè tam fauorabili adiecto pacto. ſ. vt poſt mortem ipſius locatoris ouium

Reſp.

omnes

omnes sint monasterij. Adeoque fixus est hic contractus eodem Ioan. de Lig. authore, vt si euenerit mortalitas ouium, ecclesia vel monasterium non possit petere restitutionem, nisi cum traditæ sunt oues, iam essent morbidæ, vel aliqua contagione contaminatæ, & monasterium id vitij non aduertisset. ff. de mino. §. verum. quamuis verum sit, quòd si solus Abbas, vel cellarius præstitit cõtractui huic consensum, si in prædicto contractu nõ interceſsit consensus, conuentus non tenetur monasterium tali stare contractui extra. de po. cap. 1. At si conuentus cum abbate consensum præbuit contractum quamuis retractare non possit, tamẽ si postea pestis, aut morbus sic seuierit in gregem, quod deuastauerit eum, Hostiensi ita consulente, in hoc casu qui tradidit sic oues ne cum iactura monasterij videatur velle locupletari, sustinere debet partem damni, sed hoc magis procedit via cõsilij, quam de rigore iustitiæ propter rationes præmissas.

Quæstio. ¶ Præterea quæritur quid si tertio modo per modũ mutui, aut verius p modũ venditionis adcreditũ dentur animalia, vtpote quando dãtur æstimata, & firma aut certa in omni euentu. Nam hæc æstimatio emptionem introducit iuxta. l. plærumque. ff. de iur. dot. an tunc sit licitus contractus. Dictum. 1. Respondetur autem primò, quòd licitus est hic contractus secundum Siluestrum societas quæstione. 4. allegantem Angel. & Veruec. dummodo totum lucrum, & damnum sit animalia accipientium. Neque enim ea sic æstimata, & certa in omni euentu dans aliud sperare vltra pretium eorũ poterit. Quidquid enim vltra hoc exigeret, vtpote accedens sorti esset vsura de vsu. c. cõsuluit. 2. ¶ Secundò dicimus, quod in casu, quo is qui sic recepit animalia in omni euentu æstimata fructum accepit ex animalibus emptis, si postea contraxerit moram in soluendo pretium, posset iam ex tunc inuoluntarius patiens moram ob interesse lucri cessantis, quod amittit, vel damni quod sibi emergit recipere fructus vsque ad huius interesse recompensam non computando eos in sortem. l. curauit. C. de ac. emp. quod etiam locum habet de iure canonico, & in foro conscientię quod 3. & glos. docet ca. cõquestus de vsur. ¶ Tertiò dicimus, quod si talia animalia darentur, æstimata quidem, sed non certa, ita quod eorum pretiũ nõ semper dãti esset, certũ, & securũ, & saluũ, tũc talis animaliũ traditio neq; mutuũ esset, neq; vẽditio ad creditũ sed societas quæ dã esset, putà, si darẽtur æstimata, nõ vt æstimatio reddatur, si perierint casu fortuito, sed solum vt soluantur si culpa accipientis perierint, & in hoc casu tanquàm ex re sua cũ suo periculo exposita societatis contractui, poterit rẽportare iustam partem lucri, si obuenerit his qui ea sic dedit.

¶ Ad hæc quoniam de similibus in dubio per similia iudicandum est, & hoc dubium hîc proposuisse non erit ab re, vt per hoc de similibus iudicemus, scilicet, quid si animalia dentur quarto modo. i. per contractum innominatum, scilicet do, vt facias ex quo actio oritur præscriptis verbis siuè in factum. ff. de præscri. ver. l. si tibi areæ, verbi gratia, quando animalia traduntur dominio penitus translato in accipientem, sic quod per eum meliorata postmodum communicentur. Quæstio. Dictum. 1. ¶ Ad quæstionem ergo dicimus primò, quòd contractus hic dicitur contractus innominatus, quia societas dici non potest, quia in societate capitale positum, ponentis illud manet præcipuũ, & non transfertur dominium eius in accipiẽtem absolutè, vnde non hîc contrahitur societas absolutè, sed tantum societas contrahitur conditionaliter, scilicet, si sequatur melioramentum, vnde eo secuto iudicabitur, vt de societate, quia si melioramentum sequatur, pretium eorum animalium si vendantur erit commune iuxta dict. l. si tibi areæ. Nam & hic fructus similiter debet esse communis. l. si pascenda. C. de pact. commune quoque hîc periculum sicut vtilitas erit. l. Mutius. ff. pro soc.

¶ Secundò dicimus, quod in prædicto casu si melioramentum non sequatur, res integra restituenda est danti. Patet, quia tunc animalia hæc causa meliorationis data esse videntur, at data ob causam, causa non subsecuta, quia tunc sine causa videtur accepta restituenda sunt, si manent. ff. de condict. caus. dat. & c. us. non seq. Si autem perierint citra culpam, ex qua possessores bonæ fidei secundũ iura tenentur, vel citra istam culpam illa animalia fuerint deteriorata, recipiens ea non tenebitur ad hæc damna, dummodo sine culpa sua, aut suorum ad se pertinentium fuerint commissa, quia hac culpa cessante possessor bonæ fidei qualis est hic recipiens animalia, non tenetur, nisi in quantum factus est locupletior, siuè ex re principali, siuè ex fructibus iuxta. l. vtrum. ff. de peti. hære. & sic deberet etiam restituere fructus animalium, si sine culpa perierunt, solum in quãtum est inde factus locupletior. Si autem malæ fidei possessor fuit, quia in culpa fuit non seruandi conuenta absolutè eos restituere tenetur.

Dictum. 2.

¶ Tertiò dicimus quod in casu, quo dominium horum animalium non fuerit in totum translatum in accipientem, si sequutum est, melioramentum, quia tunc censetur societas hic coita esse per regulas contractus societatis de eo iudicabitur. ¶ At si animalia dantur inæstimata totum hoc erit sors, & capitale ea animalia tradentis, si autem detur æstimata tunc quia dominium pro parte remanet apud tradentem, & tacitè, pro alia parte ratione communionis dominium illorum animalium manet apud recipientem ea, cui cómunicantur, quæ etiam pars etiam sine traditione transfertur iuxta. l. 1. §. in societate. ff. pro soc. ideo periculum casus fortuiti est tunc commune iuxta. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. quod quidem periculum non esset commune quando data sunt inæstimata sine intentione ea faciendi communia.

Quæstio.

¶ Porrò nunc de contractu in quo animalia traduntur per modum societatis agendum est, pro intelligentia autem dicendorum præmittendum est quod triplex pactum interuenire solitum est in his societatibus animaliũ. 1. circa ipsum animal. 2. circa fructus. 3. circa tempus hac præmissa distinctione: quæritur primò, vtrum si animal inæstimatum datum fuerit in societatem, an illud dans pacisci possit, quod periculum sit recipientis & nõ dantis. Respondetur autem quod sicut in hoc casu secundum Angel. pacisci non potest, quin in fine societatis illud animal si saluum maneat, sit præcipuum ponentis, ita pacisci non potest, vt periculum illius animalis inæstimati dati sit alterius quã dantis, quia regulariter periculum ad ipsum pertinet ita Bald. l. si pascenda. C. de pact. & Angel. Hoc autem dictum limitat Siluest. societas. 2. q. 6. quòd, scilicet, habet verum nisi tradens in alio grauaretur, putà, quia recipiens nollet teneri de interitu animalis, etiam ex sua culpa morientis nisi pro parte, quia grauatus in vno est releuandus in alio iuxta. l. secundum naturam ff. de regul. iur. sed quia hoc punctum iam attinet ad assecurationem capitalis cum eodem socio, de quo plura diximus supra, hic nullũ censuimus superaddendum esse verbum.

Respons.

Quæst.

¶ Præterea secundò quæritur, pacta de fœtu, & pensione animalium, & circa tempus quomodo debent iniri. Respondetur autem summatim quod pacta hæc de fœtibus, & pẽsionibus animalium fieri debent iuxta æquã consuetudinem arbitrio boni viri: consuetudo quoque in pactis de tempore obseruanda est. Nam animalia in vno anno complent, vt porci, alia in quatuor annis, vel quinque. Quando verò consuetudo ignoratur, arbitramentum hominis in hoc experti sequendum erit. At si nullum pactum à principio contractus interuenerit consuetudini, æquitati innitenti astandum erit, quia id actũ videtur, quod consuetum est. l. quòd si nolit ff. de ædilit. edict.

¶ Deinde quæritur, & de hoc contractu, cuius meminit Nauarrus cap. 17. numero. 261. an licitus sit, scilicet, an licitũ sit tradere animalia in societatem alteri, eo pacto, vt lucrum fiat commune, & dum ea recipiens nihil ex lucro sibi vendicet antequàm pretium eorum domino remetiatur, & postea sint communia. Respondetur autem secundum Nauar. ibi & iuxta mentem D. Antonini. 2. part. titulo. 1. cap. 7. §. 39. conciliantis ibi contrarias opiniones fouentes, quod talis contractus est licitus, dummodo ea animalia, quæ ante sortem recuperatam perierint, non recipienti sed domino eorum pereant.

Quæst.

¶ Porrò ne singula sigillatim persequamur, quid liciti, aut quid illiciti in multis modis societatem animalium contineatur, decisuri per has conclusiones corollarias ad prædicta, quibus nonnullis dubijs erit satisfactum sic procedemus.

Multimodi societatum.

¶ Prima conclusio sit, si aliquis s. putà Petrus det Paulo vitulam, & vitulum nutriendos ad annum ea lege, vt tunc eis diuenditis Petrus suum accipiat capitale, & lucrum diuidatur, licitus est contractus, dummodo Petrus, qui hæc animalia dat eorum in se sustineat periculum fortuitum, & dummodo Paulus ea suscipiens ad aliquid supplendum non teneatur, si animalia hæc minoris vendantur, quam fuerint empta probatur, quia hac adiecta conditione capitale non manet saluum Petro. Neque vnus videtur grauari magis, quã alius, est ergo licitus contractus.

Couluſ. 1.

¶ Secunda conclusio, si aliquis duos det boues sub certa mensura tritici, id est, sub sextario frumenti singulo mense soluendo, est contractus locationis. & licitus: si dans retineat in se periculum, & dummodo pensio locationis iuxta arbitrium boni viri sit iusta. Hæc conclusio patet, quia conditiones omnes iustificantes contractum locationis hic ad iustificationem huius contractus coeunt.

Concluſ. 2.

¶ Hinc sequitur corollariè, quod dum modo intendat subire periculum fortuitũ est licitus contractus, etiam si velit accipientem

Corol.

astrin-

aſtringere vt ſubſtet periculo damni ſua culpa, aut ſuorum contingentis. Patet hoc, quia ad nihil eum obligat, ad quod ex natura contractus non teneatur. Secus autem eſſet, ſi dans accipienté vellet periculo fortunæ ſubeſſe etiam ſi hoc eo animo faceret, vt accipiens diligentiorem ſe exhiberet circa animalium cuſtodiam, non verò eo animo, vt pateretur periculum, quia contractus tunc eſſet ingenerans ſcandalum.

Concl 3. ¶ Tertia concluſio, ſi quis det duos æſtimatos boues cum hac conditione quòd aret ſibi ad annum duodecim iugera terræ, & deinde vendantur, deductoque prius capitali lucrum de bobus ſit commune, vel ſecundum certas partes diuidatur contractus eſt licitus, ſi tamen ea lege contrahatur, vt dans periculo boum ſubſtet, & dū recompenſet arbitrio boni viri accipienti operam exhibitam in cultura terræ, in quam ſatisfactionem cędit medietas lucri boum. Quod ſi nullum tale lucrum ſupperetere contingat, teneatur dans recompenſare de ſorte boum expenſas factas arbitrio boni viri. Hæc concluſio patet quia cum periculum boum ſtet apud dantem nulla ſubeſt ſuſpicio vſuræ, ſed neque iniuſtitia cōmitti videtur cum non grauetur hic vna pars magis, quàm altera.

Concl.4. ¶ Quarta cōcluſio ſi quis duos boues æſtimatos quidem, & expenſis accipientis nutriēdos contulerit ad laborem per annum ea lege quod accipiens in fine anni reddat quartam partem lucri, & boues, vel æſtimationem aut tantum minus ea, quantum eſt quarta pars dāni, ſi damna ſuperuenerint, illicitus eſt contractus. Patet concluſio, quia capitale eſt ſaluum pro parte. Non enim hic danti perit niſi pro quarta parte. Sequitur corollariè ex hac cōcluſione, quòd dummodo capitale dans nolit ſibi reddi ſaluum ſi perierit in toto, vel in parte, ſi nolit ſubire iacturam damni emergentis cōſecuti ex culpa accipientis, vel damni caſualis niſi accipiens conſtantem de eo ei faceret notitiam nihil iniuſtum hic committit.

Concluſ. 5. ¶ Quinta concluſio non eſt licitus contractus contra alios, ſi quis det vaccam æſtimatā cū fœtu & fructu nutriendā & cōſeruandā expenſis accipientis, ſed periculo caſu ali dantis eo pacto vt de primis fœtibus, & fructibus dāti ſuum capitale redhibeatur, & quod reliquū eſt diuidatur. Hæc concluſio probatur, quia licet hic non intermiſceatur vſura, cò quod capitale dantis ſuæ fortunæ ſtat periculo, tamen iniuſtitia non caret, quia ſoluto capitali, ſi omnia perirent accipiens iacturam faceret expenſarum, & operum: ideò melius cenſent alij hunc contractum non eſſe licitum.

¶ Sexta concluſio, ſi quis contulit duas vaccas ad agriculturam ſub eo pacto, quod de primis earum fructibus medietas pretij rependatur ſibi & deinde fiant communes tam danti quàm accipienti, & ſimiliter fructus, & ſub hac adiecta conditione, quod accipiens det danti ſingulis annis ſextarium frumenti contractus eſt licitus. Patet, quia potius eſt contractus locationis quàm ſocietatis, & locatio eſt iuſta, dans enim vnam vaccam, quæ ſua eſt locat, quæ arat & fructificat pro fructu, & ſextario frumenti, & loco paſtus accipiens ſibi acquirit fœtum, imo etiam dans poſſet ſibi vendicare, & fœtum, ſi arbitrio boni viri vacca arando pactum lucraretur. *Conclu.6.*

¶ Septima concluſio ſi quis contulerit duos æſtimatos boues, qui iuſte poſſent locari ſub penſione duodecim ſextariorum frumenti, & locet ſub penſione ſextariorū octo, ſub hac tamen lege vt accipiens ſubſtet periculo tertiæ partis boum, contractus eſt licitus, ſi ſeruentur conditiones, quas ſupra diximus requiri ad iuſtificandum contractum aſſecurationis capitalis initum cum ſocio. Probatur hæc concluſio. Hic quia pars capitalis licet ſit ſaluа: tamen eius iuſta aſſecuratio empta eſt quatuor ſextarijs, ita Silu. ſocietas. 2. cōcluſ. 7. licet ſe remittat etiam ad infra à ſe dicta. q. 9. parte. 2. vbi aliquantulum hanc concluſionem, quæ etiam eſt ſua inturbare videtur, ſeu potius limitare ad caſum infra ponendum, ſcilicet, dum per hoc accipiens non perderet omnes ſuas operas longe plus valentes quæ quidem limitatio iuſta videtur. *Concluſ.7.*

¶ Porò hæc de animalibus groſsis dicta ſunt, quibus ſuperaddimus, quòd circa tempus durantis ſocietatis, vbi non eſt pactum de hoc, aut non eſt conſuetudo (qua vbi abeſt pactum, ſeruanda eſt) ſocietas durabit quinquennio, capitali, ſcilicet, ſtando periculo tradentis. Ita Angelus relatus à Siluеſtro ſocietas. 2. queſt. 6. § 3. Societas autem conſtata in animalibus minutis, ſi non appareat cōſuetudo, aut conuentio. Secundum extrauagantia iura, quæ Angelus dicit ſe reperiſſe intra extraordinaria capitula feudorum, durat per triennium, ſicut & groſſorum animalium per prædicta iura durat per quinquennium. *Conſuetudo ſeruāda*

¶ Prætereà quia multa occurrunt dubia circa animalia minuta, quorum ſingula percurrere pænè infiniti eſſet operis, vt ex *Circa dubia multa.*

intelligentia multarum societatum in hac parte vsu receptarum coniectare liceat quale iudicium ferendum sit in alijs, has libuit statuere conclusiones, quas Siluester ait esse corollarias ad prædicta, & dubiorum decisiuas.

Concl. 1. ¶ Prima conclusio, si quis conferat in societatem viginti capita ouium, & alius totidem, vel decem, & si communicant omnia pericula, & damna, & lucra pro rata eorum, quæ posuerunt, licita est societas. Patet quia seruatur in omnibus æqualitas ex hoc autem sequitur corollariè, quod in hoc casu pactum iustum erit si paciscantur tales inter se, quod de fœtibus capita mortua suppleantur aut quod ex velleribus capita ouium emantur ad gregem augendum quia id in vtilitatem vtriusque cedit.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio, qui confert certa capita ouium æstimata ea conditione vt ex primis fructibus, & fœtibus totum capitale restituatur antequàm accipiens aliquam inde capiat vtilitatem iniqua est hæc conditio. Hæc conclusio est Laur. de Rid. & Ioannis Delig. & probatur quia licet contractus hic non sit vsurarius, eò quòd capitale non manet saluum, si omnes oues interant, tamen ex prædicta conditione nimis grauatur accipiens ex eò quòd instauraro capitali ex fœtibus si omnia capita ouium perirent, operas suas amitteret. Hinc sequitur corollariè, quod simile est si conferens talia capita ouium rustico cum ipso paciscatur, quod antequàm rusticus ex fœtibus accipiat aliquid, ex fœtibus reficiantur omnia mortua. Patet, quia hoc est tradere quasi oues immortales, & quia nimis ex hoc videtur rusticus grauari, cum obijciatur periculo perdendi suas operas, cum tamen dans magis in tuto suum collocet capitale.

Conclus. 3. ¶ Tertia conclusio, si conferens aliqua capita ouium rustico pastori sub eo pacto, quod ante omnia sibi reddatur medietas sortis, & deinde omnia sint communia tàm capitale, quàm pericula, & damna, licitus est contractus, dum modo in partitione non grauetur accipiens, hic ponit medietatem capitalis, & opera. Hæc conclusio patet quò ad primam partem. Quia perinde est ac si mutuasset ei medietatem sortis, ergo ponit hic rusticus medietatem capitalis, & opera. Patet quo ad secundam partem, quia sicut, cum traditur animal inæstimatum cum terra, scilicet cultiuanda ponens boues, & terram paciscì potest fructuum terræ parte maiori recipienda, cum rusticus tantum operas ponat, nisi opera & industria rustici magis æstimentur, quàm fructus boum, & terræ, quia tunc posset habere medium, & plus iuxta l. si non fuerint. ff. pro soc. sic in casu conclusionis sed attendèdum est, ne rusticus in partitione grauetur, quia habenda est hic ratio quod ponit non solum operas, sed & medietatem sortis, & iuxta hæc duo â se exposita ex lucro arbitrio boni viri pars lucri obuentura est.

¶ Quarta conclusio, si Petrus confert in societatem decem, & Paulus ponit alia decem, & iterum Petrus confert alia decem contra operas, & expensas Pauli accipientis, si in fine æqualiter diuidant lucrum iustus contractus erit. Patet quia hic in omnibus æqualitas seruatur, & in positione sortis & in diuisione lucri. Concluſ. 4

¶ Sed iam tandem de illo contractu in frequenti vsu recepto in noua Hispania dicturus, duplici de causa illum summatim perstringere satagam, tum quia in primo tomo nostri instructorij & in secunda eius part. ca. 50. copiosius de eo egi, tũ quia potius ad contractum locationis, quàm societatis pertinere videtur, igitur in quæstionem reuocatum est vtrum liceat locare oues, vel capras eo pacto, ac lege vt conductor earum soluat tantam pensionem, & vltra hoc se obliget ad illum numerum ouium sibi locatarum sustentandum supplendumque, & reficiendum ex fructibus, & fætibus ouium si forte de illo numero aliquæ interierint. Et quidem Med. in illa sua instru. hunc contractum tanquam vsurarium videtur damnare. Quæſt. Sent. Med.

¶ Nos autem loco allegato adiecimus hunc contractum non posse sustineri in conscientia nisi forte locans oues tantum remittat de valore pensionis pro locatione ouiũ soluendæ à conductore, quantum iustè alias posset plus exigere, ita quod talis pars sic remissa æquiualeat oneri, seu grauamini quod conductor voluntariè se offert subire, scilicet, assecurandi numerum ouium sibi locatarum, earum pereuntium numerum ex fætibus sibi nascentibus supplendo, quia si sic fieret nulla intercederet inæqualitas neque volenti sic contrahere fieret iniuria, quia illa obligatio qua grauatur conductor, & qua obligatur, ex fætibus nascentibus locatum numerum gregis reficere cum sit æstimabi- Sent. auto.

æstimabilis pretio rectè sibi recompensatur (vt supponimus) per extenuationem pretij iusti maioris, quod pro locatione tali potuit alias exigi iustè à locante si id obligationis, & grauaminis conductori non imponeret, quâ opinionem sic limitatam admittimus contra Metinam quam nunc rursus vt non solum absit ab vsura, limitamus cum Siluestro verbo societas. 2. quæst. 9. concluſ. 2. vt etiam absit ab iniustitia vt taliter fiat, quod restaurato capitali ex fœtibus nascentibus tanta pars fructuum toto tempore conductionis considerato sibi fiat reliqua, vt pensionem, quam soluit & operas quas impendit, non cogatur conductor perdere, locatore sic se ponente in statu magis tuto, & multo melioris conditionis quod an ita fiat ipsi locatores ouium viderint. Nam alias contingere potest quod instaurato capitali ouium, si omnes oues perirent, conductor earum perderet operas.

Limitationes.

¶ Præterea si aliquis prætextu societatis velit contrahere contractum nunc inter aliquos vsu receptum, nouerit non esse contractum societatis, sed vsurarium, & nequissimum. Contractus autem hic sic initur, emit quis in autumno mille oues obligando venditores vt vsque ad maium eas saluas custodiant, & eorum periculo pereant: & post quàm totam fœturam percepit, reuendit eaſdem eisdem venditoribus, plures igitur hic committuntur authore Soto iniquitates, nam si obligat eosdem venditores eas redimere, mutuum cum lucro est, quod est vsura. Tum etiam quia si obligat eos vt periculum earum subeant, signum est quod eas nequaquàm emunt illi sic ementes. Nam si oues sibi emerent, sibi & non venditoribus deberent perire, tum quia pro periculo, & custodia non dant nisi aliquod tenue pretium.

Contractus vsurarius frequens.

¶ Item etiam qui confert in societatem oues, aut boues alicui, quos ab eo emit, cum tamen nullos venales haberet sub certa pensione, cum tamen probè noscat, aut credat illis bobus venalibus carere vsura est, & in foro exteriori in fraudem vsurarum id facti præsumitur intentatum. Patet quia tantundem est authore Metina in sua institutione, ac si pretium illorum boum non persistentium apud eos vendentes mutuaret, vt cum lucro vltra sortem hanc pretij redderetur, quod manifestissima vsura non caret. Hinc sequitur corollariè quod idem dicendum est de scienter ementibus fructus terrarum

Cõtractus vsurarius.

ab his, qui eas non habent, & vltra capitale, id est, pretium pro eis datum, aliquod referentibus lucrum.

¶ Hinc corollariè secundò sequitur, quod Sotus ait verum esse, scilicet, quod contractus pessimus, & vsurarius est obligare rusticum consignando illi viginti aureos veluti pretium boum, quos rusticus ille non habet vt illos saluos, actutos, locatosque custodiat soluatque pretium menstruũ locationis, cuius contractus vsuraria iniquitas hinc clarescit, quia in fine anni recipit viginti aureos quasi custoditos boues vltra pretium locationis imo vero si tales vere emeret extantes apud rusticum, si eos eidem locaret cum pacto vt eos redderet sanos, vsura esset secundum Metinam quia esset mutuare eorum pretium cum lucro.

¶ Præterea, quia ad calcem huius materiæ peruenimus percurrenda sunt cætera, ita vt si possibile sit, nihil explicatu necessarium prætereatur. Vnde nota, quod melius est ex ducentis aureis relictis pro missis quotannis dicendis emere censum perpetuum, aut certè si talis emi non possit, emere censum temporalem, potius quàm in societate exponere negotiationi, quamuis si census emi eis non posset, & hoc licitè posset fieri per illos tres contractus, scilicet, societatis, & assecurationis capitalis, & venditionis lucri verisimilis pro certò, & cum limitationibus supra tactis, vt eorum lucro missę dicantur. At quia hoc rarò fit sine scandalo, vbi non est in vsu contractus hic ab eo illic contrahendo abstinendum esset cum eodem socio non eos contractus præsertim assecurationis contrahendo. Nam hic contractus assecurationis initus cum eodem socio solum suspectus est magis.

Not. 1.

Not. 2.

¶ Insuper notandum est non carere vitio vsuræ si quis vendat alicui pecunia credita merces valentes centum hac lege, vt emens alijs reuendat, & lucrum sit commune. Patet nam si verè hic emit sicut subsistat periculo, ita sibi cedere debet totum lucrum mercium cum per emptionem factæ sint iam suæ, tum etiam quia illam partem lucri ratione mutui accipit vltra sortem. Nam illa venditio pecunia credita mutuo æquiualet.

Regula pro societate.

¶ Tandem, vt de reliquis contractibus societatis, qui ex adiunctis diuersis circunstantijs pæne in infinitum variari possunt aliquale possit proferri iudicium,

statuitur hic regula D. Antonini.2. par.titu.1. cap.7.§.39.in fine illius cuius meminit Nauarrus in summ.cap.17.nu.261.ea nempe regula generalis est, vt pote per quam omnes casus decidũtur, scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta quibus alicui sociorum arbitrio expertorum damnũ irrogatur ab iustitia deuiat quippe quæ est illicita. Sicut etiam omnis alia societas vbi emolumẽta, & commoditates non respondent in partitione ex æquo partibus in societatem cõtributis iniqua societas est.

Regula. 2. ¶ Secunda autem regula generalis ad prædictum finem deseruiens, & quæ explicatior est, cuius meminit Siluest. societas.1.in principio, & societas.2.q.9.concl.5. hæc est, scilicet, quod in omni contractu societatis seruatis duobus nunquam intercedet peccatum. Primum quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo accipiẽtis quantum ad casum fortuitum, nisi forte vbi interueniret alius cõtractus assecurationis, de quo an in hac parte liceat, plura ante diximus. Secundum quod arbitrio boni viri neutra pars notabiliter grauetur plusquàm alia omnibus circunstantijs, perpensis. Cuius regulæ vnica (qua fulcitur) hæc est ratio, quia in his contractibus non potest esse peccatum, nisi vsuræ, vel iniustitiæ, quæ auferuntur per illa duo. Si igitur hic sine fraude, & bona cum fide excusante aliquid admissum fuerit contra iustitiã, à culpa abest quandiu bona fides, & ignorantia inuincibilis perdurauerit, quod limita ex mente Siluestri, esse hoc ita, dum capitale stet periculo tradentis, nam vix bona fides, aut ignorantia excusans reperitur in illo, qui in societatẽ negotiationis, vnde expetit lucrum, confert suam sortem pecuniæ, & tamen vult sibi reseruari in omni casu incolumem, & tutam.

¶ Denique supremam manum huic materiæ imponentes dicimus cum Siluestro, quod quando animalia traduntur modo incognito iudicabitur de tali contractu secundum quod consuetum est talia dari, & si de consuetudine non constet præsumetur contractus innominatus.l.2.ff.de præscrip.verb.& sic censebitur societas, & sic iuxta ius, & regulas societatis erit regulandus talis contractus. Aut saltẽ fiet recompensatio sumptuum, & laboris, & hoc actione mãdati ex quo impositione domini pascenda suscepit.l.1.ff.mãda. vel saltẽ actione in factum siue præscriptis verb.d.l.2.

Iuxta assueta iudicandum.

Finis Primi Libri.

INSTRVCTORII NEGOTIANTIVM, PER PATREM MAGISTRVM FRATREM Ludouicum Lopez, sacræ Theologiæ professorem

LIBER SECVNDVS.

CAP. I. Tria difficilia in cãbijs. Tenor Extrauagãtis Pij. V. de cãbijs hic proponitur. De diffinitione nominis cambij. De tribus formis permutationũ, & quid campsoria ars. De diuisione cambij trimembri ex parte materiæ. De triplici cambio numismatis. De differẽtia cãbij ab alijs contractibus. De differentia cambij à mutuo in quatuor: quomodo tempus tripliciter se habet in cãbio: cambium reale, et siccum quid? et an reale requirat res cambiatas præsentes: glossa extrauagantis Pij. V. quod intelligatur de his vbi tempore solutionis non est qui solutionem ibi faciat, id est, alib.

Tria hic difficilia.

MAteriam cambiorum auspicantibus nobis tria sunt, quæ nobis magnam ingerunt difficultatem. 1. Primum, quod materia hæc valde difficilis est explicatu, ita vt à rudioribus intelligatur propter intricationem magnam aliquorum contractuum, de quibus agit. 2. ¶ Tum quia fere inaccessibilis est modus omnis, quo cambia celebrantur propter eas vafricies, & subtilitates, quas nostri temporis mercatores annectunt. 3. ¶ Tum maxime, quia operosum negotium est, & impar viribus nostris (nisi auxilium Dei maximum præsto sit) inter tot, & tam varias in hac parte doctorum opiniones punctum veritatis attingere, aut sententiam veram, solida suffultam ratione statuere. Adsit igitur diuini numinis afflatus, quò rem incipientes distinctè, & clarè procedendo eam perficiamus. Verùm vt in hac materia regulam aliquã tutam, quàm vt exemplar ad quod inspiciamus, præ oculis habeamus, libuit imprimis Extrauagantẽ Pij. V. quam de Cambijs edidit, hîc præmittere, quæ sic habet.

Pius

Pius Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Extra. in Pij V. de Cambijs

IN eam pro nostro pastorali officio curam diligenter incumbimus & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca ij qui pecuniam recipiunt literas quidem suas cambij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur vt transacto tempore vnde processerant innanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi denique cum interesse reposcitur vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes, & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquàm est: qui in nundinis aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cùm pecuniæ, siue depositi, siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur, sed & in ipsis cambijs quæ re alia appellantur interdum (vt ad nos perfertur) campsores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conditione recepto, seu tantummodo premisso differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiant districtius prohibemus. Porrò ad tollendas quoque in cambijs quantum cum Deo possumus occasiones peccãdi, fraudesque fæneratorum statuimus, ne deinceps quisquam audeat, siue à principio, siue aliàs certum, & determinatum interesse etiam in casu non solutionis paciscì, neque realia cambia aliter quàm pro primis nundinis vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere abusu illo prorsus reiecto cambia pro secundis & deinceps nũdinis, siue terminis exercẽdi. Curandũ autẽ erit in terminis vt ratio habeatur longinquitatis & vicinitatis locorũ inquibus solutio destinatur, ne dũ longiores præfiguntur quam loca destinatæ solutionis desiderant fænerandi detur occasio. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnat. Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo. Kal. Feb. Pont. nostri Anno. 6.

Diff. nominis cambij.

¶ His præmissis, vt stilo scientifico procedamus, primò à diffinitione quid nominis initium sumentes dicimus primum omniũ, nomen cambium Latinum esse. Nam cambire (si ad diffinitionem quid nominis respiciamus) idem est, quod rem vnam pro alia commutare. Nam autore Aristotile. 1. Polit. capit. 6. & 7. tres per mutationum formas temporũ curriculo ordine succreuisse constat: cæperũt enim homines res ipsas primum cambire, putà vinum pro frumento, domum pro vinea, vestem pro calceo, & cætera, quæ quidem cãbitio simplicitati naturę à suis primis exordijs consentanea fuit, sed hac de causa hæc cambitio fuit minus sufficiens, eò quòd res omnes in diuersa loca asportari, vt cambientur nõ possunt, sed neque in longa tempora seruãdo seruari possunt. Cuius causa secundum vsu euenit cambium, vbi nummus inuentus est, quippe qui rerum esset pretium, vt cum rebus ipsis cambiretur, qui quidem cambiendi modus, primò maximè affinis est, illique omnĩ-

Tres permutationes.

no adminiculatur, & taliter quod hoc ad indigentiam vitæ supplendam sufficere videbatur. Verum post inuentionem numorũ, eam si tim excitauit eorũ cupiditas, vt tertiũ excogitauerit cambiorũ modum, scilicet, vt numisma pro numismate permutaret, quæ quidem permutatio inde originem duxit, quod pecuniam pretiosiorem, puta auream cum minutioribus pecunijs commutari necesse fuit, atque inde in alios varios modos extensa est.

Diff. cambij. ¶ Igitur cambium quatenus est contractus distinctus ab alijs, est permutatio vnius rei pro alia quarum neutra pretium alterius determinatè est. Dicitur autem permutatio ad differentiam donationis, & mutui in quibus gratis aliquid datur. ¶ Signanter verò dicitur quarum neutra pretium alterius determinatè est, ad differentiã contractuum emptionis, & locationis est, in quibus aliquid intercedit, vt pretium rei locatæ, aut emptæ, quod in permutatione non contingit, vt si commutatur tunica pro pallio non est maior ratio vt vnũ sit determinatè pretium magis quam aliud.

Nota.

Quid cambsoria ars. ¶ Præterea authore Caietano in quodlibeto de cãbijs, est Campsoria ars, ars quædã negotiandi in commutatione numismatum consistens, quæ quidem ars & si à philosopho vituperetur duplici nomine, tum ratione materiæ, quia tantum circa numismata versatur à proprio vsu numi deuians, tum ratione finis quia lucri gratia, quod fine caret honesto, solita est exerceri. Si tamen ex parte campsoris bono fine honestetur, vt si propter sustentationem familiæ, vel alio bono fine exerceatur licita erit.

Diuisio cãbij trimembris ex parte materiæ. ¶ Præterea à post cambij diffinitionem quatenus contractus est ab alijs distinctus, nũc superest illud diuidere in cuius diuisione multum variari inter doctores contingit. Verum ex parte materiæ, id est, rerum permutabilium apte in tria vniuersalia membra distribui potest, scilicet, primò in cambium vbi vnum numisma pro alio numismate cambitur, & secundo in cambiũ vbi cãbitur res naturalis pro alia naturali, vt equus pro boue, aut res artificialis pro alia artificiali, aut naturali, vt liber pro libro, aut ager pro domo: & tertiò in cambiũ vbi vsus vnius rei pro vsu alterius rei cambitur, vt si pro vsu equi datur vsus bouis, aut cum vsus edificandi commutatur cum vsu agriculturæ, vt si quia tu ædificas domũ meã ego agrum tuum colo.

¶ Porrò quia hic non de omni cambio agimus, sed de eo tantum, quod inter numismata intercedit, quod attinet ad primum prædictæ diuisionis membrum, ideo istud primum membrum adhuc dupliciter subsecamus. Nã aut cambitur numisma præsens pro numismate præsenti, sicut aureus pro argenteis, & è contra, & tunc dicitur cambium minutum: aut manuale, quia statim numerando de manu ad manum cãbitur. Aut cambitur numisma præsens pro absente numismate existente, scilicet in alio loco, & tunc dicitur cambiũ per literas, quia qui suos numos presentes Matritij numerat ad cambium pro Roma, literas accipit virtute quarum eos possit recuperare Romæ. At verò dum cambitur numisma præsens pro absente non in loco, sed in tempore, quia cambium siccum est, illud à cambio reali secernimus, quia reale cambium non est, quia pecuniarum mutuum vere est solam fallam quandam cambij speciem præseferens, ideoque nomen cambij sicci illi adaptatur, quia veri cambij virtute expers est.

Tripliciter cambitur numisma.

¶ Cæterùm, quia per differentiam specialior habetur intelligentia de natura vnius cuiusque rei, operepretium erit hic assignare differentiam, qua ille cambij contractus à reliquis contractibus secernitur. Sotus igitur lib. 6. de iust. & iur. quæstione. 8. artic. 2. istum cõtractum sic à ceteris discernit, nam primò fit differre à venditione, quia in venditione consideratur pecunia vt legale pretium, at vero in cambio non consideratur, neque sumitur pecunia, vt legale pretium est alterius pecuniæ, quia non est maior ratio vna sit pretium alterius, quàm altera, nisi forte vt ait Siluester vsu ra. 4. quæst. 7. dicto. 1. quando valor vnius pecuniæ est maior, vel minor, quam valor legalis, ratione suæ bonitatis, aut malitiæ, vt quia vna pecunia defectiua est, aut ex sua origine, aut attõsione, & decurtatione aut ratione periculi exbãnitionis, aut huiusmodi, quia tunc talis pecunia ratione defectꝰ, minus valet rei venalis locum habere potest, & alia legalis, quę, pro ea datur habebit locum pretij, sed tunc non erit cambium pecuniæ pro pecunia, sed venditio, & emptio. Secundò differt cambium à commodatione, & locatione, quia in cambio dominium transfertur, quod non fit in illis, sed an in omni cãbio statim transferatur dominium plenius venit postea differendum.

Differẽtia cambij ab alijs cõtráctibus.

¶ Tertiò secundum eundem Sotum, cambium differt à mutuo, quia in mutuo transfertur mutuum simpliciter, hoc est sine alicuius interesse intuitu principali. At in cambio non trãsfertur dominium sic simpliciter, hoc est vt sors simplex restituatur, sed cum lucro, fęnore, aut pretio.

¶ In-

¶ Insuper, quia sæpe latet anguis in herba, & mutuum sæpe se ingerit personatũ mentiens se esse cambij contractum, plurimum refert, & omnes alias differentias, quibus cambium differt à mutuo prænosse, ne in hoc fallamur. Conradus igitur libr. de contractibus quæstione. 98. concl. 1. & quæst. 99. concl. 2. has differentias tradit, vnde eas excepere doctores multi. Sunt igitur (vt ipse docet) differentiæ quatuor, quibus mutuum secernitur à cambio.

Differẽtiæ cambijàmutuo quatuor.

1. ¶ Quarũ vt prima, ita & potissima est hæc, scilicet, vt res cambiatæ, vel genere, vel specie, vel saltem numero differentes sint, quæ quidem differentia adeò essentialis, & intima est natura cambij, vt quanto res huiusmodi differentia maiori distauerint, tanto magis talis contractus accedet ad veriorem naturam cambij. In mutuo autem è contrario est euenire. Nam res mutuo accepta ipsissima (si esset possibile) esset restituenda. Verum quia eãdem numero rependi impossibile est, ideo in specie eadem redditur. Cuius differentiæ meminit S. Thomas in opuscul. 73. capit. 13. quæ quidem differentia ex fine tam mutui quàm cambij innascitur, quia mutuum datur gratis sine lucro, ideò eadem res saltem in specie reposcitur, secus in cambio vbi res cum auctione lucri intenditur, ideo exigitur, vt sit altera aliquo modo. Nam res solum omnino eadem data, & redhibita lucrum nullum secũ refert.

Diff. 2. ¶ Secunda autem, quæ inter mutuum, cambiumque assignatur differentia hæc est, quod cambium non manuale, sed per literas suapte natura requirit locorum distantiam, vt res ibi sitæ sic cambiari possint. At verò mutuum suapte natura hanc locorum distantiam non exigit, imo nisi damni emergentis vitandi gratia, aut lucri cessantis reparandi causa, non licet mutuare sub eo pacto, vt in alio loco mutuum reddatur.

Diff. 3. ¶ Tertia verò differentia, ex parte temporis sumitur, mutuum enim de se distantiã aliquam temporis requirit, in qua mutuatarius re mutuata possit vti. At verò cambium hoc interstitium temporis de se non exigit, potest enim cambium manuale statim vtrinque numerata pecunia confici, quò autem in temporis distantia exerceatur cambium, id suæ naturæ accidentale est propter distantiam loci interuenientem in quo vtraque res cambianda sita est.

Diff. 4. ¶ Quarta verò differentia inter vtrumque assignatur, scilicet, quæ ex parte materiæ vtriusque sumitur. Nam mutuum consistit in rebus ipso vsu consumptibilibus in pondere, numero, aut mensura consistentibus, cuiusmodi sunnt pecunia, frumentum, vinum, & oleum. Cambium verò indifferenter consistit in his rebus & in alijs, nam non solum cõmutantur hæc inter se, sed etiam nõ ipso vsu consumptibilia vt domus, & agri inter se.

Corol. ¶ Ex prædictis corollarie sequitur Conradum de contract. quæst. 99. suppositione. 4. peperam asseruisse, quod dum in pecuniario cambio intercedit distantia temporis inter dandum, & recipiendum pecuniam cambij à mutuo non distingui. Nam & tunc vt ex prædictis differentijs clarescit mutuum, & cãbium inueniuntur differre.

Tempus tripliciter se habet in cãbio.

¶ Præterea, quoniam in cambio (vt diximus) peraccidens admiscetur tempus, & obseruatio temporis in cambio ad mutuum reducitur interdum, quod quidem mutuum solet vitiare cambium & vsuræ labe illud afficere, ideò ad hoc discernendum placet hic illam doctrinam Siluestri vsura. 4. quæst. 2. dicto. 3. referre, scilicet, quod tempus medium interdationem, & receptionem in hoc contractu cambij tripliciter se potest habere. ¶ Primò vt necessario consequitur distantiam localem secundum quam nihil nisi in tempore moueri potest. Secundò vt in eo tempore est rerum varietas, ita quod in principio alicuius temporis res vna venalis, vel cambibilis potest habere vnum pretium, & in medio aliud, & in fine aliud propter rerum mutationes, & euentus. Tertiò vt in tali tempore pecunia campsoris manet ociosa ipsi campsori licet alteri tunc temporis sit fructuosa. ¶ His suppositis sit prima propositio, si campsor vult dare minorem summam pecuniæ pro recipienda alibi, aut pro data hic recipere maiorem alibi ratione temporis primo modo considerati, ideſt, vt necessario consequitur distantiam localem secundum quam, nihil nisi in tempore moueri potest, sic non est ex se illicitum, patet. Quia hoc non accipitur gratia temporis, aut ratione temporis in se ipso absolutè considerati, sed gratia distantiæ localis etiam si tempus sit aliquantulum maius, quàm hæc distantia requirat, dum hinc non sumatur existo maiori tempore causam augendi pretium: sed solum concedatur ad debitam, & honestam commoditatem restituentis secundum arbitrium bonorum virorum, quia non potest statim habitis literis semper reddere summam. At licet ista propositio vera sit, cautè tamen in hac parte est ambulandum, & non est propriè quod ratione temporis sed ratione distãtię loci alijs

1.

2.

3.

Propoſ. 1.

etiam

etiam consideratis plus accipiatur. At quia hinc sterni via ad multas vsuras solet, Pius. V. in sua extrauaganti, in eam, de cambijs salubriter admonet dicens. Curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur lõginquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quàm loca destinatæ solutionis desiderant fœnerandi detur occasio.

Propositio 2. ¶ Secunda propositio ratione temporis secundo modo considerati, id est, quatenus in eo tempore varietas pretiorum potest accidere, scilicet, vt si aliud pretiũ in principio, aliud in medio, & aliud in fine contingat esse aliquẽ dare minus, aut recipere plus, non est ex se illicitum, quia aliquando potest esse licitum. Patet quia hoc non accipitur gratia temporis, sed variationis rei in tempore quo ad valorẽ, quæ aliquando plus, aliquando minus valet. Sicut marcha venalis Lugduni valet aliquando plus, aliquando minus secundum penuriã, & abundantiam venditorum, vel emptorum.

Nota. ¶ Aduertendum autem est, quod non censetur esse variatio pretij iusta quò ad hoc illa, quæ prouenit ex hoc solum, quod mercatores existimant aliquid plus, aut minus valere ex eo, quod citius illis redditur, aut magis eius solutio retardatur quasi vtile sit quod citius soluitur, & inutile quod per maius tempus expectatur, vt videntur existimasse. Pau. de Mo. in suo tract. de causa. & magister Rapha. de Porna in tract. de pagis. Patet autem hoc ex duplici ratione. Tum quia sic nunquã esset iniustum soluere minus ratione anticipatæ solutionis, quod reprobatur ab omnibus maximè à D. Thoma. Tum etiam, quia hoc esset considerare ociositatem suæ pecuniæ ad magis lucrandum, quæ consideratio ab omnibus reprehenditur, nisi sit vestita alijs circunstantijs iustificantibus lucrum cessans, de quo postea dicturi sumus, an possit exigi in cãbijs, neque licet arguere, quod sicut res absens loco minus valet, ita res absens tẽpore ex se sit minoris valoris quàm præsens, quia res absens loco pluribus expensis indiget vt inde deferatur ad locũ præsentem, sed his expensis non indiget, quæ est absens in tempore, sed de hoc plura supersunt dicenda.

Propositio 3. ¶ Tertia propositio, si quis autem velit minus dare, aut plus accipere ratione temporis, tertio modo considerati, id est, vt in eo pecunia campsoris manet otiosa ipsi campsori, licet alteri, tunc temporis sit fructuosa, secundũ omnes est vsura, patet quia tunc verum intercedit mutuum ratione cuius expetitur lucrum, exempli gratia, sicut si campsor cambit ad primas nundinas, & eis aduenientibus prolongat terminum ad secundas accepto alio lucro, quod & Pius. V. in sua extrauaganti prædicta, vtpote occasionatum ad peccatum, & vsurarum fraudes innectendas vetuit volens peccati, & fœnoris succidere occasiones. Licet secus existimet Siluester, quando communi æstimatione in secundis nundinis marcha esset plus valitura. At licet hoc ratione lucri cessantis concurrentibus conditionibus illud iustificantibus in conscientia, aliàs, secluſa extrauaganti Pij. V. posset tolerari, vt Siluester ait, sed extante ista extrauaganti, cui refragari campsores nefas esset, non licet pro terminis concessis, seu prorogatis ad secundas, vel tertias nundinas lucrum velle expetere.

Cambium reale, & sic cum quid. ¶ Deinde postquàm differentiam, qua cambium à reliquis contractibus differt assignauimus, iam vltra prædictam diuisionem, qua ex parte materiæ diuisum est, rursum cambium quod authore Nauarro in summ. Latin. capite. 17. de camb. lit. B. (vt à vulgo vsurpatur) est omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus, siuè sit permutatio, siuè emptio, siuè contractus innominatus, scilicet, do, vt des, quod secundum Nauarrum, videtur iuri magis consonum, & de quo explicatius postea sumus dicturi: cambium (inquam) sic acceptum in cambium reale, & siccum diuiditur: cambium autem reale dicitur secundũ Theologos omnes, quod consistentiam veri cambij realem habet, vt cambium per literas & cambium minutum. Cambium autem siccum, vt Siluester vsura. 4. quæstione sexta, ait iuxta communem opinionem, & secundum quod communiter est in vsu, est cambium non habens existentiam cambij, sed apparentiam ad instar arboris exsiccatæ, quæ humore vitali iam carens apparentiam arboris habet non existentiam. Est ergo cambium siccum iuxta hanc acceptionem, in qua etiam accipitur in extrauaganti Pij. V. idem quod cambium fictum, non enim habet propriam naturam cambij, sed mutui & vsuræ. At verò secundum Laurentium à Nauarro in commento de vsuris, & cambijs citatum, cambium siccum in alia acceptione minus communi sumptum est cambium in quo campsor prius dat, quam accipiat. Dicitur autem isto modo siccum, quia sine preuia acceptione dat campsor, quod tamen, vt sic acceptum

au-

autore Silueſtro licitè celebratur aliquando, quia tunc verum, & reale cãbium eſt differens genere ab eo cambio, in quo campſor prius recipit, quia in iſto campſor ſemper primò dat, & deinde accipit.

Quæſtio. ¶ Sed iam ex precedente cambij diuiſione ſubnaſcitur dubium, ſcilicet, vtrum ſiccum, Id eſt, fictum cambium ſit illud, quod pro tempore, quo celebratur, non habet res cãbiatas quoad tempus præſentes. Quæſtionem hanc nobis excitat controuerſia, quæ in hac parte verſatur inter doctores. Nam Silueſter vſura. 4. quæſt. 9. §. 1. cui poſtea ſubſcripſit Sotus libr. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 12. artic. 1. & 2. ait propriè permutationem fieri non poſſe, niſi numiſmata, quæ cambiantur ſint iam realiter exiſtentia in diuerſis locis, ſi ſic cambium per literas, vel in eodem loco ſi ſit cambium minutum, & videtur hæc opinio non parum apparentibus inniti rationibus.

Obiectio. 1. ¶ Tum quia aliâs magis videtur mutuum quàm cambium, ſicut cum emuntur ab agricola boues, quæ apud illum realiter non exiſtunt. ſecundum omnes magis eſt mutuum palliatum, quàm emptio.

2. ¶ Tum etiam, quia extrauagans Pij. V. hanc cambiationem damnat, vbi non eſt quiſquàm qui in nundinis, aut in locis ad quæ cambitur per literas, literis receptis ſolutionem faciat, ergo cambitio vbi res quæ cambitur non extat, neque eſt qui eius ſolutionem poſsit facere, ſicca, & ficta erit cambitio. *In poſit.* In oppoſitum eſt Nauarrus ſum. Latin. cap. 17. nu. 283. lit. C. & commento de camb. num. 14. cuius opinioni vt veriori Garcia parte. 1. de contract. cap. 5. pagin. 183. accedit.

Dictum. 1. ¶ Igitur Reſpondentes ad quæſtionem dicimus primò ad cambium, quod ita eſt ſpeciale, vt ſit cambium certæ rei numero ad certam rem numero, requiritur vtraque *Dictum. 2.* ſit extans in rerum natura. Secundò dicimus, res vna benè poteſt cambiri, & permutari pro alia diſtincta numero, genere, vel ſpecie, licet iſta res nondum adhùc exiſtat in rerum natura patet. Quia tàm fructus qui in futurum expectantur, & fœtus procreandi, quàm meſſes naſcituræ poſſunt emi, & vendi, impignorari, & promitti. l. nec empt. ff. de contra. empt. &. l. & quæ nondum. ff. de pign. ergo etiam poterunt permutari, ſicut res futuræ paſsim anticipata pecunia emuntur. Neque enim ad permutationem requiritur vt res certa, & determinata numero pro alia ſic certa, & determinata numero cambietur, quæ ſi ſic iam certæ, & determinatæ eſſent, neceſſario eſſent iam poſitæ in exiſtentia reali, alioquim campſores Flandrenſes, vel Metinenſes nullum verum conficerent cambium, poſtquàm nullos certos, & determinatos numero numos aureos, vel argenteos ad correſpondendum huic cambio, vel illi deſtinatos habent.

¶ Igitur ad rationem primam in contra negatur, quod datio rei exiſtentis pro adhuc non exiſtente, ſed futura ſit mutuum, authore Nauarro loco citato ſi tot menſuras olei Hiſpali tibi menſurarem, quò mihi totidem Metinæ rependeres, vt cambium contractus hic diceretur nequaquàm neceſſe eſſet, vt ille rependendæ menſuræ tempore contrahendi iam extarent Metinæ, ſed ſatis eſt tempore ſolutionis ad ſoluendum eas paratas habeas, & non antea. Et ad probationem in contra dicitur cum Silueſtro vbi ſupra, quod non eſt ſimile de emente boues à paupere, quos non habet, quia ille neque eſt habiturus boues, iſte autem (vt ſupponimus) licet modo actu non habeat pecunias ad correſpondendum, habiturus eſt tamen tempore correſponſionis, quia ſatis eſt ſi illam pecuniam reſtituendam alibi habeat in fide amici, qui eam pro tunc ad correſpondendum gratis mutuabit. Imo verò autore Silueſt. dumtalis pro tempore ſolutionis, vel correſponſionis habeat rem venditam, vel permutatam, licet ſine intereſſe perſoluendo eam ſibi mutuanti non habuerit eam, ſatis eſt ad æqualitatem abſolutam iuſtitiæ talis cambij contra alios, quia hoc non vitiat permutationem. Sicque gloſſanda eſt extrauagans Pij. V. in illo loco. Damno enim non abſolutè omnia cambia, quę tempore contrahendi correſpondentes non habet, ſed ea vbi in loco ſolutionis & pro tempore ſolutionis non eſt, qui literis receptis ſolutionem faciat.

Ad. 1. obie. *Diſſimilitu.* *Gloſſa extrau.*

Corol. ¶ Vnde ſequitur corollariè, quod ſi conſtat campſori, aut credit probabiliter campſor, quod nulla futura eſt correſpondentia ſibi in alio loco facienda, vel etiam ſi hoc ſciat, paratus eſt nihilominus ſic fictè cambire, ſiccum cambium eſt, eſt enim multum palliatum cum vſura.

CAP.

CAP. II. De *duplici cambio, scilicet, minuto, & per literas: vtrùm cambium minutum liceat, de consideratione monetæ: diuersa de vsu monetæ duplici, de exercitio cãbij duplici, an liceat pro consignatis in cambio debitis aliquid exigere, de tribus exceptis casibus, de duplici expeditione literarũ, quomodo taxandum salarium, consuetudo Galliæ & Hispaniæ non excusat hic de scutis imaginarijs, circa hoc sententia vltima Nauarri occasionata.*

QVoniam quatenus ad præsentem materiam attinet, cambium supra in minutum cambium, & in cambium per literas, quod rursus in tres species subdiuidendum est, distribuimus, nunc de primo membro, id est, de cambio manuali, id est, minuto inquirendum est. At verò licèt cambium minutum, vt potè in republica necessarium, vt licitus contractus vsu receptus sit. Nihilominus quia peculiares in se claudit difficultates, vt de his plenior habeatur notitia more scholastico, hanc primò quæstionem pro vtraque controuertimus parte, scilicet, vtrùm minutum cambium sit licitum.

Quæstio.

Argum. 1. ¶ At pro parte negatiua arguitur primò, numismata adhoc publico signo cuduntur, vt sint iustũ legitimũq; rerũ pretiũ, illud autẽ pretiũ quòd legitimũ est, idẽ lege constitutũ in indiuisibili consistens est: ergo si ducatus vndecim regalibus lege æstimatur, non licitè poterit pro pluribus argenteis commutari, sicut neque triticum taxatum pluris vendi.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, si liceret pecuniam pro pecunia minutim prætendendo inde lucrum cambiare: sequeretur, quòd hinc aperiretur via ad legitimam æstimationem numorum eliminandam. Nam si potest quis minutim aureum pro pluribus argenteis, aut argenteum pro pluribus dipondijs, quàm ex æstimatione legali valeant commutare, licebit etiam in venditionibus, dum vendit quis quia merces indipondijs, sibi soluuntur, & non in argenteis, vel aureis, plura dipondia, quam valeat aureus, vel argenteus recipere, & è contra liceret in emptionibus, dum quis emit, quia soluit in aureo, quem posset pro pluribus regalibus, quàm vndecim commutare, ibi pro maiori pretio computare illũ, quod esset euertere pretiũ legale.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia æstimatio, scilicet, monetæ in quantum moneta, & in quantum ex tali metallo constat, est eadem, non enim est distincta, quoniam Rex, siuè princeps in prætaxando numos aureos, & eos æstimando ad valorem quoque tam pretiosi metalli attendit: habitaque ratione eius pretiositatis valorem legalem ei indidit. Itaque tantundem valoris obtinet nunc aureus legalis, quantum haberet in ita sincera massa signo publico non cussa: ergo aureus in quantum ex tali constat metallo, non potest commutari pro pluribus argenteis, aut dipondijs, quàm est prætaxatus per legem.

Argum. 4. ¶ Quartò arguitur, quia nulli mercatorum subest facultas augendi pretium mercium, quæ iam pretio suo legali sunt à republica æstimatæ, etiam si ad quoscumque vsus vendant prætaxatum vinum, vel oleum: ergo neque etiam licebit numorum legale pretium in ordine ad vsum exercendi cambia minuta, vel alia, augere. Vnde ergo, vel qua ratione hæc in cambijs prouenit extraordinaria licentia.

Argum. 5. ¶ Quintò arguitur, quia si liceret cambio minuto, vel per literas cambire monetam, scilicet, aureum ducatum pro pluribus argenteis, aut dipondijs, quàm ex sua taxa legali valet, id esset tam propter penuriam, & raritatem aureæ monetæ, quàm argenteæ aut æreæ. Sed propter nullum defectum, aut penuriam generalem monetæ aureæ ducatus amittit suum valorem legalem, aut eum mutat, non enim tunc definit valere tot argenteos, vel tot dipondia sicut valebat tempore maioris abundantiæ, neque eius pretium legale, ideo crescit, vel decrescit, licet fundetur in naturali: ergo non licet cambio minuto, vel per literas cambire ducatum pro pluribus argenteis, vel dipondijs, quàm ex lege sua valet.

Confirm. ¶ Et confirmatur, quia valor est forma numismatis, & metallum ex quo cuditur, & conficitur, est eius materia immediata, prout sumitur sub tali publico signo, & figura: ergo si est duplex valor ducati, vnus, vt pretium est aliarum rerum, alius in ordine ad commutationes, prout cum alijs monetis cõmutatur sequitur, quòd sint ponendi duo scuta, vel ducati formaliter distincti propter distinctos valores, licet materialiter ex parte figuræ, & metalli sint idem, adhoc est introducere ducatos imaginarios multum varios inter se in diuersis valoribus, quod est ansam magnam præbere campsoribus per suam imaginationem cupidam, & insatiabilem augendi, & fingendi diuersa cambiorum pretia, vel vnum imaginarium Ideale, & Platonicum, nunquam inuentum in rerum natura, quo cambiunt, quod rursum palliamentum parat ad innumeras iniustitias,

& vsuras, ergo si non est admittendus iste duplex valor, vtpotè monstruosus, & pernitiosus in republica: non erit licitum commutare pecuniam neque minutim, neque per literas maiori valore, quàm ex sua æstimatione legali valet.

In contra. ¶Incontrarium est receptus vsus cambiendi minutim pecuniam auream, vel argenteam pro maiori pretio, quàm ex sua æstimatione legali valeat: qui quidem vsus neutro foro, aut exteriori, scilicet, aut interiori condemnatur.

Documẽta. ¶Igitur antequàm quæstionem hãc diffiniamus, nonnulla documenta scitu digna, & necessaria præmittamus oportet. Primum autem documentum est, cuius meminit Nauarrus in commentario de cambijs, numero. 12. scilicet, quòd numisma potest bifariam considerari: vno modo, quatenus moneta est, hoc est, quatenus rerum venalium pretium est.

Consideratio monetæ diuersa. Alio autem modo veluti metallum quoddã, aut prout quædam merx æstimatur, quæ ad plures conferre potest vsus, vel commoditates. Si autem pecunia in prima consideratione accipiatur adhuc duos sortitur vsus, ad quos,

Vsus monetæ duplex. vt moneta est, destinatur. Alius quidem est eius vsus principalis, dum quatenus moneta est assumitur, vt pretium rerum venalium: dum pro illis vt pretium earum soluitur, & vsus hic est ei, vt numisma est principalis, quia competit ei in ordine ad finem, ad quem instituta principaliter est, quia instituta est principaliter, vt esset mensura valoris rerum venalium, vt tradit Diuus Thomas, opuscul. 73. capit. 13. & vt sic accepta exercet hoc officium mensuræ, dum adaptatur rebus venalibus, vt earum pretium. Alius autem eius vsus est secundarius, secundum Diuum Thomam de Regimine princip. capit. 14. & Caietan. quolib. de cambijs, scilicet negotiari cum pecunia eam veluti mercem vendendo, emendo, cambiando, & ad ostentationem locando: qui quidem vsus ei etiam, vt pecunia est, congruit vt finis minus principalis eius, & secundarius, quia competit ei non vt merum metallum est: sed in quantum metallum est publico signo cussum. Sicut virga qua mensuratur pannus vt lignum, & vt mensura, & vt merx potest considerari.

Documentum. 2. ¶Secundum autem documentum est, scilicet, quod pecunia in ea consideratione accepta quatenus ad suum vsum principalem instituta est, id est, quatenus mensuræ vices agens accommodatur rebus appretiabilibus vt pretium, sic in indiuisibili consistit, neque enim, vt sic eius valor augeri, aut extenuari potest: nisi per authoritatem regis, aut reipublicæ inde pendentis. Cutus in promptu est ratio. Nam postquam est mensura, quippe, quæ suaptè natura inuariabilis est, in valore quoque hoc vt inuariabilis, & indiuisibilis sit necesse est. At verò si secundum eius vsum minus principalem, & secundarium consideretur, vt scilicet merx est, quæ emitur, & commutatur, & tertio modo accepta, vt metallum quoddam nudum est, sic his duobus modis in indiuisibili non consistit, quia sic in pretio augeri, & extenuari potest.

Exercitiũ cambij duplex. ¶Præmisso quoque, quòd dupliciter potest exercere aliquis campsoriam artem, vno modo ex officij obligatione, qua ad id tenetur. Alio autem modo ex spontanea functione, sine vlla interueniente obligatione adijcimus, quòd quia celebre est, solennique receptum vsu in omnibus contractibus, imo in ipsa quoque mutuatione pecuniæ aliquid interesse posse expectari ratione lucri cessantis si verè cesset, aut ratione damni emergentis, si ex tali contractu emergat: idcirco hic id non agitur, an hac ratione à campsore lucrum licitè exspectari possit his præiactis.

Conclus. 1. ¶Prima præiacitur conclusio, qui ex obligatione ciuili, & ex officio destinatus à republica fungitur publico cambiatoris officio, ex tali cambiandi officio lucrum, sibi parare licitè potest, si alias publico, sibi suppeditato stipendio ad id muneris non est astrictus. Hæc autem conclusio adeò est peruia, vt vna simplici demonstratione morali eam probare sufficiat. Est namque obligatio hæc, qua se iste astringit ad cambiendum, sicut & ciuilis obligatio mutuandi omnibus, vel fide iubendi appretiabilis pretio, vtpotè quæ multis subiecta est curis, periculis, & laboribus, scilicet, conquirendi, & congregandi pecunias varias (quibus possit deseruire communibus indigentium necessitatibus) numerosam copiam pecuniæ numerandi, vel attendendi quomodò numeretur, cum accipitur à suo cambio, & viriata numismata interdũ pro integris, & sinceris recipiendi, ergo pro obligatione ciuili, qua obnoxius factus est ad iubeunda hæc onera, potest aliquid lucri reportare notanter est dictũ, si non sit stipendiatus: nam si alias salarium ob hoc reciperet à republica, non posset ob hoc aliunde aliud lucrum conquirere.

Conclus. 2. ¶Secunda conclusio, si aliquis non publicè à republica stipendiatus ad hoc, sed contractu particulari inito cum his, & illis

sigillatim

sigillatim mercatoribus super se induceret obligationem eorum in suo depositio, & custodia recipiendi pecuniam ad correspondendum inde, vel soluendum, quæ ibi depositantes consignauerint debita, & ad rationem reddendam, quibuscunque suo nomine destinatis ad eam exigendam, prout ipsi depositantes condixerint, licitè pro hoc aliquid iusti stipendij ab vnoquoque depositante recipere potest. Hæc est Nauarri in commentario de cambijs, numero. 36. quam probat duplici ratione. Primò sic, quia id quod per legem fit: per pactum fieri quoque potest, iuxta. l. non impossibile. ff. de pact. & iuxta capit. contractus cum gloss. de regul. libro sexto. Cum igitur per legem id fieri possit, sequitur, quòd pacto speciali possit cum singulis depositantibus contractum prædictum inire talis depositarius. Secundò patet, quia est contractus iustus. Est enim ex parte campsoris contractus locationis ad prædicta munia, & ad expedienda ratiocinia cum ipsis depositantibus, & singulis ab eis missis, & est conductionis adhæc munia ex parte depositantium certa mercede constituta. l. prima & secunda. ff. locat. §. primo, institut. de loca. Sed iam, quia non quiescit cupiditas animi antam sumpsere quidam huiusmodi campsores propter expeditionem literarum ad sua cambia destinatarum, accipiendi quinque pro mille, & soluēdi chirographa ad se missa in pecunijs, vel detonsis, aut confractis, aut vitiatis.

Prob.

Quæst. ¶ Quæritur ergo, an prædictis campsoribus depositarijs licitum sit, à quibuscunque consignata, sibi debita in suis cambijs soluenda deferentibus quinque pro mille exigere, aut aliquid plus, vel minus. Sicut Metina in sua Instructione. §. 23. de cambijs depingit cambium adnumeratum, quod ait esse pernicioſisimum, & frequenti vsu receptum, quod exercetur quidem sic quidam rusticus dum mercatori magnam copiam frumenti vini, vel olei vendidit ducentis, verbi gratia, aureis, accipit ab ipso mercatore schedulam destinatam ad campsorem, qui illos ducentos aureos, sibi soluat, qua exhibita campsori. Respondet campsor, amice, si vis literas ad talem mercatorem, quo tibi istud debitum soluat, en tibi eas literas statim expediens tradam. At si mauis eos tibi vt soluam, & numerem, statim soluturus es mihi octo pro centum pro meo labore: quæritur ergo, an contractus hic cambij sit omnino iniquus. Nam Metina eum ibi omnino damnat, vt vsurarium, pro quo videtur facere pragmatica. 129. à Regibus Catholicis ædita, quæ reuocatoria est pragmaticæ. 127. æditæ ab eisdem Regibus anno. 1491. Hæc autem pragmatica. 129. reuocando superiorem sanxit: ne campsores possint in suo cambio consignata debita in numismate concassato, fractouè soluere: neque aliquid accipere sub pœnis grauibus ab his, qui per literas eis exhibitas, vel aliter aliquid debiti recuperauerint à cambio.

Sen. Meti.

¶ At verò Nauarrus non omnino huius factum improbat: sed in aliquo casu illud, vt licitum admittit. *Sent. Naua.*

¶ Sit igitur huius dubij resolutiua conclusio tertia, si omnes mercatores, vel multi conueniant inter se, & cum campsoribus ad quos suas literas pro solutione facienda remittunt, vel apud quos sua debita soluenda consignant: tunc isti campsores pro tali obligatione, & labore soluendi poterunt aliquid stipendij moderati accipere ab ipsis solum mercatoribus. Hæc est Soti, & videtur contra Caietanum. Huic conclusioni accedit Nauarrus in Summa Latina, capit. 17. numero. 283. D. vbi ait credimus etiam priuatis licere accipere aliquid exiguum minus, quàm campsori publico à republica constituto assignatur non sola ratione cambij, sed ratione alicuius interesse singularis, scilicet, quia laborem patitur & tædium, & alias incommoditates subit, & ab alijs emolumentis, & lucris excluditur: dum huic exercitio vacat, neque repugnat, quòd legibus Hispaniæ prohibitum sit, ne aliquod ab aliquo munus campsoris propria authoritate assumatur, quia hinc non colligitur priuatis priuatim ne cambiant esse interdictum, licet iustè vetari possit ex causis in. l. expressis. *Concluſ. 3.*

¶ Probatur autem hæc conclusio, quia inter mercatores sic conuenientes tolerari potest, quia ipsis volentibus fit, & in hoc æqua seruatur conditio eorum. *Probat. 1.*

¶ At secundò patet, quia secundum Nauarrum licet campsoribus inseruientis reipublicæ, sicut & cæteris ministris reipublicæ iustum sui laboris stipēdium percipere licebit, ergo his campsoribus priuatis his mercatoribus ex pacto inseruientibus in prædictis, aliquid pro hac obligatione, & sui laboris, & occupationis pretio, accipere ab eisdem mercatoribus. *2.*

¶ Deinde pro complemento sit conclusio quarta contra ius naturale, diuinum, & humanum delinquit campsor ille: qui priua- *Conclu. 4.*

à priuatis personis, putà à rusticis, vel agricolis, vel alijs similibus recurrentibus ad ipsum cum literis ad suum cambium ex parte mercatorum directis pro obtinenda solutione debitorum, quæ mercatores illis debent, & consignant in cambio soluenda, aliquid pro expeditione harum literarum, & pro numeratione pecuniæ his soluendæ accipit. Hæc est Nauarri in comment. de cambijs, numero. 38. est Metinæ in sua instructione, fuit magistri Fratris Ioannes à Peña. Excipit tamen Nauarrus ibi ab hac conclusione aliquot casus. Primus est, quando mercator depositam habens suam pecuniam apud campsorem adduxit pretium mercium soluendarum in cambio in ea summa, quæ exigenda est à rustico, vel à priuato creditore, & venditore, quem pro solutione remittit ad cambium ea intentione, vt non grauetur rusticus, si ibi cogatur soluere, quod non ipse, sed potius mercator soluere tenebatur.

Casus excepti à conclusione.

1.

2. ¶ Secundus est & in idem redit, quando mercator in literis ad debitum à rustico, vel à priuato in cambio recuperandum eam adijcit summã, quam ipse pro numerati ne tenebatur exoluere, ne á ruttico exigatur, vt si mercator tantum debens centum, in literis ponit, vt soluantur in rustico centum, & quinque vt sine suo detrimento illa quinque possint campsori pro ea summa, pro qua tenebatur ei mercator relinqui.

3. ¶ Tertius casus est, quando ipsa persona priuata eam summam vellet gratis condonare, quod tamen, vt ipse Nauarrus fatetur, nunquàm, aut raro accidit, quòd gratis velit donare: sed id inuitus dat: ne ibi molestam in recuperando patiatur moram. Nam aliàs omnes malunt suam integram solutionem ibi obtinere. His exceptis casibus. Probatur nunc conclusio. Primò per regulam iuris, lib. 6. & 1. quæstione. 4. per totam, cap. si habes. 24. quæstione. 3. vnde habetur, quòd non debet aliquis alterius odio prægrauari: ergo neque rusticus, neque priuata persona debet exsoluere in cambio, quod mercator exoluere tenebatur, & patet ex argum. C. ne fil. pro patre per totũ. Et patet ratione Nauarri, nam iniquum est, vt isti priuati soluant curam, quam campsores adhibuere inseruando pecuniam suorum debitorum, id est, mercatorum, vnde negat Nauarrum esse prouisionem extrauagantem (vt aliqui asserunt) vt possint in cambio quinque pro mille recipere campsores, atque hoc nullatenus se credere.

Quæstio. ¶ Sed quia pergunt inquirere campsores, vel mercatores (vt Metina in sua Instructione ait) quale est iustius cambium, an quod celebratur per solas literas, aut quod fit ad visas literas. Pro cuius dubij intellectum perpendendum est huiusmodi literas consignatiuas solutionis debitorum in cambijs dupliciter posse expediri, vno modo per solas literas, quibus visis campsor solitus est dicere eas sibi exhibenti, amice, virtute harum non teneor tibi statim numerare pecuniam: sed si vis literas, en eas tibi præbebo ad mercatorem quendam, nisi malis (vt in præsentiarum tibi pecunias numerem) meum mihi remunerari laborem. Alio autem modo expediuntur literæ sub hac forma ad visas literas, quod vulgò dicitur, à letra vista, quibus statim campsoribus præsentatis, eas deferenti fit solutio in numerata pecunia. Inquiri igitur solet inter mercatores, quod nam horum cambiorũ iustius apparet. Respondet autem Metina ibi, quòd si cambium ad visas literas, in quo, quia statim numeratur pecunia aliquid soluitur esset licitum, tunc iustius esset aliud cambium, scilicet per solas literas, vbi tandem, licet non de præsenti: sed per aliam ad alium mercatorem exhibitam schedulam, sine solutione alicuius interesse integra obtinetur debiti solutio. Verum, quia cambium istud ad literas visas, vbi quia statim numeratur pecunia priuato eas deferenti, aliquid ab eo exigitur hodie est illicitum. Similiter etiam, & illicitum est aliud quod fit per solas literas. Quia licet in hoc nihil interesse alicuius seluatur: tamen iniuria fit literarum harum delatori, quia in vtroque cambio statim tenetur campsor integram numerare pecuniam, & non quærere dilationes ad excusandas iniquitates, ideò tales campsores authore Metina, vbi supra, cum accesserint ad confessionem cogendi sunt per confessorem, vt restituant id quod hac ratione acceperint, cum quibusdam que illorum perinde agendum censet, atque cum publicis vsurarijs.

Dupliciter expediunt literæ.

Respõn.

¶ Prætereá, quia iuxta primam, & secundam conclusionem campsores publici præfecti à republica: siue alij subseruientes aliquibus mercatoribus in recipiendo, depositã pecuniarium, eaque custodiendo, scribendo, numerando, eorum rationem reddendo, literas ad eos directas expediendo per pecuniæ solutionem, ob hæc officia merentur stipendium & cum autore Nauarro vbi supra verum non sit, quod Sotus libro. 7. de iustitia & iure, quæstione. 4. articulo. 1. & alij dixerunt, scilicet, quòd hisce Hi-

ce Hispaniæ Regnis sit statutum, quòd campsores, quando aliquibus numerata pecunia soluunt, possint quinque pro vnoquoque mille accipere, sequitur vt de eorum salario quantum futurum sit, & quale iam dicamus.

Quæstio. Dictum. 1. ¶Dicimus ergo primò, quòd vbi istud stipendium prætaxatum esset per rempublicam, illud esset seruandum, neque ab eo esset excedendum. Secundò dicimus, quòd vbi talis reipublicæ non extat taxa salarium horum campsorum erit, quod quilibet mercator apud eos deponens depositum pecuniæ arbitrio boni viri dat, vel dare debet. Quod vt magis pateat, quomodo id fieri debeat, notatu opus est, campsores huiusmodi dupliciter pecuniam recipere: vno modo realiter statim numeratam pecuniam recipiendo. Alio modo schedulas aliorum cambiorum, acceptando, vel aliarum personarum literas: quibus in suo bancho, vel spondent, vel consignant solutionem eorum debitorum, quæ per huiusmodi literas ibi remittunt, vt suo nomine soluantur. Sicut etiam dupliciter contingit huiusmodi campsores in suis cambijs aliquid soluere: vno modo ibi realiter numerando pecuniam: alio modo per schedulas remittendo solutionem ad alia cambia, vt ibi solutio fiat.

Salarium taxatur. ¶Igitur arbitrio boni viri (quoniam eius arbitrio relinquuntur decernenda: quæ iure manent indecisa. ff. de iure deliber. l. 1. & capit. de causis de offic. delegat.) debent taxari prædictorum salaria postquam de hoc in iure nihil est cautum, conuentione iusta non stante ex parte partium, per arbitramentum inquam expertorum, & bonorum virorum habita ratione de quantitate depositorum, & de duratione custodiæ eorum: & periculorum, & negotiorum circa illa gestorum. Neque excusat ab hoc salario iusto his campsoribus à deponentibus ibi sua deposita cum his oneribus soluendo: consuetudo quæ est in aliquibus partibus Galliarum, & Hispaniarum non solum agendi gratias mercatoribus ibi deponentibus sua deposita pecuniarum in cambijs: sed rependendi eisdem mercatoribus sex, vel septem pro cētum in anno, pro eo quòd beneficio officiunt ipsos campsores deponendo apud eos sua deposita, quia sic subministrant eisdem campsoribus pecunias, quibus interim negotiando, & cambiando lucrentur. Quia certè hæc solutio sex, vel septem pro centum ex prædicta ratione facta ex parte deponentium mercatorum, qui eam recipiunt manifesta vsura non caret, quia ex mutuo accipitur hoc interesse à deponentibus. Nam pecunia depositio commissa, si facultas fiat depositario ea vtendi, & negotiandi cum ea, in mutuum conuertitur. Sed & illud quoque iniustitia non vacat, scilicet defraudare ipsos depositarios campsores sua iusta mercede pro curis, & laboribus prædictis, quos subeunt præsertim, quando hæc deposita ea lege eis committuntur: vt parati sint ea reddere cum primum per deponentes repetita fuerint. Neque donatio mercedis debitę aut illius pensionis sex, vel septem, pro centum quotannis, quòd legitima sit præsumendum est autore Nauarro in Summa Lat. cap. 17. numero. 183. litera. H. nisi forte post custodiam, & depositum finitum facta sit & non ante.

Consuetudo Galliæ & Hispanic non excusat.

Variant doctores.

Conclus. 1.

Prob.

¶Postquàm de campsoribus publicis ex officio, aut campsoribus depositarijs ex obligatione, & pacto an aliquid mercedis hi possint accipere, & quantum, & à quibus abundè dictum est, iam tota controuersia doctorum eò tendit, vtrùm priuatæ personæ, quæ neque ex obligatione, aut ex officio cambire pecunias pro pecunijs tenentur, possint licitè exercere cū lucro huiusmodi cambia præsertim minuta si sponte ea exercere voluerint. Sotus de iustit. & iur. quæst. 9. art. 1. & Medina in sua instructi. & Nauarrus comment. de cambijs, numero. 19. & in Summa, numero. 283. D. hoc etiam personis priuatis concedunt. Albornozius, libro tertio, de contractibus, titulo. 4. id eis negat, vt autem à clarioribus incipiamus.

¶Sit prima conclusio ratione damni emergentis, aut lucri cessantis: benè licet etiam priuatis personis cambire monetam pro moneta cambio minuto, ex prædictis causis expetendo aliquod interesse supra pretium legale monetæ, quàm permutat. Hæc conclusio est Caieta. in opuscul. de camb. capit. 1. & 6. est Syluestri, vsura. 4. quæstione. 3. & 4. & quæstione. 7. §. 3. est Conradi de contract. quæstione. 99. conclus. 5. cui subscribit Garcia, de contractibus, secunda parte, capit. 7. pagina. 197.

¶Probatur, quia in cæteris licitis contractibus, licet se seruare indemnem à lucro cessante, & à damno emergente: ergo etiam in cambio isto minuto, vbi multæ possunt interuenire causæ: quæ ad lucrum cessans, vel ad damnum emergens reducuntur, scilicet, quia ista pecunia, quæ commutatur est commutanti, qui rogatur eam

commutare magis gratia, vel commodior ad seruandum, vel ad portandum, vel ad emenda necessaria, vel quia magis æstimatur à suo domino, quia est, aut antiquior, aut curiosior, vt moneta aurea Turcarum, aut quia rarior: ergo rationibus prædictis, si commutetur ad petitionem alterius, potest expeti aliquod moderatum lucrum. Nam & Diuus Thomas huic conclusioni suffragatur, qui secunda secundæ, quæstione. 77. articulo. 1. ait, quòd potest aliquid vendi plusquàm valet secundum se, si plus valeat habenti. Ergo si ob aliquam harum rationum moneta plus valeat habenti, poterit eam commutare cum aliquo sui emolumento.

Quæstio. ¶Sed quid si commutanti, neque aliquod lucrum cesset ex commutatione, neque inde aliquod damnum ei emergat, an poterit cum priuatus sic commutare suam monetam pro alia plus accipiendo.

Argum. ¶At videtur certè id nullatenus licere: quia secluso damno emergente, aut lucro cessante, pecunia, sicut neque alia merx legali pretio taxata non valet vltra legalem taxam. Sed in oppositum est, quia videre est passim esse vsu receptum ducatum pro duodecim argenteis & dimidio, aut pro tredecim commutari, coronam autem auream pro vndecim, & dimidio, quod tamen æstimationem legalem præstitutam à rege superegreditur, nec verò id facti à confessoribus crimini datur. Cum autem circa hoc difficultatis punctum tres versentur opiniones, quid de vnaquaque sentiendum sit, dicendum est nobis. Prima igitur opinio est Metinæ, Mercati, & Albornozij asserentium propter allatam rationem id non licere. Quia non vnicuique est liberum æstimationem præterire legalem.

Variant doctores.

Opinio. 1.

Opinio. 2. ¶Alia autem opinio media est, quæ est Caietani in opusculo de cambijs, capit. 1. & 6. quæ est etiam magistri Soti, de iustitia & iure, libro. 6. quæstione. 9. cui etiam assentit Nauarrus comment. de camb. numero. 51. & 52. qui eius sunt sententiæ, quod licet pecunia secundum suum vsum principalem, vt pretium rerum venalium est, non possit commutari, aut vendi pluris, quàm eius æstimatio legalis valeat, benè tamen considerata secundum eius vsum minus principalem, & secundarium, scilicet, vt merx quædam est, vel cõsiderata, vt metallum quoddam est: nam sic pluris vendi, aut cambiri potest, quàm sit eius legalis taxa.

Opinio. 3. ¶Opinio autem tertia in alio extremo à prima sita est, scilicet aliquorum, qui asseuerant pecuniam etiam secundum suum vsum principalem, id est, quatenus pretium rerum venalium est, posse commutari pro pecunia maioris pretij cum aliquo emolumento. Reiecta ergo prima opinione, vtpotè quæ est cõtra communem vsum, & contra communem opinionem. Ad quæstionem respondetur per subiectam conclusionem, quæ suo ordine secunda est, & per tertiam.

Concluſ. ¶Secunda conclusio probabilis est illa opinio tertia, scilicet, quòd pecunia assumpta secundum suum vsum primarium in ordine ad emptiones, & venditiones, id est, quatenus mensura est valoris mertium possit licitè dari, & computari in solutionem, verbi gratia tritici, aut vini, aut olei, aut cæterarum mercium pro maiori pretio, quàm eius legalis æstimatio sit cum his tamen limitationibus limitata, quas adiecit Garcia. 2. parte de tractibus, & contractibus, capit. 7. pagin. 207. & cum alijs, quas nos addimus quatenus securius teneri possit.

Limitatio.

1. ¶Prima limitatio sit, quòd talis opinio est probabilis: dummodo etiam si venditori emptor mercium nolit, aut non possit soluere pretium mercium, nisi in numismate aureo, si uè in alio possit numismate soluere, nullo casu cogat venditorem, vt in aurea moneta accipiat solutionem eo fine, vt eam accipiat pro maiori valore, quàm sit eius valor legalis.

2. ¶Secunda limitatio est, quòd si talis solutio in numismate aureo fiat, id fiat ad instantiam venditoris, & non ad instantiam emptoris. At tertia quoque limitatio, quam nos superaddimus est, quòd etiam ad instantiam venditoris in aurea moneta soluẽs eam in solutione pro maiori pretio nõ computet, quàm sit sua æstimatio legalis, quando eam pecuniam commutaturus non erat maiori pretio, quàm legali: quia de hoc non agebat: sed potius eam sic in alijs mercibus eam insumpturus erat. Secùs autem esset, si eam pluris commutare poterat, & de facto commutaturus sic erat: & in alia moneta ærea, siue inferiori soluere poterat: & ad instantiam venditoris ei soluit in aurea. Quia tum saltem ratione lucri cessantis erit vera hæc conclusio, licet, quòd ratione lucri cessantis licitum esset in cambijs minutis monetam auream pluris æstimare dictum sit in cõclusione prima. Quibus tandem quartam, & vltimã limitationem apponimus, scilicet, hoc sic cum limitationibus licere: dum cessat scandalum, vt id fieri videntes non scandalizentur, vt de re insolita,

& noua,

& noua, & ſpeciem mali præ ſe ferente.

¶ Probatur autem concluſio ſic limitata. *Prob.* Quia tunc ratione lucri ceſſantis, ſibi liceret pluris computare monetam auream. Tum, quia ſicut merces ad inſtantiam emptoris venditæ plus valent, quàm ſi vltro eſſent oblatæ: ita & in hoc caſu moneta aurea ad inſtantiam creditoris ſoluta plus videtur valere, quàm ſi vltro eſſet oblata.

¶ Quod & exemplo hoc nititur oſtendere Garcia, verbi gratia, ſi ratione magnæ ſuccreſcentis penuriæ tritici, diſſimulante rege, vſus inoleuiſſet vendendi triticum carius, quam præfixit eius taxa: tunc ſiquis mihi deberet aureos centum, etiam ſi præter triticum nihil haberet, vnde mihi eſſet ſoluendo, cogi non poſſem ego ad ſolutionem ſumendam in tritico cariori pretio æſtimato, quàm dictat taxa. Secus autem eſſet, ſi ego in centum aureorum ſolutionem impendi mihi triticum poſtularem. Nam tunc alius me aſtringere poſſet ad computandum triticum in ſolutionem pretio communi prædicto current, licet auctius eſſet, quàm pretiũ taxæ ſic, & in præſenti huius concluſionis caſu ſic limitato. *Exemplũ.*

¶ Tertia concluſio opinio illa media, vtpote, quæ diſtat ab extremis maiori pollet probabilitate, & conſentanea rationi magis videtur, quæ dictat, quòd pecunia, tum vt ex tali metallo conſtat, ſcilicet, prout aurea, vel argentea eſt, tum etiam, vt in ſuum ſecundarium (vt moneta eſt) venit vſum, quo vt merx pro merce: ita vna pecunia pro alia commutari poteſt: ſic licitè commutari poteſt maiori pretio æſtimata, quàm eius æſtimatio legalis valet: non tamen poteſt pluris ſic æſtimari, quatenus vt moneta eſt, in ſuum aſſumitur vſum principalem, id eſt, in ordine ad emptionem, & venditionem rerum, vt pretium rerum venalium eſt, & confert ad ſoluenda chirographa, & debita. Hæc eſt Caietan. in opuſcul. de cambijs, capit. 1. & 6. eſt Nauarri in comment. de camb. numero. 51. & 52. eſt Soti de iuſtitia & iure, libro. 6. quæſtione. 9. Hæc autem concluſio probatur ex communi practica, & vſu eam confirmante. Nam communi vſu receptũ eſt etiam apud perſonas probatæ vitę, & timoratæ cõſcientiæ: quæ citra ſcrupulum cambiunt duplonem pro viginti, & quinque regalibus, vel pro viginti, & ſex, cum ex ſua æſtimatione legali ſolum viginti duo regalia attingat, & ea non excedat: neque de hoc facto incuſantur etiam à doctis confeſſoribus. Secundò probatur ra- *Concluſ.* *Probat. 1.* *Prob. 2.*

tione, nam ſicut triticum cum magna eius ſuperuenit abundantia non obſtante eius maiori taxa, rationabiliter decreſcit in valore, & è conuerſo dum inaſſueta eius, & magna accidit penuria rege, vel principe rationabiliter diſſimulante, rationabiliter quoque creſcit in pretio, ſic etiam moneta aurea: quãdo iuxta ſuum ſecundarium vſum aſſumitur, ſcilicet, vt merx commutabilis, aut vendibilis pro alia pecunia eſt, ex talis monetæ aureæ, vel argenteæ magna accidente penuria, rationabiliter diſſimulante principe poteſt moneta aurea pro pluribus argenteis, & moneta argentea pro pluribus dipondijs æreis, quàm eius æſtimatio legalis valeat, commutari: ſicut nunc vſu euenit, qui quidem vſus cum ſit generalis excuſat etiam commutantes ducatos aureos, & coronas aureas pro maiori pretio, quàm perſcribit legalis taxa. Iuſtificatur enim hoc ex vſu innaſcenti ex penuria huius monetæ: qui cum ſit permiſſus, & toleratus à potente tranſgreſſores punire, videtur eos excuſare, alias non, quia lex taxæ eos obligat.

¶ Hinc inferunt aliqui, vt Garcia vnum corollarium, ſcilicet, quòd tempore vbi magna eſſet abundantia auri, moneta aurea non poſſet pluris cambiri, quàm eſt eius æſtimatio legalis. Sed dicimus nihilominus, quoniam ſemper perſtant aliæ cauſæ, quibus moneta aurea commodior poteſt eſſe, & ad plures vtilitates conducens, quàm ærea, vel argentea: ideò regulariter maximè id non vetante, ſed permittente principe, poterit moneta aurea pluris cambiri, quàm eius æſtimatio legalis valet. *Corol.*

¶ Non tamen authore fratre Ioanne à Peña licitum eſt cambire cambio manuali, & minuto monetam auream inferioris valoris pro moneta aurea ſuperioris valoris: niſi fiat compenſatio exceſſus, vt verbi gratia, non licet libram auri in coronis cambire pro libra auri in Caſtellanenſibus ducatis, vel cruciatis Luſitanis, committitur enim iniuſtitia. Nam cum aurum coronarum impurius ſit, & minus defecatum, quàm aurum prædictorum ducatorum, & cruciatorum, non tot conſtat gradibus, ac per conſequens iniuſtitia non caret ſic commutare, ſicut ab iniuſtitia non abeſſet ſic equum non ita bonum pro valde bono citra recompenſationem commutare. *Notã.*

¶ Iam ſupereſt, vt argumenta in principio allata diſſoluamus. Ad primum argumentum reſpondetur ex mente Nauarri commẽt. de camb. nu. 57. & 58. quòd numiſma prout eſt *Adargumẽta in principio poſita.*

est taxatum, id est, ordine ad finem suum principalem quatenus rerum venalium pretium est sic indiuisibili consistit: tamen taxatur per legem, vt eum valorem non excedat, neque possit excedere rebus immutatis, & in eodem statu permanentibus, non autē taliter, quod interdicere lex intēderit eius monetæ maiorem æstimationem, & valorem, si postea ratione eiusdem monetę penuriæ contingeret magis æstimari & valere. At quamuis Nauarrus istam reputet securiorem solutionem, reliquas solutiones, & quam tradit Syluester respuens. nescio tamen an hæc sua solutio totam exhauriat argumenti difficultatem, quia non videtur satis constans, neque multū verisimile, quod hoc in tempore maiori laboretur penuria numorum aureorū, quàm fuerit ea eorum abundantia, cum olim cæperunt cudi, & taxari, nisi dicamus, q̄ copia exterorū mercatorū: qui mille occultis modis in Hispania expiscātur numos aureos, vt exportēt eos extra Hispaniā, in Hispania hanc caritatem, & penuriam inuexerit, quod etiam dicere non tollit difficultatem: sed auget eam, scilicet, quia Rex Hispaniæ, qui prætaxauit illam monetam auream, adhoc non prę̄stat consensum vt pluris, quàm taxa prę̄fixit cambietur, vt extrahatur á Regno cum alias (vt constat) sub grauibus pœnis per suas leges vetuerit numisma aureum exportari extra regnum. Dicimus tamen, quod vndecumq; venerit ista penuria illa stante in Hispania simul cum vsu inter Hispanos recepto sic cambiandi cum lucro in cambio minuto, acceptanda videtur ista solutio Nauarri licet non careat aliquali difficultate.

Solutio Nauar.

Solutio Syluestri pro distinct.

¶ Quare solutio Syluestri verbo vsur. 4. quæst. 3. licet à Nauarro tanquam insufficiens refutetur: quia inquit non reddit rationem diuersitatis: tamen non contemnenda videtur. Soluit autem Syluester argumentum per hāc distinctionem dicens, scilicet, quod moneta fuit taxata non vt pretium sui, sed tantum vt pretium aliarum rerum. Et ratio huius diuersitatis est, quia in re perquàm necessaria, qualis est venditio, & emptio rerum, ad tollendas deceptiones oportuit præstitui mensuram certam, in re autem non ita necessaria qualis est permutatio pecuniæ pro pecunia, vt merx est, quæ & sæpè non tam ob necessitatem, quàm ob lucrum exercetur, non oportuit esse mensuram præfixam propter singulares commoditates, quod vnum aurum, vtpotè purius habet magis quàm alterum.

Solutio. 3. pro distin.

¶ Adde præterea his tertiam solutionem distinguendo, scilicet, quod pretium monetæ est prætaxatum ad effectum debita, & chirographa soluendi, & emptiones, & venditiones exercendi: non autem ad effectum, vt pro maiori pretio permutari non possit quando illam pecuniam habenti ex ea aliqua commoditas specialis resultat iuxta supradictam doctrinam D. Thomæ.

¶ Ad secundum argumentum respondetur negando ex concessione parris affirmatiuæ occasionem dari peruertendi monetæ pretium legale, quia solum in commutationibus pecuniæ id conceditur personis priuatis, dum ciuili lege interdictum non est. Nam in solutionibus debitorum, & in emptionibus, & venditionibus non licet transgredi pretiū legale. *Ad 2. arg.*

¶ Ad tertium argumentum negatur antecedens, quòd æstimatio monetæ in quantum moneta, & in quantum ex tali metallo cōstat sit eadem. Nam negamus nos, quòd princeps in taxando monetas aureas, omnes earum attenderit vtilitates. Verum autem est, quod in æstimationem legalem eis assignando, vtilitates earum communes secundum speciem metalli perspectas habuit: non tamen particulares omnes. Aduertit autem tunc legislator specificas qualitates auri vniuscuiusque monetæ, scilicet earum auri pondus, sonitum, puritatem, virtutem ad effectus communes: non autem aduertit ad qualitates particulares, propter quas vna moneta aurea magis æstimatur, quàm alia, vt quia huiusmodi aurum rutilantius est, vel splendidius, vel ad deaurandum accommodatius: vel quia est gratioris, aut grādioris formæ, vnde fit, vt magis alliciat oculos. Quare ratione harum qualitatum in ordine ad cambia minuta solent magis æstimari. *Ad 3. arg.*

¶ Ad quartum argumentum conceditur antecedens, quod mercatoribus non subest facultas augendi pretium mercium, quæ iam legalem æstimationem obtinent ex taxa reipublicæ etiam, si eas pro alijs permutent. Sed hoc verum est, dum abundantia illarum mercium quæ suberat, dum prætaxatæ sunt, perseueret: alioquin magna succedente earū mercium penuria non erit illicitum, si ex tam vrgenti ratione dissimulante rege pluris vendātur, quàm earum æstimatio legalis permittebat. Pariter ergo cōcedendum videtur, quòd dum pretium legale monetis est inditum, secundum præsentem abundantiam earum metalli est inditū præsentibus quoq; alijs circunstantijs perpensis: quæ si postea varientur ex penuria *Ad 4. arg.*

nuria metalli: vel aliter, nihil vetat, ſi eius valor in ordine ad commutationem pecuniarũ pro pecunijs varietur diſſimulante legiſlatore, neque contradicente.

Ad 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum reſpondetur ex mente Nauarri in comment. de camb. nu. 54. licet vt ipſe ait, appareat inſolubile. Dicitur ergo, quod licet in tempore, in quo penuria pecuniarum laboratur in generali, ducatus aureus non plures argenteos valet: neque argenteus plura dipondia, quàm cum horum magna abundantia ſupperit: tamen negari non poteſt, quin tempore generalis penuriæ, omnis pecunia pluris valeat in ordine ad emibilia, quia cæteris paribus plures res venales tũc vno numiſmate aureo, vel argenteo emũtur, quam cum vtriuſque huius numiſmatis maior ſuppetebat copia. Neque obiectio alicuius eſt momenti, qua obijcitur hoc accidere ex modica æſtimatione merciũ tunc contingenti, quia hæc rurſum ortum habet ex maiori æſtimatione, in quam aſcendit pecunia propter eius generalem accidentem penuriam.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem reſpõdet Nauarrus in commento de cambijs, num. 56. vbi negat neceſsitatem fingendi ſcuta, aut ducatos imaginarios mercatorum diſtinctos à popularibus ducatis, vel ſcutis, quia ſine his imaginarijs ſcutis, vel ducatis poteſt diſtinctè fieri cõuentio de pretio perſoluendo in commutatione pro quolibet ſcuto, vel ducato vero & reali. Imò neceſſe eſt, ne tales ſcuti imaginarij fingantur. Quia alias vt innuit Sotus lib. 7. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. art. 1. circa finem ſi fingantur, offertur occaſio aliquibus mercatoribus mutuandi ſcuta realia eo fine, vt iuxta æſtimationem ſcutorum imaginariorum ſoluantur. Quare quando populi eſt fabula, quod ſcuta, & ducati quibus vtuntur mercatores ad cambia ſunt alterius pretij: & diuerſi ab his quibus emunt merces in nundinis: hoc non taliter eſt accipiendum, quaſi in facultate mercatorum ſit prolibito augere eorum pretium: ſed id ita intellige: quod talis campſorum aureus cum acceſsione illa, quæ pro illo ſoluenda eſt, quãdo hinc, vel inde de loco ad locum cambitur pluris valet. Vnde fatetur Nauarrus in Sum. cap. 17. num. 283. lit. N. penes finem, quod nõ omnes ducati cum auctario ſuo: ſeu cum acceſsione lucri præficta, quibus mercatores cãbia exercent, idem obtinent pretium, ſed varium, ſcilicet maius, vel minus iuxta locorum diuerſitatem, ad quæ, vel vnde deſtinantur, vel remittuntur ſoluendi. Quare nihil eſt inquit Nauarrus, cur vt fictitij ducati ſint repro

De Scutis imaginarijs.

bandi ab eis, quos in prædicto comment. ſe-
ciſſe fuiſſe hic in ſumma teſtatur Nauar- *Sent. vltima Nau. occaſionata.*
rus. Quare hic videtur mutaſſe ſententiam, quæ quidem vltima ſententia Nauarri eſto vera ſit ſed inficiari non poteſt, quin (vt inſinuauit Sotus) non ſincere negotiantibus magna ſubſit hinc occaſio accepta delinquẽdi, dum mutuantes etiam lucro nullo ceſſante, aut nõ tanto, lucrum cum iſto auctuario ficto contẽdent reportare.

CAP. III. *De triplici ſpecie cambij per literas: differentia potiſſima inter has ſpecies eſt cognitu neceſſariſſima: de differentijs inter ſe exemplificantur hæ ſpecies, an cambiri poſſint numiſmata eiuſdem ſpeciei licet non eiuſdem valoris in prima ſpecie cambij exemplificatur moneta aurea vel argentea, creſcens in valore per pragmaticam, quo valore eſt reſtituẽda, & quomodo in hoc ſententia Soti eſt tutior exceptis quibuſdã caſibus & de quadam differentia.*

POſtquàm de cambio manuali ſiuè minuto eſt diſputatum, ſupereſt vt de cambio per literas differamus, quæ quidem materia inter omnes materias de contractibus, vtpote intricatior maius ſcribentibus faceſsit negotium, & maiorem ingerit difficultatem, ac proinde peculiari ope diuini numinis ad hoc indigemus, quo recto ordine, & diſtincto procedentes viam ad tam difficilis materiæ intelligentiam aperiamus. Cambium autem hoc ideò cãbiũ per literas dicitur, quia in eo vnus contrahentiũ pecuniam accipit, vel dat, alius verò literas præbet, virtute quarum redhibenda eſt pecunia, quæ ab altera parte danda venit in cambium pecuniæ primò datæ, vel receptæ.

Cambij per literas tres ſpecies.

¶ Perpendendum autem eſt primò huius contractus tres aſsignari ſpecies, quæ licet in hac vniuoca ratione conueniant accidentaliter, quod executioni mandantur per literas tamen earũ diuerſa eſt natura. Quare cãbiũ per literas, vtpote æquinocũ prius eſt diuidendũ, quam diffiniendũ. ¶ Eſt igitur prima eius ſpecies, dum propter neceſsitatem vtriuſque 1.
cambientis, ſcilicet, quia qui commoratur Valentiæ indigẽt ſua pecunia, quam habet Hiſpali, vt hic ideſt Valentiæ, ſibi tradatur, alius autem qui Valentiæ abundat pecunia, ea indiget Hiſpali, vbi pecunia caret, cambiunt interſe ſuas pecunias in diuerſis locis ſcilicet, Valentiæ, & Hiſpali habitas, literaſque tradit, qui eas pecunias habet abſentes Hiſpali, vt pro acceptis Valẽtiæ Hiſpali eas deferẽtibus detur

Species. 2. ibi habita pecunia. ¶Secunda autem species cambiorum per literas est, cum quia aliquis necessitate premitur transferendi pecuniam suam ad alium locum: eam alteri confert, qui eam á loco ad locum transferat. *Species. 3.* Tertia autem species cambiorum per literas est, quando cũ aliquis, verbi gratia, Valentiæ pecunia indiget. Vbi ea caret ibi sibi tribuitur ea conditione, vt eandem alibi, id est, Hispali reddere teneatur. *Differẽtia potissima inter has species cognitu necessarissima.* ¶Inter has autem cambiorum per literas species hæc differentia potissima interuenit: quæ valde notatu est necessaria, quippe quæ singulari quodammodo ad huius materiæ tam implexæ notitiam confert, scilicet, quòd primum cambium per literas in vtriusque vtilitatem cedit, quia propter vtriusque cambientis necessitatem concurrentem, quorum vnus hic, alter alibi indiget pecunia in hac prima specie cambiorum per literas cambitur pecunia pro pecunia. Sed in secunda specie cambiorum per literas, principalius contrahitur in vtilitatem & ob necessitatem suã pecuniam ad eam ad alium locum transferendum dantis. Reducitur namq; contractus hic vt postea latius dicetur ad contractum locationis: quo iste conducit operam alterius ad alium locum traducendam pecuniam. Contractus autem locationis in vtilitatem conducentis operas, quas locat alter, principalius redundat. Quare sicut hac ratione ad instantiã ipsius debet, & solet fieri regulariter: ita & cõtractus hic huius secundæ speciei ad instantiam dantis prius suã pecuniã solet fieri. ¶At in tertia specie cambiorum per literas cõtrahitur principaliter propter vtilitatem, & necessitatem hic recipientis pecuniam ad cambium quocirca ad eius instantiam, & petitionem solet, & debet fieri.

Differẽtia horum cambiorũ alia. ¶Præterea cambium secundæ speciei autore Sylueſtro vſura. 4. quæſt. 6. est in quo campsor prius recipit pecuniam, siuè hic, siuè alibi, vt illam reddat, vbi prius dans illam recuperare habet necesse. In tertio autem genere cambij: qui pecunia hic, vel alibi indiget eam prius recipit, vbi ea eget: vt eam campsori eãdanti cambiatam alio in loco reddat: vt si recipiatur Hispali, vt redhibeatur in cambio in nũdinis Metinẽsibus. *Differẽtia inter 2. & 3. speciẽ discernitur. 1.* ¶Igitur vt distinctè secunda species cambij per literas à tertia distinguatur, & absit omnis confusio primò conijciendus est oculus, vtrùm egens alibi pecunia hic eam det, vt sibi alibi, vbi eget detur: & sic erit secunda species cambij per literas, vel vtrùm egens pecunia, vbi ea eget prius recipiat ibi eã ad cambium, vt eam alibi cambiatam reddat, nam tunc contractus hic ad tertiam speciem cambiorum per literas pertinebit. *Differẽtia speciei primæ ab secũda.* ¶Secundò discernitur prima species cambiorum per literas à secunda specie. Quia in prima specie necessario, & ex natura cõtractus requiritur duæ sint in diuersis locis constitutæ monetæ, quarum vna cambitur pro alia. Nam cum sit cambium monetæ pro moneta, & cambium suapte natura distinctas res exigat numero, sic cambium primæ huius speciei pecunias saltẽ distinctas numero prę requirit in locis diuersis consistentes. Secunda autẽ species cambij id necessario non requirit. Nam eadem numero pecunia quæ in vno loco datur deferenda ad alium, potest redhiberi in alio.

Exemplificantur hæ 3. species. ¶Igitur resolutoriè teste Garcia de contractibus. 2. parte. cap. 8. pag. 218. cambium per literas tribus speciebus continetur. Prima autẽ species est, vbi aliquis cambit monetam in alio loco á se habiã pro moneta, quam alius alibi habet. Secunda verò species huius cambij per literas est. Quando ego ipse hic prius numos numero, vt mihi alibi reddantur, vel eos alibi numero, vt mihi hic restituantur.

¶Tertia autem species huius cambij per literas est, quando alius mihi prius hic numos tribuit, vt ego ipse alibi eos sibi reddam, vel alibi mihi eos contulit, quò ego hic eos cambiatos rependerem sibi.

Quæst. Prænotatio. 1. ¶Iam de prima specie cambiorum per literas aggressuri disputationem, an cõtractus hic cambij primæ speciei licitus sit in controuersiam adducimus præmittentes primò, quod quia cambium hoc contractui emptionis, & venditionis quodammodo subijcitur: ideò leges emptionis, & venditionis pleraſque seruari oportet in hoc contractu, videlicet de manifestando vitio pecuniæ, vel rei cambiatæ.

2. ¶Secundò quod de cuicta pecunia, vel re, *3.* cambiens teneatur. ¶Tertiò quòd inter res, vel pecunias permutatas seruetur æqualitas: quia cambium hoc actus iustitiæ commutatiuæ est quæ æqualitatem proinde exigit.

Quæstio. ¶Quæritur ergo primò an permutari possit numisma pro alio numismate eiusdem speciei, licet non sint eiusdem valoris ambo, ideſt an liceat argenteos Castellanenses, quos quis possidet Valentiæ valentes ibi minus in minutis pecunijs commutare pro alijs eiusdem speciei in Catalunia existentibus, & ibi in minutis pecunijs plus valentibus.

Arg. 1. ¶Igitur pro parte affirmatiua arguitur primo, nam pecunia aurea dum mutuatur, si postea per nouam pragmaticam regis crescat in pretio, reddenda est in maiori valore, quo

valet

valet iuxta sententiam Bartoli in. l. cum quid ff. de reb. cred. num. 7. l. 11. cum aurum. ff. de aur. & arg. & l. Paulus. ff. de solutio. num. 6. & 10. qui communiter est receptus, scilicet, per Bald. Alexand. & Ias. & fere omnes alios in d. l. cum quid. Ergo etiam pecunia aurea commutata pro alia eiusdem speciei in alio loco existenti, & ibi plus valenti potest ibi recipi in maiori valore. Neque enim videtur vlla intercedere differentia, nam non est maior ratio, quod pecunia aurea mutuata si in posteriori tempore creuerit in valore, reddenda sit in maiori valore, & quod pecunia aurea permutata, si in loco vbi reddenda est creuerit in pretio, in illo maiori pretio possit recuperari.

Confirm. ¶Et confirmatur, quia nihil prohibet huiusmodi pecuniam auream ab eo loco, vbi minus valet transmittere ad eum locum vbi maioris est valoris, ibique eam cambire pretio, quo magis æstimatur ibi, sicut licitum est merces transuectas à loco vbi minus valent ad locum vbi magis æstimantur, ibi vendere pretio currenti licet sit maius, ergo pari ratione nulla superaddita recompensatione poterit numisma in vno loco minus valens cambiri pro alio quod alibi magis valet.

Arg. 2. ¶Secundò arguitur, quia mensura tritici mutuari potest etiã si à mutuatario sic valente reddendo sit in tempore, vel in loco vbi magis valet, ergo à simili licebit pecuniam permutare etiam si in loco vbi redhibenda est in maiori pretio sit.

Arg. 3. ¶Tertiò arguitur, quia vsus communis à nemine vitio notatus videtur iustificare contractus, sed vsus hic est commmuniter receptus Valentiæ, neque ab aliquo reprobatus. Nam Valentiæ vbi permutantur argentei existentes Barchinoniæ pro existentibus Valentiæ, vbi minus valent & pro hoc minori valore nulla interuenit recompensatio ergo potest cõmutari pecunia pro pecunia alibi plus valenti.

Arg. 4. ¶Quartò arguitur, quia quamuis cambiũ istud primæ speciei per literas, fiat propter vtriusque contrahenti necessitatem, tamen accidere potest vt aliquis horum contrahentium æquè indigentium tali permutatione, sit prius rogatus ab alio dare hic sibi pecuniam, quam se offert soluere alibi vbi magis valet, cũ istæ ignarus necessitatis alterius tantum vt suæ subueniat necessitati roget prius, planè videtur. Rogatus iste possit permutare pecuniam cum illo maioris valoris interesse, quo alibi magis æstimatur, vbi restituenda est quàm æstimatur vbi datur. Quod & probat à simili Sotus de iust. & iur. lib. 6. quæst. 10. artic. 1. ex exemplo mulæ, quam vnus suis expensis reportare in Salmanticam habet necesse, & alius huius necessitatis inscius: & suæ necessitatis conscius: quia indiget ea ad Salmanticam proficiscendum, eam ad iter conducit prius, nam proculdubio in hoc casu, quia ille est primò rogatus, non obstãte, quòd ex hoc suę necessitati prospicit, poterit pro locatione mulæ percipere interesse à rogante.

Concluſ. 1. ¶Pro illucidatione quęstionis statuitur prima conclusio, quando iuxta istam primã speciem cambij per literas, propter necessitatem vtriusque contrahenti cambiuntur pecuniæ in diuersis locis consistentes, scilicet Hispali, & Valentiæ, quia qui eam habet Valentiæ, pecunia indiget Hispali, & è contra qui eam habet Hispali, ea opus habet Valentiæ: tunc & si pecuniæ hæ diuersis consistentes locis eiusdẽ sint speciei: si tamen pecuniæ vnius loci inferiores sint in valore, quàm pecuniæ alterius loci licitè commutari non possunt: nisi recompensetur, id quòd minus valent pecuniæ, quæ sunt inferiores valore, recompenset (inquam) dãti pecunias in alio loco maioris valoris. Vt exempli gratia, si argentei Castellanenses consistentes Valentiæ, vbi minus valent commutentur pro argenteis Castellanensibus consistentibus Aragoniæ, & Cataluniæ vbi magis valent. Patet autem conclusio hæc, quia huiusce modi commutatio, seu cambitio pecuniarum est actus iustitiæ commutatiuæ: ergo sicut in cæteris permutationibus rerum, quia eiusdem iustitiæ commutatiuæ actus sunt, vbi est inæqualitas facienda est recõpensa vsque ad statuendam æqualitatem iustitiæ: ita & hic. ¶Neque obstat illa opinio tam accepta, quæ dictat pecuniam præsentem in loco cęteris paribus maioris æstimari, quam absentẽ à loco, licet præsens tempore non pluris æstimetur dẽ se, quàm à tempore præsenti absens. Quia in hoc cambio pecunia quæ est in illo loco præsens, vbi huius cambij contrahitur contractus: & vbi contrahentes contrahunt, non reputatur præsens respectu domini ibi eam habentis, quia ibi ea pecunia nõ indiget: neque ibi est, sibi accommoda, imo indiget etiam expensis deportationis, vt eam ad illũ possit traducere locum, vbi plus emolumenti cum ea negotiando sit allatura. Sed quid si in hoc cambio pecuniæ diuersis locis consistentes æquales essent in valore, an pro earum permutatione aliquid lucri expeti possit pro huius quoque difficultatis expeditione.

Exemplificatur conclus.

Prob.

Obiectioni fit satis.

¶Secun-

¶ Secunda ſtatuitur concluſio in iſta prima ſpecie cambij literarum, vbi propter neceſsitatem vtriuſque contrahentis permutantur pecuniæ in diuerſis locis exiſtentes, ſi aliàs ſint æquales in valore nullus permutantium aliquod intereſſe vltra ab alio pretendere poteſt, hæc eſt Mercati lib. de camb. cap. 2. eſt Garcię de contractibus. 2. parte. cap. 9. pag. 269. eſt tamen contra Sotum, qui in lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 10. art. 1. ait, quod ſicut in exemplo equi reportandi ad locum vnde adductus eſt, qui primo præuenit alium rogando ſiuè iſte prius roget alium vt eum ad deſtinatum locum referat ſiuè eũ delaturus prius roget, vt ſibi pro illo itinere conficiendo locetur aliquid intereſſe repenſurus eſt alteri rogato, ſic & in iſto cambio, qui primo eſt ab alio rogatus permutare hoc ſecundum ipſum poterit percipere intereſſe, etiam ſi ſua referat iſtam permutationem pecuniæ facere. *Probat. 1.* ¶ Probatur autem concluſio quia hic eſt contractus veræ permutationis, & cambij vbi cambitur moneta pro moneta eiuſdem valoris. Vnde præter ſeu cõtra iuſtitiam eſt ad lucrum hic ſpectare ob talem commutationem, vel illud aliquam partium velle, ſicut ſi commutaretur liber exiſtẽs Hiſpali pro ſimili, & eiuſdem æſtimationis exiſtenti Valentiæ propter neceſsitatem vtriuſque commutantis, tunc ex natura huius contractus intereſſe expeti non poteſt. Dicimus autem ex natura contractus, quia aliunde nõ repugnat, ſcilicet, ratione lucri ceſſantis, quod ceſſaret alicui eorum, vel damni quod alicui eorum emeret, ſed iam tunc non ſtaremus tantum intra caſum. *2.* ¶ Secundò patet, quia cũ pecuniæ commutatę ſint æquales in valore ex hac parte nihil ex vna parte magis, quàm ex alia niſi violando iuſtitiam expeti poteſt, ſi autem hunc contractum conſideramus ex parte commutantium pecunias in diuerſis locis conſtitutas, cum æqualitas ex parte vtriuſque intercedat, cumque propter neceſsitatem mutuam vnus alteri, & è contra viciſsim inuirtualiter transferendo pecuniam, vbi quiſque eorum ea eget inſeruiat ex æquo, & æqualia in hoc, ſibi inuicem præſtent officia, nullus occurrit iuſtus titulus, quo vnus ab alio pro hac permutatione lucrum velit ſibi captare, at ſuperſunt diſſoluenda argumenta allata.

Ad. 1. arg. Pecunia aurea creſcẽs in valore poſt mutuationem quomodo reſtitu.

¶ Iam ad. 1. argumentum iuxta ſententiam Nauarri commentar. de cambijs, n. 48. aliquo modo concordantis ſententias diuerſas in hoc Bartol. in l. cum quid. ff. de reb. cred. n. 7. & Soti lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 1. & lib. 7. q. 5. art. 1. dicimus quod ſi qui mutuauit pecuniam aureã: quæ poſtea per pragmaticam in valore creuit, eam ſeruaturus erat ad id tẽporis, vbi ſic augenda fore in valore credebatur, tũc benè poteſt eam in illo auctiori pretio recuperare, ſicut etiam in caſu quo eam mutuãdo mutuans expreſsit, vt tot, & tales, quales mutuabat monetas aureas, ſibi reſtituerentur poſtea, ſiuè in pretio creſcerent, vel decreſcerẽt equali aleæ perdendi, & lucrandi ſe exponendo. Sicut etiam in caſu, quo poſt mutuationẽ tam cito creuerunt in pretio, quòd mutuatarius eas non inſumpſerat: ſed tunc in adaucto pretio eas cum lucro ſuo inſumpſit. Nam in his tribus caſibus vera eſt ſententia Bartol. communiter recepta, & ſententia Sylueſtri vſu. 1. quæſt. 14. ſcilicet, quòd in auctiori pretio pecunia aurea mutuata recuperari poſsit maximè accedente ratione non contemnenda Bartol. allegantis, quòd pretium monetæ in quã tum moneta magis fundatur in eius eſſe naturali, quàm in eius eſſe artificiali, & quòd res mutuata in eadem bonitate intrinſeca reſtituenda eſt. *Sent. Bart. & Silu.* Quamuis de tertio caſu Nauarri non ſit par certitudo, quia videtur, quòd poſt quàm illa pecunia aurea mutuata eſt, iã tranſierit ſtatim in dominium mutuatarij, quo circa, & ſi ſtatim poſt mutuationem ea adhuc non inſumpta à mutuatario, eius per pragmaticam creuerit pretium: & in pretio aucto poſt à mutuatario inſumpta ſit, non videtur in auctiori illo pretio ſit reſtituenda. Quia illud incrementum valoris mutuatario, vt domino illius pecuniæ aureæ videtur acquiri. At licet tertius hic caſus ex prædicta ratione non tranſeat, ſine difficultate, ſed tamen admitti poteſt propter authoritatem Bartoli communiter recepti, & propter eius rationes perſtãtes. Extra hos autem tres caſus, Soti ſententiam tutiorem reputat Nauarrus, ſcilicet, quod pecunia aurea mutuata, ſi creuerit in valore per pragmaticam: nihilominus in valore minori, quo valebat, dum mutuata eſt reſtituatur: ſed quia copioſius in. 1. tom. & 2. eius parte in materia de vſura de hoc egimus, nihil hic addendum duximus niſi, quod ad ſolutionem huius. 1. argumenti conferebat. Igitur ad punctũ argumenti ſpecialius reſpondemus per differentiam, quam aſsignamus inter mutuum pecuniæ, & eius cambiũ. Quia in mutuo cuiuſcumque rei vſu conſumptibilis, res mutuata hoc dictante iure reſtituenda eſt in eadẽ ſubſtantia in ſpecie: non tamen in numero eadẽ: ſed in quantitate, & menſura eadem. Non tamen neceſſariò hic exigitur, quod res mutuata tantundem valoris obtineat cum reſtituenda eſt

Sent. Soti tutior extracaſus ex ceptos.

Solutio Sõti de iuſ & iure lib. q. 12. ar. 1.

da eſt, ſicut habebat cum mutuo tradita eſt. At verò natura cambij iure interpermutandas omnem æqualitatem expoſcit, quoad earum valorē, licet differentes ſubſtantia, & ſpecie ſint, vnde ſi in inſtanti, quo res permutanda eſt, antequàm permutationem tranſlatum ſit dominium illius, cum antea eſſet æqualis valoris, tunc creuit in pretio, iam non poterit permutari cum alia minoris valoris, reſpectu illius exiſtente, ſine intercedente iuſta recompenſatione.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem autem reſpondetur quod ex hac confirmatione ſolum conficitur quod pecunia iam delata à loco vbi minoris æſtimatur ad locum vbi maiorem æſtimationem habet, poterit ibi permutari pro pretio pecuniæ inibi currenti, ſed id ideò eſt quia ſuis expenſis iam ad locum vbi magis valet detulit, vel dominus deferri fecit, ſed hinc non conuincitur quod dominus dum ſuam pecuniam conſtitutam habet in loco vbi æſtimatur minus, poterit eam cambire hac ſecunda ſpecie cambij pro conſtituta in loco, vbi maiori præſtat valore. ¶ At ratione lucri ceſſantis ſi paratus erat referre dominus ſuam pecuniã ad locum vbi erat magis valitura, ſi ad inſtantiam alterius eam permutet deductis expenſis in eam deferendo faciendis, poterit eam commutando pro ea magis, quàm æſtimatur, vbi datur, accipere. Sicut verbi gratia, qui delaturus erat merces à loco vbi minus valent ad locum vbi magis ſunt valituræ ratione lucri ceſſantis eius interuenientibus conditionibus poterit ibi pro eis pluſquam valent accipere, non tamen ſi eas non erat delaturus, & eas permutet pro alijs mercibus conſtitutis in loco vbi maioris ſunt æſtimationis, ſic in caſu præſenti huius confirmationis.

Ad. 2. arg. ¶ Ad ſecundum argumentum negatur antecedens quod menſura tritici poſsit mutuari ea lege vt mutuatarius eam reſtituat in tempore, vel in alio loco vbi maioris æſtimationis ſit futura. Verum eſt tamen loquendo de mutuo, quod mutuata menſura ſine tali conditione ſi mutuatarius cum liber eſſet ad reſtituendum eam in tempore, vbi minus valeret, eius ſolutionem prolatauit ad id temporis, in quo magis valet, quia tenetur eam reſtituere in eadem ſpecie, bonitate & menſura, ſi malit eam tunc ſoluere in pecunijs, valore, quo tẽpore reſtitutionis valet menſura illa tritici mutuata reſtituenda eſt, non eſt tamen eadem ratio de permutatione, & de rebus permutatis, quæ in omnibus (vt diximus) exigunt æqualitatem valoris licet differentes ſubſtantia ſint.

¶ Ad tertium argumentum, quòd ratione vſus nititur iuſtificare cambium inæqualis valoris pecuniarum in diuerſis locis exiſtentiũ: reſpondetur iuxta mentem Garciæ, quòd talis permutatio citra violationem iuſtitiæ fieri non poteſt, ſine interueniente recompenſatione, quæ reducat cambium ad æqualitatem, niſi amicabilis inter ſic cambientes intercedat compoſitio, qua maioris æſtimationis pecuniam commutans ſit contentus hanc gratiam commutationis, ſine recompenſa, ſibi facienda facere. Sicut iuſtitia commutatiua læditur, vbi citra taxam, dum taxatum eſt triticũ emptum ſoluitur: ſi tamen dominus tritici hac gratia velit erga emptorem vti, vt minoris, quàm taxa perſcribit illud emat, quia volenti non fit iniuria iuſtitia formaliter non manet læſa: ſic & allegatus vſus niſi ex interuentione amicabilis conuentionis & donationis recompenſæ debitæ iuſtificari non poteſt. An autem ſemper hæc gratia & liberalitas donationis concurrant ipſi contrahentes viderint, quia non videtur omnino res voluntaria. *Ad. 3. arg.*

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd quamuis nonnihil apparentię conciliet opinioni Soti exemplum equi reportandi ad locũ vnde profectus eſt: tamẽ re vera parũ cõtra cõcluſiones propoſitas probat. Quia in his cõcluſionibus agimus de cãbio, vbi vna res, vel moneta exiſtẽs in vno loco cambitur pro alia exiſtente in alio loco. Cæterũ in caſu equi reducendi ad locum vnde venit, eadem res, quæ datur, & recipitur deducẽda ad ſuum locum, nempe equus, eſt eadem numero res, quocirca dici non poteſt, q̃ hic cambiatur res pro re diſtincta, ſicut vſu euenit in iſta prima ſpecie cambij, de qua nunc agimus. Quocirca in caſu vbi conuenitur de equo reducendo, non eſt cambium primæ iſtius ſpeciei: ſed potius reducitur ad cambium ſecundæ ſpeciei per literas, quod quidam modus locationis eſt, quia vel vnus locat Salmanticæ iterum illuc reducendum equum, vel Salmanticam profecturus illum conducit, vt illuc iter agat. Exemplum autem eſſet ſimile huic primę ſpeciei cambij in quo cãbitur res vnius loci pro re alterius loci, ſi verbi gratia, exiſtens res Salmanticæ permutaretur pro alia diſtincta exiſtente Hiſpali, ſed tunc iſtud exemplum nihil contra nos probaret, ſed pro nobis faceret. *De differẽtia exempli equi ab hoc 1. cambio.* *Ad. 4. arg.*

CAP.

CAP. IIII. *De natura cambij secundæ speciei per literas an sit locationis contractus, ponitur exemplum an hic concedatur dominium pecuniæ transferendæ. cambium hoc secundæ speciei duplicitur differt à mutuo, an istud cambium sit omnino licitum: differentia de pecunia & muta reportanda: de differentia inter necessitatem primi & secundi cambij, de officijs campsoris, sententia Garciæ examinatur circa casum de transferẽtibus sine præstatione salarij numos ex Metina ad Valentiã cõcessis sibi ad id tribus mensibus.*

Quæstio. ABsoluta iam quæstione de prima specie cambij per literas iam naturam cambij secundæ speciei per literas, eiusque rectitudinẽ & iustitiam conuenit indagare. At primò de eius natura inquirendum est, an sit contractus innominatus, vt ait Nauarrus in comment. de cambijs num. 21. vel an non sit proprie cambium, sed contractus, qui reducitur ad contractum locationis, vt sentiunt Caiet. opuscul. de camb. capit. 6. & Siluester vsura. 4. quæst. 8. & Metina in sua instructione cap. 23. de cambi. fol. 138. vt autem more solito, & scholastico procedamus, arguitur pro parte negatiua, scilicet, quod non reducatur ad contractum locationis, sed sit contractus innominatus.

Argum. 1. ¶ Primò sic arguitur, quia regulariter nõ est censendus talis contractus contrahi, qui non est in intentione contrahentium, sed contrahentes, quando contrahunt hoc secundæ speciei cambium, scilicet, conferendo suas pecunias prius vt deferantur ad locũ, vbi eis indigent, & illic sibi tradantur, nihil minus cogitant, quàm inire locationis contractum, ergo non est locationis contractus.

Argum. 2. ¶ Secundò sic arguitur in hac secunda specie cambij dum tribuitur pecunia reddibenda in alio loco vbi qui prius eam alibi dedit ea indiget, transfertur huiusmodi pecuniæ dominium in accipientem. At verò in locationis contractu non transfertur dominium rei, ad quam aliò deferendam operam suam alius locat: ergo non est contractus locationis, neque ad illum reducitur cambium hoc per literas secundæ speciei.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur quia in contractu locationis res locata manet sub periculo domini eam locantis, in hoc autem contractu cambij secundæ speciei pecunia prius collata vt in alio loco reddatur, subsistat periculo eam accipientis, ergo hoc cambium secundæ speciei, neque est contractus locationis neq; ad eum reducitur.

¶ Quartò arguitur, quia in contractu locationis interueniunt labores, & opera, & expẽsæ, & interdum pericula, sed regulariter in hoc contractu hæc non accidunt, quia sine vllis laboribus, operibus, vel periculis pecuniam, sibi in vno loco datam ad deferendã in alium locum alibi soluunt campsores ex cumulo pecuniarum à se ipsis illic habito, ergo contractus hic contractus locationis non est. Argum. 4.

¶ Incontrarium est autoritas Caietani, Syluestri, & Metinæ: qui sunt supracitati. In contra.

¶ Sit igitur responsiua conclusio citra dubium cambium istud per literas secundæ speciei, vbi quis in vno loco suam pecuniã prius confert campsori, vt in alio loco, vbi ea indiget, à campsore sibi reddatur, nõ tam propriè est cambium, sicut cætera cambia, sed potius reducitur ad contractum locationis. Hæc est Caietani, & Syluestri, & Metinæ locis supra citatis. Conclus.

¶ At probatur primò secundum Garciam, qui etiam eiusdem est sententiæ, ex ethimologia nominis, quo cambium istud vulgari nostro Hispanico nuncupatur. Dicitur enim, Traspasso de dinero, o passage. Probaturq; ratione, quia cambium hoc similitudinem gerit cum illo contractu, vbi quis agasoni Hispalensi daret Hispali, vbi maior abundantia superet tritici quatuor mensuras tritici, quo ipse agasso tres mensuras Salmanticæ, vbi pluris valerent redderet eius ibi in scholis versanti filio. Nam sicut agasso in hoc casu, authore Metina in sua Instruc. ratione locationis, qua se locauit ad illas mensuras tritici ad Salmanticam deferendas, pro pretio sui laboris potuit sibi applicare vnam, tres tantum soluendo Salmanticæ, ita campsor ratione stipendij, quod meretur in traducendo illam pecuniam, reddendo alibi pecuniam potest aliquid minus soluere, vt si accepit, sic prius in Hispania centum, Romæ vt redderẽtur, potest Romæ reddere nonaginta, tum, quia ratione penuriæ numorum, quæ est Romæ, tantum valent Romæ. 90. sicut in Hispania. 100. tum, quia ratione suæ industriæ aliquid mercedis meretur. Iam tandem argumenta supra posita dissoluẽda supersunt. Prob. Exemplũ.

¶ Ad primum igitur argumentum Nauarri respondetur, quòd licet hoc secundæ speciei cambium contrahentes non intẽdant cõtractum locationis inire, tamen quia quoad naturam contractus discernendam magis est sui obiecti, & speciei ratio habenda, quam intentionis contrahentium. Quia natura contractus potius sumitur secundum essentialem: Ad. 1. arg.

fixamq;

fixam quæ speciem, quàm secundum accidentalem, quæ authore Medina sup. n. 2. dependet ex fine, & intentione operantis. Ideò cum cambium hoc de facto ex proprietatibus sibi conuenientibus videatur magis ad contractum locationis accedere, ad contractum locationis reducendus est, quamuis contrahentes, quia has eius proprietates non penetrant, contractum talem formaliter non intendant.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum argumẽtum respondetur quòd quidquid sit de alijs cãbijs, tamen quantum attinet ad cambium per literas huius speciei, neque per illud conceditur dominium, sed neque vetatur, quia impertinens est ad naturam contractus locationis, qua quis locat alium ad importandam alio suam pecuniam quòd permittat ei, faciatque facultatẽ distrahendi eam in alios vsus, dummodo ad eã transferendam conductus aliam similem in specie, & quantitate, licet non eandem numero, in loco destinato, ad quem erat transferenda reddat. Quia alias hinc eodem argumento probaretur vnum falsum, scilicet, quod non esset cõtractus locationis ille, in quo quis agasoni persoluta translationis mercede traderet certam pecuniæ summam transuehẽdam ex vno loco ad alium, & cõcessa ei facultate dominij illius, insumendam in alios vsus dum similẽ in specie, & quantitate restituat. Hoc autem dicere videtur falsum, quia cum in hoc contractu locans operam ad eam transmittendã solum astringatur obligatione restituendi eam alibi non eandem numero, sed quantitate, & specie, impertinens est ad eius obligationem, quod sibi concedatur dominiũ illius, vel nõ, vnde licet regulariter rei commissæ alteri, vt aliò transferatur non concedatur dominium transferenti, nihil tamen prohibet in aliquo casu ex aliqua accidenti circunstantia aliter fiat, quando sic vtrique contrahenti expedit, vt in delatione pecuniarum, ratione periculi pecuniæ quod transfertur in delatorem, aliquid plus pro delatione pecuniæ soluatur ratio ipsa exigit.

An hic cõcedatur dominium.

Adobiectionem. ¶ Iam ad obiectionem, quæ vice alterius argumenti poterat opponi, qua obijci potest, scilicet, quod cambium hoc secundæ speciei cum ei competat proprietas mutui, videturq; non sit contractus locationis, sed mutui, nam in hoc transfertur dominium rei, seu pecuniæ permutatæ, sicut in mutuo, reddendaque est eadem res in specie sicut in mutuo. Respondetur nihilominus duplici nomine differre à contractu mutui, tum quia in mutuo de per se requiritur aliqua distantia temporis inter rei mutuatæ datione̅: & inter eius recuperationem, quia mutuatur ad aliquem eius vsum, quo suris est mutuatarius necessario per aliquod interstitium temporis. At verò in hoc cambio non per se, sed per accidens admiscetur tempus, eò quod res permutanda est in alio loco absens. Nam si ambæ res, vel pecuniæ permutandæ essent in eodem loco præsentes, quasi instanti illico possent, sine multa distantia temporis permutari. Tum, quia in mutuo autore Garcia sub intentione, & si non semper primaria, saltem secundaria mutuantis cadit rei mutuatæ transferre dominium, in hoc autem cambio per literas secundæ speciei, non cadit sub intentione dantis suas pecunias, vt aliò transferantur, earum concedere vsum, vel dominium. Nihil enim de hoc cogitat, quia solum id curat, vt suæ pecuniæ aliò transferantur, vbi eis indiget: quòd sine concessione dominij fieri potest, quare hoc dumtaxat ad eius pertinet intentionis finem de alijs impertinẽtibus nihil curans.

Respon.

Cõtractus 2. speciei dupliciter differt à mutuo.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quòd ille conductus ad transferendam pecuniam in alium locum virtute huius contractus: non fit obnoxius ad eam pecuniam soluendam, si sine culpa sua periisset. Si autem huic contractui locationis, quo se locat, quis ad aliò traducendam pecuniam adiungatur contractus assecurationis, quò fidem præstet de securitate pecuniæ, quàm recepit, illius in se suscipiendo periculum: tunc virtute huius contractus assecurationis adiuncti, illius pecuniæ ipse delator subibit periculum, sicut agasso illius subiret periculũ, si illius pecuniæ fieret assecurator simul, & portitor sua pro vtroque accepta mercede.

Ad 3. arg.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, quòd duplici de causa, vt diximus campsor, qui eam pecuniam recipit aliò transuehendã dignus est sua mercede etiam, si eam actualiter non transferat, dum in loco destinato eam rependat, quia hoc potissimè cadit sub intentione eam dantis, scilicet, vt in alio loco retribuatur, at de modo, quo id fieri possit nihil curat igitur licet talis pecunia realiter non transmittatur: tamen traducitur æquivaléter, postquàm in loco designato restituitur: tum etiam, quia licet tunc, quia actualiter non defert, cessent campsori pericula & labores, id tamen debetur suæ industriæ, quæ magis interdum æstimatur, quàm labores. Non enim sine industria, imò neque sine præcedenti labore campsor in alio loco, vbi soluit, congessit pe-

Ad. 4. arg.

sit pecuniam qua cum soluit pecuniam alibi receptam.

Quæst. ¶ Accedit & alia quæstio primæ affinis, quæ iam ex prædictis promptam habet solutionem, verum ne morem nostrum disputandi scholasticum missum faciamus, proposita quæstione, pro parte eius negatiua subijciemus argumenta. Quæstio autem est, vtrum cambium per literas huius secundæ speciei cum omnimoda rectitudine & iustitia contractum sit.

Argum. 1. ¶ Arguitur ergo primò pro parte negatiua quia non raro accidere potest in hoc cambio vt is qui recipit pecuniam ad traducendum eam aliò putà ad Valentiam, recipitque eam Metinæ, tantopere indiget tali pecunia Metinæ, quod ipse soluisset libenter eam Valentiæ, vt sibi daretur Metinæ, idque rogasset ipse prius pro hoc interesse offerens nisi præuentus esset, & primo rogatus recipere Metinæ, quò retribueret eam Valentiæ, ergo saltem his accidentibus casibus à recipiente pecuniam vt eam ad Valentiam transferat non poterit recipi interesse. Nam contra omnem rationem videtur esset, vt pro eo expectat quis interesse, quod sua maximè interest vt fiat, quia esset ex eodem facto duplex emolumentum sibi velle parare.

Confirm. ¶ Prætereà confirmatur, quia vt dictum est, dum de prima specie cambij per literas ageremus, in prima hac specie cambij seruanda est æqualitas sine vllius interesse receptione, quando pecuniæ quæ commutandæ sunt existentes in diuersis locis sunt æquales valore, quia hoc cambium propter necessitatem vtriusque contrahentis fit, quia vterque indiget sua pecunia in loco, quo ea caret, ergo si in prædictis casibus accidentibus vterque contrahentium pecunia sibi data in tali loco diuerso indiget, nam qui recipit eam Metinæ ad Valentiã indiget ea Metinæ, & qui recepturus est eã postea Valentiæ, indiget ea Valẽtiæ, sequitur q; si sint æqualis valoris vtro biq; q; à neutro eorũ possit interesse expeti.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, quia sicut cum eandem mulam huic sua interest reducere ad locum, vnde asportauit, scilicet, ad Salmanticam, & alteri etiam sua refert illam conducere ad iter in Salmanticam agendum, qui primò est rogatus pro delatione mulæ, potest petere interesse ita pari ratione dans suam pecuniam aliò traducendam si primò sit rogatus ab eam recipiente, poterit licitè ab eo pro hoc recipere interesse, cuius tamen oppositum sit, quia semper eam recipiens ad transuehendum: etiam si prius rogauerit dantem, vt daret, recipit interesse, ergo in hoc casu non erit iustum hoc cambium, quia contra rationem videtur.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia in hoc cambio secundæ speciei per literas solum debetur stipendium pro translatione illius pecuniæ, quę cum sit verbi gratia aurea, & parui ponderis, pro illius deportatione ad alium locum modica debetur merces transuectori: & tamen nimium, & immodicum mercedis à campsore accipitur: ergo est iniustus contractus.

In contra. ¶ Incontrarium est, quia vocatur contractus translationis pecuniæ, quiquidem contractus iustus communiter reputatur.

Conclus. ¶ Sit igitur responsiua conclusio cambium per literas huius secundæ speciei, quod dicitur translationis cambium, in quo verbi gratia, salarium translationis, ex vno loco ad aliũ quando sic transfertur pecunia, desumi solet ex summa transferendæ pecuniæ, vt si alicui conferuntur hic centum aurei, transferendi aliò cum obligatione alibi reddendi nonagin ta quinque, vbi alij quinque, sibi retinet pro mercede suæ portationis portitor, vel campsor, qui eos deferendos suscepit, iustum cambium est. Hæc autem conclusio: quæ receptissima est inter omnes, Patet, quia hic qui accipit hic pecuniam ad aliò eam transferendam fungitur duplici officio æstimabili pretio, scilicet locatoris, qua suam operam locat ad trãsuehendam pecuniam: Fungitur quoque officio assecuratoris: quia datæ sibi pecuniæ in se suscipit periculum, fidem faciens de ea securè in loco destinato, ad quem transmittitur reddenda: ergo pro hoc duplici officio: & obligatione, quam subit meretur aliquam mercedẽ iustam. Neque opus est in re clara immorari: sed tantum ad argumenta incontra pro parte negatiua obiecta respondere.

Prob.

Ad 1. arg. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod non obstat quod is, qui recipit pecuniam, iuxta hoc secundum genus cambij Metinæ, vt eam redderet Valentiæ, tantopere ea egeret Metinæ, quòd si rogatus eam recipere non fuisset, ipse ad recipiendam, & deferendam, seu reddendam Valentiæ se obtulisset. Quia re vera hic duplex exercet officium appreciabile pretio, tum ceu agassonis se locantis ad eam vehendam, tunc etiam assecuratoris eiusdem pecuniæ. Sicut verbi gratia, indigentia, qua agasso Salmantinus Hispali indigeret pecunijs, non posset esse in causa, quòd etiam si ipse prius rogasset, quòd sibi Hispali darentur, spondens eas filio

dantis

dantis se redditurum Salmanticæ idcirco non posset licitè suæ operæ locationis ad eas pecunias in Salmanticam deferendas accipere mercedem. Quia semper est in vsu quod ipse agasso accipiat mercedem, & interesse etiam si ipse prius roget & pecunijs indigeat. Non est autem in vsu vt eas pecunias deferendas dans vnquam pro hoc accipiat interesse. Nam agasso seu campsor, qui eas recepit, & eas alibi est redditurus ipse est, qui manet conductus ad eas deferendas. Neque enim est eadem ratio de pecunia, & mula reportanda, quia mula est res, quæ potest, & solet locari pro pretio conductori etiam reportaturo, licet minori pretio locetur huic. At pecunia nusquam isto modo est locabilis talem pecuniam conducturo, taliter quod eam conducturus ad alium locum pro hoc soluat interesse eam ad hunc finem danti. Vn de locatio pecuniæ pro pretio vt aliò deferatur non potest se tenere ex parte eam dantis, quia hoc esset accipere pretium pro eo, quod dat eam alteri cum commodo suo, & cum labore, & periculo delatoris deferendam. At mulam eam dans ad iter bene locare ei potest etiam si sibi expediat reductio mulæ ad locum, ad quē locatur. Igitur plana differentia inter vtrumque casum est, quia prius dans aliò transuehendam pecuniam operas alterius ad deferendam suam pecuniam conducere potest, sed suam pecuniam ad hunc finem locare non potest. At qui reportandam aliò dat mulam, illam locare potest maximè si prius rogetur, & ad eam reducendam operas alterius conducere potest maximè quando ignarus necessitatis alterius prius ipse vt eam deferat illum rogat.

Differētia de pecunia & mula reportanda.

Coral. ¶ Ex hac argumenti solutione sequitur coroliariè, quod in negotio transuehendi pecuniam hinc ad alium locum ille solus habet ius accipiendi interesse, qui eam recipit ad transferendum, ad idque obligatur, non autem, qui ad hunc finem eam confert, quia eā recipiens, & non eam dans manet ad eam trāsmittendam conductus etiam si prius sit dare rogatus, vt patet in exemplo adducto agassonis prius rogantis.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod etiam in casu, in quo tám dans Metinæ ad traducendam suam pecuniam in Valentiam, quàm eam recipiens vt transferat æqualiter indigeat tali receptione pecuniæ iste Metinæ, & dans in Valentia, tamen propter rationem prætactam in primo argumento, qui prius recipit etiam si prius rogauerit: quia manet conductus ad securè eam transferendum recepturus est interesse, & non alius. i. dans: qui ad hoc non manet attrictus & ad difficultatem quæ in hac confirmatione insinuatur dicitur esse differentiam inter necessitatem, quę in prima specie cābij per literas consideratur ex parte vtriusque cambientis: & inter necessitatem, si quæ accidit esse ex vtraque parte contrahentium in hac secunda specie cambiorum per literas: quia in prima specie vtraque necessitas de perse concurrit, & æqualiter attenditur vtilitas, & necessitas vtriusquè contrahētis, quia de perse in vtilitatem vtriusquè cædit tale cambiū. At verò in hac secúda specie cambij principaliter, & de perse contrahitur propter necessitatem dantis, quia eget translatione suæ pecuniæ, licet accidentaliter aliquādo necessitas concurrat recipientis qui indiget pecunia vbi eam recipit: sed hoc est quid accidentale huic secundæ speciei cambio sicut accidit contractui quo agasso conducitur ad transferendā pecuniam, quod ipse ea opus habeat in loco vbi eam recipit. Ex hac autem natura distincta horum cambiorum primi & secundi, & ex eorum differentia sequitur quod in primo, quia ex æquo principaliter propter necessitatem vtriusquè contrahitur, à neutro licitè possit accipi interesse. In secundo autem, quia in dantis pecuniam transferendam vtilitatem principaliter, & de perse talis contractus cædit: ideò non ipse interesse ob hoc est expetiturus: sed potius recipienti pecuniam est interesse daturus. Igitur considerāda veniūt à timoratæ conscientiæ viris tum motiuum, tū etiam necessitas, quibus ad hæc celebranda cambia mouentur, vt intelligāt quodnam horum cambiorum possint inire, vthinc rursum perspectum habeant, quisnam eorū ex tali cambio ius accipiēdi interesse habeat, quis verò non.

Differētia inter necessitatem primi, & secūdi cambij.

Ad 2. arg. ¶ Ad secundum autem argumentum respondetur quod iam ex lata assignata differētia antea inter vtrumquè casum scilicet mulæ reportandæ ad suum locum, & pecuniæ transmittendæ, patet quid sit dicēdum. Non enim est par ratio vtriusq; vt in solutione primi argumenti abundè dictum est. Quia mula locari suapte natura potest ab eam deferendam dante: & conduci potest ab eam reducturo. At verò pecunia locari non potest à dante, neque conduci, vt deferatur à recipiente, licet recipiens, ad hoc possit suas operas locare, & dans ad hoc operas recipientis conducere: ideo dans & si rogatus

Differētia vtriusq; casus.

sit pro delatione aliquid interesse, aut lucri nó potest recipere, quia ob dictam rationem iniustum esset à dante pecuniam interesse prætendi sibi soluendum per recipientem.

Ad 3. arg. ¶ Ad tertiũ argumentũ respondetur, quod quamuis considerata sola transuectione pecuniæ ex vno loco ad alium propter exiguitatem ponderis eius pro ea transuehenda modicum stipendium esset erogandum, tamen si considerentur pericula, quæ propter securitatem, quam præstat, in se suscipit delator, potest ob hoc auctius stipẽdium recipere, & tanto maius quantò longius fuerit iter, periculaque maiora grassantium in via latronum, vel huiusmodi, semper tamen debet esse moderatum ratione, quod si vltra quàm par est accipiatur stipendij, id nos non probamus.

Sit satis obiectioni. ¶ Neque obstat quòd replicari posset, scilicet, quod ad huc immodicum stipendium sit, quod pro hac translatione pecuniæ exigitur, cum re vera absit iste labor, & periculum in transmittendo pecuniam, quando celebratur contractus hic cum campsore, qui alibi vbi redditurus est acceptam habet iam pecuniam aliam citra omne periculum, & laborem paratam, vnde sine delatione pecuniæ receptæ soluit, quia respondetur quod nihilominus duplici nomine potest percipere moderatam mercedem, quam alius delator, & simul assecurator illius pro delatione & assecuratione reali realiter mereretur, tum quia iste cãpsor æquiualenter hæc duo officia transuectoris, & assecuratoris præstat, tũ quia obligat se ad transferendum opus sanè ex sua natura laboriosum, & periculosum, quòd si campsor hoc æquiualenter facit citra suum laborem, & periculum id suæ industriæ æstimabili pretio tribuendum est: satis namquè est officium quod exhibet sit laboriosum ex se licet sibi laborem non faceſſat. Sicut verbi gratia, potest aliquis aureos absquè labore acquisitos quippe sibi gratis collatos vendere, aut commutare, sumens pro illis id pretij quod ex natura sua valent sic & campsor potest in casu, præter quàm quod si Siluestro vsura. 4. q. 8. §. 2. credimus nunquam prædictus campsor omnino liber est à laboribus, & periculis, siuè præcedentibus, vel sequentibus vno, vel alio modo contingentibus, vt si verbi gratia corresponsurus alibi non responderet nequè solueret pecuniam, aut si eam solueret, sed non tam citò nequè in tempore, vel quia si fideliter suus corresponsor ad literas suas correspondit nomine illius soluendo: nihilominus ad rependendum huiusmodi beneficium alio simili beneficio manet deuinctus.

Officia cãpsoris.

¶ Tandem in calce huius quæstionis, quo tenacius memoriæ inhæreat cõmendandum venit in hoc secundo genere cambij, quod si quis aliò transferendam suam pecuniam tribuens ea ratione recipienti, & se locanti ad eam transferendam diminueret iustam mercedem, quod scilicet, recipienti concedit longius tempus ad eam transferendum puta mensem, cum breuius spacium ad id sat esset, rem iniustam, & dignam restitutione moliretur. *Nota.*

Quæstio. ¶ Hinc patet quod non est vsquequaque verum, quod Garcia in secunda parte de contractibus capit. 9. pagina. 283. affirmat circa illam quæstionem, quam excitat, scilicet, vtrum qui finitis nundinis Metinensibus mille aureos illic habet transferendos in Valentiam, quos campsori, vel mercatori offert transferendos, qui tamen eos renuit recipere ad transferendum, nisi sibi ad id concedantur tres menses, si illos tres menses concedat, in tali casu possit manere liber à salario pro huiusmodi translatione soluendo cãpsori vel mercatori eos transferenti. Subiungit autẽ Garcia post præmissionem huius quæstionis, quod sic celebretur talis contractus sine solutione salarij, est res iam vsu gentis bonæ notæ approbata, quocirca ab nota iniustitiæ abesse videtur, atque ideo ibi contendit perdistinctionem respondens id facti in parte excusare. Igitur causa eliciendæ veritatis, quæstionem hanc more solito arguendo, pro vtraque parte controuertamus.

Argum. ¶ Pro parte affirmatiua arguitur, quia iuxta regulam iuris in 6. regul. 27. scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus, sed ille campsor, vel mercator translaturus illos mille aureos spacio trium mensium ad id sibi indulto contentus, nihil amplius exigit, quia salarium sibi debitum, per spatium trium illorũ mensium cum illis mille aureis negotiando, & sibi acquirendo lucrum sibi compensat, ergo illi non fit iniuria si sibi salarium non soluatur, quia videtur illud remittere.

In contrá. ¶ In contrarium est, quod huiusmodi campsor, vel mercator propter indultum sibi spatium maius trium, scilicet, mensium videtur salarium remittere, alias illud non remissurus, ergo dominus illorum. 100. aureorum illius dilationis temporis causa, quæ reducitur ad mutuum, in qua videtur mutuare illos, videtur reportare lucrum, id est, remissionem salarij aliâs sibi non concedendam, quod planè factum vt apparet non caret vitio vsuræ

¶ Ad

Dictum. 1. Garciæ.

¶ Ad hanc autem quæstionem respondet Garcia, quod si mercator, vel campsor vltra concessionem illorum trium mensium, quam petit, cum breuiori tempore possit respondere ad visas literas, vltra hoc sibi suũ vult impendi salariũ translationis, & ratione illius maioris moræ, scilicet, trium mensium nõ soluitur, vsura est patens, quod & argumento in contra sufficienter manet probatum, atque in hoc benè ait Garcia.

Dictũ eius 2.

¶ Secundò ait Garcia, quod si prædictus campsor, vel mercator contentus sola dilatione trium mensium concessa sibi ad reddendũ prædictos aureos, nihil vltra exigit pro translationis illorum mercede, nihil iniustè cõmittit dominus aureorum si campsori hanc mercedem non soluat, quia videtur campsor eam gratis remittere, quod videtur probare tum vsu bonorum virorum, tum ex prædicta regula iuris, scilicet, quia scienti, & consentienti campsori non fit iniuria, tum etiam exemplo agassonis, qui rogatus eosdem transuehere aureos ex Metina ad Valentiam, qui si illam dilationem trium mensium ad illos deferendum peteret, tantum sola illa contentus esse videtur, gratisque velle, & sine mercede illos transuehere, sic inquit, & in præsenti casu, Sed certè istam secundam assertionem Garciæ sicut non audeo omnino damnare, ita neq; vt omnino tutam approbare, sæpe etenim sub præsumptionibus donationum, & gratuitarum remissionum multa vsuraria, & iniusta facta tum perpetrantur, tum præteguntur.

Sent. autoris.

¶ Igitur tutius esse puto amputare occasiones vsurarum, & non tam largam licentiam dare, prout dat Garcia, sed cautelam esse hic adhibendam, immescendumque esse granum salis, & iuxta Nauarrum, qui in summa Lat. cap. 23. numero. 88. ait quod donatio facta in emptione non est præsumenda libera voluntate facta, nisi postea necessitate cessante extra emptionem facta fuerit, perinde hic dicendum duximus talem donationem, seu remissionem mercedis factam à campsore in ipso contrahendi actu, in quo conceduntur ei prædicti tres menses excedentes terminum requisitum, non esse censendam remissionem seu donationem factam voluntate libera, sed ob necessitatem negotiandi interim in illis tribus mensibus dilationis ad aliquid lucri cum illis mille aureis parandum, quod perinde videtur esse, ac si quis quia mutuaret 1000. aureos per tres menses alteri ad negotiandum, vellet ab illo remissionem debiti, quod illi debet obtinere, quod proculdubio esset manifesta vsura. ¶ Igitur si sententia Garciæ in aliquo casu sustinenda est, primò in casu in præsumptionibus opus est inniti, quia iam aliunde apertò claret quod propter amicitiam pristinam, vel in recompensam aliorum beneficiorum similium, quibus campsor affectus est à domino illorum 1000. aureorum voluit illos gratis in Valentiam transferre, vel in casu, quo post initum iam contractum, postque eos acceptos absolutè, sine conditione remittendi translationis mercedem, eam vltro campsor remitteret, vel in casu, quo apparet campsor illam dilationem maiorem trium mensium petiuisse non sui commodi gratia, aut causa cum illis 1000. aureis interim in illis tribus mensibus exercendi quæstus, sed causa sui cauendi tantum damnum, ne forte non posset ante transmittere, & aliqua pœna, aut culpa sibi imputaretur, quod autem hac sola causa spacium illud maius trium mensium campsores petant (ni fallor) non tam frequenter contingit, quare res est quæ non sine periculo (nisi caueatur) geritur.

Sent. Garc. vbi vera.

¶ Ad argumentum Garciæ desumptum ex regula iuris, & ad exemplum quo pariter suam assertionem comprobare contendit respondetur, primò quod regula sanè intellecta nõ facit p tua sententia, quia intelligitur, q̃ scienti & nõ sentienti consensu omnino libero nõ habenti annexam noleitatem cõditionalem, quæ est nolitio secundum quid, non sit iniuria, alias absolute consentienti ob necessitatem, qui alias cessante necessitate consentire nollet, verè potest inferri iniuria, atque sic videtur consentire campsor in remissionem salarij cum aliqua nolitione cõditionata, qua alias nollet, sicut accidit in mutuatario accipiente mutuum, sub vsuris, quare extra exceptos illos tres casus non est campsor censendus in remissionem mercedis tam liberum præstare cõsensum.

Ad argum Garciæ.

Intelligentia regul. iur.

¶ Respondetur, & ad exemplum agasonis, quod suam sententiam sufficienter non probat, quia assumit vnum non tam certum, neque sine distinctione admittendum ad aliud probandum incertius, quia neque etiam agasso liberè condonare videretur remissionem suæ mercedis sibi pro delatione illorũ. 1000. aureorum debitæ, si appareret ideo remittere illam, vt sibi concederentur illi tres menses, quo interim cum illis posset exercere quæstum proprium.

Ad exemplum agass.

CAP. V. *De tertia specie cambij per literas, & ad quem contractum nominatum reducatur, an reducitur ad mutuum? istud genus cambij continet virtuale mutuum, mutuum in hoc tertio cambio tantum est præambulum : & an res mutuata, an in specie restituenda sit, & quod in virtuali mutuo non est necesse quod idem in specie reddatur, varia damna hic contingentia ad quem spectant.*

SIcut qui profundũ latũq; flumen trãsmeare aggreditur, quantò ad profundiora eius magis accedit, maiori labore, & difficultate vrgetur, sic etiam in hoc cambiorum labirinto, quo magis ab interiora perigimus, magis præ difficultate materiæ deterremur. Accessimus autem ad tertiam speciem cambiorum per literas, quæ omnium specierum cambiorum est difficillima. Quæstio. Sed quò in re intricatiori minus intricatè procedamus, primò inquirendum nobis atque indagandum est, hoc tertium genus cambij qualis contractus sit, vel ad qualem contractum ex nominatis reducatur. Aliquibus autem quęstio hæc superuacanea visa est, quia tantum inquiunt de eius iustitia, an iustus contractus sit scire est curandum. At nobis duplici nomine hanc quæstionem hic agitare visum est, tum quia hinc aliqualis captatur eius iustitiæ intelligentia, tum quia secernendo istum contractum ab illis, quibus cum parum, aut nihil conuenit, contractuum non nullas cogimur assignare differentias & proprietates, quæ simul & semel inter se collatæ, atque intellectæ ad clariorem notitiam huius libri, qui de materia contractuum peragit, nõ parum conferunt, vt igitur more solito, & scholastico procedamus.

Argum. 1. ¶ Primò arguitur, quia videtur huius generis cambium esse quidem contractus emptionis, & venditionis, nam quando aliquis Metinæ pecuniam confert pro pecunia in recompensam sibi reddenda Hispali, videtur illam emat eo modo quo pecunia, vt merx emi potest, & quod pecunia præsoluta Metinæ sit pretium, & quod Hispali in recompensam huius pretij reddenda pecunia sit merx, vel mercis vicem gerat, est ergo contractus emptionis.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, quod prout aliquibus videtur huiusmodi tertium genus cambij reducendum sit ad contractum locationis, quia si quando datur à me prius pecunia alteri, quò eam alibi, vbi ea indigeo reponat, est quidam locationis contractus pertinens (vt dictum est) ad secundum genus cambij, ergo pari ratione quando alius suam pecuniam tribuit mihi, vt ego eam in aliò loco in quo ea opus habet sibi reponam, erit etiam locationis contractus, neque enim videtur inter vtrumque contractum quantum ad hoc aliqua discrepantia rationis.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, quod prout aliquibus alijs videtur huius tertij generis cambium reducendum sit ad contractum mutuationis, quia campsorem impendere pecuniam alicui, quò eam sibi alibi rependat ad naturam mutui spectare videtur, quia perinde videtur campsor fecisse, ac si eos mutuo dedisset cum obligatione eos alio in loco restituẽdi, ergo reducitur ad contractum mutui.

Argum. 4. ¶ Quartò arguitur, quia istud cambium tertiæ speciei postquàm non videtur simplex, sed compositus contractus, esset reducendum non ad vnum, sed ad duos contractus, quod si reducendum esset ad duos contractus maximè ad istos, scilicet, ad mutuum, & cambium, quia videtur anticipatè dari mutuò, vt postea in alio loco pecunia mutuata cambietur pro alia, sed illa reductio ad hos duos contractus, scilicet, mutuum, & cambium fieri non potest, ergo istud cambium est genus cuiusdam contractus veluti incogniti, & innominati, quod autem ad hos duos contractus, & præsertim ad mutuum reduci non possit patet, tum quia si sic esset, non posset vt communiter dicitur contractui venditionis subalternari, quia mutuum, vtpote species distincta à venditione ei non subalternatur, tum quia ibi in tali cambio pluribus rationibus mutuũ non interuenit.

Cambium 3. speciei non reducitur ad mutuũ.

1. ¶ Primò quia in mutuo interuenit de per se, & ex sua natura distantia temporis ad vtendum re mutuata, & ad reddendum, At verò in cambio hoc distantia hæc temporis per se non reperitur, sed solum distantia loci.

2. ¶ Secundò, quia in mutuo res mutuata restituenda est in eadem specie, vt si moneta aurea mutuata est, aurea est restituenda, in hoc autem cambio non sic, nam satis est si moneta in eadem quantitate valoris restituatur.

3. ¶ Tertiò, quia in mutuo mutuatarius subit pericula, & damna rei mutuatæ, in hoc autem cambio non recipiens, sed dans pecuniã subit eius damna, tum quia aliquando alibi sibi minus restituitur, vt cum jactura accidit esse in cambio, tum quia omnia peri

pericula, & damna contingentia circa monetam datam sic ad cambiũ ab eo loco vbi restituẽda est vsquequo ad locũ vbi primo recepta est reducatur ad eam pecuniam primò dantem pertinent. ¶ Quartò, quia in mutuo repeti potest res mutuata quando mutuatori libuerit, non autem sic in hoc cãbio nisi intempore præfixo ad solutionem. ¶ Quintò, quia in mutuo restituenda est res, vbi mutuata est. At verò in hoc cambio res ad cambium data, id est, pecunia in alio loco restituenda est, quã sit locus vbi fuit primò data, & recepta, quæ omnes quinque aut sex rationes probant huiusmodi cambium tantum distare à mutuo, vt ad mutuum, & cambium reduci non possit.

4.

5.

In contra. ¶ Sed in contrarium est, quia emptio anticipata solutione facta reducitur ad virtuale mutuum, & ad inde subsecutam emptionem, ergo pari ratione istud tertium genus cambij reducitur ad mutuum pecuniæ anticipatè datæ, & ad cãbium ex ea in alio loco subsecutum.

Concluſ. ¶ Sit igitur prima conclusio continens duas partes. Cambium hoc tertij generis ad contractum venditionis reduci non potest, sed neque ad contractum locationis potest attinere. Prima pars huius conclusionis est contra Fabianum Genoues in tractatu de cambijs capit. 5. & contra Siluestrum vsura. 4. quæstione octaua. §. primo affirmantes huiusmodi cambium esse contractum venditionis, vel ad eum reduci, sed secunda pars est contra alios existimantes reduci ad contractum locationis.

Probatio 2. partis. ¶ Probatur autem prima pars, quæ est etiam Soti quia in contractu emptionis, & venditionis propriè loquendo, quod ex vna parte, scilicet, vendentis traditur est merx, quod autem ex alia parte, scilicet, ementis soluitur est pretium. At verò in cambio cum vtrinque interueniat pecunia, nulla illarum signanter est pretium alterius, neque enim occurrit sufficiens ratio ob quam vna pretium esse respectu alterius censenda sit potius quã alia, ergo non contrahitur hic venditio propriè, nam nihil refert dixisse, quod pecunia, quæ vltimo soluitur habet vicem pretij, quia hæc conditio, seu contingentia, quod vltimo soluta sit non dat ei naturam pretij, cum vt in emotione, & venditione anticipata solutione facta patet, in qua prius soluitur pretium, de natura emptionis, & venditionis non sit quod pretium vltimo soluatur, sed aliquando prius, aliquando longe post traditionem mercis, vt videre est etiam in venditione ad creditum. Secundò prima pars conclusionis patet, quia quando aliquis Metinæ recipit pecunias ad cambium, si talis dicendus esset emere eas pecunias, in pretium erogando pecunias quas redditurus est in recompensam Hispali, sic pari ratione ei dicere licuisset cambium minutum, vel manuale, in quo commutantur aurei pro argenteis, vel argentei pro dipondijs esse contractum emptionis, & venditionis, & non cambij, postquàm moneta minor in recompensam grossioris videtur dari, quod si hæc licentia sic loquendi, & censendi fieret, iam contractus cambij cum contractu venditionis confunderetur, neque ab illo discriminaretur.

Probatio 2. partis. ¶ Secunda autem pars conclusionis sic patet, quia contractus locationis principaliter cædit in vtilitatem conductoris, qui eò spectat, vt vsum rei sibi locatæ emat. At verò cambium hoc tertij generis non tam principaliter in rem, vel vtilitatem dantis primo pecunias fit, sed principaliter ad commodum inclinat recipientis eas, ad cuius instantiam, & preces fit, ideoque locationis, & conductionis non est contractus.

Concluſ. 2. ¶ Secunda conclusio, propriè loquendo contractus hic cambij tertij generis non debet dici compositus ex duobus generibus cõtractuum ex æquo, scilicet, ex mutuo, & cambio. *Prob.* ¶ Patet hæc conclusio quæ videtur esse contra Garciam, quia in moralibus quando vnum est propter aliud ibi est tantum vnum (vt Aristot. tradit) sed si hic pecunia data recipienti mutuatur, est propter cambium alibi celebrãdum, in quo cambiata reddatur, ergo moraliter loquendo est ibi vnus contractus tantũ cambij. *Confirm.* Et confirmatur, quia in emptione anticipata solutione facta licet auctore D. Thoma interueniat virtuale mutuum pecuniæ anticipatæ solutæ, sed non dicitur esse plures contractus, aut compositus ex æquo ex pluribus contractibus, sed moraliter loquendo dicitur esse vnus contractus, quia illa pecunia anticipata datur in ordine ad consummãdam emptionem. Ita in hoc cambio vbi datur anticipata pecunia vt postea cambietur alibi. Imo ad mentem, & doctrinam Diui Thomæ. 2. videtur alludere si dicamus quod in his specialibus modis vendendi ad creditum, & emendi anticipata pecunia, mutuum virtuale hic inclusum quẽdam ordinem veluti de perse non dicit ad finem emptionis, & vẽditionis in ordine ad quem illa pecunia datur ante, vel post, quare non sunt propriè ibi tale vir-

tuale mutuum, & venditio constituentia vnam speciem, sicut accedere ad fœminam causa explendæ libidinis vnam speciem constituit, & si etiam dare anticipatè pecuniã Metinæ vt cambietur Hispali videtur vna species contractus, sed verius dicitur quod ad hanc speciem tertiam & vnam cambij mutuũ hoc non pertineat vt constitutiuum speciei propriæ cambij sed vt prærequisitum ad conficiendam talem speciem cambij.

Concluſ.3. ¶ Tertia concluſio in hoc cambio tertiæ speciei virtualiter includitur mutuum, sed formaliter ibi includitur verum cambium, quo cambitur pecunia data pro alia alibi reddenda subalternaturque aliquo modo cambium hoc venditioni. Hæc concluſio probatur à simili quia sicut in emptione anticipata solutione facta licet virtualiter interueniat mutuum, tamen formalis ibi inuenitur ratio emptionis, & venditionis, quia anticipate soluitur pecunia pro mercibus, ita in hoc tertiæ speciei cambio pecunia prius, scilicet, Hispali data pro cambio celebrando Metinæ interuenit veluti virtuale mutuum, quo veluti mutuat eam dans recipienti animo, scilicet vt alibi reddita cambietur, & ibi interuenit ratio cambij formalis sicut illic venditionis. ¶ Sicut etiam patet exemplo si accõmodaretur equus ad pergendum Valentiã, ibique reddendus esset, esset merus accõmodationis contractus, si autem daretur ad iter agendum eò fine, & conuentione, vt ibi Valentiæ pro alio equo permutaretur, esset talis contractus virtualiter equi accõmodatio, & formaliter illius pro alio permutatuo.

Prob. *Exemplũ.*

Prob.2. ¶ Probatur item concluſio ex vulgari loquendi modo. Nam vulgariter dicitur quod vnus dat, vel recipit pecunias ad cambium, verbi gratia est dictu quod ideò campſor numos Metinæ dat, & alius indigens Metinæ numis, ideò ibi eos recipit, vt iterum Romæ delatos ibi eos cambient, atque subinde fit quòd indigens eos quasi mutuo Metinæ præaccipit à campſore vt eos in effectu Romæ cãbiet, ergo in effectu & formaliter ibi intenditur cambium, quia intenditur lucrũ & virtualiter tantum immiſcetur mutuum.

Probatur 2. pars. ¶ Secunda autem pars concluſionis scilicet, quod aliquo modo subalternetur venditioni patet, quia sub venditione continetur aliquo modo, scilicet, quatenus per regulam & naturam venditionis regulanda venit eius iuſtitia.

¶ Sicut etiam venditionis ad creditum contractus regulatur quoad suam iuſtitiam per contractum venditionis de præſenti. Contractui autem emptionis factæ anticipata solutione valde adsimile est cambium hoc tertij generis, quia sicut illa emptio fit pecunijs antè solutis, sic hic interuenit cambitio facta pecunijs ante impenſis, tum quia sicut in illa emptione præcapiuntur numi in vno loco, & tempore vt per viam emptionis postea reſtituantur in mercibus, sic in hoc cambio præcapiuntur numi in vno loco, vt per viam cambij reſtituantur in alio per cambitionem illorum, tum quia sicut in illa emptione anticipata pecunia facta, interuenit mutuum virtuale illius pecuniæ quia præcapitur, ita in hoc cambio intercedit mutuum illius pecuniæ, quæ ante capitur, quod ibi concurrit non formaliter, sed virtualiter: quia tale mutuum non perſe, neque explicitè intenditur, neque ex eo ſolum poteſt captari lucrum. Nam qui Valentiæ numeraret alteri via mutui centum argenteos ibi valentes viginti tres minutiores monetas, dineros nuncupatas, Aragoniæ ſoluendos, vbi valent viginti quatuor vnam magis, quàm in Valentia, non poſſet ſola iſta via mutui pro ſingulis argenteis Caſtellanenſibus plures monetas minutiores percipere Aragoniæ, quàm valent Valentiæ, neque enim poſſet pro ſingulis Aragoniæ recipere. 24. ſed tantum. 23. ſicut valebant Valentiæ. Secus autem eſſet, ſi dati eſſent illi centum argentei non via mutui, ſed via cãbij à Valentia in Aragoniam: quia tunc Aragoniæ 24. proſingulis poſſet percipere. Quia nõ ratione mutui cum ex mutuo non poſsit intendi lucrum: ſed ratione cambij quod principaliter intenditur illud vnum magis quam valent Valentiæ percipitur. ¶ Colligitur autem ex prædictis corollariè, quod ad perpendendas qualitates huius contractus: & ad eius rectitudinem, & iuſtitiam inueſtigandam magis ſunt attendendæ leges: & natura cambij, quam mutui. Nunc argumenta à principio obiecta ſuam ſolutionem expoſtulant.

Corol.

¶ Ad Primum igitur argumentum per primam concluſionem, & eius probationem factum eſt ſatis: quia in venditione proprè ſumpta ſemper ex vna parte interuenit pretium: in iſto autem cambio non ſic fit. Nam non eſt maior ratio, quod vna pecunia excommutatis ſit pretium alterius, quam è contra.

Ad.1. arg.

¶ Ad Secundum argumentũ quoque ſit ſatis per ſecundã partẽ primæ concluſionis, per eiuſque probationẽ. Nam contractus locationis vbi quis locat operas, & alter eas cõducit,

Ad.2. arg.

ad

ad instantiam, & propter necessitatem conducentis operas alterius, quarum vsu indiget fit regulariter, & principaliter. At cambium hoc principaliter fit ad instãtiam & propter necessitatem recipientis pecuniam, ergo nõ est proprie contractus locationis, quò campsor eam pecuniam aliò transmissurus operas recipientis ad id conducat, vel recipiens eas locet.

Ad 3. arg. ¶ Ad tertium autem argumentum respondetur, quod quia in hoc cambij contractu nummi conferuntur in vno loco, vt non qualiter cumque, sed via cambij permutati restituãtur in alio, quod tamẽ non sic fit quando tantum mutuantur in vno loco, vt restituãtur in alio, ideò differre hoc cambium à mutuo planum est. Tum etiam quia cum via sola mutui restituendi dantur, ibi vnus celebratur, mutui contractus, ex quo vt sæpe dictum lucrum sperare non licet; cæterum cum præcapiuntur in vno loco ad cambium complendum in alio, cum sit cambium principaliter, mutuum admiscetur virtuale. Vnde negatur quod reducatur hoc cambium ad contractum mutui principaliter.

Ad. 4. arg. ¶ Ad quartum argumẽtum continens plures obiectiones respondetur suo ordine ad omnes, & primò ad primam dicitur, quod mutuum virtuale inclusum in hoc tertio genere cambij non impedit, quin ipsum cambium principaliter ibi intentum subalternetur aliquomodo non ita propriè venditioni veræ, nec tamquàm eius species, sed tamquam modus quidam contractus affinitatem habens talem cum venditione, ita quod per illam quodammodo quoad suam iustitiam est regulandus, sicut venditio anticipata solutione facta subalternatur venditioni de præsenti, vbi simul, & semel merx, & pretium de præsenti dantur, quamuis verior, & propior hic inuenitur subalternatio, vnde negatur quod si mutuum per se non subalternatur isto modo venditioni, quod cambium tale mutuum implicans vt quid preuium, isto largo modo venditionis contractui subalternari non possit.

Ad obiect. 4. arg. ¶ Ad secundam obiectionem contentam in hoc. 4. argumẽto, qua probatur primo hoc tertium genus cambij non reduci ad contractum continentem mutuum virtuale, quia in hoc cambio non interuenit distantia temporis de per se, sicut inuenitur in mutuo, respondetur iuxta mentem D. Thomę. 2. 2. quęst. 78. de vsur. art. 2. ad. 7. quod sicut in emptione anticipata solutione facta, ipsa anticipata solutio pecuniæ habet rationem mutui, & in venditione expectata solutione ipsa expectatio solutionis eodem D. Thoma auctore habet rationem mutui, quia ipsum pretium à vendito re vsque ad tempus solutionis censetur mutuari emptori, ita in hoc tertio genere cambij ipsa anticipatè data pecunia à campsore recipienti eam ad cambium conficiendum in alio loco habet rationem mutui. Neque hoc negare censendi sunt Siluester verbo vsura, 4. q. 8. & Caietan. opusculo de cambijs capit. 5. tum quia sunt egregij Thomistæ non ignari doctrinæ D. Thomæ supradictæ ex qua cõcludi tur, quod etiam in hoc tertio genere cambij pecunia à campsore antedata ad cambium pro alio loco habet rationem mutui. Nam cambium hoc proculdubio affine in hoc est (vt supra diximus) emptioni factæ anticipata solutione, quia sicut hic pecunia ante datur p emptione mercium per traditionem earum perficienda, sic in hoc datur ante pecunia recipienti pro cambio in alio loco perficiendo, tum quia Siluest. loco allegato nõ de hoc tertio genere cãbij, sed de alio locutus est, tũ quia Caiet. loco allegato argumẽta aliorum refert ad probãdũ nõ esse merũ contractũ formale mutui tantũ, nõ tñ aperte negat hoc tertium genus cambij continere virtuale mutuum, quare non satis circunspectè Garcia contrariam sententiam, scilicet, quod in illo non contineatur virtuale mutuum illis impingit, quidquid sit de Fabiano Genoues, cuius argumenta illic Garcia accersit pro contraria sententia, quæ etiam Caietanus ibi retulit. His præmissis, ex quibus de mente D. Thomæ esse collegimus, quod in hoc cambio contineatur virtuale mutuũ qua si quid præuium ad in alio loco perficiendum cambium.

Genus. 3. est bij continet virtuale mutuum.

Resp ad obiecti. 4. ar. ¶ Respondetur ad primam, seu secundam obstantiam positam in hoc quarto argumento sic in forma negando, quod ea parte, qua tertium hoc cambium includit virtuale mutuum, non includat etiam distantiam temporis de per se. At quia ista partitula de per se æquiuoca est (quia aliquando de per se in moralibus est id, quod fit ex intentione, & propter se) sic non de per se inuenitur distantia temporis in hoc contractu cambij tertij generis sicut neque isto modo inuenitur mutuum propter ipsum met mutuum, sed propter aliud, id est, propter cambium inde alibi conficiendum. At si per se accipiatur pro eo quod est necessarium, siue simpliciter, siuè ex suppositione, sic suppositia natura huius tertiæ speciei cãbij de per se requiritur, id est necessario

Per se accipitur diuersimode.

distantia temporis, supposito quod ex natura particulari huius cambij requiritur distantia loci, quæ nisi in tempore pertransiri potest. Quamuis etiam concedere possimus quod distantia temporis inuenitur in hoc cambio de per se non simpliciter per se primo, ideſt, non ratione omnium partium eius, sed tantum ex ea parte qua mutuum implicitum cõtinet. ¶ Neque obstat quod contractui mutui primò & principaliter, conuenit distantia téporis, & contractui huic cãbij distantia non téporis, sed loci cõuenit primò, & principaliter, quia hoc nõ impedit, quin in eo cõtineatur mutuũ virtuale. Quãuis istũ modũ loquẽdi Garciæ nõ omnino propriè loquẽdo ausim approbare, vbi aut quod hoc tertiũ genus cambij reducitur ad mutuum, & ad permutationem, quia asserere quòd reducitur ad mutuũ virtuale, sic enim ipse illud vocat, non est assertio tam consona modo loquendi logico, tum quia non reducimus nisi posterius nota ad primo nota, & reductio rei proprium fit ad formaliter contentum in illa, quã ad id quod virtualiter continetur in illa, sed in hoc nolim aduersum Garciam esse nimius, sicut neque in illo, quod aic, scilicet, quod mutuo incluso in hoc cambio distantia temporis conuenit de per se, & distantia loci conuenit illi vt tale mutuum est, ideſt, vt species quædam mutui est contenta sub genere mutui, quia ea, quæ exẽpli causa afferuntur non in omnibus quadrare necesse est, sed satis est ea rem aliqualiter explanare. Si ergo dicamus cum illo quod cambium hoc reducitur ad mutuum, & ad permutationem, ac proinde sit mutuum & cambium, rectè nos extricabimus ab illa obiectione qua obijci posset, eidem contractui non posse diuersa per se conuenire qualia sunt distantia loci, & distantia temporis: quia sicut homini conuenit esse sensibile quid, quatenus animal est, & per se eidem conuenit esse quid rationale, quatenus homo est, sic huic contractui conuenit distantia temporis de per se quatenus mutuum includit, & conuenit ei distantia loci de per se, quatenus talis permutatio est in tali specie.

Satisfit obiectioni.

Mutuum in hoc 3. cambio tantum est preambulum.

¶ Sed facilius nos expediemus ab omni difficultate, si dixerimus vt supra, scilicet, quod mutuum non concurrit ad constitutionem huius speciei cambij vt genus, vel differentia illius, sed vt quid prærequisitum non necessarium simpliciter, sed exsuppositione, supposito, quod contrahentes preuia mutuatione pecuniæ volunt hunc contractum inire. Putò enim (ni fallor) si campsor nomine suo, & sub periculo suo non mutuando daret pecuniam Metinæ eam ibi non mutuo recipienti sed vt eam hinc à Metina in Valentiam deferret, vt ibi pro alia sua cambiretur esse cambium hoc eiusdem speciei cum hoc tertiæ speciei cambio, & tamen hic nullum praecessit necessario preuium mutuum, ergo non necessario prærequiritur ad hoc genus tertium cambij, mutuetur pecunia, sed quod ante in vno loco detur, siue via mutui, siuè non, vt in alio loco cambiatur, quamuis verũ sit, quod regulariter & semper mutuum præcedit virtuale, tum quia eam recipiens hic Metinæ ad cambium propter præsentem indigentiam, qua pecuniæ vsu ibi indiget eam recipit, tum quia (vt dicemus) eam sub suo periculo recipit antequam cambietur in alio loco, quare isto modo loquendo, & soluendo obiectionem, non cogimur concedere quod perperam Garcia concedere videtur capite. 8. de cambijs pagina. 253. in fol. ad primum, vbi insinuat quod sicut homo non desinit esse animal, licet esse sensibile primario sibi conueniat quatenus est animal, & esse rationale ei primario conueniat quatenus est homo, ita hoc cambiũ sit mutuum licet primario sibi conueniat distantia temporis, vt mutuum est, & primariò eidem conuenit distantia loci, quatenus est tale cambium, quia certè non est eadem ratio. Nam animal respectu hominis genus est, quare simpliciter, & quidditatiue prædicatur de homine dicendo, homo est animal, quia genus est totum potentiale respectu speciei, aut mutuum respectu istius tertiæ speciei cambij non est genus, neque est quid totum potentiale, sed potius se habet tanquàm præambulum, & tanquàm quia prærequisitum, & istud cambium includit illud mutuum, quippe quod magis videtur accedere ad naturam partis integralis, de qua non prædicatur totum, sicut nec corpus prædicatur de manu. Hæc enim est falsa propositio, manus est corpus: ita etiam hæc propositio videtur falsa hoc cambium tertiæ speciei est mutuum, quia mutuũ aliquo modo se habet tanquam pars integralis illius, ideſt, magis partis integralis similitudinem gerit, quia non concedimus quod propriè sit pars integralis, alioquin alia pars integralis ei correspondẽs esset permutatio pecuniæ receptæ in vno loco facienda in alio loco, quæ permutatio si res tantum integralis esset, rursus hoc tertiũ genus cambij non prædicaretur de illa, sicut genus, ideſt, animal non prædicatur de parte

Diuersa est ratio.

inte-

integrali, id est, verbi gratia de manu, quia hæc est falsa, manus est animal. Ego autem non auderem dicere, quod talis permutatio cum illa connotatione, scilicet, quod sit permutatio pecuniæ acceptæ primo in alio loco proexistente in alio non sit cambium tertiæ huius speciei.

Ad. 2. obiectionem. 4. argum.

¶ Ad secundam obiectionem, seu obstantiam in quarto argumento propositam dicitur, quod verum est, quod in mutuo aliarũ rerum vsu consumptibiliũ restituẽda est res mutuata in eadem specie, sed in mutuo pecuniarum non videtur necessarium, quod eadẽ moneta aurea restituatur, nisi expresse de eo à principio fuerit conuentum, quia alias si soluatur in argenteis videtur talis mutui debito plene esse satisfactum. Nam illa lex iuris ciuilis. ff. de sol. l. Paulus. quã citat Caietanus opuscul. de cam. capit. 3. ad probandum quod res mutuata restituenda est in eadem specie, locũ tantum habet in mutuo aliarum rerum vsu cõsumptibilium præter pecuniam, at si quis contendat, quod etiam lex intelligitur in mutuo pecuniarum, id erit quando exprimitur, aut quando mutuatoris notabiliter interest suam pecuniam auream, quam mutat in eadem specie recuperare, idque verum est in his casibus in mutuo pecuniæ formali: at illa non videtur habere locum lex in mutuo virtuali, quale est mutuum, quod in hoc præcluditur cãbio tertiæ speciei, quod implicite, & in virtute huius intenti cambij fit, nisi enim hoc cambium celebrari intenderetur, non mutuaretur pecunia, neque antea in alio loco daretur. Sicut patet in emptione anticipata pecunia, vbi anticipatè soluta pecunia vim virtualis mutui habens non est restituenda in seipsa, sed in mercibus, ita in hoc cambio pecunia anticipatè data in vno loco, quæ vicem mutui virtualis habet, & mutuum virtuale est non est restituenda ipsamet necessario, sed est alia siuè sit aurea, vel argentea, vel ærea alibi pro ea cambienda. Igitur de rigore mutui pecuniarij est, quod tantumdẽ valoris reddatur, at quod sit in eadem pecunia aurea vel argentea soluendum per accidens se habet, & hoc de explicito mutuo per se sumpto intelligitur. Nam de virtuali mutuo loquẽdo, & ex fine operantis ad aliud ordinato aliter dicendum est, vt patet in supradicto exemplo.

Res mutuata an in specie reddenda.

In virtuali mutuo non idem reddendum.

Ad. 3. obiectio. 4. arg.

¶ Ad tertiam obiectionem contentam in hoc quarto argumento respondetur, quod in huiusmodi cambio tertiæ speciei varia contingunt damna, & pericula, sed quædam eorum subire attinet ad recipientem ad cambiũ: & alia eorum sustinere spectat ad campsorem dantem primò ad cambium. Nam illa pericula siuè damna quæ contingere possunt circa pecuniam receptam ad cambium antequàm alibi pro ea permutata alia reddatur, si pereat per furtum, si deterioretur, aut decurtetur interim ad recipientem subire pertinet sicut hæc subire pericula, & damna in mutuo ad mutuatariũ spectat, antequàm mutuum restituatur, sed alia sunt damna & pericula quorum meminit argumentum, quæ vel resultant ex ipsa cambitione facta postea alibi, quæ minus prosperè successit, quia vilia succedere cãbia, vel pericula illa, vel dãna quæ cõtingere possunt circa pecuniã, postquã ia est in cãbio alibi permutata, & reddita. Hæc autem omnia subire ad campsorem prius pecuniam dantem attinet, sicut ad emptorem ementem prius data pecunia, solũ attinẽt ea pericula, & damna, quę post redditã sibi pecuniam in mercibus, circa merces contingunt, aut ea damna quę incurrit in receptione mercium carioris pretij, quia carius valere eas contigit. Igitur recipiens ibi pericula, quæ ad mutuatarium spectant ibi subit, non verò ea quæ spectant ad campsorem subire in ipso cambio, vel post recuperationem pecuniæ cãbitæ. Vnde negatur quod pericula ratione mutui accepti pertinentia sibi non subeat recipiẽs ad cambium, nam illa quæ allegat ista tertia obiectio subire ad illum non pertinet.

Damna varia hic ad quem spectant.

¶ Ad quartam obiectionem contentam in quarto argumento respondetur negando, quod ibi assumitur, scilicet, quod in mutuo res mutuata repeti possit cum mutuatori placuerit, quia si res mutuata est, sicut fieri cõsueuit pro aliquo signato tempore, non licet eam mutuatori expetere ante tale tempus. Nam in hoc differt mutuum & commodatum à præcario, quia secundum Panor. capit. 1. & 2. & 3. de præcar. præcarium tandiu durat, & non magis, quàm is, qui concessit patitur.

Ad. 4. obiection. 4. arg.

Ad. 5. obiection. 4. arg.

¶ Ad quintam obiectionem, & vltimam contentam in quarto argumento respondetur dupliciter: primo modo negando prout negat Garcia, quod restituere pecuniam mutuo datam in vno loco, in alio loco variet natura mutui licet ordinarius vsus sit ibi restituere mutuum, vbi res accepta mutuo fuit. Non enim de essentia mutui est, quod restituatur in eodem loco, vbi acceptum est, nam planum est non degenerare contractus à ratione mutui, cò quod numi mutuo dati Valentiæ restituantur Hispali. Secundò respondetur, & forte melius quod quidquid sit de mutuo explicito per se sumpto, tamen planũ est mutuum implicitũ,

& virtuale ad aliud ordinatũ nõ esse necessario restituendum in eodem loco, sicut est videre dum anticipatè detur pecunia in vno loco pro mercibus emendis, in alio loco secundum D. Thomam ibi immiscetur mutuum implicitũ, & virtuale, & tamen non est restituendum in loco vbi acceptum est.

CAP. VI. *Cambium istud tertiæ speciei, an licitum sit, & quod Albornozius damnat hoc contractum: duo similia proponuntur exempla quibus iustitia huius cambij ostenditur vulgare dictum. scilicet, quod mercatores parati sint dare pecuniam ad cambium quomodo intelligatur, & de quodam simili declarante iustitiam huius cambij, & declaratur quomodo cambium secundum & tertium non sunt contraria contra Albornozium.*

Quæst. POstquàm iam nos excusimus ab illa quæstione, vbi quærebatur ad quem nominatum contractum cambiũ hoc tertiæ speciei reducatur, iam de eius iustificatione agendum est, scilicet, an iustus contractus sit, & licitus. Variant doctores. Non enim ab omnibus approbatur, sed quibusdam eum cõtractum iustificantibus, ab alijs damnatur, neque qui approbant in modo approbandi hoc cambium conueniunt, igitur eruendæ veritatis deliteſcentis causa, argumẽta pro parte negatiua proponamus.

Argum. 1. ¶ Arguitur ergo primò, istud tertij generis cambium est quædam permutatio pecuniæ pro pecunia, sed in permutatione pecunię pro pecunia, vt patet in primo genere cambij per literas debet seruari æqualitas, ergo cambiũ hoc non est iustum neque licitum, quippe quod æqualitatẽ non seruat, quia in illo prius dans pecuniam vltra valorem pecuniæ datæ postulat interesse.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, quia in hoc contractu, qui primò recipit pecunias eas transfert cãbiendas cum lucro eas dati, quod dans receptaturus est in alio loco, sed translatio hæc pecuniarum est æstimabilis pretio, in qua ramẽ eas pecunias primò recipiens defraudatur, scilicet, in debita sibi transmissionis pecuniarum mercede, ergo cambium hoc est iniustum ex parte campsoris prius dantis pecunias ad cambium.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur, quia illicitus est contractus, in quo ratione mutui palliati intenditur lucrum, sed (vt superius probatum est) in hoc cambio immiscetur mutuum virtuale, ac palliatum, ratione cuius appetitur lucrum, ergo est contractus vsurarius, quia ex pecunia mutuata, quæ periculo recipientis aliò est delata, contendit lucrum accipere. Neque enim (vt antea diximus) immutat naturam mutui, quòd soluatur in alia pecunia, & in alio loco.

Confirm. ¶ Item confirmatur, quia secundum cambium est iustum, ergo istud tertium est malum, patet consequentia, quia contrariantur.

In contra. ¶ In contrarium est quod Pius. V. in extrauaganti in eam, quam edidit super cambia nõ absolutè damnat hoc cambium, sed tantum in casibus in quibus peruertitur, aut ob malas adiectas circumstantias vitiatur.

Albornotꝰ damnat. 3. genus cambij. ¶ Igitur quia exceptis his doctoribus, qui propter aliquam earum rationum, quæ in argumentis supra positis præ tactæ sunt, hoc cãbium tertij generis damnarunt, & excepto Albornozio tertio libro de contractibus, qui titulo. 4. propter argumentum â se excogitatum, & reputatum insolubile, quod loco confirmationis tertio argumento subiecimus, hoc cambium omnino reprobat, ab alijs doctoribus solitum est approbari, & ab extrauaganti Pij. V. non condemnatur, sed tantum eius abusus, qui ibi atro calculo notantur, ideo perscrutari oportet causas iustificationis eius. Nam variæ à diuersis doctoribus assignantur. At vt deueniamus tandem ad veram causam iustificatiuam huius tertiæ speciei cambij, prius excludamus eas causas, quas aliqui moderni doctores pro iustificatione huius cambij afferunt, quæ tamen ad punctum eius iustitiæ non omnino attingunt. Igitur vt separemus veram, & solidam causam, & rationem eius iustitiæ ab his, quæ ad eius iustitiam parum conferunt has stabiliamus conclusiones.

Conclus. 1. ¶ Prima conclusio non est idonea ratio ad iustificandum hoc cambium tertiæ speciei dicere, quòd ideò in eo accipitur interesse à cãpsore, scilicet, quia dum indigenti pecunia Motinæ eam ibi impendit, liberat eum à periculis, expensis, & laboribus asportandi suam pecuniam quam Valentiæ habet ad Metinã vbi ea opus habebat, propter quod campsor iustè mercedem meretur. Hæc conclusio est contra Licentiatum Christophorum de Villalon hac ratione contendentem hoc cambium iustificare. Hanc tamen conclusionem, quam tenet Garcia duplici ratione confirmat, tum quia neque campsor, neque quiuis alius potest interesse aliquod lucri velle captare pro liberando alio ab expensis, & laboribus, & eripiendo eũ à periculis nisi hui' gratia similibus laboribus, expẽsis, & periculis se subijciat, vel aliquid de

Prob. 1.

se

ſe præſtet, quod ſuapte natura de iuſtitia aliqua remuneratione, vel mercede ſit dignum, at verò conſtat, quod in hoc cambio campſor nihil aliud de ſe exhibet, quàm alteri in hoc loco, ſcilicet, Metinæ conferre pecunias pro ſua indigentia ſupplenda cum obligatione tamen eas in alio loco reſtituendi, quod quidē beneficium ſuapte natura mercede, & intereſſe non eſt dignum, vtpote quod ſuapte natura eſt quoddam mutuum.

¶ Tum quia recipiens pecunias Metinæ pro Lugduno ad cambium nō ſemper Lugduni pecunias habet paratas, quas poſſit inde in Metinam pro ſubueniendo ſuæ neceſsitati deducere licet ſpe teneatur eas pecunias Lugduni habendi earum reſtitutionis tempore, quare campſor, qui Metinæ tribuit pecunias ad cambium pro Lugduno non eſt cenſendus vere pecunias aliquas ex Lugduno in Metinam transferre. 2.

Concluſ. 4. ¶ Secunda concluſio non eſt ſatis conſentanea, aut ſufficiens ratio ad iuſtificandū hoc cambium tertiæ ſpeciei dicere, quod ideò eſt licitum etiam ſi cum intereſſe dantis ad cambium fiat, quia, ſcilicet, dans ſic pecuniam Metinæ recipienti eam ad cambium pro Lugduno obligationem ſubit eam in Lugduno reſtitutum ſuis expenſis laboribus, & periculis reducendi in Metinam, vbi ea campſor, qui primò dedit indiget, quia ibi ſibi magis eſt proficua. Hæc concluſio eſt contra doctorem Sarauiam in libro cui titulum indidit, Inſtructio mercatorum in tractatu de cambijs penes finem capitis. 4.

Prob. ¶ Probatur hæc concluſio quia hæc ratio ſolum probat, quod ſi huiuſmodi contractus eſſet purum mutuum ratione damni emergentis, ſcilicet, quia pecunia quam mutuat hic, reſtituenda eſt alibi, quæ reſtitutio aliquando non contingit ſine damno, quod patitur mutuans in deducendo pecuniam mutuatā hic, & alibi ſolutam, poſſet mutuans, aliquod intereſſe vltra accipere, ſicut locans mulam ad iter in Valētiam agendum, ſi ibi eſſet à conducente relinquenda, tunc vltra ordinarium pretium locationis mulæ locator aliquid plus poſſet accipere pro obligatione, quàm ſubit ſuis expenſis eam è Valentia ad ſuam domum reducendi. Hæc autem Sarauię ratio non attingit eam iuſtitiam, qua iſte contractus quatenus cambium eſt tertiæ ſpeciei iuſtus eſt, eſt ergo hæc ratio reddenda hic.

Concluſ. 3. ¶ Tertia ergo ſtatuitur concluſio. Hoc cambium tertiæ ſpeciei in quo primo Metinæ, ſcilicet, indigens pecunia ibi eam recipit ad cambium in Lugduno conficiendum, ſeclusis abuſibus tum iuſtum eſt, tum etiā propriam ſuæ iuſtitiæ rationem habet. Hæc autē concluſio eſt Garciæ in. 2. part. de contract. in materia de cambijs cap. 9. pag. 291.

Prob. ¶ Patet autem concluſio quia ſi hoc cambium ex ſe iniuſtum eſſet, Pius. V. in illa extra uaganti in eam, non ſolum eius cambij abuſus damnaſſet, ſicut de facto damnat, ſcilicet, quando abutendo huius cambij nomine, ſub eius prætextu, & nomine ficta, & non realia confinguntur cambia, ſed etiam illud damnaſſet, quod tamen non damnat, ſed eius fictiones, & abuſus tollit, vt ibi videre eſt.

Pro. 2. partis. ¶ Secunda autem concluſionis huius pars patet, quia in permutatione pecuniæ in vno loco valentis minus, p pecunia in alio loco pluris æſtimata, dum deducta eſt ad locum vbi magis æſtimatur, & ibi cambitur nulla interuenit iniquitas ex ſe, ſed ſic vſu euenit in iſto tertio genere cambij, quia pecunia prius data, & recepta vbi minoris æſtimabatur, reſtituitur alibi iam permutata cum pecunia illius loci, vbi verbi gratia pluris æſtimabatur, ergo eſt permutatio iuſta.

Simile. ¶ Probatur autem ſeu magis explicatur exēplo probatio prima, quia ſimile eſt cambium hoc contractui illi vbi per meipſum, aut per alium ſicut fit in hoc cambio meam pecuniā transferens ab eo loco, vbi minoris æſtimatur ad locum, vbi maioris æſtimationis eſt, ibi iam tranſlatam eam permutarem cum alia iuxta æſtimationem maiorem, quam ibi habet, in quo contractu etiam cum acceſsione lucri celebrato nulla eſt iniquitas, nam non ſumitur lucrum ex mutuo, ſed ex iuſta cambitione. Sic & in iſto tertij generis cambio vſu euenit. ¶ Et quidem etiam ad inſtar illius, qui poteſt planè ſibi lucrum iuſtum parare, ſi pecunias ſuas ab eo loco, vbi merces cariores habētur, ad id loci vbi in viliori ſunt pretio aſportā do minori pecunia maiorem copiam merciū emat venditurus eas merces poſtea cum lucro alibi, vbi maioris æſtimantur, ſic etiam iſte dat pecuniam tranſuehendam veluti ad locū vbi ſibi magis in ordine ad cambia exercenda valet, quare lucrum hinc ſibi parare iuſtè poteſt. Hæc autem ſummatim, & in genere dicta ſint. Nam in ſequentibus ea principia, & fundamenta, quibus in hoc cambio, iuſtè lucrum capi poſſit referenda ſunt latius, & diſtinctius, nunc ad argumenta ſupra allata diſſoluenda accedamus. Simile.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primum argumentum, reſpondetur quod non eſt eadem ratio de primo genere cā bij,

bij, & de hoc tertio genere cambij, quia in primo genere cambij, res permutatæ sunt in distinctis locis, quando concluditur earum cãbium, ideò æqualitas ibi taliter seruanda est, quod nullus cambientium lucrum reportet. At verò in tertio genere cambij, quando ad eius peruenitur consummationẽ iam cambiẽdæ monetæ non sunt in differentibus locis cõstitutæ, sed in eodem loco, vbi perficiendum est cambium. Non enim perficitur, vbi prius moneta datur, sed vbi post commutata recipitur. Sicut si recipiens Metinæ aureos illos receptos deferat ad Lugdunum, ibique eos cãbiat soluendo domino eorum in argenteis, iã inde domino eos prius danti lucrum succresceret in perceptione monetæ plus valentis, quàm valebat pecunia quàm prius dedit, vbi data est, & quidem iustè hic lucrum hinc expetitur, sicut etiam ex pecunia anticipate data in vno loco ad comparandum merces in alio loco.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum argumentum negatur, quod contractus hic pertineat ad locationem vel conductionem, quasi recipiens pecuniam primò in vno loco ad cambium perficiendum in alio, locet suas operas ad deferendam pecuniam ad locum cambij, quia ad id non se locat ad instantiam campsoris prius dantis, quia forte campsor non erat delaturus pecuniam, quam dat Metinæ ad cambium pro Lugduno in Lugdunum, quod si paratus erat deferre, sed non ad expensas suas, sicut parati sunt, qui conduxere equos aditer eos reducere ad suum dominum, & locum, sed nõ semper ad expensas suas, sed ad expensas illius qui quærit equum aditer agendum in illum locũ ad quem talis equus est reducendus, si se offerat talis equi reductor. Vnde quando vulgariter dicitur mercatores, seu campsores paratos ad dandam suam pecuniam ad cambium ex vno loco ad alium non sic est accipiendum, scilicet, quod sint parati ad deferendam eam suis expensis ad locum cambij, sed quod sint parati ad consentiendum talis pecuniæ delationi ad expensas eorum, qui eam petere voluerint ad cambium, quod exempio accõmodatissimo allato equi locabilis aditer, & reducendi ad suum locum clarescit. Vnde sicut illa reportatio equi ad suum locum in prafigna to casu non est ita æstimabilis pretio vt tunc equum reportanti quo is indigebat ad iter, quem bona fortuna fauente nactus est, sit aliquid mercedis pro eius reductione tribuendum. Sic in isto tertij generis cambij illa delatio pecuniæ ad locum cambij facta per eum qui eam pecuniam propter suam necessitatẽ petierat, & receperat, non censetur sic esse æstimabilis pretio, vt iste recipiens de iustitia ob hoc mercede dignus sit.

Vulgare dictum quomodo accipiendum.

Simile.

¶ Ad tertium argumentum, respondetur quod licet concedamus hoc tertium genus cãbij virtuale includere mutuum, tamen negamus quod ratione mutui, in eo lucrum, vel interesse expetatur, quia ratione cambij ibi principaliter intenti lucrum sumitur à campsore, sicut emptor non ex anticipata solutione, quæ est virtuale mutuum, sed ex ipsa emptione mercium iuste aliquando sibi parat lucrum. *Ad. 3. arg.*

¶ Ad confirmationem, quam Albornozius insolubile argumentum esse putauit respondetur, quod tantum abest, vt contra non præualeat, vt certè non multum apparentiæ præseferat. Tum quia negamus secundum genus, & tertium cambiorum per literas sibi inuicem contrariari, aut sibi inuicem contradictoriè vt negatio repugnat affirmationi interse repugnare, quia non sunt contradictoriæ, aut contrariè respectu eiusdem ista cambia sibi repugnantia, vt Albornozius autumat, sed tantum sunt inter se differentia quia secundum cambium ad locationis contractum attinet, ait verò tertij generis cambium quędam permutatio est. Sola igitur eorum differentia considerata principaliter in hoc, quod si verbi gratia idem, scilicet, Petrus velit cambium inire secũdum, id debet fieri principaliter ad suam instãtiam, & ipse pecuniam suam aliò trasmittendam daturus est primò. Si autem idem Petrus tanquam primò inchoans velit cambium tertiũ celebrare, celebrabitur ad instantiam suã, tamen & si in secundo cambio fuit primo pecuniam dans, iam si sic celebret tertium cambium ad suam instantiam, ibi erit primò pecunias recipiens, & non primo dans. Itaque ille, qui in secundo cambio primò dat, in tertij generis cambio, primò recipit, sicut qui in emptione mercium anticipata solutione, dum sic eas emit primò dat pretium, si postea postquã recuperauit merces emptas, rursus eas anticipata solutione (quia cum pretium statim recipiat non statim eas emptori tradit) vendit, prãmò recipit pretium. Ita accidit hæc cambia secunda & tertia celebranti. *Cambiũ. 2 & 3. non sunt contrarij contra Albor.* *Differẽt. cãbij. 2 & 3. per liter.*

¶ Itaque hæc duo extrema, seu potius principia, scilicet, primò dans, & primò recipiens, ea cambia principaliter diuersificant, quæ non causant oppositionem propriè cum non accipiantur respectu eiusdem, sicut recipiens respectu Petri sibi dantis non opponitur danti

respectu

reſpectu Pauli cui aliquid dat. Tum quia & ſi cõcederemus hæc duo cãbia ſecundũ, & tertiũ habere ſe ſicut affirmationẽ, & negationẽ q̃tamẽ nõ cõcedimus, nihilominus propter diuerſa motiua quę ibi concurrunt contradictoria, aut contraria proprie non eſſent, ſicut veſci carnibus, & non veſci carnibus vere affirmatio, & negatio ſunt in genere naturæ, tamen ſi loquamur in genere moris, ſi ſumantur cum diuerſis motiuis, & reſpectibus in genere boni & mali moralis, ſibi inuicem nõ opponũtur. Nam ſicut veſci carnibus propter ſuſtentationem naturæ debilis bonum eſt, ita etiã non veſci carnibus propter compeſcendam laſciuiam carnis bonum, & ſanctum eſt, ſic contingeret ob diuerſa motiua in his duobus cambijs.

CAP. VII. *De cauſis octo ex quibus numi magis in vno loco quam in alio æſtimantur, & de cauſis quibus in hoc tertio cambio lucrum intenditur: de cambio Valentiæ, an licitum ſit diſſeritur, & an iuſtificetur per rationem Garciæ, & proponitur ſententia authoris circa hoc.*

IAm cum ad eas rimandas diſcutiendaſque cauſas quibus in hoc tertio genere cambij lucrum captari poſsit, accingimur, in obſtruſa magis difficultatum inuolucra immergimur. Intricatiora enim omnium quæ in hac materia cambiorum occurrunt dubia, hæc planè ſunt, quæ diſputanda ſuperſunt. Cum ergo rationes hæ, quibus in iſto tertio genere cambij lucrum aucuparii iuſte quis poſsit, ex illis cauſis ſumantur, quibus vna eademque pecunia magis valet in vno loco, quàm in alio, cauſæ hæ primò ſunt nobis perueſtigandæ.

Cauſæ quibus numi magis in vno loco quàm alio æſtimãtur.

¶ Nauarrus igitur in commentar. de cambijs nume. 43. octo colligit cauſas, ob quas numi etiam ſi ſint æquales in ſuo naturali, id eſt, legali valore, ſoliti ſunt pluris æſtimari. Primò quia ex diuerſis metallis conſtant. 1. ¶ Secundò, quia & ſi eadem ſpecie metalli conſtent, non tamen eoſdem gradus, id eſt, quilates, obtinent. 2. ¶ Tertiò, quia in figura, & pondere nõ adæquantur. 3. ¶ Quartò, ratione diuerſarum regionum, quibus numi hi cõſtituti ſunt. 4. ¶ Quintò, ob alterius numiſmatis reprobationem, aut veriſimilem metum, quod ſit reprobandum, vel ob eorum aſcenſum, deſcenſumvè in valore. 5. 6. ¶ Sextò, diuerſi temporis gratia. 7. ¶ Septimò, ob huiuſmodi numiſmatis abundantiam, vel penuriam. 8. ¶ Octauò, præſentiæ vnius, & abſentiæ alterius cauſa. At verò Garcia ſecunda parte de contr. capit. decimo, pagin. 295. quatenus attinet ad hoc genus tertium cambij, eas præſignat cauſas, quare numiſma vnũ maiore alio æſtimationẽ, ſeu valorem poteſt obtinere in loco vno, quàm in alio, prætermiſſis autem alijs, cauſæ hæ ſunt tres. Nam primò contingit vnum numiſma maioris valoris eſſe in loco vno, quàm in alio, quia in vno loco, pretio ſuo naturali, ideſt, ſibi ibi præfixo per legem antecellit numiſma idem conſtitens in alio loco, ſicut argenteus Caſtellanenſis præſtat valore legali conſtitutus Cataluniæ vel Aragoniæ, quam dum conſtitutus eſt in Valentia. Contingit ſecundoque plus valet numiſma in vno loco, quàm alio ratione præſentiæ ſcilicet, quia dum eſt præſens, vtpote commodior ad vſes neceſſarios magis valet, quam dum eſt abſens: tertiò, numiſma ſortitur maiorem valorem in vno loco, quàm in alio ratione maioris æſtimationis non naturalis, ideſt, legalis, ſed maioris æſtimationis accidentalis, qua contingit pluris inter campſores æſtimari in vno loco, quàm in alio. ¶ Ex his autem cauſis contingit huic intendentes cãbio lucrum conquirere, neque enim (vt ſupra meminimus) prohibetur aliquis hoc genere cambij ſibi lucrum parare ex æqualitate, quam expoſtulat natura cambij, quod videtur eſſe quædam permutatio æqualis inter partes. Nam hanc æqualitatem primum genus cãbij per literas maximè expoſcit, eò quod dum perficitur, concluditurque cambium, res permutatæ ſunt in diſtinctis locis. Verum in cãbio hoc tertij generis, quando peruertitur ad conſummationẽ contractus, numiſmata cambienda iam tunc nõ ſunt in diſtantibus locis, ſed in eodem, in quo iam in æqualitate valoris conueniunt, atque ideireo propriè non dicitur ibi malus numiſma pro nummo, aut contra permutari. Accidit igitur iuſtè in hoc tertio genere cambij lucrum reportari, eò quod iam numiſma ad locum importatum eſt, vbi pro maiori pretio cambiri poteſt, quàm in loco vbi datum eſt valebat. Sicut iuſtè ſibi conquirere lucrum poſſet is, qui anticipatè tradidiſſet pecuniam in vno loco ad emendas merces in alio loco, vbi vilioris veneũt. Nam hic nõ ratione mutui, ſed ratione emptionis merciũ perficiendæ in alio loco captat lucrum. Sic etiam campſor hic quidat ad cambium anticipatè pecuniam ad inſtantiam recipientis in alio loco per viam cambij reddendam non ratione mutui, ſed ratione permutationis pecuniæ in alio loco factæ ſibi parit lucrum iuſtè.

Quibuscauſis in. 3. cãbio lucrum intẽdatur.

Quæſtio.

¶ At quoniam primam cauſam capiendi lucrum in cambijs diuerſitatem valoris legalis, quem

quem eadem moneta in diuersis locis habet esse diximus, iam hinc dubium illud emergit, quod excitat Garcia in. 2. p. de contract. cap. 10. pag. 300. scilicet, vtrum licitus sit contractus, quem vsus inuexit, vbi Valentiæ in minutis æreis pecunijs, dineros nuncupatis, imponduntur alicui. 2000. regalia Valentia singula ibi. 23. æra minuta, dineros dicta, ad cambium Aragoniæ, vel Cathaluniæ finiendum cumque Valentiæ collata fuerint tot æra minuta, quot ibi in. 2000. regalibus computantur, quippe quæ quadraginta, & sex millia æra minuta, huiusmodi sunt, Cathaluniæ vel Aragoniæ restituuntur. 2000. regalia qui fuere non in argentea pecunia, sed in minutis illis æreis pecunijs accepta primò Valentiæ, restituuntur (inquam) in pecunia argentea, scilicet, in. 2000. regalibus argenteis singulis valentibus. 24. æra minuta, vel soluuntur in ære minuto pro singulis regalibus remetiendo. 24. æra minuta. Item an licitus sit contractus huic assimilis, vbi quis Valentiæ centum aureos ad cambium Olisiponæ celebrandum daret eosque centum aureos, id est, ducatos non in aureo, sed in argenteis numerarent Valentiæ, vbi verbi gratia singuli ducati vndecim argenteos valent, cum Olisipponæ huiusmodi ducati singuli tredecim valeant regalia, si & Olisipponæ in argenteis tot numero quot valent ibi singuli ducati argēteos reciperet, vel quod idem est, si pro singulis ducatis, 13. argenteos reciperet, de his contractibus meritò controuertitur, an licita cambia sint.

Argum. ¶ Nam neque ratione mutui virtualis ibi inclusi, neque ratione cambij ibi intenti lucrum quod accipitur licitè accipi videtur, q̃ non ratione mutui liceat patet. Quia non licet mutuare argenteos Castellanenses valentes Valentiæ singulos. 23. æra minuta ex tribus assibus cōstātia, vt tot idē Cathaluniæ restituātur in seipsis, vbi singuli argentei plura æra minuta valent, quia singuli valent æra minuta. 24. Quia iam ratione mutui reportaretur lucrum.

Argum. ¶ Sed quod neque etiam ratione cambij liceat talis contractus patet, quia quadraginta & sex millia æra minuta data Valentiæ ad cābium quæ Valentiæ æquiualent duobus millibus Castellanensibus argenteis si Cathaluniæ permutentur pro argenteis Castellanensibus, quia ibi argentei Castellanenses pluris æstimantur, non essent reddendi in hoc cambio nisi mille, & nouies centum, & decem, & sex argentei & decem & sex æra minuta vltra, ergo qui Valentiæ argenteos. 2000. in ære minuto prædicto tribueret, non licite posset ex cambio Cathaluniæ consummato. 2000. regalia in argento reportare, quia illa minuta æra Valentię æquiualentia 2000. argenteis, si delata fuissent in Carhaluniam, ibique pro argenteis cambirentur, duo millia regalia in argento in valore non adæquarent.

¶ In contrarium inquit Garcia est vsus qui circa exercitium horum contractuum inualuit, nititurque hunc tueri contractum, & iustificare ex intentione contrahentium quæ eò solum spectat, vt in his contractibus dentur, & recipiantur scuta ad cambium, siue in argenteis numis, vel æreis dentur id parum reputatur inter contrahentes, quia id prætereorum intentionem est, & accidentale. *In contra.*

¶ Igitur ad quæstionem dicimus primò, in quo omnino conuenimus cum Garcia, scilicet, quod si quis ex consultò Valentię, quia ibi minutis numis eget, minuta æra peteret ad cābium, & scuta, vel argenteos numos non peteret, quia his Valentiæ illi opus non erat, tūc non posset campsor postquam præstitit consensum tali contractui petere tot regalia in loco cambij, quot valebant æra minuta, quæ cō tulit in Valentia, si in loco cambij, scilicet, in Cathalunia pluris æstimantur argentei hoc autem sufficienter probat argumentum supra positum. *Dictum.*

¶ Secundò dicimus, quod quando campsor Valentiæ faciliter nullum interesse soluendo posset illa æra minuta, dineros nūcupata, pro scutis, aut argenteis in magna quantitate & copia sufficienti commutare, & si paratus esset commutare pro scutis, aut argenteis Castellanensibus in Valentia, quo talia scuta, vel argenteos Castellanenses destinaret ad cambium pro Cathalunia, vel Aragonia: tunc si ad instantiam alicuius petentis ibi pecuniam ad cambium pro Aragonia, vel Catalunia, ibi illa æra minuta pro cambio ad Aragoniam d. ret, concurrentibus alijs conditionibus iustificantibus lucrum cessans, posset ea in scutis (si in scutis ea in Valentia erat sic commutaturus) recipere in cambio Aragoniæ, & sic etiam in argenteis Castellanensibus posset in tali cambio Aragoniæ recipere illa æra minuta prius Valentię ad cambium pro Aragonia data, quādo in animo destinarat ea commutare pro argenteis Castellanensibus sic Valentiæ, vt daret eos ad cambiū pro Aragonia, posset inquā tot argenteos Castellanenses Aragonię recipere, quot illa æra minuta valent Valentiæ, licet Aragonię nō tot argenteos Castellanenses valent. *Dictum. 2.*

lent. ¶ Et idem est dicendum de secundo cõtractu in hoc casu, scilicet quando ducati, vbi valent tantum vndecim regalia, numerantur non in aureis ducatis, sed in argenteis pro cãbio ad Lusitaniam, vbi tredecim singuli argẽteos valent.

Prob. ¶ Hoc autem secundum assertum probat sufficienter exemplum ibi adductum à Garcia, scilicet, quod si quis paratus esset emere decem aureis decem mensuras tritici mittendas ad locum vbi viginti aureos valerent, si aliquis eas decem mensuras tritici peteret ad cambiũ soluendas in alio loco vbi viginti aureos valere diximus, neque is à quo petit potest eas dare, quia eis caret, vel nondum eas emerat, si is qui adhuc petit pecuniam, qua illę decem mẽsuræ erant emendæ, scilicet, decem aureos, admonitus de lucro cessante illud soluere acceptat, potest qui huiusmodi decem aureos sic destinatos ad lucrum dat pro eis alibi recipere totidem mensuras tritici, scilicet. 10. vel loco illarum. 20. aureos quos ibi valent, sic in præsenti casu, quia vtrobique interuenit lucrum cessans, ex quo deducendi sunt labores, & expensæ.

Dictum. 3. cõtra Gar. ¶ Tertiò dicimus quod extra casum lucri cessantis non bene iustificatur hic contractus vsu receptus per rationẽ, quam adducit Garcia, scilicet, quod cum intentio principalis cãbientium sit dare, & recipere ad cambium ducatos, præter intentionem eorum est, & accidentale, quòd in auro vel in argenteis numis vel in æreis dentur, & recipiantur, quia de hoc nihil curatur. Nam ratio hæc licet forte posset iustificare huiusmodi contractum in casu, quo vna pars non magis grauaretur, quàm alia, sed certè quia pars recipiens ad cambium videtur grauari maximè in casu quo indigeret pecunia aurea, vel argentea ad aliò commodius trãsferendam, & ad ibi translatã in usu mendam in merces, vel ad alios vsus, ad quos non possent conducere numismata ærea, neque ibi facile commutari possent in numismata aurea vel argentea, nisi super æstimationem legalem aureorum, vel argenteorum aliquid supererogando. tunc non liceret campsori numeranti Valentiæ. 2000. argenteos in minutis æreis numis eos velle recuperare in cambio Cataluniæ consummando, in argenteis numis plura æra minuta valentibus, quia cum in celebrando contractum intercedit alicuius partis grauamen & damnum, non est præsumendum partem læsam ex intentione, & libenter velle illud subire.

Sẽt. autor. ¶ Quartò dicimus quod forte melius, & rationabilius iustificatur prædictus contractus, si iustificandus est, ea ratione, de qua postea fumus disputaturi, scilicet, ratione præsentiæ, & absentiæ; nam æra minuta præsentia, quæ Valentiæ numerantur ad cambium pro Catalunia, ratione expensarum, & periculorum latronum grassantium in via magis valent (quia his expensis, & periculis carent) quam totidem æra minuta in cambio Cataluniæ consumando rehabita, quæ cum expensis, atque periculis in Valentiam sunt reducenda. Hac ergo ratione, & quando ex aliquibus circunstantijs concurrentibus non magis grauaretur vna pars contrahentium, quam alia, posset tolerari contractus iam vsu receptus.

CAP. VIII.

De causa inducente maiorem æstimationem pecuniæ quæ est præsentia in loco, & probatur, quod hæc maxima sit vera, scilicet, quod pecunia præsens in loco magis valet quam absens a loco, & quod in campsoribus locum habeat, & probatur à simili contra Mecatum & Sotum, & quod hanc causam aliæ interdum concomitantur, & quod prædicta maxima intelligitur cæteris paribus, & quod satis est cambium hoc de se fit periculosum, vt patet exemplo equi intelligentia dicti allegati in contra cum exemplo accommodo, adiuncto alio exemplo ex Garcia ad explicationem huius cambij.

Quæstio. POrro de secunda causa inducente maiorẽ æstimationẽ pecuniæ quę est eiꝰ præsentia in eo loco, vbi datur ad cãbium, nũc nobis differendũ est: quæ quoniã non ab omnibus acceptatur hic in disputationem reuocanda videtur præmisso primo, quod duplex hic absentia consideranda est: sicut etiam duplex præsentia, alia quidem temporis, alia autem loci: sicut pecunia post in futurum soluẽda dicitur absens (respectu pecuniæ, quæ soluitur de præsenti) absentia temporis, quæ quidem absentia temporis secluso lucro cessante, aut damno emergenti non causat de se maiorem æstimationem in pecunia præsenti, quam in absenti. Alioquin omne mutuum cum lucro, vbi intercederet tempus ad illud soluendum posset iustificari, quod est absurdum dicta eum sit vsura. ¶ Absens autem absentia loci dicitur pecunia illa, quæ in alio loco remotiori ab eo in quo ego sum cõstitutus, cõstituta est his suppositis.

Argu. 1. ¶ Arguitur primò, pro parte negatiua sic argumento Soti, quia cãpsores nihil dãni, aut periculi, aut laboris, aut expensarũ subeũt in redu-

reducendo ad ſuam præſentiam pecuniam, quam conferunt ad cambium, imo non raro illam cum lucro ad ſe reducunt: ergo non valet iſtis campſoribus pecunia præſens magis, quàm abſens.

Argum. 2. ¶ Secundò arguitur, quà ſi ratione præſentiæ localis magis valet pecunia præſens, quam abſens, hinc ſequeretur, quod toties, quoties quis præſentes numos erogaret alicui, qui eos abſente, eſſet lucraturus poſſet ab eo lucrū exigere, quod tamen non raro in contrariam vertitur aleam. Nam ſæpe videre eſt eos, quia præſentes numos numerant eis, qui eos ſunt abſentaturi, pati iacturam. Nam centum eureos præſentes Cataluniæ numerantibus ad cambium pro Roma, aut Lugduno, Lugduni aut Romæ non redduntur, niſi tantum nonaginta: ergo pecunia præſens ratione præſentiæ non eſt maioris valoris quàm abſens.

Argum. 3. ¶ Tertiò arguitur argumento Mercati, quia mercatoribus, & campſoribus magis valet pecunia abſens, quàm præſens, quia ad vſum negotiationis magis cōfert abſens pecunia, quā præſens, quia in abſentia dum negotiationi eſt ibi mancipata, lucrum illis parit, quod parere nequaquàm poteſt dum domi eſt præſens & manet ociosa: nequè tranſmittitur aliò ad negotiationem. ¶ Et confirmatur, quia non ſubſecuto damno non fit recompenſa, hic autem campſori, nullum ſequitur damnum: ergo.

Argum. 4. ¶ Quarto arguitur quia ſi ratione præſentiæ pecuniæ præſentes maiorem valorem aſſequūtur, quàm abſentes, ſequitur quod hinc omnis vſura iuſtificari poſſet. Siquidem mutuo dans pecuniam præſentem poſt quàm ratione præſentiæ magis valeret, quam pecunia pro ea rependenda, quæ quia abſens eſt minoris valoris eſt, poſſet aliquid lucri vltra pecuniam mutuatam recipere licitè, quippe qui in recompenſam illius maioris valoris, quo valet magis pecunia, quam mutuat vtpote præſens, quanquam redhibenda eſt quæ eſt abſens, illud plus vltra pecuniam mutuatam acciperet.

Argum. 5. ¶ Quinto arguitur argumento difficiliori Garciæ ſic, quia aliquando parati ſunt campſores ad trāſmittendam monetam, quam dāt hic ad cambium pro Roma, quia ſua intereſt eam monetam in Romam traducere, vbi perficiendum eſt cambium: ergo ratione abſentiæ. ſ. quia eam recipiens monetam ad cambium, eam facit abſentem, non poſſunt campſores lucrum captare. Non enim in hoc caſu in quo ipſi campſores parati ſunt ad ſuam monetam aliò tranſmittendam, tenentur ipſi recipientes ad cambium ad eam reducendam ſuis expenſis, aut periculo ad campſorum præſentiam.

Confirma. ¶ Et confirmatur ſi aliquis reciperet pecuniam trafuehendam in Venetias pro emptione librorum, vt inde Venetijs libros emeret, virtute huius contractus ad reportandum huiuſmodi libros ex Venetijs ad locum vbi recepit pecuniam non maneret aſtrictus. Quia mercatoris dantis illam pecuniam intereat, tum illam in Venetias mittere pro ibi ſibi emendis libris, tum libros ibi emptos inde ad ſe reportare, ergo pari ratione cum campſoris interſit iſtam ſuam pecuniam mittere ad alium locum, ad celebrandū ibi cambium, eam recipiens non tenebitur poſt quàm tanquàm mercem iam permutatam reddidit in cambio, eam ſuis expenſis reducere ad eiuſdem campſoris manum.

Arg. in cō trā. ¶ In oppoſitum eſt authoritas celebrium doctorum ſcilicet Silueſtri vſura. 4. q. 4. penes finem. & Caietani, Opuſculo de cambijs capit. 7. & Nauarri Comment. de cambijs num. 62. citantis ibi Calderinum Conſilio. 11. de vſuris, & Laurentium Rodulph. in capit conſuluit. q. 1. partis. 3. vt huius oppoſitæ ſententiæ primos aſſertores, & Garciæ 2. parte de contractibus capit 10. pag. 309. qui omnes vnanimiter aſſeuerant pecuniam præſentem in loco plus valere, quàm pecuniam à loco abſentem, hancquè ſententiam tuentur contra Sotum lib. 6. de iuſt. & iur. q. 12. art. 2.

Prænotamen. 1. ¶ Reſponſuri igitur ad quæſtionem premittimus notatu digna duo. ſ. primum, quod nos hic non agimus de rei, aut pecuniæ præſentia, & abſentia in tempore, id eſt quatenus eſt in tempore præſenti, vel futuro: ſed ſolum agimus de rei, aut pecuniæ præſentia, aut abſentia ratione diuerſitatis locorum, in quibus ſunt pecuniæ. ¶ Secundum autem eſt quod duplici nomine pecunia præſens vt ſic dicitur maiori valore præſtare, quàm abſens, primò quatenus vt præſens, eſt magis in promptu: & ad manum vt poſsit inſeruire in omnes vſus neceſſarias, quibus perſonæ opus fuerit ad quos vſus conferre nō poteſt pecunia dū eſt abſens. Secūdò, ratione expenſarū, laborū, & periculorū, quæ ſubeunda ſunt pro reportatione pecuniæ abſentis ad locū vbi fiat præſens, & ad vſus neceſſarios, & placētes fiat accōmodatior. Cuius rei gratia non abeſt à vero aſſerere pecuniam præſentem magis valere illi,

2.

illi, cui attinet illam reducere à loco, vbi absens est ad locum, vbi præsentata magis in procinctu sit posita ad vsus necessarios. Siquidem præsens talis pecunia est, à periculis, & expensis, & laboribus eam reducendi gratia subeundis eius præsentia liberat, eademq; ratione pecunia absens minoris valoris censetur esse. Nam sicut autore Sylvestro loco supra citato, res distans considerata sub tali distantia minus valet, quàm præsens, sic idem est dicendum de pecunia, quatenus deseruit ad necessarios vsus.

Conclus. ¶ Sit igitur conclusio responsiua ad quæstionem, in hoc tertio genere cambij cāptor, quia pecuniam præsentem confert ad cambium, quam alibi in cambio recepturus est absentem, potest hac ratione, nisi aliunde impediatur eam cum lucro alibi recipere, id est, in loco cambij. Hæc autem conclusio supradictos Doctores Sylvestr. Caiet. Navar. Calder. Laur. Rodulf. & Garciam locis citatis fautores habet contra Sotum & Mercatum, quam ait Navarrus esse iuridicam, cuius veritatem adeò commendat Garcia, vt asseueret, quòd si Sotus, & Mercatus eius veritatem penetrassent, nunquàm eam negassent. Videtur insuper fundari in doctrina D. Thomæ, quare tanto magis securè eam amplector, quanto magis consonam esse doctrinæ, & principijs D. Thomæ esse video. Nam D. Thomas. 2. 2. q. 77. artic. 1. tenet tanto magis alicui valere rē suam quanto magis læditur, si ea careat: sed dum alicui sua pecunia per alium eam recipiēte fit absens læditur quantum adhoc, quòd caret eius præsentia, qua sine expensis frui nō poterit: ergo hac de causa poterit in cambio, vbi eam absentem accipit cum aliqua accessione maioris valoris recipere, quia secundū D. Thomam ibi, si res plus valeat habenti, iniuria non fit eam petenti, si aliquid plusquàm in se valet prō ea petatur ab eam habente, si ergo cāpsoribus, & mercatoribus, vt statim prō habitur pecunia præsens illo duplici nomine, scilicet, quia ad vsus necessarios est cōmodior & periculis, expensis, & laboribus caret, quibus absens pecunia, vt ad præsentiam domini reducatur indiget, magis valet, quare recipiēs eam ad cambium, & absentem pecuniam facturus alibiq; in cambio absentem pecuniam remansurus aliquid lucri prō hoc non rependet iuxta D. Tho. principia. ¶ At verō, quoniā conclusio hæc potissimè illi principio innititur, scilicet, quòd pecunia præsens in loco magis valeat, quàm absens á loco, pro sufficienti probatione huius conclusionis duo probāda

Ratio ex D. Thom.

Duo hic probanda.

veniunt, primò quòd hæc maxima vera sit, scilicet, quòd pecunia præsens in loco magis valet, quam quæ absens est à loco, & secundò ꝙ hæc maxima adaptata campsoribus & mercatoribus in eis locum habet probatur, ergo primò quo ad primum, scilicet, ꝙ illa maxima vera sit. Quia omnes merces absentes à loco, vbi insumendæ sunt, vel vendendæ minoris æstimantur, & minoris emuntur ab emptoribus, quā valent, vbi presentialiter adductę sunt expendendę & vendendę: quia cum periculis & laboribus, & expensis ad illum locum sunt deducendæ. Ergo á simili pecunia absens, quia cum periculis, & expensis est importanda minus valet, quàm præsens. ¶ Secundò probatur quia equus locandus ad iter, si est relinquēdus absens à suo domino alibi, quia suis expensis est reducendus, cariori pretio locabitur. ¶ Similiter si pecunia, quæ mutuo petitur est restituēda in remotiori, & absentiori loco, & sumptibus, & laboribus, & periculis mutuatoris est inde deducenda, vt mutuator se seruet indemnem pro hoc recompensam potest expetere: ergo pari ratione pecunia, quæ recipitur ad cambium, cum sit præsens, & per cambiū restituenda sit in absentia, & sic suapte natura in absentia posita minus valeat, quia suapte natura cum periculis, & expensis est reducenda ad campsoris manum sit, vt talis pecunia præsens est, vt potè, quæ his sumptibus, & periculis caret, magis sit æstimanda, quam absens.

Maxima probatur. 1.

2. *Simile.*

¶ Quo ad secundā partē, scilicet, ꝙ hæc maxima locum habeat in campsoribus, quia hoc Sotus, & Mercatus inficiari videtur probatur, quia si aliquid obsisteret, quo minus maxima hæc haberet locum in campsoribus id esset, quia habentes amicos, vel ministros, qui absentem hanc pecuniam nomine eorum in cābio recipiunt, ipsi liberi à periculis, & expensis eam ad se reducendi manent: sed hoc non impedit: tum, quia eorum officiales non gratis exhibent istud ministerium: sed neque amici id faciunt, nisi spe retributionis alicuius saltem gratuitæ. ¶ Tum, quia opus hoc reducendi pecuniam absentem ad præsentiam alicuius res est, quæ quia implicat expensas, labores, & pericula est æstimabilis pretio. ¶ Tum, quia opus quod suapte natura æstimabile est pretio, quale est etiam reducere pecuniam absentem ad præsentiam illius, cui attinet, non amittit de se suam mercedē sibi correspondētem, cò quòd aliquando contingat ab aliquo fieri gratis. Non enim ea quæ præter intentionem accidunt, sed natura rei in his inspicienda est inquit Navarr. argum. l. si quis nec causam.

Quod hic habet locū cōtra Sot. & Mer. Probat. 1.

2.

3.

ff.de rebus.cred.cum ibi à Ias.not. vnde sicut nihil demeretur circa mercedem, sibi promissam conductus ad iter agendum in Hispalim, ex eo quòd in itinere inuenerit, qui expẽsas ei faceret, imo mercedem impenderet ei, vt in itinere associaretur ab eo, ita neque campsor non fit indignus mercedis debitæ propter pecuniam absentem ad se reducendam, & propter eam in cambio recuperandam, eò quòd inuenerit amicos, & notos qui gratis eã pecuniam, quam dedit præsentem in cambio permutatam nomine illius recuperãt in illius absentia, & mittunt ad illius præsentiam. Et hæc pro probatione sufficiant: nam ex dicendis etiam in solutionibus argumentorum cõclusio hæc euadet magis firma.

Ad.1.arg. ¶ Ad primum igitur argumentum Soti iã factum est satis ex prædictis probationibus, neq; enim obstat eius obiectio, quia si eãpsores in recuperando suam pecuniam absentẽ, & in eam ad se reducendo periculis, & laboribus, & expensis carent, id suæ industriæ æstimabili pretio est acceptum ferendum.

Ad.2.arg. Nota vali. ¶ Ad secundum argumentum Soti, dico concedendo sequelam Soti in casu, quo monetę absentes, & præsentes nõ aliter differrẽt, quàm ex earum absentia, & præsentia, neque alia causa intercederet, ex qua monetæ præsentes magis valerent, quàm absentes, nisi earum præsentia, & absentia quod tunc toties quoties aliquis præsentes numos tribueret ad cambium posset hac ratione expetere lucrũ. *Causa hæc & aliæ regulariter adsunt.* Verum, quia aliæ regulariter intercedunt etiã causæ, quibus pecunia absens in alio loco maioris potest esse æstimationis, scilicet, quia in alio loco, vbi consideratur, vt absens maiorẽ obtinet valorem naturalem, id est, legalẽ, vel, quia in ordine ad cambia propter penuriam illius pecuniæ, vel propter abundantiam eã ibi recipientium ad cambiũ inter campsores magis æstimatur, accidere potest, vt non obstante, quod cæteris paribus pecunia præsens magis valet, campsor cambiendo alibi pecuniam, quàm hic dat prẽsentem ad cambium perdat, vel nihil lucretur in cambio, itaque non ista intelligenda est maxima absolutè, sed cẽteris paribus sicut dicitur, quòd cæteris paribus mensura tritici præsens Matritij valet magis ibi existenti, quàm illa quæ est absens Toleti, si cætera aliâs sint paria, id est, si aliâs sint eiusdem bonitatis, & pretij æqualis, tunc illa quæ est præsens Matritij præstat valore, aliâs non semper est vera maxima, scilicet, qꝑ res præsens valet magis, quam absens, nam si mensura tritici absens valeret alibi vbi est quatuor, & prẽsens in isto loco valeret duo, tunc ratione præsentiæ ista, quæ est præsens non plus valeret, imo neq; adęquaret absentem, si cum prẽsens valet alias duo, & absens valet quatuor, vno dũtaxat potest asportari, & præsens effici. Pari ergo ratione licet ducatus Metinæ præsens ratione præsentiæ, quia præsens est, magis valeat ex hac parte consideratus: tamen, quia ducatus Flandrensis multò plus antecedit Metinensem in pretio, quamuis absens sit ratione absentiæ, non tantum extenuatur in valore, quin respectu Metinensis præsentis non maneat adhuc superior in pretio.

Maxima sic intelligẽda.

Ad.3.arg. ¶ Ad tertium argumentum quod est Mercati respondetur dupliciter. Primò, quòd ex natura rei, sicut iumentum absens non est tã in promptu ad ministerium, & vsus necessarios domini sui, dum relinquitur absens, quã cum est præsens, & ad manum domini: ita & pecunia absens non tantum vtilitatis affert, quantum affert, dum est præsens. *Solutio.2.* ¶ Secundò respondetur, quòd indigenti asportatione suæ monetæ ad suam domum, vt sit penes se, & in potestate sua, non tantum valet moneta absens, quantum valet præsens, quia qui huiusmodi est semper opus habet absentem suam monetam tandem reducere ad suam potestatem. At ne subterfugere videamur vim argumenti Mercati, vbi obijcit, quòd campsoribus, & mercatoribus magis valet pecunia absens, quàm præsens, quia ad vsum cambij, & negotiationis, cum est absens sua pecunia magis confert, respondetur in forma. Primò, qꝑ hoc non semper est verum, quia cum habent pecuniam præsentem, quam dent ad cambiũ ex hac parte magis lucrantur ratione pecuniæ præsentis, quod non possunt facere in hoc tertio genere cambij cum pecunia absente. Secũdò ad retundendum omnem vim prædictæ obiectionis respondetur, quòd licet in vtilitatem campsorum cædat sic dando ad cambiũ suam pecuniam facere absentem: tamen, quia gratia recipientis ad cãbiũ principaliter fit, & ob illius instantiã, & supplendã necessitatẽ: ideò ad expensas recipiẽtis ad cambiũ iustè fit absens, & cõmutata, quia relinquitur absens, ideò pro hac absentia aliquid soluẽdi recipiẽs subijt obligationẽ. Nam hoc iuridicũ apparet pro hoc enim facit primũ argumentũ, quod desumitur ex cap. statutum. §. proferendo de rescriptis, lib. 6. vbi diffinitur, qꝑ testis licet iuret pro vtraq; parte: tamen à producente illũ debet procurari, & recipere expensas, quas fecit veniendo, stando, redeundo. Vide notat. per Bald. Panor. & Feli. in cap. 1. de test. vt aduertit

Satis fit obiectioni Mercat.

2.

Facit pro hoc ius.

aduertit Nauar. ergo pari ratione hinc colligi tur, quòd licet recipiens ad cambium suam & campsoris causam agat (licut testis ab vna parte productus iurans pro vtraq; parte, vtriusq; partis videtur negotium gerere) quia ad sui instantiam fit absens pecunia, quám recipit ad cambium solus ipse debet expensas subire. Secundò pro hoc facit argumentum desumptũ ex l. siquis ne causam. ff. de reb. cred. vbi diffinitur, quod si depositum fiat gratia recipiẽtis, ad eum spectat periculum: ergo pari ratione, postquàm in hoc tertio genere cambij gratia recipientis pecunia fit absens, ad illum spectabit subire, tum expensas faciendas, circa delationem illius pecuniæ ad locum cambij: tũ illius periculum.

Prob.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem autem tertij argumenti respondetur, quod satis est aliquis contractus ex sua natura sit periculosus, & damnum minitans, qualis est contractus hic, vbi campsor se obligat ad reducendam suam pecuniam, quam dat ad cambium ex loco cambij, vbi sibi relinquitur absens, vt etiam si nõ sequatur realiter damnũ, possit pro hac obligatione aliquod expetere interesse. ¶ Sicut locans se ad iter agendum periculosum, vbi raptores grassantur, huius rei gratia maius potest expetere interesse, quod & potest licitè postea percipere, etiam si fauente Deo, seruatus incolumis nullum pertulerit damnum, quia satis est se periculoso negotio exposuisse: sic in præsenti contractũ tertij generis cambij satis est, vt campsor interesse expetere possit, qp operi laborioso, & periculoso se obligat, scilicet ad suam pecuniam reducendam, quòd si id non sibi cædit in damnum, suæ industriæ debetur. Nam neque sibi est in animo tali periculo se subijcere, nisi propter interesse. Et tãdem secundò dicitur, quòd licet recompensatio pro damno regulariter non fiat, nisi subsecuto damno: sed tamen ad captandum lucrũ ex contractu satis est contrahens se exponat periculo incurrendi damnum, vt patet in exẽplo supra appositio.

Exemplũ.

Ad. 4. arg. ¶ Ad quartum argumẽtum, quod est Mercati negatur eius sequela, quia æquiuocatione quadam deceptus est, quia nos loquimur de pecunia præsente, vel absente quoad locũ. At quidem distantia, & absentia rerum consistentium in diuersis locis solita est variare rerum, & pecuniarum valorem, pecuniæque valorem alium, & alium dare. At verò Mercatus deuians à proposito de distãtia temporis, quæ non variat rem, neque eius valorem, argumẽtatur ad distantiam loci, quare propter diuersam rationem, quæ de absentia loci, & temporis est: nihil concludit eius argumentum, quo contendit probare, quòd hinc iustificarentur vsuræ.

Nihil concludit.

¶ Ad quintum argumentum Garciæ concedimus libenter, quòd contra nostram conclusionem non est, scilicet, quòd quando paratus aliquis esset ad transferendum suam pecuniam suis sumptibus ad locũ cambij, quo ibi cambiretur, siuè hanc translationẽ ad suas expẽsas paratus esset facere per se, vel per aliũ, tunc is ratione absentiæ, scilicet, quia sua pecunia fit absens, non posset aliquod interesse percipere ab eo, qui eam pecuniam reciperet ad cambiũ, eo quòd in cambio reddit illi pecuniam absentem. Non enim tunc recipiens ad cambium in causa est absentandi pecuniã, siquidem eam ad cambium dãs, tunc suis expensis eam absentem facere in animo constituerat, hocque appositum exemplum depara to mittere suam pecuniam ad alibi emendas merces probat. Sed hoc nihil concludit contra nos in casu in quo (vt supponimus) campsores, & mercatores, licet parati sint deferre suam pecuniam ad locum, vbi cambiẽda est: sed nusquam per se ipsos, neque cum suis expensis id destinarunt facere. Solum etenim parati sunt, si sint qui eam ad cambium petant, eam illis conferre deferendam in locum cambij in eius dilationem tantum consentiendo eo fine, vt illis reddatur in cambio permutata, citra vllam intentionem eam ad locum cãbij suis expensis transmittendi. Quando ergo cãpsores parati esse ad deferendum suam pecuniam ad locum cambij dicuntur, id non est, ita accipiendum, quasi id suis expensis facere parati sint: sed ad expensas eorum, qui eam pecuniam petierint ad cambium. Quòd autem hoc eis facere licitum sit accommodatissimo exemplo iumentorum locabilium patescit. Nam iumentorum horum domini licet sua iumenta dare pro itinere agendo conducentibus, & aliò deferentibus parati sint: sed non sunt parati, vt hoc suis expensis fiat, sed vt ad expensas ea conducentium in eis iter agatur, & taliter, quòd si à cõductoribus in loco, quo pergunt, absentia sunt relinquenda, neque ad dominos per ipsos reducendà sint: huius absentiæ causa aliquod interesse soluere eis conductores teneãtur, qp certè iustitia nõ caret: sic & in hoc cõtingit cãbio, vbi recipitur pecunia ad cãbiũ, & in loco cãbij relinquitur absens.

Ad. 5. arg.

Intelligentia dicti huius.

Exemplũ.

¶ Ad confirmationẽ quinti argumenti respondetur eodem modo, qp certè solũ probat mercatorem, qui ad expensas suas in animo consti-

Ad confir.

constituerat suam pecuniam transmittere ab Hispali in Venetias pro Venetijs, sibi libris emendis, non posse ab petente eam pecuniam Hispali, vt reddat eam in libris Venetijs, expetere, vt eam suis expensis pecuniam in Venetias deferat, ibique libros ea pecunia emptos suo periculo, & sumptibus in Hispalim reportet. Sicq; similiter probat campsorē paratum suis expensis suam pecuniam ad locum cambij mittere, vt ibi cambiatur, non posse eā ad cambium petentem obligare ad eam suis expensis deducendam, & reducēdam. Quia tūc non est in causa eam absentem faciendi. Vnde eam dans in hoc casu ad cambium, pro hac absentia interesse exigere non posset. ¶ At nos nostram conclusionem verā esse defendimus in casu oppositō, & regulariter contingenti: vbi campsores non sunt parati suis expensis suam pecuniam transmittere ad locum cābij: sed expensis accipientium: quia tunc pro absentia suæ pecuniæ possunt exigere interesse pro eo, q̄ se obligant ad eam suis expensis reducendam ad se, cum adhoc casu isto non teneantur. ¶ Sicut si ego cum longè abessem à proposito meam pecuniam mittendi in Venetias ab Hispali pro libris emendis Venetijs, aliquis tunc Hispali pecuniam á me peteret, vt illā in libris Venetijs mihi redderet, quia merces librorum mihi reddit absentes indigētes expensis, vt ad me reducantur, has expensas iustius obligatur ipse soluere, quàm ego. Neq; enim opus officiosum, q̄ ei præstiti in meum retorqueri dispendium æquum est, sic in præsenti tertij generis cambio, vbi campsores suis expensis suas pecunias transmittere ad locum cambij parati non sunt, quandoquidem id in suum damnum redundaret: si suis expensis ad cambium dārent suas pecunias, easq; suis expensis ad se reducerent. Quòd si id eis in damnum non cædit, sed in vtilitatem tàm dantiū, quàm recipiētium vertitur, ideſt, ex industriá campsorum: & ex eorum prouidentia, tū æstimabili pretio, tum expensis ex sua natura constanti. Non ergo industria, & prouidentia cāpsorum alijs vtilis (quæ si in republica deficeret, pecunia in vno loco recepta, & in alio reddita, si expensis eam accipientis ad cambiū reducenda esset ad manus dantis, recipiens multò magis grauaretur ex hac reductione) debet ipus campsoribus esse noxia: quia hoc dictat. l. fi. C. de alluu. sic inquiens, ne diligētes diligentiam suam, sibi damnosam iudicantes intelligant adiuncta glossa dicente, cū labor est in damno mortalis crescit egestas. ¶ Nō ergo obstat, q̄ campsor ipse velit pecuniam suā fieri absentem vt cambiatur, quia non cōsentit in hāc absentiam gratiosè, sed propter interesse, quia alias nollet, sicut neque quasiumentum suū deferri, & alibi relinqui permitteret inde à se deducēdum, nisi propter interesse. ¶ Si ergo Sotus, & Mercatus inficiari nō possunt quod res absens dum annexa habet pericula, & expensas minoris, iccirco æstimatur, cum inter campsores pecunia absens ex se annexa pericula habeat, & expensas, cuius rei gratia in absentia officiales suos ad eam recipiendam in cambio constituunt, negare non possunt pecuniam absentem minus valere, ac subinde fateri coguntur ob hoc campsores posse sibi acquirere aliquod interesse.

Conclu. vt vera.

Exemplū.

Concluditur contra Sot. & Mercat.

CAP. IX. *De varietate æstimationis accidentalis pecuniæ, de duplici æstimatione pecuniæ legali & naturali vt numisma est & alia accidentali, & quod accidentalis æstimatio sumitur ex triplici causa, de indigentia pecuniæ duplici, scilicet, particulari & generali, & de duplici abūdantia particulari & generali conferētium ad cambi n, de duplici periculo pecuniæ minuente eius æstimationem, de titulis lucri accipiendi ex cambijs, de concursu causarū lucri, & de cōcursu causarū ad paria cābia, solutio obiectionis Soti, & quomodo fit æqualitas in cābio hoc tertio, de differēt. a potissima cambij ex parte finis cābiorum.*

PRætereà quoniā ex tribus causis ob quas pecunia maiorem valorem sortitur in vno loco, quàm in alio, scilicet ob diuersitatem valoris legalis, ob eius absentiam, & præsentiam ob varietatem æstimationis accidentalis campsores ex cambio hoc tertij generis lucrum sibi demetere solent, cum iam de duabus causis dixerimus, iam de tertia causa, scilicet, de varietate æstimationis accidentalis pecuniæ disputationem exordimur contra hanc causam argumenta hæc obijcientes.

Quæstio.

¶ Arguitur primò, si pecunia in diuersis locis variam æstimationem accidentalem obtineret, & maiorem in vno loco, quā in alio esset, vel ratione abundantiæ, vel penuriæ maioris eius in vno loco, quàm in alio, vel ratione abundātiæ, vel paucitatis recipientiū, vel dantiū ad cambium, vel ratione maioris periculi, s. quia maiori periculo est subdita in vno loco, quā in alio, sed ob nullā harū causarū diminuitur, vel augetur eius æstimatio legalis, & naturalis, quippe quę ei fixa inheret, ergo alia æstimatio accidentalis varia crescēs, & decrescens legitimè inter mercatores vsu introduci non potest. Nam legalis æstimatio potiori, priuile-

Argum.

priuilegio donata est, vt scilicet, minus, sibi præiudicari, quàm alijs possit.

Argum. 2. ¶Secundò arguitur, quòd ratione abundãtiæ, & penuriæ vna nõ magis valeat, quàm alia quia si aliquis magna abundantia pecuniæ esset adauctus, non hac ratione sua pecunia minoris esset æstimationis, aut vilioris pretij, quàm pecunia alterius pecuniæ laborantis inopia. Ergo veritati non consonat affirmare q̃ ratione abundantiæ, vel penuriæ varietur ẽsti matio accidentalis monetæ.

Argum. 3. ¶Tertiò arguitur cõtra id ipsum, quia abũdantia, vel penuria numismatis contingẽs circa diuersa tempora non potest in causa esse, quòd numisma maiorem valorem obtineat in vno tempore, quàm in alio, quia si huius causa esse posset, sequeretur mutuanti copiã pecuniæ tempore abundantiæ, minorem copiam pecuniæ, quàm ipse mutuò dederit fore restituendam, si tempore, quo laboratur pecuniæ penuria ei fiat restitutio. Ergo neque etiam abundantia, & penuria pecuniæ reperta in diuersis locis potest inducere maiorem, vel minorẽ valorẽ accidentalẽ eiusdẽ pecuniæ.

Argum. 4. ¶ Quartò arguitur contra istam tertiam causam accipiendi interesse in cambio, id est, ratione maioris valoris vnius pecuniæ, quàm alterius, quia si hæc causa esset vera, sequeretur esse impossibile commutare numismata eiusdem speciei & inæqualis quantitatis cũ aliqua accessione lucri ex altera parte: consequens videtur falsum, quia semper hic lucrũ intenditur ab aliquo cambientium. Probatur autem sequela: quia ad differentiam aliarum rerum vsu consumptibilium, putà vini, olei, quarum pretium distinguitur à sua quantitate, quantitas numismatis non distinguitur à suo valore loquendo de eius quantitate formali, vt numisma est: ergo ista numismata si sunt eius speciei, & iam ambo posita in loco cambij, illa quæ minoris est quantitatis, idest, valoris, nam quantitas est eius valor formaliter loquendo, quomodo poterit ibi cambiri ibi cũ illo numismate, quod maioris est quantitatis formalis, id est, maioris valoris. Nam cãbitio quæ species est permutationis, requirit æqualitatem, sicut & ipsa permutatio. At quæro quæ æqualitas hic seruatur, dum hic pecunia maioris valoris pro pecunia minoris æstimationis, & eiusdem speciei cambitur, & è contra.

Argum. 5. ¶Quinto arguitur contra istam tertiã causam, scilicet, quòd ratione maioris, & minoris æstimationis, quàm pecunia obtinet in diuersis locis possit cum interesse cambiri, quia pecunia aurea mutuata, in tempore futuro post per pragmaticam crescens in pretio tãtum est restituenda iuxta æstimationem, quam tempore mutuationis obtinebat, vt si valebat tũc vndecim argenteos, vndecim argentei sunt restituendi, & non tredecim ad quos creuit per nouam taxam: si ergo in hoc casu pecunia auctior effecta in valore per pragmaticam non est restituenda pro ea, quæ cum esset minoris valoris fuit mutuo accepta: ergo pari ratione non licebit recipere in cambio pecuniã, quæ in vno loco est maioris æstimationis pro pecunia: quæ in alio loco data erat minoris æstimationis.

Argum. 6. ¶Sextò arguitur, quòd rationi maioris æstimationis, vel minoris non liceat cambire monetam minorem pro maiori. Quia pecunia dum mutuatur tempore, quo minori æstimatione accidentali valet, eo quòd tempore restitutionis mutui creuerit in accidentali valore, non est restituenda cum accessione illius accidentalis valoris in quo postea fuit aucta: ergo neq; etiam in isto genere tertio cambij, quippe quod mutuum pecuniale implicat, licitũ erit auctioris valoris accidentalis pecuniam recipere pro ea quæ tenuioris est pretij. Antecedens autem patet, quia centum aurei tempore abundantiæ, in quo æstimatione accidentali minus æstimabantur mutuati, eo quòd tempore maioris penuriæ eiusdem monetæ magis æstimentur æstimatione accidentali, non sunt in minori numero restituendi.

Argum. 7. ¶Septimò arguitur, qui Valentiæ mutuaret. 100. argenteos Castellanẽses licitè mutuatarium non obligaret eos restituere in Aragonia, vel in Catalunia, vbi vnum æs minutum singuli magis valent, quia hoc esset obligare mutuatarium, vt arguit Garcia, vt virtualiter centum æra minuta, dineros nuncupata, plusquã recepit exsolueret, quod non careret vsura, propter quàm quòd res mutuata, vbi mutuo accepta est, ibi restituenda est de iure: ergo pari ratione tribuens pecuniam ad cãbium in vno loco pro alio loco lucrum ob hoc expetere non potest licitè, idest, ob distantiã locorum, siquidem dans pecuniam ad cambiũ ex loco ad locum perinde se habet, ac mutuator, qui mutuò dat pecuniam in vno loco, vt restituatur in alio.

Argum. 8. ¶Octauò arguitur argumẽto Garciæ, quia vsura est mutuo dare pecuniam Hispali obligando mutuatarium ad eam restituendum Vallisoleti, nã hinc mutuatarius ratione mutui manet grauatus aliqua obligatione appretiabili pretio ad quã de iure nõ tenetur. Ergo si con-

si conferre nummos ad cambium pro loco aliquo, perinde est ac illos mutuare reddendos alibi. Sequitur, quòd eos dans astringere non possit recipientem, vt eos restituat in loco alio, quàm vbi recepti fuerint maximè cũ lucri accessione.

Arg. in cõtra. ¶ Incontrarium est, quòd cambium hoc, & ob hanc causam iustum esse censetur.

Notamẽ. 1. ¶ Quoniam, quo firmiora esse ostendũtur principia, firmiores inde rectè collectæ sunt conclusiones: ideò, quia principium iustificatiuum huius tertij generis cambij est maior æstimatio pecuniæ in vno loco, quàm in alio, & quia æstimatio pecuniæ multipliciter accipitur (ne in æquiuoco laboremus) animaduertendum nobis hic in primis est, duplicé æstimationem pecuniæ esse. Alia etenim pecuniæ æstimatio est, quæ ei (vt numisma est) est naturalis, & fixa, quæ est æstimatio legalis per legem ei indita. Alia autem eius æstimatio ei conuenit accidentaliter, est que ei accidentalis, vt verbi gratia, quando ratione penuriæ, vel abundantiæ eius, quæ accidit, vt maior sit in vno loco, vel tempore, quàm in alio inter campsores: & mercatores in ordine ad cambia pecunia, eadem magis æstimatur in vno loco, vel tempore, quàm in alio. Nam abundantia pecuniarum viliorem efficit pecuniam. Sicut in regionibus Indiarum, quia maior copia auri, & argenti suppetit ibi commorantibus, non tanti fit ibi pecunia aurea, vel argentea, sicut in Hispania. Neque enim diues tanti facit aureum, quando eo abundat, quanti illud pẽdit pauper, qui illius inopia laborat.

Duplex æstimatio pecuniæ.

Notamẽ. 2. ¶ Secundò perpendendum venit hanc legalem, & quasi naturalem æstimationem pecuniæ ex legis prætaxatione habere originé: ideò enim æstimatio legalis dicitur, & absolutè valor eius nuncupatur. At verò valor eius accidentalis æstimationis nomen sortitur. Maior autem hæc accidentalis æstimatio ex tripli ci causa ortum habet inter negotiatores. Primò ex maiori penuria pecuniæ. Secundò ex maiori copia recipientium ad cambium. Tertiò ratione minoris periculi, cui in aliquo loco existens coniuncta est, ibi pecunia magis valet, quàm in loco, vbi summo in periculo est cõstituta. Hac enim de causa tempore belli pecunia existens Flandriæ in Anueres minoris æstimationis habetur in ordine ad cambia, scilicet, ratione periculi magni, etiam, si aliæ causæ extenuãtes æstimationem pecuniæ ibi defeciſſent. Nam periculum, cui subiacet res, rem vilescere facit, sic enim autore Caieta. in opusc. de camb. c. 7. pecunia collata in naui patienti naufragium minoris æstimationis est, quàm pecunia constituta alibi, vbi omnino esset à periculo libera.

Æstimatio ex. 3. causis.

¶ Tertiò notasse operæpretium est cũ Mercato de camb. c. 7. solam illam generalem abũdantiam, & penuriam pecuniæ variare pretiũ, ideſt, æstimationem accidentalem, quæ in toto populo reperitur communiter, vel generaliter inter campsores, & mercatores inuenitur. Cæterum abũdantia, vel penuria pecuniæ particularis, quæ in vno vel duobus ciuibus ciuitatis, vel in duobus, vel tribus cãpsoribus, vel negotiatoribus repetitur tantũ, non dicitur inducere maiorẽ, vel minorem æstimationẽ pecuniæ: sed sola illa quæ omnibus, vel quasi omnibus mercatoribus, & cãpsoribus, vel negotiatoribus ciuitatis communis est. ¶ Vnde mercatus vnũ corollariũ infert. s. q̃ potest quidem vsu euenire, vt ciuitas, quæ abundãtior in pecunia est, quoad eius mercatores attinet, sit tenuior quoad ciues tantũ suos cõsiderata: & è contra. v. g. Hispalensis ciuitas cõsiderata, quoad suos tantũ ciues ditior in pecunia est, quã Metina, at si Metina consideretur, quoad eius mercatores, qui locupletiores solent esse pecunijs, quàm Hispalenses, sic vberior censebitur esse in pecunia, quã Hispalis. ¶ Ex quo secũdũ infert Mercatus corollariũ, scilicet, q̃ ad pluris, vel minoris æstimandam pecuniam in cambijs conijciendus est oculus ad eam varietatem, seu mutationem, quam inter vniuersitates negotiantium solitum est inducere tẽpus. Neque enim quantum adhoc attinet solum habẽda est ratio prosperitatis, vel inopiæ ciuitatis, aut regni. Nam si solum ad prosperitatem, & abũdantiam ciuitatis, vel reipublicæ respiciendum esset, nusquam contingeret ab Hispali in Metinam celebrari cambia, nisi cũ iactura, eò q̃ Hispalis Metinam vbertate numorum excellit, & è contra ob eandem rationem nunquàm à Metina in Hispalim contingeret dari pecuniam ad cãbium, sine alicuius lucri emolumento. Quod tamen vel ipsa experientia nos docet esse falsum. Nam passim cernere est, quomodo dantes Hispali ad cambium ad Metinam aliquando lucrum, aliquando iacturam inde referunt, aliquando inde lucri, & iacturæ expertes euadunt iuxta varietatem, quam inuehit abundantia, vel penuria pro tempore inuenta in Hispalensibus gradibus, vel in nundinis, nec enim abundantia, vel penuria ciuitatum, quippe quæ inuariabilis manet, potis est hanc variationem causare.

Notamẽ. 3.

Indigentia duplex.

Coro. Mercat.

Corol. 2.

¶ Circa verò secundam causam augendi, vel

Nota circa 2. causam. De abundãtia duplici.

vel diminuendi æstimationem pecuniæ in cãbijs non tu opus, quòd capit. 10. de camb. prænotauit Garcia, pagin. 337. quod abundantia & penuria contrentium pecunias ad cambium contingit dupliciter, vel vniuersaliter, vel particulariter. Vniuersaliter quidem tunc contingeret cum in vniuersa ciuitate plures, vel pauci inuenirentur, qui darent, & reciperent pecunias ad omne genus, & modum cambij. ¶ Particulariter verò accideret, quando exẽpli gratia vnus tantum esset Olisiponæ, qui pecunias ibi numeraret pro cambio in Angliã vel in Hiberniam. Vtroq; igitur modo fit, vt abundantia, vel raritas dantium, vel accipientium ad cambium inducat variam pecuniæ æstimationem.

Nota circa 3. causam.

¶ Præterea & circa tertiam causam augendi, vel minuendi æstimationem pecuniæ in cambijs, quę est maius, vel minus periculum, cui pecunia subiacet pensandum est huiusmodi periculum contingere posse particulariter, scilicet, respectu pecuniæ vnius habentis inimicos inuasores, vt contingit Cataluniæ, nam hoc periculum esset tantum particulare contingens circa pecuniam vnius. Alio autẽ modo periculum hoc potest contingere, vt sit cõmune omnibus populi ciuibus, vel omnibus ciuitatis negotiatoribus. Quando ergo periculum est commune, tunc palam est pecuniam tali periculo expositam minoris esse æstimationis quàm si esset à tali periculo libera. Quãdo verò periculum est particulare, quidquid alij contra sentiant, perspicuum est etiam huiusmodi periculum, rei cui imminet extenuare valorem. Nã quis inficias ire poterit, quòd res coniuncta periculo, hac ratione minoris emi possit, quàm si esset extra periculum iam constituta, siuè tale periculum sit vniuersale imminens omnibus, vel paucis, vel vni. Hoc autem dictum, putá de re, vel pecunia, quàm semper comitatur periculum quocumque migret. Hæc enim semper minoris æstimationis hoc nomine esse censetur. Nam si res illa, seu pecunia solum est in periculo constituta in manu domini sui, non autem in manu mea, si verbi gratia, quia iam illam mutuò accepi, vel commodatò illam mihi dedit, vbi iã constituta in manu mea euasit omne periculum, non est licitum, tunc minoris eam æstimare, aut minoris emere, quàm de se valet, quia cessauit causa, periculũ, scilicet, ob quod minoris æstimabatur: nisi fortè vltrò mihi offerretur, cum ea tantopere nõ indigerem, vel ob quicquam simile. His præmissis, quia argumenta in fronte quæstionis posita, quòd in hoc tertio genere cambij ex nulla harum triũ causa licitè captari possit lucrum contendebant iam pro difficultatis, quam ingerunt expeditione.

¶ Statuitur hæc responsiua conclusio, scilicet, propter has tres causas omnes, & singulas in cambio lucrum licitè percipi potest, quando scilicet, aliquaillarum, vel omnes concurrerint. Causæ autem sunt hæc, scilicet absentia, & præsentia pecuniæ, secunda æstimatio diuersa legalis pecuniæ in diuersis locis constitutæ, tertio æstimatio accidentalis eius diuersa. In hac autem conclusione non omnes conueniunt. Nam quidam titulo absentiæ, & præsentiæ ex cambio referri lucrum posse dixere, quidam autem maioris æstimationis legalis causa. Alij verò, vt Sotus, & Mercatus ratione maioris æstimationis accidentalis hoc fieri posse asseruere. In hac tamen conclusione mecum conuenit Garcia. Probatur autem quia omnes isti tres tituli, & singuli sunt iusti ergo ob omnes vel singulos, prout concurrere eos contigerit, licebit lucrum capere ex cambio, quamuis verum sit, quòd ob modicam absentiam, aut modicum, aut nihil lucri expeti possit, & quod quanto absentia fuerit distantior & magis subiecta periculis, & expẽsis, tanto magis ob hoc pecunia data ad cambium, quia præsens est, & citra periculum, æstimari poterit. Neque obstat argumentum Soti quod si liceret ratione absentiæ, & præsentiæ pecuniæ in cambio aliquid lucrari, iam campsor duplex pretium posset referre ex cãbio, vnum ratione deportationis pecuniæ ad locum cambij, & aliud ratione cambij, quod tamen concessu durum videtur, quia respondetur, quòd in hoc tertio genere cambij, non ipse campsor, qui præsentem pecuniam dat ad cambium est, qui ad cambiũ deportat eã: sed ipse qui eam recipit æquiualenter eam defert ad locũ absentem cambij: dũ eam ibi cõmutatam soluit: & quia ibi, vt dictũ est à recipiente relinquitur absens indigetq; expensis, vt ad manũ campsoris reportetur: ideò & hoc cambio vtroque nomine, scilicet, & ratione istius absentiæ, & ratione cambij interesse moderatũ captari potest: sed ista obiectio argumẽti Soti videtur habere verum in secũdo genere cambij: quando verbi gratia, quis Metinæ prius numerauit centum aureos, sibi in eadẽ specie monetæ Romæ reddendos, si simul numerauit Metinæ, deditq; ipsi campsori pretiũ translationis eorum in Romam. Iam si daret illos cẽtũ aureos Romæ, nihil amplius posset exige-

Conclus.

Variãt hic doctores.

Tituli lucri accipiẽdi ex cãb.

Fit satis obiectioni Soti.

Obiectio. Soti verificatur in. 2. cambio.

exigere pro redditione eorum in eadem spe-cie campsor ipse. Patet, quia postquam quis agasoni soluit pretium translationis vini ad locum vbi magis valet, non potest agasso ipse amplius quidquam exigere: quia illud vinum reddit, vbi pluris æstimatur, sic & in isto secũdo genere cambij in hoc casu, dum non admitteretur alius differens titulus, propter quem exposcere campsor posset amplius.

Concl. probatur exẽplis.

¶ Iam ergo suis exemplis planã facere oportet conclusionem, verbi gratia, sæpè accidit ex parte campsoris concurrere duos titulos ad lucrandum, & vnum ad perdendum, tuncq; duplici via lucrabitur, & vna via dumtaxat perdet campsor. Vt videre est in casu, quo quis Hispali pecunias numeraret eas, recipienti ad cambium pro Roma, vbi aurei valoris legalis maioris essent, maiorique æstimatione accidentali præstarent, sicut de facto Romæ præstant. Nam in hoc casu campsor duplici titulo lucrum, sibi parabit vnotãtum titulo perdẽs. Lucrabitur autem primo titulo, scilicet, quia campsor recuperaturus est pecuniam suam in loco, vbi maiorem obtinet valorem naturalem, id est, legalem hoc est Romæ. Secundo verò titulo etiam lucrabitur ratione pecuniæ præsentis, scilicet, quia confert pecuniam præsentem ei, qui eam sibi redditurus est absentem. Verumtamen alio hoc vno titulo perderet, scilicet, quia Romæ pecunia aurea maioris ęstimationis habetur, quam habetur Hispali, loquendo de æstimatione accidentali, qua de causa fieret, vt cum campsor Hispali maiorem copiam aureorũ dedisset, minorem Romæ recuperaturus esset: concedamus ergo quod campsor hic ratione duorũ prædictorũ titulorum cõcurrentium lucraturus erat tres argenteos in singulis aureis, scilicet, vnum ratione absentiæ, quia sua pecunia relinquitur absens Romę & duos ratione cambij, quia Romæ æquiualenter sic delata & quia ibi posita tantum valet sicut alia pecunia aurea existens Romæ, pro quaibi cõmutatur. Verum perderet, verbi gratia, ex his tribus argenteis vnum titulo alio, scilicet, eò quod pecunia aurea maioris æstimationis accidentalis est Romę, quã Hispali. Nam ratio ipsa exigit, vt campsor, qui Hispali suam pecuniam dedit: & eã suis expensis in Romam non detulit, quantitatem integram, quã Hispali dedit Romæ, vbi maioris accidentalis æstimationis est non recipiat, sicut ratio ipsa exigit, vt qui triticum Metinæ minus valens dat pro tritico Salmanticæ magis valenti tot mensuras integras nõ recipiat, quia sic consideratur vtrumque triticum, vt in diuersis locis existens, & non vt ad Salmãticam iam delatum, alioquin nõ seruaretur permutationis æqualitas, neque ista consideratio omnino abstrahenda est ab hoc tertij generis cambio, postquam campsor suis expensis ab Hispali in Romam suam pecuniam non defert, quia alias nimis grauaretur recipiens ad cambium in hoc casu, si quia pecunia aurea Romæ duplici nomine plus æstimatur. s. propter æstimationem naturalẽ, & etiam propter æstimationem accidentalem (si præterquã q; ratione absentiæ plus soluere teneretur) teneretur ratione vtriusq; ęstimationis plus aliud, & aliud interesse soluere. Satis etenim est, q; ad suam instantiammet recipiens ad cambiũ in hoc casu duplex onus subeat, & non triplũ. Diximus notanter in hoc casu, quia nihil vetat, quòd in alio casu, vbi variantur circunstantiæ. Sicut ait Garcia ratione omnium trium titulorum, simul aliquis contrahentium lucri posit interesse reportare.

Concursus causarũ lucri. 1.

Concursus causarũ lucri. 2.

¶ Secundo modo potest accidere, vt dans ad cambium possit duobus titulis lucrari, nullo aliàs titulo perdendo: sicut est videre in casu quo pecunia in duobus locis eiusdem æstimationis accidentalis esset: non tamen eiusdẽ ęstimationis naturalis, hoc est legalis vel è cõtra: si in ambobus locis pecunia eiusdem valoris naturalis esset: non tamen eiusdem valoris accidentalis: & daretur ad cambium pecunia prẹsens pro absente, nã in hoc casu lucraretur titulo præsentiæ & absentiæ, scilicet, quia dat pecuniam præsentem: quæ reddenda est sibi absens: & etiam titulo maioris æstimationis accidẽtalis, vel maioris valoris naturalis, id est legalis, quẽ obtineret moneta in loco vbi permutata, reddenda est absens.

Concursus vnius causæ lucri.

¶ Tertiò autore Garcia vsu euenire potest, vt campsor vno solo titulo lucrum ex cambio sic acquirere possit, putà in casu, quo pecunia eiusdem esset ęstimationis accidentalis, atque eiusdem etiam æstimationis naturalis, id est, legalis in ambobus locis, vbi recipitur ad cambium, & vbi permutata, & absens reddenda est. Quia in hoc casu solo titulo absentiæ, & præsentiæ, qui semper hic concurrit lucrari potest, eò quòd pecuniam suam quã dat præsentem ad cambiũ recepturus est absentẽ.

Concursus æqualitatis.

¶ Quartò potest accidere casus, vbi vterque, scilicet, tam campsor dans ad cambium, quàm ab eo recipiens ad cambium tantum vno titulo perdant, quanto alio lucrantur titulo. Nihil etiam tertio titulo lucrando, neque perdendo, quare tunc cambium celebraretur inter ipsos media quadam intercedente omni-

omnimoda æqualitate quod vsu euenire posset in casu (vt exemplificat Garcia) in quo aliquis Hispali nummos ad cambium pro Roma daret: & numisma vtrobique (vt supponimus) æquale esset in valore legali, dispar vero æstimatione, hoc est in valore accidentali, eò quòd re vera minoris æstimaretur sic Hispali, quàm Romæ. Liquet autem in hoc casu, quòd qui Hispali sic suam pecuniam ad cãbium daret, lucraretur ea ratione, qua suam pecuniam præsentem tribuit ei, qui eam redditurus est absentem: perderet tamen ea ratione, qua eam dat Hispali, vbi minoris æstimatur æstimatione accidentali cum Romæ vbi restituenda est maiori accidentali æstimatione constet. Vnde fit consequens, vt Romę nõ recepturus sit hac de causa tot aureos, quot cõtulit, quia magis ibi æstimatione accidentali æstimantur. Et è contra qui in hoc casu acciperet aureos ad cambium pro Roma lucraretur quidem ea ratione, qua restituturus est Romæ aureos, quos Hispali accepit. Quia cum Hispali non tanti æstimatione accidẽtali æstimarentur: quanti æstimantur Romæ minori aureorum numero solueret tũc Romæ, quos acceperat ad cambium Hispali pro Roma. Verumtamen perderet quidem iste quatenus pecuniam, quam recepit Hispali præsentem in Roma reddit absentem.

Concursus omniũ cau sarũ lucri.

¶ Quintò contingere poterit casus, in quo vnus, vel alter contrahentium posset ex omnibus simul tribus titulis, & causis lucrari, sicut verbi gratia, si aliquis pecuniã conferret Romæ ad cambium pro Hispali supposito, quòd valor naturalis pecuniæ maior esset Hispali quàm in Roma, iam tunc lucraretur. Primò, eò quòd pecuniam suam tribueret præsentem ei, qui redditurus esset eam absentem. Lucraretur autem etiam secundò, eò quod pecuniã suam tribueret pro Hispali, vbi quo ad valorẽ accidentalẽ (vt supponimus) esset minus æstimata, quia cũ eã recuperaturus esset Hispali, vbi sic æstimaretur minus, hac de causa recepturus esset maiorem pecuniæ quantitatẽ pro minori, quã dedit Romę: lucraretur autem tertio eò q; (vt supponimus) Hispali, vbi suã pecuniam recuperaturus esset, maioris esset valoris naturalis.

Ad arg. Soti.

¶ Hinc iam patet differentia, per quam soluitur argumentum Soti lib. 6. de iust. & iure, quæst. 12. art. 2. cuius ipsi solutio non patuit, quando sic arguit in cambio cum sit permutatio, vtrimque debet seruari æqualitas, quia permutatio est actus iustitiæ commutatiuè, qui fieri potest, vt cum conferens Metinæ ducatum ad cambium pro Flandria recipiat. 50. dipondia vltra, quæ cædunt sibi in lucrum, & alius qui Flandriæ ducatum cõfert ad cambiũ prõ Metina plura dipondia, scilicet, 75. pro vno quoque ducato in lucrum sibi possit reportare, qui ergo fieri potest vt Flandria in Metinam cambiendo dipondia. 75. in quolibet ducato lucrifiant: rursus è conuerso de Metina in Flandriam cambiendo sic Metinæ dans ad cambium tantum quinquaginta dipondia in Flandria in lucrum sibi acquirat, nunquid non vna eademque distantia est ab Metina in Flandriam, quæ est de Flandria in Metinam. Hic se torsit Sotus nullam adinueniens differentiam, aut solutionem. Nauarrus autem in commentar. de cam. num. 68. & 69. huius argumenti dissolutionem adinuenit, quam Sotum non adinueniſſe non est mirum, postquam aliqua principia negauit, per quæ erat dissoluendum, quale est illud principium, scilicet, quod pecunia absens à loco minus valet quàm præsens in loco. Dicitur ergo vtrumq; cambium ab iustitia, & æquitate non abesse, licet à Flandria in Metinam plus lucri reportetur, quàm è conuerso, cambiendo de Metina in Flandriam. Ratio autem in promptu est quia qui confert ducatos Flandriæ ad cambium pro Metina duplici titulo, & causa lucrãdi iure potitur. Nam potest lucrari partem illorum. 75. dipondiorum, quos lucratur ea ratione, qua maioris æstimationis est Flandriæ ibi ducatus ad cambium pro Metina datus, quam Metinæ, & aliam partem illorum. 75. dipondiorum lucrari potest ea ratione, seu titulo, quo Flandriæ dat pecuniam præsentem, quam recepturus est absentem ideſt in Metina. At è conuerso qui Metinæ numerat pecuniam ad cambium pro Flandria, solo vno titulo concurrente ibi lucrari potest, scilicet, ea tãtum ratione, qua pecuniam Metinæ confert præsentem, quæ sibi redhibenda est absens, ideſt in Flandria, ratione cuius minus lucratur quia tantum. 50. dipondia pro vno quoque ducato lucratur. Idem q; dicendũ est, si mensuræ tritici dẽtur ad cãbiũ de loco, vbi magis valent ad locum vbi minus valent vel è contra.

Hic se torsit iste doctor.

Solutio Nauar.

¶ Quod autem dictum est à nobis hic de cambijs à Metina in Flandriam, dicendum est de cambijs ab Hispali in Romã, ac de omnibus cambijs similibus, quæ celebrantur de ciuitatibus vbi numisma valet minus, & minoris æstimatur in ordine ad ciuitates vbi magis æstimatur, vel è contra de ciuitatibus vbi magis æstimatur ad aliãs vbi minorem æstimationem obtinet.

Notá.

Ad. 1. arg. ¶ Nunc ad argumenta facturi satis ad primum, quoniã iam iterũ supra responsum est copiosius, dicitur breuiter, quod taxatum est per regem pretium pecuniæ in quantum est pretium rerum, sed non vt est merx in cambio. 2. secundum Siluestrum est taxatum numisma vt est aliarum rerum pretium, non tamen vt est pretiũ sui: vel tertio dicitur quod est taxatum ad vnum effectum, scilicet in ordine ad venditiones, & ad debita soluenda, sed non in ordine ad eius cambitiones, vel 4. dicitur quod est taxatum vt tantum valeat, & non magis manente eodem statu illius, secũ est si postea ratione magnæ ingruentis illius penuriæ mutetur præsertim in ordine ad commutationes pecuniæ. Ita Siluest. & Nauar. in comment. de camb. nu. 57. & 58. nec tamen propter magnum numerum volentiũ accipere ad cambia licca, vel iniusta est augẽdum pretium pecuniæ in cambijs.

Ad. 2. arg. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, concedimus quod in casu, quo vnus vel dũo homines in republica negotiatores, vel non negotiatores abundarent magna copia numorum, non ideò illorum pecunia valeret minus, negamus tamen quod abundantia communis reperta in multis campsoribus communiter non inducat minorem æstimationem pecuniæ, sicut è contra penuria pecuniæ communis, qua communiter laborarent maiorem æstimationem pecuniæ in ordine ad cambia secum afferret.

Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium autem argumentum respondetur quod in casu argumenti in quo tempore abundantiæ mutuata esset pecunia, quæ postea tempore succrescentis penuriæ soluitur, quia de ratione mutui est quod in eadem quãtitate soluatur, & quia quantitas numismatis vt numisma est, est eius valor naturalis, id est, legalis per legẽ taxatus (vt prædictũ est) ideò non obstante, quod post mutuationem, ratione maioris abundantiæ, vel penuriæ creuerit vel decreuerit in æstimatione accidentali, idẽ valor legalis seu naturalis quem obtinebat pecunia dum mutuata est, dum hic valor postea non est immutatus per legem restituendus est, & nihil magis, aut minus. Dixi notanter, dum eius valor naturalis, hoc est legalis non est immutatus per legem. Nam in casu, quo esset sic immutatus quomodo esset restituenda, & in quo valore inter varias sententias Bartol. & Soti per distinctiones, & limitationes cum Nauarro statuendo supra concordiam iam respondimus. ¶ Non tamen huic obstat quod penuria, vel abundantia communis pecuniæ contingens in tempore possit de facto inuehere maiorem, vel minorem æstimationem accidentalem pecuniæ in ordine ad cambia. Quia est diuersa ratio de mutuo, & de cambio, quia de ratione mutui est, quod eadẽ res mutuata in eadem specie, & quantitate naturali restituatur: id autem non est de ratione cambij, vbi vna res pro alia aliquo modo saltẽ ratione diuersitatis loci distincta permutatur. Nam hic æstimationis etiam accidentalis maioris, vel minoris ratio est habenda.

Fit satis obiectioni.

Ad. 4. arg. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quòd cũ numisma duos obtineat valores, id est, scilicet, legalem sibi inditum per legem à tempore suæ cusionis, qui dicitur valor eius naturalis, & secundum accidentalem, eique extrinsecum, vtpotè maioris, vel minoris abũdantiæ causa ei conuenientem, qui & propterea variatur: valor eius primus, scilicet naturalis non distinguitur ab pecuniæ (vt talis pecunia est) intrinseca quantitate, & specie ac substantia, neque augeri potest, quin eius hęc quantitas augeatur, at quia valor eius secundus extrinsecus, & accidentalis, cuiusmodi est valor ratione abundantiæ: & penuriæ, sibi competens variata abundantia, & penuria pecuniæ, & ipse variatur: hinc fit vt argumentum hoc quartũ verè probet, quod & nos cõcedimus, scilicet, q̃ in cambio non possit seruari æqualitas, quando fit inter numismata maiora, & minora in valore naturali cambium, si solum valor eorum naturalis & legalis attendatur, quia valor naturalis maior, & minor de se impossibile est, vt adæquentur. Non tamen probat argumentum hoc, quòd aliunde, scilicet, ratione valoris accidentalis, qui dicitur æstimatio, qui & variari potest, non possit seruari æqualitas: & fieri adæquatio arbitraria in cambijs. Nam centum aurei Romæ dati isto modo æqualitatem seruant cum centum, & viginti aureis datis Hispali, quantum ad æstimationem accidentalem. Nam autore Garcia inter numismata, & cæteras merces in hoc quædam assimilatio interuenit. Nam quemadmodum contingere potest, vt merces inæquales sint in quantitate naturali, cum sint alioquin in æstimatione, & valore pares. Sic etiam accidere potest, vt numismata, quæ in valore naturali, & legali alioquin æqualia non sunt, possint in æstimatione accidentali adæquari.

Valor numi duplex legalis & accidentalis.

Quomodo fit æqualitas in cambio.

Ad. 5. arg. ¶ Ad quintum argumentum respondetur concesso antecedenti, scilicet, quòd pecunia mutuata, quæ postea creuit in suo valore naturali per nouam taxationem pragmaticæ: non est restituenda cum accessione valoris

eius

eius in eo in quo est auctus, nisi iuxta limitationes, quas ex mente Nauarri supra retulimus negamus sanè eandem esse rationem de pecunia data ad cambium. Nam cambium hoc tertij generis non ratione mutui virtualis, quod includit, neque ratione distantiæ temporis in tali mutuo virtuali inclusæ adauget æstimationem monetæ, sed ipsa distantia loci à qua contractus hic habet vt sit cambium est, quæ inducit variam pecuniæ æstimationem ob quam licet expetere id lucri, quod ratione solius mutui, aut temporis in eo inclusi expetere non liceret. Itaque negatur ista consequentia non licet ratione distantiæ temporis qualis consideratur in suo mutuo accipere lucrum, ergo non licet ratione distantiæ loci, quæ interuenit in cambio.

Ad.6.arg. ¶ Ad sextum argumentum eodem modo respondetur concedendo quod pecunia mutuata eo tempore, quo minori pretio accidentali valebat in ordine ad cambia, etiam si postea creuerit in accidentali valore non est restituenda cum aliqua auctione lucri, nisi forte ratione lucri cessantis, & omnium conditionum illud iustificantium simul concurrentium sic conuentum est mutuationis tempore, tamen negatur quod si data fuerit ad cambium, non possit cum accessione lucri reportari ratione distantiæ loci causantis variam pecuniæ æstimationem, vt exempli gratia, ratione solius expressi mutui non posset quis Valentiæ mutuare Castellanenses argenteos, vbi æstimantur æstimatione legali viginti tria æra minuta, dineros nuncupata, ea conditione vt Cataluniæ, vbi singuli valore legali valent viginti quatuor æra minuta pro singulis viginti quatuor æra minuta restituantur, tamen si ratione cambij, si ad cambium darentur, nihil prohiberet si pro singulis datis ad cambium in Valentia pro Catalunia sic viginti quatuor æra minuta in cambio restituerentur. Huius autem ratio patet, quia distantia loci hic annectitur naturæ cambij ratione cuius lucrum iustè comparari potest, dum arbitrio boni viri non sit excessiuum.

Differentia cambij & mutui.

Ad.7.arg. ¶ Ad septimum argumentum concesso antecedenti, & negata consequentia negatur etiam probatio consequentiæ, scilicet, quod dans pecuniam ad cambium de loco ad locum perinde se habeat ac mutuator, qui mutuo dat pecuniam, vt restituatur in alio, quia licet cambium istud includat mutuum, tamen mutuum dupliciter fieri contingit: vno modo sit expresse sine ordine vllo, aut respectu ad alium contractum, quæstuosum: alio modo assumitur mutuum vt præuium quoddam medium per intentionem dantis anticipatè pecuniam ordinatum ad alium contractum lucriferum, siue sit contractus locationis, siue emptionis anticipata solutione, siue cambij, siue alterius speciei contractus sit quæstuosus, vbi pro eo postea conficiendo, seu perficiendo anticipata soluitur pecunia tanquam pretium contractus posteà consummandi. Quando ergo mutuum expressè exercetur absque respectu, aut ordine ad quæstuosos contractus ratione talis expressi mutui non licet mutuatarium aliqua alia obligatione alicuius interesse soluendi astringere vltra obligationem restituendi mutuò acceptam sortem. At verò quando mutuum, quod dicitur implicitum assumitur, vt medium ad aliquem lucriferum contractum: quia tunc aliquis anticipatè dans pecuniam, per illam illum quæstuosum inire contractum decernit, potest lucrum sibi inde cõquirere non quidem ratione mutui ibi implicati, sed virtute quæstuosi contractus, ad quẽ tanquam ad finem mutuum implicitum fuit destinatum.

Mutuũ fit dupliciter.

¶ Sicut si quis anticipatè daret pecuniam petenti eam pro sua indigentia præsenti supplẽda ea conditione, vt tempore vindemiæ reddat eam in vino: vel in laboribus diurnis, si sit operarius, perspicuum est, licet hic præcedat virtuale mutuum, hic emptionem, & locationem anticipata solutione interuenire, ratione cuius potest obligare accipientem hac lege pecuniam ad persoluendum vinum, vel operas operarij, quas conduxit. Sic etiam anticipatè dans pecuniam in vno loco ad conficiendum cambium in alio loco ratione intenti cambij lucrum licitè intendere potest. *Exemplũ.*

Ad.8.arg. ¶ Ad octauum argumentum respondetur, hoc argumentum verum assumere, verumtamen propter differẽtiam, quæ est inter mutuũ, & cambium nihil concludere: quia tantũ cõcludit, quod nos libenter concedimus, scilicet, quòd ratione tantum mutui expressi, cui non annectitur alius contractus non potest pecunias mutuans mutuatarium ea obligatione constringere, vt eas alio in loco restituat: tamen dans ad cambium non expressè mutuat, neque id intendit: sed dare suas pecunias ad cambium pro alio loco: quare obligationem super recipientem eo fine pecunias, inducere potest restituendi eas in cambio in alio loco. Huius etenim animus non est mutuare suam pecuniam, sed eam ad cambium dare, quòd si anticipatè confert pecunias, id est, quia sibi est cordi cum recipiente in illo

loco

loco, in alio loco cambium consummare, hoc enim sonat conferre pecunias ad cambium, id est, quòd dantur non ad mutuum sed vt cãbiantur alibi.

CAP. X. *De differentia cambiorum ex parte finis, de conditionibus tribus cambij tertij, cambiumque istud tertium fit ad instantiam recipientis de fraude, & violentia hic intercedente statuitur regula pro pretio cambiorum. Pretiũ commune hic iustum est & quale hoc sit illuciditur dicta regula: ab ea diuertunt campsores, quadrupliciter, insinuatur forma mala recambiorum.*

POst quã fundamenta, quibus huius tertij generis cambij iustitia innititur, discussa reliquimus, superest de eius tum conditionibus, tum differentijs, quibus ab alijs cambijs secernitur edisserere. Primò autem exordium sumentes ab differentia, qua ab alijs differt rursus, quòd obiter antea dixeramus latius, & in suo loco nunc repetimus, scilicet quod potissima differentia horum trium generum cambiorum per literas, cuius principaliter habenda est ratio ad ritè, rectèque celebrandum alicuod genus cambij est, est differẽtia illa, quæ desumitur ex parte finis, ad quem essentialiter & ex sua natura quodlibet horum trium cambiorum est destinatum. ¶ Differentia autem hæc est, quia primum genus cambij in quo cambitur res existens in vno loco pro re existente in alio loco, suapte natura destinatur ad pariter supplendas necessitates vtriusque contrahentis, ita quod non magis prospiciat necessitati vnius quàm alterius. ¶ Secundum autem genus cambij suapte natura sibi præstituit pro fine subuenire necessitati dantis pecuniam contrahenti alteri, quia dantis eam interest, vt sibi reposita detur in alio loco hac enim ratione contrahentes huiusmodi cõtraxere cambij contractum, aliàs non contracturi, nisi hæc transpositio pecuniæ in alium locum eam ad hunc finem danti necessaria fuisset. ¶ Tertium autem genus cambij suapte natura pro scopo habet necessitati recipiẽtis ad cambium consulere, ad hunccque finem principaliter tendit, vt illius indigentiæ præsenti subueniatur, qui in vno loco recipit nũmos ad cambium vt reddantur in alio. Huic enim recipienti conuenit vtrunque, scilicet, tam recipere in vno loco nummos præsentes quàm eos in alio loco reddere absentes, sine quo motiuo cambium hoc non fuisset initũ. Nam licet dans ad cambium in hoc tertio genere cambij alicuius lucri rationem ob oculos sibi proponat tanquam finem, hoc autem tanquã minus principale accidentale est huic contractui, vt pote qui sine fine hoc exerceri posset, non tamen sine fine suo mouente principaliter. Nam finis hic intrinsicus, & naturalis ei est, finis autem ille dantis, vtpote non ex parte contractus, sed tantum ex parte contrahentis, ideſt, dantis ad cambium se tenens extrinsecus finis est, & accidentalis respectu naturæ contractus. Itaque sicut finis principalis contractus in secundo genere cambij se tenet ex parte dantis pecuniam vt alibi, quo illa indiget sibi reponatur, sic & in tertio genere cãbij per literas finis principalis se tenet ex parte recipientis pro sua præsenti indigentia supplẽda, nihilque prohibet, vt secundo genere cambij quemadmodum accidit finis minus principalis ex parte recipientis aliquid lucri captãdi, sic & huic tertio generi cambij etiam accidat finis secundarius alicuius inde conquirendi lucrum ex parte dantis ad cambium se tenens.

¶ Ex prædictis colligitur alia corollaria differentia, scilicet, quod primum genus cambij redundat ex æquo in vtriusque contrahentis vtilitatem, quò circa neuter contrahentium in hoc contractu iustè ab alio captare lucrum obtendere potest. Secundũ autem genus cãbij per literas, ideſt translationis in emolumẽtum dantis pecuniam, vt alibi, vbi ea eget, reponatur principaliter cæditi cuius rei gratia in hoc cambio dans pecuniam recipienti rependere habet eius laboris mercedem, quẽ addit in eam pecuniam alibi reponendo. At verò tertium cambij genus principaliter in emolumẽtum recipientis ad cambium vertitur: qua de causa ipse obligatione rependendi lucrum in hoc cambio prius danti tenetur, quando causa aliqua ex prædictis augens, vel diminuens æstimationem, causat danti lucrum.

¶ Iam ex prædictis differentijs exploratam habere, quis poterit naturam cuiuscumq; generis cambij, quam artem campsoriam exercentes adeò refert perspectam habere, quo in timore Dei ambulent, & suæ consulant conscientiæ, vt absque hac præuia notitia, & citra eius necessitatis impellentis ad celebrandum cambium considerationem non possint intelligere satis, quis contrahentium in cambio, quod celebratur iure exigendi lucrum ab alio potiatur, quis vero non.

¶ Præterea, sicut de venditionis contractu fuit dictum, scilicet, suas conditiones ad suã iustitiam exigere, quę competunt ei ex sua natura;

Differẽtia potißima cãb. ex parte finis.

Finis. 1. cã.

Finis. 2.

Finis. 3.

Differẽtia alia.

Conditio. 3. cãb.

tura: ita & hoc tertium genus cambij suas sibi vendicat conditiones, quæ in genere loquendo sunt tres. Prima enim eius conditio est, ꝙ
1. sit verum. ¶ Secunda autem, quòd sit volunta
2. rium, & citra deceptionem. ¶ Tertia autem, ꝙ
3. sit iustum. Quantum verum ad primam eius conditionem, imò ad naturam eius exspectat intelligimus, sic verum debere esse, vt non sit fictitium. ¶ Ad cuius veritatem primò attiDe.1.cõdi. net, vt pecunia quæ in vno loco recipitur rependatur cõmutata in alio. Nam si in eo prorius loco, vbi ad cambium recepta est, restituẽda esset, exueret naturam cambij, & in naturã manifesti mutui conuerteretur. Si ergo cambium hoc est lucrifactiuum, quòd mutuo nequaquam conuenit: & lucrum hoc ex diuersa æstimatione naturali, vel accidentali maiori, vel minori, quam pecunia habet in nascitur: & diuersa ista æstimatio ex diuersitate locorũ in quibus pecunia, quę recipitur ad cambium in vno præsentialiter datur, & in alio absens restituitur, causatur, fit subinde, vt ad veritatem huius cambij sit necesse, vt pecunia in vno lo
2. Cambiũ co ad cambiũ recepta in alio loco absens exifit ad instã stens commutata restituatur. Attinet insuper tiam recipi secundò ad veritatem huius cambij: vt ipsa re entis. ceptio pecuniæ ad cambium non ad petitionem, & instantiam dantis fiat, sed ad instantiã & petitionem recipientis ad cambium fieri debet cuius principaliter interest pecunias, quibus hic indiget, hic præsentialiter accipere: & etiam eas in alio loco repositas remetiri. Signanter diximus principaliter: nam non obstat, quin secundario & consecutiuè in emolumẽtum dantis ad cambium fiat.

Ad.2.cõdi. 3.camb. ¶ Secunda conditio huius cambij talem libertatem inter contrahentes exposcit: qualis in omni genere contractus requisita esse dignoscitur, scilicet, vt omni violentia expulsa, voluntariè, liberèq; contrahatur, ita vt omnis absit vis, & metus, & omnis deceptio: quæ in uoluntarium solet efficere contractum. Absit inquam hic violentia illa, quæ primò ab cõgerentibus vndiq;, & ad se corradentibus, & reducentibus omnem pecuniam callidè infer
Fraus hæc tur: qui agabelladores solent compellari. Hãc absit. autem vafriciem, ideò isti moliuntur, quò pecunia ad se solos, vel ad pauciores campsores redacta pretia, & emolumenta cambiorum, plusquam perscribit ęquitas & supra modum excrescant, quod perinde iniquum est machinari, sicut similis machinatio in mercatoribus congerentibus hoc fine merces omnes ad augendum earum pretium in republica iniquissima esset, & pernicio sa reipublicæ.

¶ Absit secundò necesse est violentia illa, quam moliuntur campsores inter se, dum cõ spirant in monopolia ad prætaxanda augendaq; pretia cambiorum, plusquam par esset, & plusquàm excrescerent, si res aleæ fortunæ liberè relinqueretur. *Violentia absit.*

¶ Absit quoque tertiò violentia illa, qua recipientes pecuniam ad cambium compelli soliti sunt ad eam in eo loco restituendam: vbi vberioris lucri spes arridet cãpsoribus. Oportet enim campsores dare ad cambium, iuxta voluntatem petentium ad cambium & ad ea loca, ad quæ cambium petunt. Nam si Romæ quis nummos ad cambium pro Metina peteret, & tunc à campsore eos ad cambium pro Hispali, vbi verbi gratia, auctus soluendum esset interesse cogeretur recipere, id facti non abesset à quodam violentiæ genere, nisi campsor hoc veræ excusationis colore se protegeret, scilicet, dicendo se non posse dare ad cambium pro Metina, aut alijs locis præterquàm pro Hispali, eo quòd solum Hispali officialem habeat ministrum, qui eos nummos, ibi Hispali commutatos absentes recipiat. Cæterum si eum peterentur ad cambium pro Metina, & posset eos dare, causa maioris lucri nollet eos dare nisi pro Hispali; iam hic quædam effigies violentiæ, seu potius necessitatis tollentis voluntarium videtur interuenire.

¶ Tertia verò conditio huius cambij est, vt iustum sit taliter, quod iustitia in eo non vio- *Tertia conditio. 3. cã.* letur lucrum immodicum excelsiumque aucupando per illud: sed potius iustitia in eo catenus seruetur: quatenus curetur, vt pecunia, siuè maior, siuè minor in vno loco ad cambium collata æqualitatem seruet, quoad æstimationem cum ea pecunia, siuè maiori, siuè minori, quæ in alio loco restituenda est.

¶ Adhæc sicut in contractu emptionis, & venditionis, dum de eo ageremus, regula à nobis præstituta est ad iustum rerum venalium pretium, dum lege non est constitutum prætaxandum. Sic nunc pretia cambiorum, postquàm non sunt lege prædiffinita, regulã aliquam generalem oportet nos statuere, qua recte possint taxari.

¶ Regula autem hæc est, illud est pretium *Regula prætij cambiorum.* iustum cambiorum, quòd exclusis omni vi, metu, violentia, & fraude sortiuntur cambientes, dum statim exercentur ad visas literas (vt more campsorum loquamur) siuè fiant cum dilatione solutionis ad duos, vel tres, vel plures menses à tempore receptionis ad cambium, siuè

siuè recipientes ad cambium graui tunc oppressi necessitate ad cambium petant, siuè non, pretium communiter namque tunc inter campsores ad literas visas currens est pretium cambiorum iustum, & non maius, aut minus. Nam quemadmodum in venditionis & emptionis contractu illud censetur esse pretium iustum rei venalis, quod communiter pecunia statim numerata pro ea soluitur, quod quidem pretium sicut ob dilationem solutionis augeri non potest, ita neque propter summam indigentiam qua ea indiget emptor, neque propter maius emolumentũ quod post quàm ab eo empta fuerit ei est allatura excrescere non potest. Sic etiam in cambio ob prædictas causas, prædictum pretium ad literas visas communiter currens in loco cambij excedi non potest. Sicut enim pretium communiter currens in venditione ad numeratum mensura vera est iusti pretij exigendi, & soluendi dum venditur ad creditum, sic pretium communiter currens in hoc cambio ad literas visas, ideſt, eo tempore, quo præsentantur, aut debuerunt præsentari in alio loco est methodus pretij iusti, quod non est excedendum etiam si maior dilatio temporis concedatur in contractu cambij.

Pretium cõmune iustũ & quale hoc sit.

Nota.

¶ Si autem quis nosse desideret quantum sit interesse, quod alibi ad literas visas communiter soluitur, id ex literis & remissionibus venientibus ex loco ad quem cambitur deprehendi potest, si simul habeatur ratio illius iacturæ, quam patitur, qui è contrario dat illic ad cambium ad hunc locum, vbi pecunia primo datur, & recipitur ad cambium, quia si illinc ad hunc locum cambiendo aliquid perditur, non nullum argumentum est illic angustiorem esse pecuniæ copiam, sicque vtriusque plateæ status in notitiam venit. Quo igitur regula supradicta lucidior fiat fingamus casum prout finxit Garcia de cambijs capit. 2. quod in præsentiarum cambitur à Metina in Hispalim seruata ratione duorũ pro centum, qua quidem ratione, qui numeraret Metinæ centum ad cambium pro Hispali reciperet Hispali nonaginta & octo, eo quod res pecuniaria in nundinis Metinensibus copiosior esset, & Hispali esset strictior. Hinc sanè colligere licebit pro tali præsenti die pecuniam Hispali magis æstimari, quàm in Metinæ nundinis, scilicet duo, vel ad summum tria pro centum. Ex quo rursus aperte consequeretur à Metina in Hispalim non posse ad cambium dari nisi cum excessu duorum vel trium pro centum, etiam si ad longiora spatia temporum, scilicet, ad nundinas proximas Octobris cambiretur, siuè ad literas visas: quia nõ est habenda ratio dilationis maioris, neque æstimationis, quàm tempore solutionis pecunia habebit fortè maiorem, sed cum ea æstimatione, quàm habet tempore, quo exhibentur literæ.

Illustratur regula.

¶ Præterea licet prædicta regula verissima sit & præ oculis habenda campsoribus: ne in pretio cambiorum exigendo transgrediantur terminos eius: tamen ab eius rectitudine in obliquas iniustitiæ vias multipliciter solent campsores diuertere. Primò propter indigentiã, qua opprimuntur recipientes ad cambiũ plus iusto eis augendo pretium, quòd ideò tunc campsores hanc tyrannidem audacius, & confidentius moliuntur: quo petentes ad cambium ea tam vrgenti necessitate constrictos vident, vt nulla ratione detrectaturi sint cambium etiam si præter modum ascendatur in eius pretio. Vnde fit, vt nequissimi campsores tunc pro modo, & mensura necessitatum, quibus petentes ad cambium vrgentur admetiantur & pretium, magis vel minus illud plus iusto augendo. *Diuertitur à regula. 1.* ¶ Secundò propter lucrũ maius, quod recipientem ad cambium inde aucupaturum campsores autumant, augendo pretium plus iusto, à regula iusti pretij constitutiua deflectunt, & quasi participes illius lucri, quod recipientes ad cambium, sibi acquisituri sunt, siuè vbi recipiunt, siuè vbi reddũt se exhibendo, volunt colligere, vbi non seminauerunt. *2.* ¶ Tertiò propter dilationem solutionis solent campsores à recto iusti pretij cal le recedere, dum verbi gratia, eo quòd prorogant solutionem ad tres, vel quatuor, vel plures menses, cum commodè talis solutio possit fieri intra. 20. dies habita ratione distantiæ loci, ad quem celebratur, & conceditur cambium, ipsi adaugent pretium. *3.* ¶ Quartò campsores in recambijs, dum recambiant soliti sunt prædictam regulam præterire pretiũ iustum cambiorum violando, etenim quo interesse cambij incrementum capiant in vsum induxere recambia. *4.* Exercentur autem recãbia hæc sub hac forma. Nam campsor Metinensis Metinæ literas cambij ad Hispalim cõfert: si autem literæ hæ in Hispalim iam delatæ aliqua de causa, scilicet, vel quia ab Hispali abest ille, ad quem destinabantur: vel quia, & si ibi adesset acceptare eas noluit: vel, quia post acceptationem in tempore debito in soluendo defuit, suum non sortiuntur effectũ: tunc vsu receptum est easdem assumere literas, easque ab Hispali in Metinam remittere cum

Recãbiorũ forma.

cum eodem intercedente interesse quo à Metina in Hispalim à principio missæ sunt, vel forte auctiori, vnde vsu euenit, vt qui primò recepit ad cambium Metinæ ad Hispalim ad angustias duplex soluendi interesse redigatur, tum ob primum cambium à Metina in Hispalim, tum ob recambium ab Hispali in Metinam, imo quod nequius est non solũ recambiant literas pro sorte principali, sed etiam pro ipso interesse, etenim si contulerint mille aureos Metinæ ad cambium pro Hispali ineundo rationem duorum pro centum, qui omnes simul coniunctim adnumerati constant ex mille aureis & viginti, in prædictis calibus recambiant prædictos mille & viginti aureos simul adiungentes sorti principale ipsummet prætensum, seu intentum interesse. Cæterum de rationibus quibus re cambia hæc merito sunt per Pium. V. reprobata, facturi sumus sermonem cum ad eiusdẽ extrauagantis expositionem peruenire datum fuerit.

CAP. XI. *De triplici diuisione tertij cambij, cambia ad paria sunt duplicia, & cambiorum æqualitas quomodo consideratur, in hoc autem cambio tripliciter tempus assignatur, de cambio ad literas visas & de cãbio ad præfixum terminum, & quando hic prolongatio termini abest ab vsura vel nõ, de cambio tertio triplici ex parte termini, an cambium exerceri possit intra regnum, & præsertim tertium quod consuetudo est attendenda dum non est mala, an de nundinis ad nundinas cambiri possit, de vsu malo cambiendi cum magnatibus, an ratione cambij possit campsor expetere lucrum à rege, de cambijs fictis initis cum rege, & de salubri consilio Nauarri.*

TAndem absoluturi disputationem susceptam de hoc tertij generis cambio necessarium duximus, eo ordine distincto, quo Garcia. 2. part. capit. 12. de cambijs tradit diuisiones huius cambij subiungere. Nam cambium hoc tertij generis trifariam diuiditur, scilicet, primò ex parte lucri. Secundo ex parte temporis in quo solutio facienda est. Tertiò ex parte termini, vel loci vbi celebratur. At verò ex parte primi, idest, ex parte lucri cambia tripliciter exerceri contingit, Nam quædam exercentur cum lucro, quædam verò cum aliquali iactura, quædam verò quæ dicuntur ad paria, sunt quæ ex parte vtrius contrahentis contingunt esse sine iactura, & lucro, cambia autem hæc æqualia, atque ad paria exercita duplicia sunt quædam, quæ in re quo adhoc sunt paria, quædam vero sunt quæ nominetenus tantum æqualia dicũtur. Illa autem realiter paria dicuntur, in quibus moneta vtriusque loci non solum eiusdem speciei est: sed etiam eundem prorsus valorẽ obtinet. Sicut verbi gratia, si Aragoniæ tribuerentur ad cambium. 100. argenteos pro Catalunia, quia vtrobique argentei sunt eiusdem speciei, & valoris. Imò cambia etiam ad paria dicuntur, quæ ex vtraque parte contrahentiũ, sine iactura & lucro exercentur, etiã si vtriusque loci monetæ distinctam obtineant speciem. ¶ Cambia verò nominetenus ad paria tantum exercita dicuntur ea, vbi monetæ in diuersis locis consistentes (cum sint eiusdem speciei) commutantur diuersum aliâs obtinẽtes valorem, veluti, si quis Valentiæ. 100. argẽteos Castellanẽses tribueret ad cambium pro totidem alijs Aragoniæ recipiendis. Nam licet vtrique argentei vtrobique eiusdem sint speciei: non tamen vtrobique sunt eiusdem valoris: siquidem argentei Castellanenses Valentiæ. 23. æreis minutis, dineros nuncupatis, æstimantur, Aragoniæ vero æstimatio eorum ad. 24. æra minuta inclusiuè pertingit. ¶ Iam ex prædictis palam fit, quæ cambia dicantur exerceri cum lucro, quę vero cum iactura. Cũ iactura, verbi gratia, contrahitur cambiũ, quãdo Aragoniæ tribuuntur argentei Castellanẽ ses ad cambium redhibendi Valentiæ, vbi singuli vnum æs minutum valent minus. E contrario autem cum lucro contraheretur ex parte dantis, quando Valentiæ eosdem conferret campsor ad cambium pro Aragonia, vbi redhibendi, ibi plus valerent, sicut de facto valẽt. ¶ Ne vero aliquis huic aduersari doctrinam, quam supra tradidimus autumet, vbi diximus inter cambia, vt iusta sint, seruandam fore æqualitatem iustitiæ inter monetas in cambio permutatas, iterum hãc difficultatem hic de medio tollimus per hanc distinctionem, scilicet, quod pecuniæ permutabiles in cambio possunt considerari dupliciter, vno modo quatenus in diuersis locis consistunt, scilicet, qualia sunt loca, in quibus ad cambium dantur: & loca vbi rursus sunt restituenda iã permutata. Alio modo possunt considerari, vt iã consistunt in eo loco ambæ, vbi permutatio executioni mandanda est, concludendumq; est cambium. Si pecuniæ cambiendæ considerentur quatenus in diuersis locis consistũt sub consideratione hac aliquando cambium dicitur esse æquale: & fieri ad paria: & aliquando dicitur esse inæquale, vtpotè, quia exercitum

Tertiũ cambium tripliciter diuid.

Cambia æqualia duplicia. 1.

2.

Corol.

Satisfit difficultati.

Cambiorũ æqualitas quomodo consideratur.

tum est cum lucro, aut iactura iuxta contingentiam, qua contingit monetas aliquando esse pares in valore in vtroque loco, & aliquando contingit vnius loci monetam minoris æstimari in vno loco, & in alio præstantioris esse æstimationis. Cæterum si ambæ pecuniæ considerentur, quatenus iam sunt constitutę in loco vbi perficiendum est cambium virtualiter, hoc est prout iam sunt in loco, vbi restituenda est pecunia permutata in loco, semper eadem æqualitate valoris gaudent, vel gaudere iure debent, sub hac ergo ratione, & consideratione verum habet axioma commune, scilicet, quod monetæ permutatę semper debent esse æquales.

Triplici ter tempus hic signat. ¶ Porrò de diuisione secunda ex ea, scilicet, parte, qua cambium respicit tempus præfigna tum ad solutionem differendum restat. Nam tempus tripliciter præfignari contingit, scili*Camb. ad li ter. visas.* cet, vel ad visas literas, vel ad præfixum terminum, vel ad solutionem in aliquibus nundinis. Si igitur ad visas literas celebretur cambium, tum sinceritatem suam antiquam retinet, tum ab omni vsuræ nota abest. At à suspitione vsuræ omnino immune non est, si alteri fiat.

Nota. ¶ Non tamen prohibet aliquid, quòd cãbium ad literas visas fieri dicatur, etiam si non nunquàm octo dies, interdum duodecim, aut pauciores superaddantur. Nam hi dies, ideo superadijci solent, quò soluturus non suffocetur, sed spacium respirandi habeat. Etenim quia quod parum est, pro nihilo reputatur: ideò ob superadditionem horum paucorum dierum, nomen, & naturam cambij ad literas visas non amittit. *Cambium ad præfixũ termin.* ¶ Ad prefixum autem terminum cambium tunc celebrari dicitur, quando tres, vel quatuor menses pro solutione facienda concedũtur. Solent autem termini hi solutionum triplici nomine præfigi, tum vt soluturis cambium commoditas suppetat soluendi, conquirendique, & parandi pecuniam ad solutionem. Nam multi recipientium ad cambium sunt, qui si statim constringerentur ad soluendum, esset eos sugillare, neque enim tunc possent esse soluendo, qui tamen sibi concesso aliquo interstitio mẽsium ad soluendum compotes fiunt. Sicut nõ potenti emere merces ad numeratum, ideò dum venditur ei ad creditum, tempus aliquod ei prorogatur, quò commodius possit ea fit soluendo. ¶ Adde quod interdum lõgiora hæc spacia ad solutionem conferuntur, eò quod qui pecuniam ad cambium tribuit, huiusmodi pecunia intra hæc longiora concessa spacia non indiget: ac proinde tempora solutionis sic prorogat.

¶ Denique & propter augendum interesse cambij tantò magis quantò longiora sunt tẽpora, quæ pro solutione facienda concedũntur, solent hæc tempora prolongari. Si igitur *Quando prolongatio abest ab vsura, vel non.* primo, & secundo intuitu prorogentur hæc solutionum tempora, tantum abest hæc prorogatio á labe vsuræ, vt sit opus charitatis. Si verò tertio motiuo fiat, scilicet intuitu auctioris lucri vitio vsuræ id facti tribuitur, est enim ratione mutui virtualis, quod in concessa dilatione maioris temporis includitur velle lucrum captare.

¶ Porrò postquàm primò ad literas visas, & secundò ad certa longiora spacia temporum præfixa solutiones cambiorum consignari solere diximus, nunc superaddimus tertiò & ad nundinas solitas esse consignari, vel ad nundinas immediatas, & proximas, vel ad nundinas intercallatas. Ab horum autem nominum expositione nunc supersedendum duximus, remittentes eam ad commodiorem locum, vbi de expositione extrauagantis Pij. V. nonnihil attingemus.

¶ Quoniam cambium ex parte termini di- *Cambiũ. 3. trip. ex parte termin.* uidi suprà insinuauimus: & hanc diuisionem prosequentes, dicimus ex parte termini, ex quo ad quem solitum est celebrari cambium, tripliciter hoc negotium geri, nam primò exercetur hoc cambium de loco ad locum intra idem regnum, vel extra. 1. ¶ Secundò ex nundinis ad nundinas intra eundem populum, vel extra. 2. ¶ Tertiò ex nundinis ad alicuius ciuitatis, vel populi locum: vel è contra ex aliquo populo ad nundinas. 3. ¶ Exercetur autem à loco ad locum intra regnum, vt cum sic cambitur ex Metina Campensi ad ciuitatem Burgẽsem, vel ex Hispali ad Murciam, vel è contrà. Extra verò regnum cambitur, vt cum de Roma ad Hispalim inititur cambium, vel ex Hispali in Olisiponam. ¶ Exercetur autem cãbium ex nundinis ad nundinas in eodem populo, vt dum cambitur ex nundinis, quæ celebrantur in Metina Campensi mense Maij ad nundinas ibidem celebrandas mense Octobris. Initiur insuper cambium de nundinis ad nundinas, quæ in diuersis locis peraguntur vt dum cambitur à nundinis, quæ in Metina Riuisieci celebrantur mense Septembris, ad eas, quæ Villalonensi oppido tempore quadragesimali peragi solent. Contrahitur quoque cambium de nundinis ad loca, vt verbi gratia, dum cambitur à nundinis Metinensibus

bus mense Octobris in Metinæ Campensi cõtingentibus ad Vlisiponam. Cambitur quoque è contrario de loco ad nundinas vt cum cambitur à Roma ad nundinas Hãdrẽses, quę mense Septembris ibi fiunt celebres.

Quæstio. ¶Porrò ex prædictis nonnulla emergunt digna scitu dubia. Nam primò in dubium vertitur vtrum cambia exerceri possint ex loco ad locum intra idemmet regnum. Sunt etenim leges diuersorum regnorum quæ in hac parte difficultatem ingerũt, propterea q; hæc cambia que ex locis ad loca intra idemmet regnum exercentur, prohibent vt meminere Nauarrus Commentar. de cambijs num. 28. & Albornozius lib. 3. de contract. titu. 4. cap. *Dictum. 1.* 6. Mercatus quoquè cap. 28. ¶Iigitur de omni genere cambij respõsuri, loquendo primò de tertio genere cambij, de quo ex professo hic agitur dicimus primò, quod si solum in lege naturali & diuina, & cononica insistamus, hæc cambia tertij generis non sunt illicita, quando intra idemmet regnum exercentur, licet per prædictas leges inueniantur prohibita, dum concurrant conditiones necessariæ, scilicet, quod vera sint, & iusta, ideſt iusto pretio celebrata, atq; voluntaria. Huic primo nostro dicto suffragantur Nauarrus, & Mercatus, atq; Garcia cap. 12. de camb. tum quia eadem ratio quæ iustificat cambium hoc dum exercetur de loco intra regnum ad locum extra regnum, vt de Metina ad Romã, iustificat ipsum dum fit de loco ad locum intra regnum, vt si fiat sincere à Metina in Burgensem ciuitatem, vel econtra tanto minori pretio quanto par est, vt sit minus propter minorem distantiam minoresquè expensas, & minora interuenientia pericula. Sotus autem licet libr. 7 de Iust. & iure quæstione. 3. art. 2. sic referente Nauarro in Comment. num. 28 esseruerit nihil lucri ex hoc tertij generis cãbij percipi posse, quando de loco ad locum intra regnum cambitur, vt à Metina ad Hispalim vel ad Toletum, tamen in eodem libr. 7. de Iust. & quæstione 6. articul. 1. re maturius inspecta retractauit sententiã astruens id licere vbi melius sensisse videtur.

Dictum. 2. ¶Secundò dicimus quod itando in legibus humanis non temerè, nequè absquè apparenti ratione, hæc cambia tertij generis exerceri intra loca eiusdem regni per leges humanas videtur interdictum, cum quia intra loca eiusdem regni non est diuersitas valoris legalis monetæ ratione cuius diuersitatis lucrum speratur: tum quia sic cambiendo intra loca eiusdem regni palliabantur vsuræ.

¶Tertiò dicimus nunc de facto loquendo non obstantibus, prædictis legibus humanis, *Dictum. 3.* iusti cambij seruatis conditionibus licet cambire, & contrahere hoc cambium tertij generis etiam intra loca eiusdem regni cum spe alicuius lucri. Huic nostro tertio dicto subscribunt Sotus ibi loco citato, Nauarrus comment. de camb. nu. 28. Garcia. 2. parte de contract. capit. 12. tum quia secundum Nauarr. prædictę leges cum fundentur in præsumptione palliatæ vsuræ, limitandæ videntur vt solum intelligantur ea vetare cambia de loco ad locum intra regnum, vbi campsor prius dat, quam recipiat, & quamuis sic in isto tertio genere cambij fiat, tamen finita est vt refert Garcia loco supra citato, quod istæ leges legitimè per contrariam consuetudinem sunt abrogatæ, non obstante earum prohibitione hæc cambia licitè exerceri poterunt intra loca eiusdem regni maximè accedente hac ratione Nauarri, scilicet, quod quãdo cambium est iustum de se attenta lege diuina & canonica, mutari non oportet, aut vetari, nisi ex euidenti profectu, vt patet, l. 2. ff. de cõst. princ. & ex D. Thoma. 1. 2. quæst. 97. articul. 2. At profectus hic in vetando hæc cambia intra idem regnum non satis euidenter apparet, imo hinc paratur commodior via, qua causa præsentis indigentiæ recipientes ad cambium possint sine maiori dispendio suæ præsenti necessitati subuenire, prodesse tamen possent authore Nauarro leges hæ ad examinanda ficta & cõmentitia cãbia.

An liceat Camb. intra regnũ.

Consuetudo attẽdenda dum nõ est mala.

¶Igitur idem dicendum de legibus moderatorijs pretij circa cambia, & de eadem lege prohibitiua, qua regia magestas vetuit totaliter cambia intra totam Hispaniam, hoc est à Castella ad Aragoniam, Valentiam, vel Cataluniam, quia si leges hæ non fuerunt vsu receptæ, vel iam abierunt in desuetudinem, cum ex iure diuino, vel canonico nec ex se sint prohibita, sequitur vt illicita non fore reprobanda, si aliàs conditiones iustificatiuæ huius cambij seruentur.

¶Dicimus autem. 4. quod extra omnem controuersiam est primi, & secundi generis *Dictum. 4.* cambia intra loca diuersa eiusdem regni exerceri posse cum aliquo interesse, & lucro, tum quia primi generis cambiũ, quod certè liberũ magis esse à periculis, & fraudibus esse cõstat, nõ est cur exerceri intra loca eiusdẽ regni vetetur. Tũ quia de secũdo genere cãbij loquẽdo planũ est non fore intra loca eiusdem regni reprobandum. Si quidem cambiũ hoc, quoddã mediũ, & veluti instrumentũ est trãsferendi

numiſmata de loco ad locum. Vnde cum nihil minus periculi, & laboris immineat interdum intranſuehendo numiſma ex loco ad locum intra idēmet regnū, quàm de vno regno ad alterum regnum, vt in regno Catalunię cernere eſt, vbi viæ ſcatent ſedicioſis hominibus vbiq; graſſantibus, & inuadentibus viatores, ſequitur nihil illiciti continere lucrū ob tranſmiſsionem numiſmatis de loco ad locum eiuſdem regni ſuſceptum. Nam ſicut agaſſoni, quo plus aſſumit periculi, & laboris in traducendo numiſma ex vno loco ad alterum, eò magis auctiorem mercedem exigere licet ita & campſori, & cuicumq; trāsferenti monetam ab vno loco ad alium intra regnū licitum erit.

Quæſtiō. ¶ Circa diuiſionē cambij tertij generis ex parte terminorum id eſt locorū, ex eaq; parte qua de nundinis ad nūdinas celebratur inſurgit dubitatio, an de nundinis ad nundinas cābium hoc exerceri poſsit. At quia iuxta diſtinctionem nundinarum, diſtinctæ ſe ſeſe ingerunt hic difficultates, quia ad nundinas eiuſdem populi, vel ad nundinas alterius populi, ex nundinis alicuius populi cambiri contingit ſingulas difficultates diſtincto ordine reſoluentes: dicimus primò, quod ſecurius eſt cambire de nundinas ad loca, vbi ferię non celebrantur pro tunc, vel in eo tempore, quò ibi nundinæ celebrari nō debent, vel econtra ex alijs populis, & locis vbi non celebrantur nundinæ ad nundinas alijs in locis celebrandas: Hæc aſſertio eſt Mercati intractatu de cambijs cap. 7. penes finem, cuius rationē aſsignat, quia ratione diuerſæ æſtimationis, quām in diuerſis locis obtinet pecunia cambire licet ex vno loco ad alium cum ſpe lucri. At in locis reſpectu nundinarum, & in nundinis reſpectu locorum, vbi non exercentur nundinæ, aut pro tempore, quo non exercentur aut non debent ibi exerceri, ſolet ibi reperiri diuerſa æſtimatio pecuniæ, ergo de locis vbi non exercentur nundinæ ad nundinas, vel è contra è nundinis ad loca, vbi non exercentur nundinæ, aut pro tempore, quo non debent exerceri cambiendo ſecurè lucrū inde ſperari poteſt. *Dictum.1.* *Dictum.2.* ¶ Secundò dicimus cum mercato in eodē loco, cui vbi ſupra ſubſcribit Garcia, q̄ res eſt plena periculo, & nullatenus ſecura cambire de nūdinis ad nundinas etiā ſi in diuerſis populis celebrentur. *Ratio.* Cuius in promptu eſt ratio, ſcilicet, quia in omnibus nūdinis fere æqualis reperitur æſtimatio pecunię, quia ibi fere æqualis eſt eius neceſsitas, & ſic vt in plurimum in nundinis æqualem obtinet æſtimationem, ſi ergo æqualiter in nundinis æſtimantur monetæ, cum ſic vna non excedat in æſtimatione aliam in diuerſorum locorum nundinis, cumq; centum in his nūdinis paria ſint cum centum alijs nundinis, fit ſubinde conſequens velle intereſſe tunc inde capere iniuſtitiæ prę ferre euidens ſpecimē. Igitur ſi alius titulus verus ad captandum in hoc cambio lucrum ſuppetere non poteſt, ni ſi varia æſtimatio pecuniæ in nundinis, ſi hæc deſit in diuerſis nundinis, iam tunc non poteſt titulus fingi alius ad ſperandum inde lucrū, niſi expectatio temporis qua interim per illud modicum tēpus campſor expectat, vt recipiens an cambium ſuæ indigentiæ præſenti ſubueniat.

¶ Conſequitur ergo communiter ex nundinis ad nundinas etiam diuerſorum populorum non eſſe cambiendū niſi ad paria, poſt quàm tunc deficit lucrandi ratio, quæ eſt inæqualis in diuerſis locis nūiſmatis æſtimatio. *Corol.* ¶ Igitur licet cambire cum lucro in iſto tertio genere cambij ex nundinis ad nundinas alterius loci euidentem malitiā non prę ferat, tamen in conſcientia omni certè ſecuritate carere videtur, q̄ ergo hic potiſsimum (inquit) Mercatus in hac parte prohibere contendimus eſt ne fiant cambia ex nundinis ad nundinas alterius populi, dum ſimul ambæ fiunt quia tūc ni prę ſumitur maior æſtimatio pecuniæ in vnis, quàm alijs. *Reſol.* ¶ Tertiò dicimus, q̄ cambiū exercitum ex nundinis ad nundinas eiuſdem loci cum lucro eſt cambiū illicitum qnippe quod eſt cambium ſiccū, quia cum in eo diſtantia loci inter dandum & recipiendā pecuniam non intercedat, ſed ſolo temporis diſtantia interueniat cambiū eſſe non poteſt, ſed mūtuum cum lucro. Vnde nullatenus eſt ſuſtinendum, niſi forte tale lucrū gratis concederetur, quod tamen non eſt præſumendū autore Nauarro cōtra Garciam, quando tale lucrum tempore ineundi contractum dedū ceretur in pactum, imo neq; poſt niſi coniecturæ, & præſumptiones iuris probabiles arguentes gratiam & donationem liberam concurrerēt, quia aliàs indubio nemo ex iure præſumitur abijcere velle quod ſuum eſt, præſertim in quantitate notabili donari non ſolita à tali. *Dictum.3.*

¶ Iam hinc exploſus manet vſus ille, ſeu potius abuſus cambiendi cum lucro ex nundinis ad nundinas intra eundem populum, qui apud mercatores inoleuit. Sic em̄ magnates equites, Duces, Comites atq; Marchiones, alijq; ſimiles optimates ſoliti ſunt recipere ad cam- *Vſusmalus cambiendi.*

cambium ex nundinis Maij ad nundinas Octobris eiusdem anni, vel sequentis in eodem populo contingentes, & sæpe à plus ex nundinis Maij ad nundinas alterius Maij, quod parentius campsorum arguit iniquitatem, cum illorum magnatum animum esse constet solum illam in cambio acceptam pecuniam in suos conuertere vsus necessarios illo in tempore, quod inter nundinas, & nundinas eiusdem loci interstat vique quò aliter suæ necessitati commodius prospicere possint, quod certè ab vsuræ, & iniquitatis nota non abest.

Quæstio. ¶Porrò consequenter ad prædicta illa quæstio dilucidanda venit scilicet, vtrum ratione cambij possint expetere lucrum campsores illi, seu mercatores, qui regi pro occurrentibus vrgentibus necessitatibus coguntur suppeditare magnam vim pecuniæ. Quæstio est cuius meminit Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. vltimo lit. O. & videtur certè quod saltem ratione interesse lucri cessantis

Dictum. 1. aliquid possint superaccipere. Respondentes igitur ad quæstionem dicimus primò quod mutuare regibus sub vsuris nullatenus licet etiamsi ipsi mercatores sub vsuris mutuare coguntur: quia sub vsuris mutuare prorsus intrinsice malum est, sicut mẽtiri cap. super eo de vsuris. Id autem, quod intrinsice malũ est & peccatum, etiam ob quęcumq; mala cauenda non est patrandum, iuxta illud cap. itane c.

Dictum. 2. tolerabilius. 32. q. 5. ¶Secũdò dicimus, quod etiam ratione lucri cessantis etiamsi coguntur à rege sibi mutuare non possunt lucrum expetere illi, qui pecuniam, quam mutuant regi non habent paratam ad exercendam negotiationem, vel ad reditus consuetè, aut ad prędia comparandum iuxta diffinitionẽ So-

Dictum. 3. ti lib. 6. de iust. & iur. quæst. 1. art. 3. ¶Tertiò attingendo punctum quæstionis dicimus, quod ratione cambij sic magnam copiam pecuniæ pro instantibus necessitatibus præstantes regi lucrum sperare ab eo posse licitè non videntur, tum quia non est licitum contrahere cambium in vno loco ad ipsummet, vel in nundinas remotas, & mediatas, puta secundas, & tertias. Tum quia reges cum accipiunt pecuniam, nunquàm verè concipiunt in animo eã à se ipsis fore soluendam in alijs locis distinctis vbi alia habeatur æstimatio pecuniæ, quàm vbi accepta ab ipsis fuit, licet in suis literis aliud confingatur. Quare hæc cambia sic inita cum regibus, quasi commentitia

Cambia cũ regibus ficta. refutantur. Tum quia autore Nauarro (vt fertur) sub eo pacto conferuntur regibus pecuniæ, vt soluant auctuarium ea obseruata ratione ne vt rependant vltra sortem 5. 8. aut 10. pro 100. in anno quolibet, hoc autem ad nullum genus cambij iusti pertinere videtur, tũ quia si contractus hic ad aliquam causam rusticantem cambium reducendum esset maximè ad illam qua pecunia absens maior pro minori præsenti permutatur, vel datur, quia (vt supra contra Sotum cum Caietano, & Nauarro defendimus) pecunia absens suapte natura minus æstimatur, quàm præsens in loco valet eam danti soluenda tibi in ablentia. At quomodò cambium hoc, seu potius mutuũ ad hanc causam possit reduci, vix intellectu, quis consequi poterit. ¶Vltimò consiliũ Nauarri vtpote salubre acceptandum fore duci-

Consilium Nau. salubre. mus ab his viris, qui copia ingenti pecuniarum potientes, quibus non est animus cum ea negotiari, neque inde iura, redditus, census, aut possessiones mercari, vt sine vlli temporali accessione lucri deducta in pactum intuitu principalis virtutis, & meriti prædictis regibus mutuent suam pecuniam cum intentione non acceptandi ab eis vllam remunerationem, nisi intellexerint illis fieri gratis, aut certè (quod consultius est iusto valore à regibus iura censuum comparent cum retroemendi pacto, iura (inquam) constituta super redditibus publicis populorum, vel ciuitatum illis attinentium. At verò quibus pecuniæ sunt in procinctu constitutæ ad negotiandum præbetur consilium, vt maximè cum mutuare coguntur, mutuent sub interesse verisimili lucri cessantis illis conditionibus obseruatis.

CAP. XII. *Cambium siccum qui sit, de triplici fallacia in eo intercedenti, an liceat campsoribus pro interesse sibi collato alibi in loco cambij assignare correspondentem, & an prædictus correspondens signatus possit prædictum cambium soluere nomine principalis campsoris, sententia Garciæ tenenda est hic licet rationes eius & exempla non transeunt sine difficultate.*

POrrò iam omnis generis cambij suis numeris absoluta materia de cãbio nomine ficco aliqua discutienda supersunt, eoquè brevior de hoc nobis hic erit sermo quò magis eius in supradictis materijs mẽtio à nobis est habita. ¶Cambiũ siccum (prout refert Nauarrus in cõment. de cambijs) secundum antiquos Bononienses, & Lauren. in q. 1. par. 3. c.

Cambium siccũ quid. consuluit de vsuris dicitur illud, in quo prius cãpsor dat, quã recipiat, quod ea ratione siccũ dicitur, quia præcedit datio pecuniæ sine præsenti receptione. At verò nos in præsentiarũ aliter

aliter accipimus cambium siccum, quatenus de eo in præsentiarum nobis agendum est. Ergo cambium siccum in hac acceptione (si iuxta diffinitionem quid nominis illud diffiniamus) cambium est quodam humore & rectitudine iustitiæ debitæ cambij carens, quæ quidem diffinitio quid nominis licet aliquibus placet, tamen Garciæ de camb. cap. 13 propterea merito non placet, qui ex tali diffinitione quid nominis sequeretur omne cambium illicitum, cui iustitia, & rectitudo deesset, siccum cambium appellandum fore, quod est tum contra veritatem, tum contra nostram intentionem.

¶ Igitur cambium siccum in præsentiarum secundum Nauarcum dicitur, quod est imaginarium, est fictium, eo quod non est verum cambium, sed mutuum pecuniarum cum lucro sub nomine cambij personatum, quod tunc contingit quando distantia loci, quæ necessaria erat ad veritatem cambij conuertitur in distantiam solam temporis, dum pecunia ad cambium accepta in eodem redhibetur loco vbi accepta est, licet non in eodem tempore, restituitur autem in eodem loco cum lucro. Hoc autem nihil aliud est, quàm mutuum cum lucro, quod est vsura.

Triplex fallacia hic 1. ¶ Solent autem triplici genere fallaciæ contrahentes in hoc cambio siccо vti. Nam solent primo recipientes ad cambium pecuniam quò larua quadam, effigieque cambij contegant hunc contractum, vt cambium facietenus appareat, suas exhibere literas ad aliquē locum, puta ad Hispalim, vel Olisippo nam, vel aliò eas destinando, quibus insinuant ibi se soluturos receptam pecuniam, verumtamen quia ibi soluendo animo carent (non enim ibi soluendo sunt cum ibi neque pecunia neque officiali suppetat, qui eorum suppleat vices in soluendo) sed animo statuit, vbi recepit pecuniam eam reddere qui sic primò eam à campsore recipit, ideò campsores ipsi, qui ad cambium contulere pecuniam assumentes has literas soliti sunt in capsa scriptorij seruare reconditas vsquè ad termini impletionem, quo completo nomine officialium literas conficiunt alias, vbi officiales significant quod cum non essent soluēdo illud debitum, illud remittunt assumētis illud ad cambium ad rationem tanti pro centum, & sic sex mensium interstitio remissionis, & remissionis literarum confictæ, interdum sic ad cambium recipientibus constat vbi cābium sit cum cum recābio facto ad rationem viginti & quinq; procentū. ¶ Secundò alia fallacia huic cambio siccо innecti solet, scilicet, quia campsor pœnitudine ductus, quòd eas literas ad locum, quo destinandæ erāt non miserit, eas realiter illuc mittit, correspōsores suos admonendo, vt præmissis solennitatibus literas eas recambient pretio cambiorum tunc vbi currenti.

Fallac. 2.

Fallac. 3. ¶ Tertiò & alius fallaciæ modus huic cābio immiscetur, scilicet, quando aliqui campsores ne frustra prædictum assumant laborem, si recipientes ad cambium illis significant se catere correspōsoribus, despondent se illis eos daturos, si tamen pro ministerio correspondendi ad rationem duorum procentum rependant. Omnes igitur huiusmodi vafricies, & thecnæ coram Deo, & hominibus detestabiles habentur auctore Mercato.

Quæstio. ¶ Verum quia Mercatus vitio quoque campsoribus tribuit, quod ipsi pro remenso sibi interesse, his quibus dant ad cambium correspōsores consignent, in dubium reuocari potest, sicut reuocat Garcia de cambijs, capit. 13. an hoc vtpote illicitum sit culpandum.

Respon. ¶ Igitur iuxta opinionem Garciæ multorumque illi assentientium dicendum puto non fore imputandum culpæ si campsor quando recipiens ab ipso ad cambium caret correspōsore, & quæsiturus est illum, aliquod interesse exigat, quia ad suas expensas illi tribuit in loco perficiendi, & consumandi cambium correspōsorem, quod certe hac claret ratione.

Ratio. ¶ Nam tunc recipiens ad cambium ad aliquem locum ibi reuera opus habet postquam est absens aliquo viro in loco vbi consummandum est cambium constituto, qui diligenter partes suas in correspondendo, & soluendo exsequatur, hoc autem mercede dignum est opus. Qui igitur id opus præstandi subit obligationem aliqua mercede est dignus, siuè id correspondendi negotium, & soluendi per suos ibi constitutos officiales gerat campsor, siuè per alium tertium geratur. Neque enim in hoc deterioris conditionis sit talis campsor. Hoc autem hoc *Exemplū.* exemplo confirmare, & illucidare contendit Garcia, si quis enim Metinæ ad manum haberet pecuniam, & in prompto admittendam eam in Hispalim, ibique in pellibus taurinis, & caprinis insumendam, & alius eandem pecuniam Metinæ ab eo peteret, fidemq; ei faceret eandem pecuniam sicut ipse constituerat facere, se in prædictis mercibus, ideſt, in pellib' redditurū, quas tū pelles, quia eis Hispali

caret

caret, esse Hispali quæsiturus ad expẽsas suas, quò ei qui Metinæ eam contulit pecuniam sub ea conditione, faceret satis, nunquid si talis pecuniæ receptor careret Hispali officiali, aut amico, qui nomine suo huiusmodi pelles Hispali quærat, quibus cum ibi pecuniã Metinæ receptã exsolueret, non posset tunc is qui eam pecuniã sic Metinæ cõtulit pro eo q̃ Hispali subit per se, vel per alios onus eas pelles quæritandi aliquid mercedis accipere? Liquet certè vel hoc alio exemplo ei nõ esse illicitũ. Nã citra culpã meam, verbi gratia, esset, si Petro indigente aliquo operario, qui pro diario laboraret in vinea sua, si quia illũ operariũ illi ad impensam meam in tua vinea laboraturũ trado, aliquid mercedis exigerem, sic etiam indubitationis propositæ casu id camptori liceret.

Nota. ¶Hanc autem Garciæ, & aliorum sententiam eatenus admittimus, quatenus extra vllam fictionem (vt supponimus) correspondor sic designatus per camptorem verè & realiter gesturus est officium correspondoris nomine illius qui prius recipit numos ad cambiũ. Nam pro ficto correspondore, qui reuera suum non esset peracturus officium, qui eum consignaret nihil mercedis sibi exposcere posset.

Quæstio. ¶Præterea cum munus hoc correspondendi duplicem implicet curam, tum quæritandi pecuniam ad persoluẽdum cambiũ, quod alter accepit, tum eam conquirendi, vel per viam mutui, vel cambij, quod quidem cambium assumendum est, vel ab alio tertio, vel ab eodemmet correspondente, inquirendũ iam nobis hic est, an prædictus correspondor possit prædictum cambium soluere nomine principalis camptoris, qui primò suas pecunias ad cambiũ dederat, & cum ipsismet pecunijs illius, sicut poterat cum pecunijs aliunde quæsitis, & ab alio tertio habitis illud exoluisse.

Respons. ¶At quamuis alicui prima facie opinio affirmatiua posset videri apparẽs, mihi tamen talis non videtur, sed potius sententia negatiua, quam Garcia de cambijs cap. 13. sequitur mihi probatur, tum quia si camptor principalis dans, primò ad cambium alicui cum suomet correspondore conueniret vt de propria moneta ipsiusmet camptoris alibi illud soluerent, iam non cambium verum iniretur: sed fictitium, quippe quod mutuum esset cum lucro, & non cambium. Dictum est enim cum de natura cambij ageremus, quod quemadmodum in contractu venditionis res quæ vbi commutantur differre debent, cuiusmodi sunt res venalis & pretium eius, quarũ vna ante venditionem pertinet ad venditorem, puta merx: alia attinet emptorem, puta pretium soluendum, sic in contractu cambij ad naturam veram eius spectat distinctio numismatum, quorum vnum vnius est contrahentis, alterum autẽ est alterius. Sicut enim nemo propriè rem suam dicitur emere, sed aliena res est, quæ emitur: sic nemo dicitur cambire monetam vnam pro alia, si vtraquè sit sua, sed tunc dicetur propriè cambire vnã pro alia, quando cãbit suam pro aliena. Nõ ergo vt verum sit cambium, correspondor soluturus est nomine principalis camptoris, qui primò dedit ad cambium, neque numis istius sed cum numis aliunde quæsitis alioquin, si cum principalis camptoris pecunijs fiat solutio iam cambium verteretur in mutuum. Sicut isto exemplo sit patens, si quis verbi gratia Metinæ pecuniam conferret alicui, quò eam Hispali in pellibus Taurinis, aut Caprinis exsolueret, si illius monetæ collator conueniret cum suo correspondore Hispali existente, eique significaret vt cum pellibus iam Hispali suo nomine emptis, & non cum alijs aliunde empris nomine alterius, pro pecunia à se collata satisfaceret, huiusmodi contractus emptio proprie non esset, sed mutuũ: quia nemo dicitur propriè emere, quod suum est proprium, ita neque cambire monetam pro moneta, quando vtraquè est sua, at sic esset in præsenti casu. At quamuis ista sententia Garciæ & eius exempla, & rationes nõ transeant sine difficultate, propterea, quod ipso autore, in hoc cambio tertij generis includitur mutuum virtuale pecuniæ anticipatę datæ ad cambium, cuius dominum videtur iam translatum in recipientem, cuius argumentum est, quod ex tunc post receptionẽ stat suo periculo, idest, recipientis periculo, ergo cum illa sit recipientis iam & non dantis, non colligi videtur, quod etiam si idemmet principalis camptor illam cum sua pecunia commutet, aut si pro ea correspondens ipse eam sibi ex suis pecunijs soluat, quod ideo cambiet suam pro sua, & non pro aliena, cum certum sit quod illa pecunia per mutuum virtuale facta tuit aliena. Nihilominus tamen sententiæ Garciæ tenenda videtur, nam difficultas hæc, & obiectio sua solutione non caret: quia sicut in emptione merciũ in alio loco cõsistentiũ anticipata solutione facta, mutuũ virtuale interuenit pecuniæ anticipatę solutę, quo pecunia illa videtur trãsferri statim in dominũ venditoris eã anticipatè recipiẽtis:

Exemplũ.

Rationes & exẽpla Garciæ nõ transeunt sine difficultatẽ.

Sent. Garciætenẽda.

& nihilominus si talis emptor suis proprijs mercibus alibi constitutis pecuniam à se primo datam exolueret sibi nó esset propriè emptio, ob rationem prædictam, quia tandem merces, & pecuniæ pro quibus dantur sunt eiusdem domini in hoc sensu ampliatiuo sumendo hoc dictum scilicet, quod pecuniæ sunt, vel fuere domini mercium quas cùm tradidisset anticipatè pro ab alio mercibus sibi tradendis: ipse sibi eas cum suis mercibus soluit. Sic in præsenti cambij casu campsor diceretur in eodem sensu (si ipse ex sua pecunia corresponderet) dare suam pecuniam pro sua pecunia, maximè quia mutuum virtuale tunc videtur restitui sibi ibi, vt ibi cambietur cum suamet pecunia ex vtraquè parte cambij sua quod propriè nó esset cambire, sed mutuare. Præterea patet sententia hæc & alia ratione, quia finis conferentis ad cambium pro alio loco, est habere illam pecuniam, vel copiosiorem pecuniam in loco, quo consummandũ est cambium, quod vsu euenire ei non potest, si ex proprijs pecunijs ipse campsor sibi alibi corresponderet. Nequè valet argumentum quod in contra posset fieri sic scilicet alius tertius posset correspondere ex proprijs: ergo & campsori ipsi licebit correspondere sibi ex proprijs numis, nequè enim videtur campsor in hoc casu esse peioris conditionis quia in promptu est solutio, quia in alio tertio inuenire est pecuniam differentem, & alienam conuenientem cambio, vtpote quæ non est ipsius campsoris, quam non est inuenire in casu quo campsor alibi sibi correspondet ex proprijs factam à campsore cambium verteretur in mutuum.

Fit satis obiectio.

Corol. ¶ Ex quibus omnibus elicitur, quod nequè ipse campsor per se ex proprijs pecunijs, neque eius corresponsor ex proprijs pecunijs campsoris aut nomine campsoris aliunde acquisitis officio corresponsoris fungi potest: quia eadem ratio probat vtrumquè reduci ad mutuum cum lucro quod falso cambium dicitur, bene tamen posset campsor ex alienis pecunijs nomine recipientis ad cambium conquisitis agere officium corresponsoris, quia iam esset distincta pecunia & aliena: & idem posset facere alius corresponsor ex sua pecunia vel aliunde nomine proprio acquisita propter rationem prædictam, quia cum talis pecunia non sit campsoris, potest locum habere cambium, cum iam pecunia alterius domini commutetur pro pecunia alterius domini, ideſt quæ data erat ad cambium ab altero domino, ideſt, à campsore cõmutatur cum pecunia alia, quæ sibi redditur.

¶ Porrò hæsitare alicui hic cõtinget an corresponsori facultas insit (postquàm pecuniã non nomine campsoris, sed nomine proprio, aut recipientis ad cambium conquisiuit pro correspondendo ad cambium) soluendi eam immediate ipsi campsori cui soluenda est aut potius soluenda sit ipsi, qui recipit ad cambium vt ipse campsori soluat. Respondetur planè parum referre si campsori correspondẽs soluat, quia tunc campsor non ratione mutui nequè nomine proprio alibi conquisitam pecuniam quasi propriam recipit in solutionem cambij alibi consummati, sed nomine corresponsoris à se signati eam recipit cum antea non esset sua, neq; ante receptionem, sed per receptionem fit propria campsoris. *Quæstio.* *Resp.*

¶ Ex prædictis corollariè sequuntur hæc notatu digna. Primò, quod ipse cãpsor potest sibi correspondere siuè per seipsum, siuè per corresponsorem ad instantiam recipientis ad cambium datum, dummodo nomine recipientis primò ad cambium pecunijs proprijs ipsius campsoris, aut suo nomine primi campsoris acquisitis non fiat corresponsio, & solutio cambij. *Corol. 1.*

¶ Secundò sequitur, quòd qui recepit ad cambium pecuniam pro alio loco, vbi tum pecunijs caret, spequè eas ibi habendi tùm destitutus est, tum etiam corresponsor ibi sibi non suppetit, si cambium verum, & non siccum, & fictitium inire velit, necesse habet ibi aliquam signare personam, qui suo nomine corresponsoris vices gerat in soluendo cãbium, si ipsemet illum locum ad illud soluẽdum adire non potest. *Corol. 2.*

¶ Sequitur tertiò, quod qui ad expensas suas substituerit corresponsorem, quia hoc opus mercede dignum est citra conscientiæ scrupulum, poterit pro hoc alicuius interesse percipere mercedem. *Corol. 3.*

¶ Sequitur quartò, quod si solutio pecuniæ recepæ ad cambium in eodem loco vbi recepta est, est facienda, superflua est consignatio corresponsoris in alio loco, ac per consequens intuitu illius, quippe quæ fictitia est, aliquid percipi non potest. In quo sensu Garcia interpretatur Mercatũ, dũ magnę malitiæ, & vituperio tribuit, quod cãpsor ipse corresponsorem tribuat, quod intellige ad correspondendum in eodem loco, vbi accipitur ad cambium. *Corol. 4.*

CAP. XIIII.

Pro intelligentia extrauag. at. quæritur, quid ad veritatem requiratur, statuitur regula generalis contra Albornozium, & ad exercendum cambium qualis animus requiratur in dante, & quid de campsore non ignorante quod accipiens ad cambium, alibi non est correspondendo, nisi accipiat mutuum. Pro intelligentia extrauag. examinatur quæ nam dicantur primæ nundinæ, de duplici assignatione temporis, de triplici causa concedendi longiores terminos & ad distantiores tempore nundinas cambiendo, quid auctius expeti possit, maxime ex abundantia petentium inde causata, vel ratione lucri cessantis, & quod conuentio interesse determinati hic iam sit prohibita.

Pro intelligentia extrauag.

IAm veluti ad calcem huius materiæ cambiorum pertingentes, licet multa dicta sint per quæ intelligentia extrauagantis Pij V. de cambijs captari potest: tamen adhuc nonnulla perstringendo, & bullæ sententijs adaptando adiungemus, quò lucidior ipsetenor extrauagantis fiat. Circa primum punctum extrauagantis perpendendum est auctore Nauarro in summa Latin capitul. 17. nume. vltimo not. 6. de cambijs: quod vbi in extrauagante dicitur, Damnamus ea omnia cambia, quæ ficta nominantur, & ita confinguntur, & cætera. hic cambia ficta nominantur, quæ ficta, & simulata sunt. Vera autem cambia appellari, quæ realia sunt, licet vt suprà retulimus Laurentio placuerit, ea cambia vbi campsor prius dat, quàm recipiat, ficca cambia appellare.

Quid ad veritatem cãbij requiratur.

¶Igitur quia iuxta mentem extrauagantis per cambia ficca hic damnata intelligimus cambia ficta: & per vera cambia intelligimus realia, illud etiam operepretium est hic nosse, ad veritatem cambij realis illud imprimis requiri autore Nauarro, quod campsor sciat vel probabiliter credat eum, qui à se recipit pecunias ad cambium esse soluendo, vbi soluendi fidem præstitit, & quod literæ expediantur ad alium locum distantia remotum. Distantia namq; loci est, quæ cambium huius tertij generis efficit esse verum cambium. Vnde cum duplex sit distantia, alia enim est distantia loci, alia vero est distantia temporis: multum refert nosse, quando cambium refertur ex parte contrahentium ad distantiam loci, vt censeatur esse verum cambium, quando verò ad distantiam temporis ob quam fit, vt desinat esse cambium,

Quæstio.

& vertatur in mutuum cum lucro. Igitur in gratiam huius statuitur regula.

Regula generalis contra Albornozium.

¶ Regula generalis sit, quòd distantia loci necessario interessura in hoc tertio genere cambij reduci censetur ad distantiam temporis, quæ inducit mutuum cum lucro, ac per consequens vsuram, quando recipienti ad cãbiũ ad aliquem locum pecunia non suppetit in alio loco, qua possit ibi esse soluendo cambium. Quod hic accipiendum est (teste Garcia) hoc esse verum, quando in loco proficiendo cambio consignato recipiens alibi ad cambium caret non solum pecunia, sed & posibilitate habendi eam, vel animo quærendi eam ibi pro soluenda pecunia alibi ad cambium recepta, quia destitutus est omni opinione, & spe tempore restitutionis cãbij pro restitutione inueniendi pecuniam: hæc autẽ regula est contra Albornozium, in parte lib. 3. de contractibus titul. 4. qui suæ sententiæ vtpote nouæ amore allectus, ac proinde deceptus contra communem opinionem asseuerat, quod si dans ad cambium ad aliquem locum in tali loco habet negotia gerenda censetur inire contractum cambij ratione distantiæ loci, aliàs sibi si illic nihil incumbat agendum, censetur contrahere mutuum cum lucro ratione distantiæ temporis. ¶ Atideò deceptus est doctor iste, quia non introspexit naturam huius tertij generis cambij, neque discrimen, quod est inter tertij generis cambium, & alia primi, & secundi generis cambia satis aduertit, scilicet, quod primi generis cambium fit gratia vtriusque contrahentis, sicut secundi generis cambium fit gratia dantis. At verò cambium tertij generis gratia recipientis ad cambium principaliter contrahitur. Vnde consequitur in hoc tertij generis cãbio magis conijciendus est oculus ad recipiẽtem, si illum interfit recipere ad cambium pro sua indigentia supplenda, & an ipse petat, & an ad instantiam ipsius fiat quam ad cãpsorem dantem, scilicet, an taliter det cambium ad alium locum quod negotia gerat in illo, quia satis est paratus sit recipere pecuniã quam hic confert alibi cambiatam.

Deceptio Albornozij.

¶ Deindè si iam quis quærat ad exercendum cambium, qualis animus requiratur in dante. Responsum sibi tale is accipiat, sci licet, necesse esse dantem animo esse paratum ad recipiendum in alio loco, quod hoc in loco confert ad cambium, tũ requiritur sibi innotescat recipientẽ ad cambium pro aliò loco rem sincere gerere & verè ad cambium petere, sic vt contrarium non sit persuasus, sed

Quæstio.

fi le ſana credat recipientem ad cambium nõ accedere ad petẽdum ad cambium fucatum, & fictum: ſed vere cambij contractum velle inire cum animo ſoluendi alibi pecuniam in cambio permutatam.

Quæſtio. ¶ Præterea in mẽtem venire aliquibus hoc dubiũ poſſet. ſ. an campſor, qui probè nouit eum qui petit à ſe ad cambium pro alio loco, ibi non fore ſoluendo, vbi ſoluere pactus eſt: niſi ibi iterum ab alio accipiat ad cambium pro alio loco, aut ad ſoluendum ibi accipiat mutuum ſub vſuris, poſsit hac non obſtante ſcientia cum petente cambij contractum inire. *Argum.* ¶ Nam hæc ratio in dubium vertere videtur quæſtionem. ſ. quòd emens boues, quibus vẽditor caret, emptionem fictitiam exercet, ratione cuius nihil lucri poteſt obtendere, ergo pari ratione, qui ei dat pecuniam ad cambium, quem nouit alibi carere pecunia ad ſoluendum non poteſt poſtquam fictitium init cambium, aliquod licitè expetere lucrum.

Reſp. ¶ At verò his nihilominus non obſtantibus dicendum eſt, cum Doctore Sarabia, & cum Garcia de contract. 2, part. cap. 13. illum citante quod licet non liceat emere boues fictos à carente illis inde intendendo reportare lucrum: tamen bene licet campſori conferre Metinæ pecunias ad cambium in Flandriam, quamuis non ignoret recipientem ad cambium Flandriæ carere pecunia ad ſoluendum, *Ratio.* neque ad hoc illam aſſecuturum citra intereſſe: quia neque etiam in arte negotiandi tam emptori, quàm venditori incumbit cura examinandi, an erogans pretium illud ſibi parauit pro illo ſoluendo intereſſe, aut accipiendo illud mutuò ſub vſuris, dum modo pretium juſtum ſoluatur: & nihil vltra exigatur, ſic in hoc genere cãbij contingit, neque eſt eadem ratio de emente boues fictos cum lucro, quos (vt ſupponimus) venditor nunquam eſt traditurus ementi, quia eis caret, neque eos eſt emptirus ad eos emptori tradendos, ſed merum eſt commentum: & de dante ad cambium Metinæ ad Flandriam, qui licet recipiens ad cambium careat pecunijs Flandriæ: tamen facultas ſibi ſubeſt ibi conquirendi eas: & defacto ibi aliundè ad ſoluendũ conquiſiturus eſt eas, & ſub tali fide, & ſpe non ficta ſibi datur (vt ſupponitur) ad cambium. Quare illa emptio fictitia boũm non licet, hoc autem cambium in hoc caſu inire bene licet.

Circa extrau. ¶ Deinde circa illam particulam extrauagantij, vbi dicitur: Statuimus ne quis realia cambia aliter, quàm pro primis nundinis vbi illæ celebrantur, vbi vero non celebratur pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum audeat exercere, ab vſu illo prorſus reiecto cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercendi, notandum eſt valde, quod per primas nundinas iuxta ſenſum iſtius extrauagantis intelliguntur illæ nõ quæ abſolutè ſunt primæ, ſed illæ vſque ad quas à tempore celebrationis cambij competens tempus interſtat ad cambium ſoluendũ quod quidem tempus trium menſium regulariter pro ſufficienti reputatur. *Quid primæ nundinæ.*

¶ Ex quo apertè colligitur, quod ſi à tempore celebrationis cãbij ſpatio octo, vel quindecim dierum inſtarent nundinæ in loco vbi cambium ſoluendum eſſet, ſi cambium ea conditione eſt celebratum vt ſolueretur in nundinis diſtantibus interſtitio trium menſium, aut plurium, non diceretur cambium tunc celebratum eſſe ad intercollatas, vel mediatas nundinas, quia illæ nundinæ dicuntur immediatæ, & primæ in quibus commode poteſt fieri ſolutio cambij, & non his præcedentes. *Corol.* ¶ Cum igitur tempus præſignari ad ſoluendum cambium in nundinis dupliciter contingere poſsit, vno modo ad nundinas immediatas, alio modo ad mediatas, illas dicemus eſſe nundinas immediatas, quæ primæ ſunt poſt peruentionem literarum cãbij ad locum vbi celebrandæ ſunt nundinæ, dum fraus, vel dilatio temporis data opera cõceſſa non intercedat. Infertur ergo nundinas ſecundas mediatas, & intercallatas eas eſſe dicendas, quæ erunt ſecundæ, ideſt, veniunt celebrandæ poſt deportationem literarum cãbij, vel poſt quàm commode potuere reportari, itaque quantum ſpectat ad tempus licuit per illud, quia ſufficiens erat commode ſoluiſſe cambium in nundinis præcedentibus. *Aſſignatur tempus dupliciter.*

¶ Hic igitur eſt intellectus verborum Pij. V. patet dum in ſua extrauaganti vetuit celebrari cambia, niſi ad primas nundinas, & non ad nundinas ſecundas, vel mediatas, quæ dicuntur nundinæ intercallatæ, neque ad vlteriores temporis terminos, quam diſtantia loci prærequirat, hocque ſic cauit, vt occaſiones vſurarum cauerentur. Nam inde augendi intereſſe ſumebatur anſa, quia ſolutionum tempora prorogabantur ad plures nundinas. Quando ergo dicitur ſoluendum eſſe cambium in nundinis, intelligitur in earum nundinarum pagamentis. *Intelligentia extrau.*

¶ Inſuper animaduerſione eſt opus circa illam particulam contentam in prædicta extrauaganti, *Notã.*

uaganti. s. ab vso illo prorsus reiecto cambia pro secundis: & deinceps nundinis, siue terminis exercendi. s. quod longiores termini solutionum triplici de causa concedi solent. Primò, quo tempus subsit recipienti ad cambiũ alibi conquirendi pecuniam vt commodius possit esse soluendo. ¶ Secundò quia campsor intra illud temporis terminum sua pecunia non indiget, ideo solutionis prolatat terminũ nullius interesse maioris intuitu: quòd autem hac duplici de causa termini cambiorum prolongentur res est tum iusta, tum etiam charitati consona. ¶ Tertia autem de causa longiores termini solutionum præfigi solent, quatenus ex huiusmodi prolongatione interesse cambiorum augeatur. Ad tollẽdam ergo hac ratione augendi interesse occasionem, Pius. V. vetuit, vt vbi in loco correspondentiæ ad cambium non celebrantur nundinæ: non nisi pro primis terminis cambia celebrentur. Nam interesse velle captare rationis longioris temporis ad mutuum, cum lucro reduci nemo est, qui ambigat. Qui autem intercallationem nundinarum, prolongationemquè termino um velit diffusius legere, consulat tum Sotum lib. 6. de iust. & iur. q. 12. art. 2. & 5. tum etiam Mercatum in declaratione extrauagantis de cambijs.

Quæstio. ¶ Quòd presius quæstionem agitando, veritas illucescat inquirendum venit, vtrum ad distantiores tempore nundinas cambia incundo auctius interesse expeti possit. Nequè leuis hic se obijcit ratio dubitandi vtrinquè vrgens. Nam pro parte negatiua communis occurrit ratio. s. quod lucrum eo nomine vel le campsorem sibi comparare quòd longius proroget terminum ad soluendum cambiũ res est manifesta vsura non vacãs. *Argum.* *In oppositũ* ¶ In oppositum autem est quod abundantia maior recipientium ad cambium licitè adauget cambiorum pretium. sicut etiam maior abundantia emptorum pretium rerum venalium ad augere solet, & quidem iustè. At verò dum lõgiora solutionum tempora conceduntur in cambijs, plures occurrunt: qui petant ad cãbium eo quod tunc longiori tempore potituri sint pecunia ad cambium recipiendarea: ergo licitè tunc non immediate ex maiori dilatione temporis, sed ex abundantia recipientium ad cambia inde causata licitum erit cambiorũ augere pretia. Propter hoc argumentũ allatum in oppositum Caietanus in opuscul. de cambijs cap. 7. sentire videtur, quod si distantia maior temporis: qua distant nundinæ inquibus soluendum est cambium immediata causa est augendi interesse cambiorum tũc manifesta committitur vsura, quia inde resultat mutuum cum lucro, at secus est si hæc maior distantia temporis augendi interesse cambiorum causa immediata non extiterit: licet sit augendi interesse occasio, vt puta longior terminorũ prorogatio communiter cõcessa recipientibus ad cambia, quia causa est immediate inducens maiorem copiam recipientium ad cambia, subinde mediatè, & secundariò, & occasionaliter augendi cambiorum pretium præstat ansam licitè secundum Caietanum cui subscribit Metina Complutensis, quia iuxta eorum mẽtem distantia maior, vel minor, qua tempore distant nundinæ ad quas cambitur est causa immediate inducens maiorem, vel minorem copiam petentium ad cambium. At maior, vel minor copia petentium ad cambium in causa est, quod pecunia in ordine ad cambia æstimationis maioris sit vel minoris, æstimatio autem maior, vel minor pecuniæ proxima, & immediata causa est maius vel minus, reportãdi interesse, eo q̃ maior, vel minor distantia temporis est vsq; ad nundinas, vbi cambia sunt persoluenda: itaq; non ipsa distantia temporis, & nundinarum distantium tempore causa est proxima, aut immediata augendi cambiorum pretia.

Sent. Caie. & Metin. Complut.

Sent. Soti. ¶ Hic autem Caietano & Metinæ aduersatur Sotus lib. 6. de iust. & iur. q. 12. art. 5. ad 2. & q. 13. art. 2. asserens, quod quando abundantia petentium ad cambia ortum habet ex distantia temporis iuxta quam, & solutio prolatatur talis abundantia, quia ex mala radice & causa originem ducit, nempe ex solutionis dilatione, non potest licitam præferre rationem augendi interesse, aut pretium cambiorum, quia si radix mala est, & rami, & fructus inde prodeuntes malitiã exsugunt: Secus autem esset, si talis abundantia recipientium ad cambium secluſa violentia, & fraude, ex alijs causis iustis pullularet. Cætetum quoniam non sat est nobis aliorum doctorum hic proposuisse contrarias sententias, nisi vel eos conciliemus, vel lectori quæ sit sequẽda insinuemus ideo respondetur per conclusionem.

Concluſ. ¶ Sit igitur conclusio abundantia petentium ad cambia, quæ oritur ex eo quod longiora tempora indulgentur pro solutione: sicut accidit cum ad distantiores tempore nundinas cambia conceduntur, non iustè auget cambiorum interesse. In hac conclusione nobiscum consentit Garcia assentiẽs magis opinioni Soti. Conclusio autem primò patet quia *Prob.*

opinio opposita Caietani, & Metinæ campsores tranuersos agit, & propensos ad innumeras palliandas vsuras, quarum occasionibus subinouendis Pius. V. consultum iri curauit in sua extrauaganti, dum celebrari cambia vetuit pro nisi primis nundinis, & pro primis terminis. Nam si liceret ad distantiores tempore nundinas cambiendo plus interesse accipere, quid necesse fuit Pium V. ad succidendas occasiones vsurarū id vetasse, tum quia si campsores monopolium cōflantes vel omnē pecuniam ad numerum paucorum campsorum congererent sic paucitatis dantium ad cambium, & multitudinis maioris ad cambium accipientium auctores essent: quia id à mala radice procedit non possent licitè interesse, & pretia cambiorum augere. Ergo neq; etiá in pretio cambiorum licet campsoribus ascēdere ex abundantia accipientium causata ex dilatione maiori temporis, quæ abundantiam accipientium ad cambium solet augere, quia hoc etiam à mala radice procedit.

Confirm. ¶ Confirmat hoc Nauarrus in Comment. de cambijs num. 59. vbi in hac parte commēdans sententiam Soti asserit non licite augeri æstimationem pecuniæ in nundinis propter defectum, & penuriam numorum, quando penuria hæc ex monopolio conflato à campsoribus originem traxit, quia tacite vel expresse causa augendi cambiorum pretia pro libito, omnem ad se cum essent pauci congesse pecuniam. arg. l. 1. C. de monopo. Addit tamē hic vnum Nauarrus, s. quodan hoc casu, & tempore, alij mercatores qui expertes fuere culpæ, nequè consortes fuerunt monopolij possunt bona conscientia dare ad cambium augendo pretium iuxta caritatem ex monopolio inductam, non autem monopolij autoribus id conceditur ait Nauarrus, quia fraus, & dolus nemini podesse debent cap. ex tenore de relcript. & l. itaq; fullo. ff. de furt.

Modificatur sent. Nauar. Cæterum hoc quod concedit Nauarrus expertes culpæ, & monopolij posse iuxta pretium ex monopolio auctum cambire sine grano salis iuxta sententiam Metinæ in sua instructione. § 25. de empt. non ausim eis concedere. Quia si alij, qui auctores monopolij nō fuere, ignorant per hanc vim, & fraudē auctum fuisse cambiorū pretium, possunt hac durante ignorantia excusante eos, bona fide cambire ad pretium sic auctum iuxta sententiam Nauarri, non tamen si consciij fuerunt illius monopolij, ad illud pretium auctum cambire poterunt propter rationem eiusdem Metinæ. l. quia iam constitit eis de fraude, & de violentia, qua illud pretium violentum est, ac subinde iniustum, quō circa ad illud pretium eis hac stante scientia cambire non licuit.

Confirm. ¶ Confirmatur etiam, quia sicut non licet augere pretium mercium eas vendendo, & earum pretium concredendo ad longius tempus hoc prætextu. s. quod tunc merces pluris æstimantur, quia plures inueniuntur earū emptores, cum ad longius tempus concreduntur, ita non licet augere pretia cambiorū hoc intuitu, quod plures inueniuntur petentes ad cambium, eò quod ad longiori tēpore distantes nundinas cambia soluenda concedūtur, patet consequentia. Quia perinde proportionabiliter se habent cambire ad literas visas ex vna parte, & ad terminum præfixum, vel ad nundinas ex alia. Sicut vendere pretio dēpręsenti, & numerata pecunia ex vna parte, & vendere ad creditum ex alia, quia sicut venditio ad pretium numeratum est regula per quam taxatur iustum pretium venditionis ad creditum, ita cambium ad literas visas est regula, per quam taxatur pretium iustū cambiorum: quæ celebrātur ad terminos præfixos, vel ad nundinas certas. Sicut enim pretium emptionis, & vendionis ad creditum, vt iustum sit, excedere non debet pretium venditionis factæ præsenti pretio, ita pretium cābiorum ad nundinas, vel ad præfixum terminum, vt iustum sit excedere non debet pretiū cambiorum, quæ celebrantur ad literas visas, ergo sicut pretium in venditionibus ad creditum non est augendum pluſquam valet præsens pretium communiter currens, etiam si ex concessa mora solutionis plures ad emēdum confluant emptores: ita nequè pretium cambiorum, quæ celebrantur ad nundinas, vel ad longiores terminos: ideò augendum est magis, quàm sit pretium cambiorum ad literas visas. s. quia propter maiorem temporis prorogationem plures accurrunt ad cambia petitores, & receptores. ¶ Et per ea quæ dicta sunt argumento in gratiam Caietani à principio facto manet satis factum.

Predicta fit satis ar. Caiet.

Quæstio. ¶ Porrò postquàm ratione maioris dilationis, aut ratione maiori copiæ accipientium ad cambium inde ortæ interesse cambiorum augeri non posse diffinitum est, superest nūc, & id dubij expedire. s. vtrum campsores ratione lucri cessantis possint aliquod capere interesse, eo quod ad proximas, vel secundas, vel vlteriores suam dantes petentibus pecuniam desinunt cambire. Est autem quæstio hæc non extra controuersiam, siquidem So-

tus

Sent. Soti Argum. 1. & 2.

tus lib. 6. q. 10. arti. 2. de iust. & iur. partem tuetur negatiuam, primò hac ratione scilicet quia campsores nullâ ratione possunt lucrũ cessans expetere, etiam si millies rogati cambiant, tum quia sua sponte faciunt, tum præcipuè quod à nulla alia cohibentur licita negotiatione cum solis cãbijs (vt supponimus) expositam habeant pecuniam, tum quia extrauagans Pij. V. repugnare videtur, vbi cauet, ne deinceps quisquam audeat siue á principio siuè aliàs certum, & determinatum interesse etiam in casu non solutionis pacisci, ergo neque interesse lucri cessantis cambiendo ad secundas, vel ad vlteriores nundinas licet pacisci, etiamsi campsores causentur se ob id cessasse à pluribus cãbijs ineundis ad primos terminos, vel ad primas nũdinas. At Coronelles fratres doctores Parisienses, quibus subscribit Nauar. Cõmen. de camb. n. 34. in affirmatiuã cõuenere sententiã hac persuasi ratione q; licet cãpsoribus se seruare indemnes, est autem perspicuum aliquãdo tales campsores pati iacturam lucri cessantis, ac subinde subire damnum ex cambitione, qua cambiunt ad secundas, vel tertias, vel distantiores tempore nundinas, eò quod hac de causa plura prætermittunt celebrare cambia sibi lucrum parientia ad plures proximas nundinas, & primos terminos, ergo licebit tunc quando sic cambiunt ad distantiores nundinas, non quidem ratione maioris prolationis temporis, sed ratione lucri cessantis cambiorum pretia augere.

Sent. Coronelium.

¶ Igitur præmisso primò, quod sæpe inculcauimus scilicet, quod lucrum illud quod sibi titulo cambij, vel recambij aucupantur cãpsores à recipientibus ad cambium propter prorogationem eis indultam vsquè ad nundinas secundas vsurarium esse teste Nauarro in extrauagantis expositione iuxta cap. consuluit de vsur. adijcimus secundò, quod licet limitationem, quã quoad forum conscietiæ subtrepide addidit Nauarrus non audeamus omnino condemnare vbi ait, quòd tale lucrum non esset vsuram inuoluens, quando pro vero interesse scilicet lucri cessantis acciperetur à campsoribus: sed tamen malumus iam extante extrauaganti Pij V. asserere, quòd in conscientia non sit licitum cambiendo interesse lucri cessantis obtendere siquidem extrauagans Pij V. id clarè per hæc interdicit verba, Statuimus ne de inceps quisquam audeat siue á principio, siue alias certum & determinatum interesse etiam in casu non solutionis pacisci.

Sent. autoris.

Facit extrau.

¶ Item Metina Salmanticensis in hoc certè nobis assentiret, qui in instructione conf. §. 26. de censibus penes finem loquens de cõditionibus, Censibus, ait, quod licet multæ cõditiones censuum non sint de iure naturali, & diuino, tamen sunt de iure positiuo obligantes obligatione tali, quod earum transgressores subdunt culpæ mortali. Quia pari ratione idem diceret de statuto hoc, quo Pius. V. statuit nullum interesse certum, aut determinatum pacisendum esse in cambijs, etiam in casu non solutionis, quia certè par est vtriusque ratio. Nam sicut multæ census conditiones cautæ sunt ad exterminandas vsurarias fraudes, sic & ista dispositio, ne de interesse certo lucri cessantis fiat pactum, tũ quia si lex est sancta, & prospiciens securitati conscientiæ: & à tanto pastore edita, quare in foro conscientię non obligabit: si igitur eius transgressor in foro exteriori conuictus pœnas dabit, credo eas luet, nõ propter solam causam, sed etiam propter incursam culpam. Neque hanc legis dispositionem fundari solum in presumptione autumo contra Nauarrum, sed etiam istius obtentus lucri certi cessantis in cambijs esse in conscientia prohibitiuam. ¶ Vnde sententiam Nauarri quatenus insinuat in conscietia pro vero interesse lucri cessantis aliquid in cambijs posse recipi non facile admiserim, nisi duplici limitatione mediante, primò quod hæc assertio Nauarri intelligatur, dum in cambijs de certo lucro cessante soluendo non fiat pactum iuxta dispositionem extrauagantis. Nam tunc si sine præuio, vel intercedenti tali pacto contingat ex mora soluendi inuito campsori aliqua lucri cessantis aut damni emergẽtis iactura, non erit ei illicitum eius exposcere recompensam.

Facit Met.

Sent. Nau. in conscientia non veranisi, &c.

Limitatio. 1.

¶ Secundò limitanda venit talis assertio Nauarri, quod sit vera, quando annectitur huius pactum, non quoad vitationem culpæ in conscientia, quia reuera trangressio extrauagantis eam inducit, dum tale initur pactum de certo lucro cessante soluendo in cambijs, sed quoad euitationem culpæ contra iustitiã in non restituendo illud interesse lucri cessantis etiam deducti in pactum, quando re vera pro vero interesse illud campsor cepit. Quia tunc licet deliquerit campsor contra iustitiã legalem dispositionem iustam extrauagantis violando, sed nihil molitus est contra iustitiã commutatiuam, cuius sola violatio obligationem inducit restituendi, quando re vera omnes conditiones iustificantes exactionem lucri cessantis concurrerunt, quare tunc interes-

2.

se

fesse ac ceptum, si non restituat, non ideò alicuius culpæ cõtra iustitiam commutatiuam reus erit.

Dictum.2. ¶ Secundò ad quæstionem dicitur cum Nauarro, quod ante editionem huius extrauagantis Pij V. immitendo soli iuri communi non erat aliquo iure interdictum pacisci à principio, vel postea in cambijs ante solutionis tempus superintercesse probabili, scilicet, vt certum quid solueretur. Cuius sententiæ fuere Metina in C. de restitut. fol. 132. & Sotus lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 3. qui soluendum esse interesse, verisimile conuentione firmatum à principio dixere, licet in fine tandem pateat nullum interesse obuenturũ fuisse: verum iam post istius extrauagantis promulgationem in materia cambiorum interdicta est talis alicuius certi, & determinati interesse lucri cessantis conuentio, propter dispositionem extrauagantis, cuius intelligentiam limitatam per Nauarrum, quatenus attinet ad forum conscientiæ, nos rursus securius supra moderati sumus.

Iam conuentio interesse determinati prohibita.

Dictum.3. ¶ Tertiò dicimus quod licet autore Nauarro in disputationem pro vtraque parte verti posset, vtrum dispositio hæc de non annectendo cõtractui cambij pacto de aliquo certo lucro cessante soluendo, extendenda sit ad pactum simile non annectendum contractui mutui, tamen cum illo tenenda esse videtur pars negatiua, vtpote quę iustior videtur, propterea quod dispositio hæc exorbitans est in hoc à iure communi, quare restringenda est, non ad alios casus extendenda.

Dictum.4. ¶ Quartò dicimus cum Nauarro quod dum Pius V. hic celebrari cambia vetat, nisi quò ad proximas nundinas, vel primos terminos pro soluendis cambijs assignari solitos id interdicere ea ratione est intelligendum, ne cariora fiant cambia ad secundas, vel tertias nundinas exercita, quàm ad primas, alioquin non videtur Pius V. prohibere ne maiori termini prorogatio cõcedatur debitori si sine vllo iniusto campsoris fiat emolumento quod videtur confirmari. l. quòd fauore. C. de leg. & cap. quod ob gratiam de regul. iur. lib. 6. Sicut nequè etiam hic Pius V. videtur vetare vt prædiximus (dum vetat certum interesse, & determinatum non deducatur in pactum) quod conditionaliter fiat conuentio, non quidem de certo interesse soluendo, sed de illo lucro cessante, quòd ex mora solutionis obuenerit quidquid, vel quantum illud fuerit nihil in particulari determinando. Quia hoc pactum nihil aliud est quàm iusta quædam protestatio suæ indemnitatis, quam facit campsor suo debitori. Immo etiam non præcedente ista conditionali incerti lucri cessantis pactione, si ex culpa & mora debitoris campsori nolenti interesse cessaret, posset illud expetere, quia de iure naturali est teneri ad indemnem. ¶ Ex supradictis patet iam solutio quæstionis in principio propositæ, quia respondemus quod non licet alicui mercatori, quia cohibetur ab alia negotiatione, cambiendo suam pecuniam hic expetere lucrum cessans, neque campsori licet illud exigere cambiendo ad nundinas mediatas, vel intercallatas sub eo nomine, & colore, quo omittit plura exercere cambia ad primas nundinas, & primos solutionis terminos assuetos ex quibus vberiùs sibi comparasset emolumentum, quia id est vetitum per extrauagãtem Pij. V. quæ tamen quoad conscientiam attinet iuxta glossam superius à nobis datam glossanda venit, quæ aliquantulum distat à glossa Nauarri.

Solutio.

CAP. XIIII. *An vsus cambiendi receptus in Italia & in alijs orbis partibus an sit licitus, de forma vsus huius cambij, de sententia Nauarri & autoris circa hoc admonitio digna, examinantur hic quatuor conclusiones Sotti, seu potius explicantur, regula Siluestri pro cambijs, admoneuntur campsores de periculis quæ secum ferat ars campsoria.*

QVamuis multa principia tradiderimus, multaque à nobis hic in materia cambiorum discussa sint dubia, per quę, & reliqua omnia, quæ occurrere possent, possent facilitèr diffiniri, tamen quia adhuc ostensis principijs, dum ad particularia dubia descendunt quæ illis proponuntur, aliquos allucinari contingit, nonnulla, & si non omnia hic dicenda proponemus, per quæ lector, qui in his agitandis quæstionibus non est tam versatus, cætera possit coniectare & definire. Quæritur ergo primò an ille vsus cambiendi qui in tota Italia expresse inoleuit, & in alijs quoque orbis partibus implicite introductus est, licitus, exercetur autem sic, sunt quippe multi quibus copia pecuniæ numeratæ suppetit, qui vel quia nolunt in arte mercãdi exerceri, vel quia ad eam minus idoneos se existimant, vel quia alium commodiorem modum quæritandi victum non inueniunt, artem campsoriam amplectuntur in hunc modum eam exercentes (vt refert Nauarrus in sum. Latin. cap. 17. de cambijs lit. L.) quod Genuæ, vel in Italiæ

Quæstio.

Variæ exercicia cambiorum

Italiæ alio loco dant pro scuto marchæ quo valet Lugduni. 67. solutendo ibi in proximis nundinis. 65. vel 66. plus vel minus pro vt fuerit prolixius, seu breuius tẽpus interdationé, & solutioné, nunquã tamen dãt. 67. quia tunc nihil lucrarentur, qui acceptis literis ab his quibus dedere pecunias ad quosdam alios, qui illa scuta in illis nundinis sibi soluant vel suis factoribus, rursus illa scuta sibi soluta eisdem, vel alijs Genuæ soluenda, vel alibi in terminis ad solutionem assuetis conferunt soluenda cum auctuario certo, vel incerto, præsignando ab in hoc deputatis, & illa scuta soluta cum auctuario hoc conferunt eisdem, vel alijs restituenda in alijs nũdinis proximis Lugduni restituendo & soluẽdo pro singulis scutis marchæ. 65. vel 66. vt prædiximus. Simile quoq; dubium huic annectit Nauarrus ibidẽ de his qui in fine nũdinarũ Galliæ, Belgiæ, Hispaniæ certis temporibus celebratarum magna copia pecuniarum abundantes, quã nolunt in merces insumere eã eisdem, quibus antea tribuunt ad cambiũ, vel alijs ad cambium recipere volentibus eam pecuniam tradunt soluendam, vel in nundinis, vel in alijs ciuitatibus eiusdem regni, vel aliorum regnorum proxime obuenturis, recipiunt q; eam ibi cum aliqua lucri certi vel incerti accessione, cumquè in fine nundinarum aliarum receperint per se, vel per suos institores quantitatem, quam antea contulerãt ad cambium eam sic cum accessione lucri receptam rursus in fine nundinarum eisdem, vel alijs conferunt ad cambium in nundinis proximis, vel præstitutis terminis soluendam alio loco sicq; huiusmodi cãbia frequentantes in fine nundinarum instaurant, res est quæ ancipites potest tenere doctores: sicut fatetur Nauarrus vbi supra, ipsum, & Emanuelem à Sa Societatis Ieiu doctorem â se valde commendatum in solutione huius primi dubij substitisse ante aliquot menses, dum interrogati essent de eo à quodam episcopo salutis animarum sui gregis cupidissimo. Neq; enim facile est approbare contractus, qui effigiem mutui cum lucro præseferunt quod capit. in ciuitate de vsuris ecclesia damnat, sed neq; præcipitare sententiam oportet in damnanda ea arte cui innumera multitudo Christianorum alioquin Morigeratorum ad trãsigendam vitam dat operam: neq; enim (vt narrat Nauarrus solum negotiatores, & campsores huic cambiendi officio vacant, sed quàmplurimi alij, tum locupletes viri, tum optimates, & tam iuprem æ, quàm infimæ notæ homines, etiam ecclesiastici ab hac non abhorrent arte, vtuntur, enim ea suas pecunias cõmittendo campsoribus, vel mercatoribus prædicta cambia exercentibus eo animo, & pacto, vt suas non ciscantur partes incertas, vel certas lucri incerti pro rata pecuniæ à se contributæ. Hos autem, qui quotanni confitentur, absoluunt, sacram suscipiũt Eucharistiam, & eorum confessores tàm atro calculo scilicet damnationis velle notare res est: quæ non videtur carere nota temeritatis maximè, quia vt tradit Cald. quem citat Nauarrus, cambijs his cessantibus cõmercia cum exteris regnis interirent & propria commercia vniuscuiusquè regionis tenuiora fierent.

Quæstio.

Forma vsus cãbij.

Obiectio.

Dictum 1.

¶ Iam ad solutionem vtriusquè dubij accedendo (nam quia de vtroquè eadem est ratio, vtrumquè eadem comprehendit solutio) dicimus: quod huiusmodi cambia iusti ficare non possunt si ficca sint, & fictitia, quæ quidẽ fictio vt absit nõ sat est (vt prædiximus) ignorare an recipiens ad cãbium alibi realiter, vel credito pecuniam habeat, sed requiritur saltem huius fidem probabilem habeat dans quia (vt allegat Nauarrus) ignorantia etiam facti eius, quod oportet scire, non excusat. 1. quæstione 4. §. notandum quolis est hæc, & de electione cap. innotuit. accedente glossa.

Dictum. 2. Sent. Nau.

¶ Secundò dicimus, quod perperam Nauarrus casum vtriusquè dubij ait posse saluari per reductionem ad. 5. cambium, quod vocat ipse lit. g. cambium ratione veri interesse damni emergentis: vel lucri cessantis, quod incurrit campsor cessando ab alio iusto cambio, quia solutio dubij debet adaptari casui, de quo dubitatur, & secundum circunstantias secundum quas, vel cum quibus proponitur (nam circunstantia vna sola interdum variat casum) debet quæstio solui. Cum ergo (vt Nauarrus proponit vtrũquè casum) qui huiusmodi exercente cambia nolint arti mercandi intendere, neque pecuniam suam in prædia, vel iura fructifera insumere, sequitur quod illis titulus iste lucri cessantis sit fictitius, & quod obtentu illius, captandi interesse ius in cambio non habent: malè ergo hos casus contendit saluare reducendo eos ad cambium quod ipse vocat quintum.

¶ Sed neq; punctum veritatis attingit reducendo eos ad tertium cambium, quod ipse lit. E. diffinit esse cambium per literas, quibus virtute literæ transfertur pecunia ex vno loco in aliũ quamlibet remotum: quia in hoc

cambio

cambio translationis pecuniæ vt benè diffi-
uiuit Garcia, qui suam volunt transferre pecu
niam ad alium locum, prius eam campsori-
bus translaturis eam veluti transferendam
conferunt, at indubitationis huius, vtroquè
casu campsores ipsi sunt, qui pecuniam suam
tribuunt recipientibus eam ad cambium in
alio loco soluendam: vnde præposterè reduc-
it hos casus ad quinque quod vocat ipse cam
bium.

Sent. autoris. ¶ Igitur si saluanda sunt huiusmodi cam-
bia est per reductionem ad tertium genus cā
bij per literas, vbi campsores vel mercatores
in vno loco impendunt pecuniam ad cam-
bium: vt sibi cum interesse in alio loco com-
mutata reddatur, quod quidem interesse in
hoc tertio genere cambij ex triplici capite (vt
prædiximus) expeti licitè potest, ex quo pro
uenit idem numisma magis æstimari in vno
loco, quàm in alio, scilicet, vel quia maioris
æstimationis legalis, & naturalis est in vno lo-
co, quàm in alio, vel secundò ratione absen-
tiæ, & præsentiæ pecuniæ, vel tertiò ratione
maioris æstimationis accidentalis, quàm for
citur moneta eadem in diuersis locis. ¶ Bene
Nota Nau. tamen admonet Nauarrus pensandum esse
in hac parte, an eadem pecunia in loco distan
ti maioris sit æstimationis, quàm in præsenti
loco, tuncquè conferendum esse illud plus
æstimationis cum illo minori, quo propter
absentiam valet: & sic reducendum est ad
æqualitatem valoris. Vnde corollariè infert,
quod si eadem pecunia pluris valet Lugduni
quàm Metinæ, qui Metinæ pecuniam exi-
stentem Lugduni emeret ex hac parte carius
ab ipso esset emenda loquendo de emptione
largo modo, carius (inquàm) si emeret Lu
gduni pecuniam Metinæ constitutam & è
contra. Vnde infert hac ratione fortè iustifi-
cari cambia illa, quæ frequenter exercentur
à Metina ad Vlissipponem, & ab Vlissippo-
ne ad Metinam, quia à Metina in Vlissippo-
nem multoties cambitur ad paria hoc est cam
biuntur centum aurei collati Metinæ prius
pro cētum redhibendis in Vlissippone, cuius
potissima ratio est. Quia pretium pecuniæ
Vlissipponensis licet ex se auctius sit, tamen
respectu Metinæ vbi cambitur ad Vlissippo
nem quia est absens, Metinæ hac ratione ab-
sentia minus valet, atquè sic fit interdum vt
subtracto, quo minus valent Metinæ cen-
tum aurei Vlissipponenses propter absen-
tiam, (licet alias excederent æstimatione, pos
sint adæquari quò ad cambium, dando Me-
tinæ centum aureos præsentes pro totidem
absentibus, qui in Vlissippone sunt reddiben
dis. ¶ Ratio autem quod à Metina ad Flandriā *Ratio.*
ad paria, cambia celebrari non possunt ea est, q.
quia licet pecunia Flandrensis ratione absen-
tiæ, vtpote quæ est extra regnum minus valet
sed tamen tantopere in Flandria superexce-
dit in æstimatione, vt etiam dempto, quo Me
tinæ ratione absentiæ minus valet, adhuc su-
perior in valore manet, quàm pecunia, quæ
Metinæ ad cambium pro Flandria recipitur.
Quamuis enim absentia pecuniæ Vlissipponē
sis, & eius extra regnum existentia in causa es
se posit æquandi pecuniam Vlissiponensem
cum Metinensi in Metina, tamen hæc absen
tia pecuniæ & extra regnum existentia suffi-
ciens causa non est ad adæquandum Metinę
pretium pecuniæ Flandrensis cum pretio pe *Dictum vl*
cuniæ Metinensis. ¶ Vltimo dicimus quod *timū.*
quoniam ad istud tertium genus cambij vide
tur reduci vterque casus in dubitatione præ-
positus, & quia cambium hoc tertij generis
ex prędicto triplici capite ex quo maior æsti-
matio pecuniæ sumitur in vno loco, quàm in
alio iustificatur, videndum est ab eis, qui hæc
cambia exercent, vt iustè ea exerceant, an om
nes tres causæ augendi pretium cambiorum
concurrant, vel vna tantum, vel duæ, vt iux-
ta concursum earum metiantur pretium iu-
stum cambiorū, iuxta regulas supra traditas,
illudque etiam aduertant, quod eos Nauarrus
admonet, scilicet, quod sicut emens rem aliā
absentem minoris notabiliter, quàm commu
ni æstimatione æstimetur, etiam si subtraha-
tur, id quo minoris solet æstimari propter ab-
sentiam, præterquàm, quod delinquit morta-
liter, obnoxius fit ad restitutionem illius quo
tæ notabilis, quæ ad adæquandū iustum pre-
tium requiritur, ita etiam campsor, qui cam-
biat pecuniam præsentem pro absente, si no-
tabiliter pro absenti pecunia erogat ob eius
absentiam minus, quàm propter eius absen-
tiam communiter solet minus valere, etiam
detracto, quo minoris æstimatur propter ab-
sentiam, & culpa mortali se subijcit, & obliga
tioni restituendi, quia licet posit subtrahere
à pretio pecuniæ sibi in alio loco reddendæ
quod minus valet propter absentiam, sed hac
ratione non potest notabiliter vltra iustum
subtrahere.

Admoni-
tio. ¶ At admonere non desinam quod for-
te iuxta sententiam Soti & Mercati in præ-
dictis duobus casibus, & dubijs vbi sic de loco
ad locum recepta solutione reciprocè quo-
dammodo instaurantur continuè cambia nō
est habenda ratio absentiæ pecuniæ, vt ideò

pecu-

pecunia absens sit minus æstimanda, siquidem licet relinquatur absens à loco vbi fuit primò data, sed tamen sit suis domini præsens ad restaurationem cambiorum, quam semper exercent in fine nundinarum, sed hoc licet sciam esse turius & apparentius, tamen aliorum iudicio relinquo, licet non metafisicè, sed moraliter tractando res morales p ædicta ratio vrget certè vt apparet, tametsi non damnandum sit oppositum, quando nihil sic lucraretur per restaurationem cambij à loco vbi relicta fuit pecunia absens, sed per aliud vbi præsens est respectu domini eã dantis ad cambia.

¶ Præterea placuit & illam quæstionem quotidianam adducere in medium examinandam, de qua Nauarrus in summa Latina, nume. vltimo de cambi. lit. N. ait se fuisse interrogatum, ea nempe est, An potuit licitè quidam Hispanus Romæ alteri impendere centum scuta, quò ab ea Romæ recipiente centum sibi soluantur in Hispania cum aliquo tamen augmento. At quam breuiter iuxta sententiam Nauarri sic duximus respondendum primò, quod nomine lucri cessantis, si verè non cessabat illi lucrum, quia Romæ Hispanus ea centum scuta non destinarat ad aliquid fructife um emendum, huiusmodi interesse lucri cessantis expetere nõ potest, & nisi etiã concurrentibus alijs lucri cessantis exactionem iustificatibus cõditionibus: Imo dico contra Nauarrũ, q̃ quia quædam in hoc cõtractu intercedit species cambij, & quia in cambijs iuxta extrauagantem Pij V. omnis pactio lucri cessantis cessare debet, contra decretum extrauagantis videtur quod cum tali augmento ratione lucri cessantis centum tantum scuta Romæ ab Hispano data ab eodem recuperentur in Hispania.

Resp.

Dictum. 1.

2.

¶ Secundò diximus, quod ablata omni fictione sicci cambij si verè, qui recipit Romæ illa centum scuta soluenda à se in Hispania, veluti in cambio commutata, habet ea realiter in Hispania in se, vel virtualiter in alijs bonis, vel redditibus, vel quod habebit correspondentem ad ea in Hispania soluendum probabiliter creditur, tunc ratione tertij generis cambij quod hic videtur intervenire obseruatis eius conditionibus, licebit prædicto vt in quæstione proponitur illa centum scuta dare ad cambium, tuncquè duplici ratione licebit Hispano danti Romę illa centum scuta recipere in Hispania illa centum cum augmento. Primò ratione absentiæ, ob quam minus æstimantur Romæ pecunia redhibenda Metinæ. Secundò ratione maioris æstimationis, quia magis æstimantur centũ scuta Romæ, quàm Metinæ totidem.

¶ Tertiò adijcimus cum Nauarro, quod liceret prædictus contractus, etiam si Hispanus illa centum Vlissipone mutuò dedisset, postquam Vlissipone eadem pecunia plus valet, quàm Metinæ, quia tunc non ratione mutui illud augmentum exigeretur, sed quia eadem pecunia Vlissipone plus æstimatur quã in Metina. Quinimo & si Romæ eadẽ pecunia maioris non æstimaretur, quàm in Hispania, si facultas relinquatur mutuatario soluendi ea centum scuta Romæ, si velit, aut si malit, facultas si relinquatur ei restituendi ea in Hispania vel in alijs partibus cum cambio, tunc qui sic ea Romæ contulit, posset saltem augmentum, aut interesse in tanta summa petere, quantam traductio illorum scutorum, seu reductio in Romam vbi data sunt mereretur, quia in hoc casu authore Nauarro nihil videtur expeti vltra sortem, nisi dum taxat id quod ad consulendum indemnitati ea centum scuta dantis Romæ est necessariũ quia centum scuta data mutuo Romæ, quia ibi præsentia sunt danti, plus ei valent, quàm totidem pro solutione mutui in Hispania recipienda vbi sibi sunt absentia, præsertim sic Romæ opus habiturus est eis, quia tunc reductio eorum ad Romam aliqua sibi expensa constabit.

¶ Verum contrauenire videtur huic assertioni, tum quod diuus Antonius. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 30. asserit, scilicet, non abesse ab vsuræ culpa quod campsor agit dum Romæ confert alteri centum ad sua peragenda negotia ea conditione, vt intra octo menses ea Parisijs reddat cum accessione interesse. 5. aut. 8. cui subscribunt Siluester verbo vsura. 4. q. 13. & Gregorius Lopez. l. 31. 5. partita. titul. 11.

Obiectio

Resp.

¶ His nihilominus non obstantibus authore Nauarro prædicta nostra assertio & sua est vera. Quare respondetur quod duplici ratione eorum assertio nostræ non contrariatur. Tum quia prædicti doctores loquuntur de mutuante, aut de illo, qui ratione dilationis, quam indulget ad soluendum, aliquid vltra sortem contendit accipere, quod ex duplici capite licet coniectare ob hanc rationem dilationis voluntatem accipiendi interesse illos doctores voluisse damnare, scilicet, ex longo termino octo mensium, quem in casu quem damnant, proponunt, & ex eo etiam quod eadem pecunia maiorem æstimationem obtinet Parisijs, quàm Romæ, quæ

sunt

sunt illa loca diuersa vbi exemplificant casum, tum quia non ratione mutui, aut dilationis contractum huiusmodi licere asserimus, sed quia pecunia redhibenda Hispaniæ minoris æstimationis est, quanquam Romæ traditur, vel quia quæ Romæ prius traditur à campsore, vel ab Hispano ob præsentiam magis valet, quàm quæ Hispanię est, quippe quę est absens, & in absentia redhibenda.

Examinatio conclusionum Soti.

Concluſ. 1. Soti.

¶ Quoniam extremam manum huic materiæ posit tam copiosam disputationem paramus imponere, quasdam conclusiones, quas Sotus lib. 6. de Iust. & iur. q. 12. artic. 2. & in alijs articulis profert, in quibus nonnihil à cæteris doctoribꝰ dissidet libet examinare, quarũ prima est, quod non licet cambire numos eiusdem ponderis, & numeri, valoris tamen diuersi in diuersis regionibus, pro cuius explicatione dicimus, quod si hæc sua conclusio intelligatur de primo genere cambij per literas, vbi propter æqualẽ necessitatem vtriusq; cambientis res, siuè pecuniæ in diuersis locis constitutæ cambiuntur, vera est propositio, sed secundum Mercatum lib. de cambij cap. 2. & secundum Garciam in 2. par. de contract. capit. 9. pag. 267. contra Sotum non licet in hoc genere primo cambij per literas ei qui primò rogatus est cambire, absq; ignoratę quod ipse quem rogat indiget eodem cambio accipere aliquod interesse, quia non est eadem ratio de rogato dare mulam reducendam ad locum, ad quem eam danti attinebat illam reducere, & de rogato cambire in hoc genere cambij quia in exemplo Soti de mula reducenda non interuenit effigies huius primi cambij, quia eadem mula est, quæ datur, & accipitur ad aliũ locum reducenda, quare contractus hic magis attinet ad secundum genus cambij, ideſt translationis. At verò in primo genere cambij, de quo intelligitur conclusio, non eadem res, vel eadem pecunia datur deferenda, & reducenda alio, sed vna res cambitur pro alia, propter æquam vtriusquè cambientis necessitatem, quorum vnus re, vel pecunia in vno loco eget, alius in alio.

2. ¶ Secunda autem Conclusio Soti est, cambire pecuniam inferioris gradus auri, vel argenti cum alia superioris gradus, nisi interueniat compensatio, iniquitas est. Hæc quidem conclusio si intelligatur de primo genere cambij per literas, quod celebratur propter vtriusquè cambientis necessitatem, quia ea pecunia vnus hic, alius alibi indiget, sic vera est cum ista exceptione solita apponi, scilicet, nisi pecunia inferioris gradus auri vel argenti in ratione monetæ æqualis valoris esset cum pecunia superioris gradus. Nam tunc tale cambiũ inire nihil præse fert iniquitatis, vt verbi gratia si Castellanum in ratione monetæ eiusdem valoris esset cum scuto, nihil iniquitatis contineret, vnum cum alio cambire licet vnum sit inferioris gradus quàm aliud.

¶ Tertia eiusdem Soti propositio est cambire monetam in vna prouincia, vt eadem in alia rependatur vbi propter raritatem metalli pluris æstimatur, quàm vbi fuit primo numerata iure non licet. Hæc autem conclusio cum hoc grano salis condienda est, quamuis illud respuat Sotus scilicet, quod hęc conclusio vera sit absolutè si de primo genere cambij per literas intelligatur, & etiamsi intelligatur de tertio genere cambij per literas, cum hac tamen limitatione seu exceptione scilicet, nisi secundum Caietanum, & Nauarrum, & Fratrem Ioannem à Peña, ratione præsentiæ quæ alias minus valet pecunia adæquetur pecunia illi propter raritatem metalli alibi magis æstimatæ pro qua, vel cum qua cambitur, quia tunc tale cambium nihil iniquitatis continet. 3.

¶ Quarta Conclusio Soti non licet cambire mille aureos redhibendos pretios cambiorum nundinarum primarum, nisi quando vtrinquè est æquale dubium quod minus vel magis valituri sunt, quàm pretium, quod valent de præsenti cum ad tale cambium dantur, 4.

¶ Hæc autem Conclusio multifariam venit distinguenda, quia potest intelligi (vt sentit Sotus) quatenus contractus hic innititur contractui sortis, in quo contrahentes se exponunt æquale aleæ periculi, & sic nihil est dubij, quin non solum sic ad nundinas alterius loci licebit cambire admiscendo contractum æqualis periculi, & sortis, sed etiam ad nundinas celebrandas in eodẽ loco quia tunc secluso scãdalo, nõ ratione cambij, quia tunc siccum esse, & fictitium censeretur, sed ratione solius contractus æqualis sortis cui si se vtraquè pars subijceret, licitum reputaretur, quia tũc nullus se ponit in tuto. Sed quia Sotus autumat quod regulariter se ponit cãpsor in tuto, ac per consequens quod excludit contractum sortium, ideo tanquam parum tutum contractum cum refutandum esse censet, ideo expendendum est, de ista Soti conclusione si secludamus contractum sortium qui tunc contingit, quando vtrinq; est æquale dubiũ maioris, vel minoris valoris futuri

futuri in posterum cum soluendum venit cãbium, quàm valebat pecunia collata ad cambium nundinarum in tempore, & loco quo primò sic collata est: an eo secluso, licitè possit campsor mille aureos cambire redhibendos pretio cambiorum nundinarum primarum. Cui ambiguitati facimus satis & dicimus, quod etiam extra contractum sortium licet sic cambire dictos aureos redhibendos cum lucro in nundinis alterius loci primis. Primò, quando erat seruaturus campsor ad cambiendum quam pecuniam in nundinis primis aliorum locorum, vnde lucraturus erat. Nam tunc ratione lucri cessantis, dum non deducat lucrum determinatum cessans in pactum propter prohibitionem extrauagantis Pij. V. poterit admonito recipiente pecuniam, recipere lucrum, quod ex euentu innotuerit campsori cessasse. Secundò lucrum in casu iuste recepisse potuit, recipiendo suã pecuniam in primis nundinis alterius loci, vbi sunt celebrandæ, eam cum aliquo interesse recipiendo, si eam campsor dedit ad cambium in loco vbi magis valet, quia maior est ibi eius penuria, ad nundinas alterius loci, vbi vel minoris æstimationis legalis, aut minoris valoris accidentalis est in ordine ad cambia, vt si Flandriæ mille ducati cambirentur redhibendi in nundinis Metinensibus. Nam in hoc casu (vt supra dictum) duplici nomine lucrũ recipere posset, & quia dat mille aureos præsentes pro absentibus soluendis in nundinis Metinensibus, & quia Flandriæ, vbi eos dat maioris æstimationis sunt, quàm in nundinis Metinensibus, vbi ob maiorem abundantiã minoris æstimantur: dum non exspectetur lucrum ob dilationem temporis.

Cambium verum & siccum.

¶ Similiter regulandum est illud cambium quod Armilla in verbo cambium. §. 7. ex mente Caietani vocat cambium verum, & simul siccum, vt quando, do tibi ducatos cẽtum Ianuæ, vt hinc ad mensem restituas mihi tot libras, quot valet ducatus Venetijs, vbi verisimiliter plus valebit, licet aliquando minus valeat: tamen vt in plurimum semper plus valet, quia dicimus, quòd quando dedi ducatos hos centum restituendos Ianuę, vbi eos contuli, vt ibidem restituerẽtur in tot libris, quot valet ducatus Venetijs, tunc non est appellandum cambium verum, & siccum, sed dicendum est potius esse cambium siccum, & fictum. Quia ibi redhibetur ducatus cum lucro, vbi primò datus est, scilicet Ianuæ. Si autem ducatus, qui recipiendus est Venetijs in tot libris, quot Venetijs valet, vbi vt impluri-

mum plus valet, ratione absentiæ, quæ eum efficit minoris valoris, dum recipitur in cambio commutatus Venetijs æquiparatur (licet Venetijs magis valeat) ducato collato Ianuæ ad cambium in valore, qui ratione præsentiæ magis Ianuæ valet: tunc licitum erit tale cambium. Aliàs si consideratus etiam cum sua absentia ducatus in tot libris Venetijs redhibendus magis valet vt in plurimum, quàm ducatus cum sua præsentia Ianuæ consideratus, & datus, non erit licitum cambium: nisi ratione cessantis lucri, quod tamen ratione extrauagantis Pij. V. vbi est vsu recepta, non habet locum in cambijs cum determinatè est deductum in pactum. Sed iam tandem antequam in hac materia cambiorum receptui canamus regulam illam vnicam, & breuissimã, per quam Syluester, vsura. 4. q. 9. §. 2. totius huius materiæ cambiorum decidi posse casus omnes à viris doctis arbitratur, statuendam duximus, ea nempe est. Quotiescunq; in cambijs arbitrio bonorum, & peritorum in tali arte cambiendi pars capiens cambiũ non magis grauatur, quam dans, neque è conuerso, & distantia temporis nihil lucri affert, neque finguntur cambia sicca, non erit tale cambiũ implicans aliquod peccatum mortale, nisi sinistra adsit intentio. Patet, quia à tali cãbio omnis abest iniustitia. ¶ Cui tandem adijcimus quod, quia res hæc de materia cambiorum est plena periculis, quæ non facile cauẽtur ab his præsertim, quos pecuniarum sitis in præcipitia intustitiæ multa transuersos agit, quorum infinitus est numerus, admonitos volumus eos, qui huic arti hactenus non se addixere, vt in cõpedes eius suos pedes non immittant, ne incidant in diaboli laqueos. Eos autem qui iã huic negotio se applicuere animaduersos esse cupimus de his periculis, vt quam caute in exercendo hanc artem se debeant habere noscant, & exquisitos, nouosq; modos aucupandi argentum, & aurum per cambiorum genera ab ipsis nouiter inuenta, & excogitata debent vitare. Neque enim talia cambia à suspitione mala aliena contingũt esse. Quare oportet eos nihil temere moliri, sed in hac parte præscriptas sibi vias licitè cambiendi, & à peritissimis expertisque doctoribus approbatas obseruare ad vnguem. Explicit materia cambiorum de qua multi disputauere, licet non omnes æquè feliciter. Faxit Deus, vt aliquid consentaneum rationi, & veritati dixerimus. Gratias Deo, & eius Virgini matri Mariæ.

Regula Siluest. procã bijs.

Admonitio.

(?)

CAP. XV. *De contractu sponsionum, & quid sit iste contractus, an dubium sponsionum excludere debeat etiam fidem humanam sicut & scientiam, an certus de re admonens alium de certitudine hac possit spondere, post hoc cum illo res contingibilis, ex se non ponit in tuto sponsores, de contingentia casus sponsionum in Valentia, cuius Garcia meminit.*

POstquàm materiam de cambijs suis numeris absoluimus, quia de contractibus hic materiam suscepimus pertractandam, nũc de contractu sponsionum, quæ, apuestas, Hispanicè dicuntur nunc nobis occurrit agendum. *De contractu sponsion.* Vt autem huius contractus naturam explorata habeamus, quia ex eius diffinitione innotescit, diffinitionem contractus sponsionum præmittamus oportet. ¶ Est igitur contractus sponsionum, contractus quidam, in quo vterque contrahentium, id est, spondentium periculo se exponit aliquid perdendi, aliquidq; soluendi vnus alteri, & è contra, ita vt qui dixisse verũ inuentus fuerit rem sponsioni suppositam lucretur. Qui verò falsum dixisse supra rem de qua contenditur, an vera, vel falsa sit repertus fuerit, eam amittat, assertoriq; veritatis eam impendat. Ex qua quidem diffinitione colligere licet, duo potissimè in hoc cõtractu interuenire, scilicet, tum interuenit cõtentio inter sponsores, an res ita sit, vel nõ ita sit, tum etiam premium. Vide de hac materia Alcozerum, dum de ludo agit disputantem latius, cap. 46. & 42. consule etiam Garciam libro. 2. de contractibus, cap. 18. pag. 541. qui ait, quòd sponsiones aliquando differunt in diuersa specie premij, scilicet, dum alter exponit annulum, alter nummum aureum, vel argenteum, aliquando idem specie exponitur ab spondentibus, sicut à Samsone, & ab eius amicis in sua sponsione mutua, vtrinque sindones pro premio expositæ sunt.

Quid sit iste contractus.

Quæstio. ¶ Prætereà perpendendum est, quòd quia contractus sponsionum includit contradictoria, ideò vt sumatur semper respectu eiusdẽ, necesse est. Insuper vt supra re dubia respectu vtriusque spondentis talis contractus ineatur opus est. Sed iam speculandum venit, an id dubium, de quo in contractu hoc solet concertari, an verum sit an falsum, necessariũ sit quod sit tale dubium, vt non solum excludat scientiam, sed etiam fidem humanam, & opinionem. *Sent. Gar.* At quidem Garcia loco vbi supra absolutè tenet, quòd dubium, quale requiritur ad spondendũ tantum excludit certitudinem scientiæ, non autẽ excludit opinionẽ, aut fidẽ humanã. Nam ait, quòd licet certus certitudine scientiæ non possit sponsionis contractũ inire super re, sibi tali certitudine scientiæ certa, benè tamen potest opinans, aut fide humana credens supra re sola opinione, aut fide humana nota spondere. Nam res sic cognita non sic omnino est certa, vt aliter vsu euenire, aut certe contingere non possit. *Sent. auto.* ¶ Verũ licet sententia hæc Garciæ non sit omnino improbanda, sed neque omnino sine grano salis, & sine aliqua moderatione puto fore approbandam, quia fides humana nonnunquam, quasi infallibilem certitudinem æquiualentem fermè certitudini scientiæ humanæ habet, cuiusmodi est fides humana, qua quis credit esse Salmanticam, aut Toletum, quia tales ciuitates cum non viderit, esse tamen in Hispania ab omnibus audiuit, aut si alia fides humana detur perinde certa. Qui igitur tali fide humana ita certa, & firma subnixus supra rem sic à se creditam concertaret cũ alio. v. g. peregrino ignorante id & dubitante non posset super eo cum illo dubitante spondere, quia se omnino poneret in tuto: tum, quia opinio humana licet sit cum formidine alterius partis aliquali: tamen magis inclinat in obiectum opinabile illi adhærens. Vnde tam probabilissima potest esse eius certitudo, vt licet sit infra certitudinem scientiæ, tamen moraliter loquendo, & quasi semper sic opinans, si supra re sic opinata concertans cum alio dubitante concertet: si spondeat cum eo in tuto lucrandi, & nõ perdendi se collocet, quod in alijs contractibus, vbi admiscetur contractus sortium videtur reprobandum. ¶ Igitur in his casibus hæc sententia non videtur omninò secura: ergo si approbanda est, dicendum est, quòd propriè verum habet. Primò quando opinio, quã iste habet non est ita probabilissima, quod eum moraliter loquendo ponat in tuto, scilicet, taliter, vt perexigua, aut fere nulla sit formido de periculo perdẽdi (quia in moralibus, quod perexiguũ est, & paruum, quasi pro nihilo reputatur) sed est tantum probabilis, ita vt meritò ab alio possit dubitari, aut haberi, vt probabilis assertio oppositа, nã tunc sic opinans posset super tali re spõdere cũ alio. *Opinio Garciæ vt approb. 1.* ¶ Secũdò, quãdo fides humana nõ tãta certitudine polleret, vt eum spondentẽ omnino statueret in tuto, vt in exẽplo supra adhibito, sed talis esset, & super tali re, vt meritò locũ rationabiliter dubitandi, aut credendi oppositum alteri spondẽti relinqueret. Nam tunc licitè super rem sic opinatam, & creditam contendens cum alio spõdere posset, & sic hic limatius, & securius

2.

sub

sub aliorum censura me puto fuisse locutũ.

Corol. ¶ Præponderandum est etiam tanquam corollarium ex supradictis elicitum: quòd licet, qui habens rem, de cuius veritate contendit, pro certò compertam, cum aliò super illam spondet, in hoc delinquat, tamen si sua non obstante hac certitudine à se concepta res à se asserta realiter in se vtrique aleæ tam perdendi, quàm lucrandi esset exposita, lucrum inde sibi cedens iuste sibi vendicare posset, quòd ex simili patet, nam ex contractu licito, quẽ contrahens dum contraxit, pro certo putauit esse illicitum (licet peccauerit contrahendo) lucrum licitè postea comperta contractus iustitia sibi comparat: ergo licite talis lucrum sibi conquirit, postquam comperit, quòd res quam putauit omnino certam, dum contraxit spondendo, non erat omnino certa in se, sed contingibilis, licet contigit esse veram: prout ipse in sponsione asserebat. Secundum etiam corollarium istud ex prædictis infertur, scilicet, quòd quia in hoc contractu præexigitur, vt nemo spondentium se extra aleã perdendi constituat, aut in statu tuto lucrandi se collocet: hinc fit, vt si quis de re de qua controuertitur, infallibilem cognitionẽ, siuè per diuinam reuelationem, siuè per experientiam, siuè per scientiam sit adeptus: nullatenus super re sic sibi nota contractum sponsionum inire possit, quia tali suffultus infallibili notitia extra omnem aleam perdendi sic spondens se collocat.

Quæstio. ¶ Præterea inquirere hic non erit ab re: an qui certò rei, de qua contenditur est cõscius siue per scientiam, siuè per diuinam reuelationem, aut infallibilem experientiam, si præmonitum esse curet alium consponsorem de tali scientia, & certitudine, quàm citra dubitationem habet, possit cum illo spondere, & certũ lucrum reportare. At licet ad istam quæstio-

Sent Garc. nem responderit Garcia loco citato: nescio tamen, an omnino attigerit punctum veritatis. Ait enim distinguendo, quòd si ista præmonitio in effectu abstulerit deceptionem, quia alius consponsor ei adhibens fidem certò persuasus est, quòd tollens deceptionem verum certumque asserit. Et nihilominus hoc nõ obstante pergit spondere, sic licitè poterit ab eo lucrari sponsionum præmium: & spondere, quia sic scienti, & consentienti non fit iniuria. Si autem conspõsor licet præmonitus fuerit de certitudine rei assertæ, supra quam contenditur, quia in effectu de tali certitudine certus non mansit, spondere adhuc voluit, quia certam rem esse non admittit, nõ est ineundus contractus sponsionũ cum ipso super tale rẽ, neq; enim ratione talis contractus lucrũ sibi vendicare lucrans poterit. Nam est cõtractus eius cuius volũtas, seu cõsensus ad spõdendũ fundatur adhùc in deceptione nondũ per premonitionẽ sponsoris certi de re, sublata. Hæc Garcia ait. ¶ Igitur in hac quæstione pro eius explicatione plura erant expendenda verba, nisi quæstio hæc in simili cõtrouerso casu, & deciso supra casu in materia de venditione, vbi agimus de venditionis cõtractu quatenus est inuoluntarius, discussa iã esset. ¶ Igitur iuxta mentẽ D. Thomæ in additionibus, q. 46. art. 2. ad. 4. si sponsurus noluit adhibere fidẽ alteri illũ certioranti de veritate rei, dũ controuertebant inter se de veritate rei, sed pertinaciter voluit spondere, si renuit eius certificationi acquiescere in casu quo tenebatur ei adhibere certam fidẽ, quia probabiles erant rationes, quibus induci debebat ad credendum cõsponsori deceptionẽ sibi tollenti, tũc talis cõsponsor sic in sponsione lucrũ acquisitũ retinere sibi potest neq; enim tenetur illud restituere alteri, sicut iuxta sententiã D. Thomæ loco citato, qui puellæ, quã sub specie matrimonij defloravit aliquod signũ euidens fraudis ostendit, non tenetur ei quidquã restituere, quia præsumi potest, q̃ ipsa puella nõ fuerit decepta, sed q̃ decipi se finxerit, ita spõsor certus de rei veritate postquã certiorẽ reddit cõsponsorẽ in casu quo tenebatur, vel rationabiliter debebat ei credere, quia suberant rationes credendi, potest premiũ sponsionũ sibi capere neq; tenetur illud ei restituere quia iuxta rationẽ D. Thomæ præsumi potest q̃ cõspõsor certò de rei veritate admonitus iã tunc nõ deceptus iniuit contractũ sponsionum, sed q̃ decipi se finxerit, & q̃ voluerit iuri incertitudinis in quo innititur æqualitas, & iustitia huius cõtractus renunciare. ¶ Accedit huic sententiæ Metina in sua instructione c. 4. de rest. fol. 168. pag. 2. vbi ait q̃ si suffossor thesauri cõscius de thesauro latenti in agro alieno certiorẽ fecit quantũ de se est dominũ agri de eare, qui tamẽ incredulus de tali thesauro irrisit eũ tanquã inuentorẽ fabulæ, potest tũc suffodere, & totũ thesaurũ sibi applicare, eidẽ etiã vidétur fauere in simili casu à se allato in eadẽ instr. §. 18. de ludis pag. 151. suffragatur Caiet. in summa verbo emptio. ¶ Si autem adhuc certioratus, quia subsunt sibi adhuc rationes probabiles dubitãdi ob quas non debuit omnimodam adhibere fidem ideò pergit esse proteruus in spondendo, qui certus est, & si certiorauerit eum quantum est de se, sed non cũ effectu

Responsio Ex mente D. Thomæ.

Exemplũ ex D. Tho.

Accedit Metin.

Si certioratus non debuit credere.

effectu: tunc non potest cum eo inire sponsionum contractum, neque ex tali cõtractu premium expositum lucrari, & quia consensus eius in talem contractum fundatur in deceptione passiua nõ irrationabili, sed rationabili, qua extimabat oppositum nõ esse ex se certum, neque apud consponsorem: ideò lucrũ sic acceptum rationabiliter sic decepto, idest, non sine motiuo rationabili non credenti, sed asserenti oppositum restituere habet, qui certus erat de re, quia sine alterius culpa hic se posuit scienter in tuto, nisi (prout dictum est) spoponderit super rem sibi certam, quę tamẽ in se non erat tunc certa: sed quæ erat tunc cõtingibilis potens post sponsionem euenire, vel non euenire: quia tunc licet peccârit, quia quantum est ex scientia, & intentione sua se posuit in tuto: sed postfactum premij lucrum nulla vi iustitiæ commutatiuæ restituere constringitur, propter rationem supra allatam, & quia quidquid sit de intentione, de facto cum res erat de se contingibilis, & incerta in tuto non se posuit, & in hoc sensu excepta hac exceptione antea à nobis asserta in corollario primo opinionem Garciæ dicentis, quod in casu, quo sponsor certus certiorem effecit alterum, qui noluit in effectu credere: & ideo spopõdit, & perdit, tenetur ei lucrum acceptum restituere, scilicet, quando habuit adhuc rationem dubitandi, & non credendi, & ideò spondere casus est: veram esse admittimus, quòd si quis contenderit, quòd restituendum sit illi perdẽti premium in omni casu (vt ait Garcia) quo de re certa ab cõsponsore certo, & certiorante in effectu noluit certiorari cum debuisset credere: id fortè erit verũ, dum repetitur in iudicio, vel extra, vel quia magna est quantitas super quam non præsumitur donatio.

Res contingibilis exse non ponit in tuto.

Quæstio.

¶ Præterea, quia dum exemplares casus deciduntur inde ad alios similes diffiniẽdos aperitur via, ideò non præter rem erit, si casus spõsionum Valentiæ contingens hic illucidãdus proponatur, cuius meminit Garcia libr. 2. de contract. cap. 18. pag. 54. Is autem casus sic accidit. Quidam cum non solum vehementissima, sed etiam violenta habuissent inditia de morte cuiusdam viri per ostensionem etiam brachij truncati, & abscisi eiusdem illis factã concertantes de morte eiusdem viri cum alijs qui tum eum viuere, tum etiam Argellij captiuum, & viuum postea, & superstitem vidisse se asserebant deceptionem contrariam tollere conantes, tandem vtrique super hanc controuersiam, an talis homo viueret, vel non, sponsiones inierunt. Quæritur ergo, qui nam horum premium sponsionum licitè lucrari possint. Ad quæstionem autem dicimus primò, quòd primi sponsores affirmantes illum virum mortuum asse lucrum ex huiusmodi sponsione reportare potuerunt: si postea compertum est esse mortuum, quia re vera periculo perdendi se exposuere. Secũdi autem sponsionis premium licitè lucrari nequiuerũt: quia certi omnino erant de vita illius cum sponderunt. Sed si in sponsione addiderũt, quod prædictus non solum visus viuus erat, sed quod per vrbem Valentiæ deambulaturus erat: tũc ratione sortis dubiæ cui se obijciebant: quia poterat & si Argellij eum superstitem certò vidissent, præpediri morte, vel aliter à deambulando posteà in vrbe Valentiæ: poterant id affirmantes sponsionis lucrari præmium. Quia non erat res omnino certa, quod ille vir, & si Argellij visus esset viuus, quod rediturus esset in Valentiam, vt incederet per Valentiam.

Casus exponitur.

Dictum. 1.

¶ Secundò ad casum dicimus, quòd quia quando spondebatur prædictus vir cum esset absens, & Argellij captiuus poterat obisse, hoc arguit dictam sponsionem fuisse verificandã pro tempore, quo Argellij visus est viuus: & sic de hoc certi sponsionis premium lucrari nequibant licitè: si nihil aliud assertum est ab eis, quàm quod vidissent eum viuũ, quia hoc extra aleam dubietatis nouerant. Secus est, si aliquid incerti addidissent, scilicet, quòd tempore sponsionis esset viuus, quem antea superstitem in vita viderant, quia tũc ratione istius adiectæ incertitudinis lucrum, sibi ascribere possent: si pro illo tempore vita fuisse potitũ postea sciretur. Quia sicut tunc repertum est vixisse, poterat quoque obisse, quorum vtrũque vtrosque sponsores latebat, quare vtrinque vtrique aleæ tam lucrandi, quàm perdendi se subdiderũt, & hæc de materia spõsionũ.

Dictum. 2.

CAP. XVI. *Quid sit assecuratio, & ad quem cõtractum nominatum reducatur assecuratio, est veluti fideiussio, duplex autem solet hic contingere, an mutuator pecuniæ mutuatæ possit esse assecurator penitens, mutuans, & assecurãs mutuum, an sit absoluendus, de differentia inter assecurationem, & fideiussionem, & an vita alicuius assecurari possit, de assecuratione dicta, prometidos, an pro assecuratione mutuatæ pecuniæ traijciendæ per mare aliquid accipiens teneatur restituere, de assecuratore nauium cum non erat soluendo.*

POrrò de contractu assecurationis post cõtractum spõsionũ suscipere disputationẽ operæpretiũ est. Exordiẽtes autem ab eius diffinitio-

finitione dicimus, quòd contractus assecurationis est quidam contractus promissionis, in quo assecurator promittit rem subiectam periculo securam fore illius in se suscipiendo periculum omne pro certo sibi impenso pretio ab assecuratario, quod quidem pretium postquàm lege taxatum non est, iuxta voluntatem hominum, & rationabile arbitrium in valore ascendere, & descendere potest. Sed iã in principio huius materiæ non satis conueniunt Doctores ad quem nominatum contractum reducibilis sit hic assecurationis contractus. Nam autore Conrado de contractibus, quæst. 71. quidam Laurentius de Ridolfis ad contractum locationis eum reduxit. Alij autem quibus suffragatur Sylvester verbo negotium. quæst. 5. ad contractum innominatũ: qui exprimitur, do si facias, vel do, si fiat, vel si erit, vel si fit, vel si est, reducendum esse asseuerant. Addit tamen Sylvest. dici posse in assecuratione rerum delatarum esse locationem rerum conducendarum securè. Tandem Albornozius cuius sententia placuit Garciæ, illum reduxit ad fideiusionis contractum cuius quidem assertio, neque mihi displicet. Imaginatur enim hic in hoc contractu dominum rei assecuratæ esse velut creditorem, mercem assecuratam esse veluti debitorẽ, quippe quæ manet obnoxia, vt tuta redeat ad manus creditoris, assecuratorem autem fungi officio fideiussoris autumat. ¶ Ex hac autẽ sententia quã verisimilem puto, sequitur contractum hunc tum rectitudine iustitiæ constare, tum etiam pro eo, sicut & pro fideiusione licitum esse pretium accipere. ¶ Sequitur præterea ex ea corollariè tres hic obligationum modos inueniri. Nam primò ipsius rei assecuratæ dominus adsoluendum assecuranti assecurationis pretium tenetur, assecurator verò obnoxius manet ad rei assecuratæ (si fortè pereat) persoluendum valorem iuxta eam æstimationem, qua res assecurata fuit taxata tantum, licet ex se fortè maioris valoris esse contingat, sicut in libertate hominis assecuranda accidit, quæ licet ex se sit inæstimabilis, iuxta axioma, Non bene pro toto libertas venditur auro: tamen cum assecuranda venit, certa quadam æstimatione taxatur. At tandem res etiam ipsa assecurata astricta manet ad eorũdãnorũ refectionẽ, quæ assecurator, v. g. subit: eo cp res ipsa assecurata perijt, vel non applicuit salua portui. Ex quo consequitur, quòd res assecurata si partim perit, & pro parte incolumis euadit, pro ea parte, qua salua manet assecuratori reseruatur, quò inde in parte sua possint refi.i damna. ¶ Insuper ex prædictis licet colligere assecuratorem duplicem in hoc cõtractu moliri posse fraudem. Primò, si assecuratoris bona non tanta sint, vt inde integrè fit soluendo damna periculorum rei assecuratæ, si contingant. Quemadmodum fraudulentus esset fideiussor, qui in ea quantitatis summa fide iuberet, quàm ad soluendum impotens esset. Secundò quædam machinatio fraudis esset: si illius rei subiret assecurationem, quam iam nosset esse extra periculum certò constitutam. Quia tunc nullius rei susciperet verè periculum in seipsum: vt si nauis cuius ait in se suscipere periculum, aduentum saluum ad portum pro certò nouit. ¶ Adde, quòd etiam ex parte assecurati contractui assecurationis duplicem fraudem contingit annecti. ¶ Primò, si rem iam omnino desperatam, & perditam in contractu hoc sibi assecurandam exponeret. Quia in hoc casu, neque ipse assecuratus quicquam de nouo perdere, neque assecurans aliquid inde lucri captare potest. ¶ Secundò si assecurandus assecurationem petens de vna re, substitueret aliam, fraus patẽs admisceretur, vt verbi gratia, si nauis oneratæ mercibus periculum per contractum assecurationis in assecuratorem transferre volens, & hoc paciscens nauim per pelagum pòst transmitteret vacuã aut onustam lapidibus. Hoc enim non sine iniuria assecuratoris facere machinaretur. Cuius in promptu ratio est, scilicet, quia res cuius securitas in hoc contractu petitur talis cõditionis sit oportet, vt si perditũ ierit ex eius reliquijs, si aliquæ superfuerint, aliquid possit assecurator sibi reparare de subsecuto postea damno. Quam tamen reparationem frustra sibi arrogare contenderet ex naui vacua, aut onusta lapidibus, cum plenæ mercibus nauis periculum in se transtulisset.

¶ Porrò illa quæstio hic nobis fit obuia, an mutuator rei, vel pecuniæ, quam mutuat assecurator ob assecurationem accipiendo pretiũ fieri possit. Est autem quæstio solutu non facilis, eò quòd propter rationes varias circa eã, doctores de ea variè sentiunt. Nam pro parte affirmatiua astat ratio D. Antonini cuius meminit Nauarrus in commentario resolutorio de cambijs super caput finale de vsuris, nu. 5. vbi sic arguit, quia mutuator, eò quòd mutuãdo, beneficio prosequitur mutuatarium, non est existimandus peioris conditionis esse, quã ille, qui non est beneficus mutuando, ergo si alius tertius, qui nõ mutuauit rei ab alio mutuò acceptę põt pretio accepto assecuratorẽ se exhibere, quare ipsemet mutuãs, pfunctione

Quæstio. Variantdo ctores.

Est assecuratio veluti fideiussio

Corol.

Corol.

Collectio.

Fraus.

1.

2.

Quæstio.

Variantdo ctores.

Argum.

assecurationis rei à se mutuatario mutuatę nō
In contra. poterit aliquid pretij accipere? ¶ In oppositū est, quòd assecurator, sicut & fideiussor cum se teneat ex parte debitoris induit obligationem & personam debitoris, licet non simpliciter, ex suppositione tamen, id est suppolito, quòd debitor principalis notoriè non esset soluendo, vel iam prius discussus inueniretur nō posse soluere, constituitur debitor: sed nemo potest esse debitor, & creditor respectu eiusdem, sicut agens, & patiens respectu eiusdem aliquis esse nequit. Ergo respectu rei, quam mutuator mutuat nequit esse assecurator, quia neque debitor respectu illius, cum respectu illius sit creditor, quippe qui is sit, cui res mutuata à se restituenda est tandem.

Prænotatio. ¶ Igitur quoad expeditionem quæstionis viam muniamus, præmittenda sunt prænotamenta aliqua. Primum sit, quod assecurator
Dictum.1. alius à mutuante potest licitè pro obligatione, qua se astringit ad securitatem præstandā aliquod interesse accipere. l. periculi pretium. ff. de nauti. fœnor. quia tunc non ratione mutui, sed ratione obligationis ciuilis æstimabilis pretio, cui assecurator se subdit, id interesse meretur. Patet etiam, quia assecurator est veluti quidam fideiussor: sed fideiussor pro fideiusione secundum communem sententiam potest aliquid accipere: ergo & merus assecurator: licet hoc intersit inter fideiussorem, & assecuratorem, quod assecurator ab eo suæ assecurationis recipit mercedem, in cuius gratiā securitatem præstat. At fideiussor ab eo fideiusionis mercedem accipit contra quem fideiusionis securitas exigitur. Diximus autem cum Nauarro loco citato fideiussorem pro fideiusione posse aliquid accipere, & licet Laurent. in cap. consuluit. 3. part. quæst. 31. de vsuris id tutum esse non reputet: tamen Nauarr. id accipere pro fideiusione citra periculum esse existimat: nisi fraus adsit, cuiusmodi esset illa, scilicet, si nollem tibi mutuare, nisi pro mutuo fideiussorem consignares, verbi gratia Petrum, quo cum conueni, vt pro fideiusione exigat interesse aliquod inter me, & ipsum dispartiendum, vel in me transferendum, vel si nollens mutuum dare, sine lucro alicui, eū ad meę pecuniæ depositarium destinarem, vt ei prædictus depositarius meus meo nomine mutuaret eo pacto, vt illius mutui me constituat fideiussorem mutuatarius, pro quo tamē fide iubere nollem, nisi aliquo accepto interesse, ita Nauarrus vbi supra.

Dictum.2. ¶ Secundum dictum sit, scilicet, non caret vsurę labe mutuare alicui pecuniam mutuatem, ratione mutui obligando mutuatarium vt ipsum mutuantem in assecuratorem pecuniæ mutuatæ transferendæ per mare procellosum, vel per loca periculosa, pro illius assecuratione, aliquo mutuāti dato pretio assumat. Patet, quia primò (vt ait Nauarrus) nemo de hoc ambigit, secundò, quia esset hac ratione mutui inijcere in mutuatarium obligationē ciuilem æstimabilem pretio nempe obligationem assumendi in assecuratorem rei mutuò acceptæ ipsum mutuatorem, quod vsuram præ se fert manifestam.

¶ Tertium dictum sit vitio vsuræ tribuen- *Dictum.3.*
dum est (vt supra meminimus) si mutuator, vel venditor ad creditum ratione periculi, q̄ in se suscipit recuperandi debitum à morosō, vel parū fideli debitore, vel mutuatario, cui vendit, aut mutuat, aliquod interesse captare contendit. Hæc est Soti assertio & Nauarri cō tra Metinam Complutensem, quam probat Nauarrus ex cap. nauiganti, de vsur. & copiose lateque probatam in materia de vsuris reliquimus.

¶ Quartum denique assertum sit quo dire *Dictum.4.*
ctè facimus satis quæstioni loquendo in solo foro interiori mutuator, qui mutuo dans pecuniam, vel aliam rem mutuabilem, non ratione mutui, sed ratione assecurationis, quando mutuatario indigenti revera assecuratione rei acceptæ mutuò, quæ à se per mare, vel per alia loca periculosa aliò traijcienda est, & propterea procuranti eam securitatem, eam præstat illius in se suscipiens periculum, non est vsurarius, si iuxta valorem assecurationis interesse, quod alius tertius assecurans in hoc casu posset percipere ipse percipiat. Hoc assertū est Nauarri prædicto cōmento de camb. n. 6. est tamen contra Garciam, qui secundo lib. de contract. cap. 15. propter rationem in contra tenet contrarium, sed tamen hoc nostrum & Nauarri assertum ex argumento patet infrō te quæstionis facto, scilicet, quod in foro conscientiæ non est peioris conditionis mutuator ad assecurandum, quàm tertius, si re vera hanc securitatem mutuatarius (quia ea indigebat) petiturus erat à tertio. Vnde corollariè infert Nauarrus ibi n. 6. in principio, quod si pœnitens confessus fuerit se mutuasse pecuniam eius securitatē quærenti, vel volenti, quia eā pecuniam mutuo acceptam traiecturus erat per mare, vel per periculosa loca, si sine alio pacto vel vi interueniēte se illi mutuatario securitatē prēstitisse fatetur, eō dūtaxat pro hac assecuratione iustam mercedem accipiendo, quam alius tertius assecurator iustè exegisset:

non

non est in conscientia ad aliquam restitutionem faciendam adigendus. ¶ Si tamen poenitens in confessione fatetur ratione mutui aliquid plus exegisse, vel aliquid amplius partim pro mutuo, partim pro assecuratione praestita expetiuisse, tunc ad eam partem restituendam est astringendus, quam ratione mutui tu lisse se fatetur. Sicut etiam compellendus est ad restitutionem illius, quod pro securitate á se praestita tulit, quando noluit mutuatario mutuare, nisi se in assecuratorem assumeret, vel alium, cum quo conuenerat de parte mercedis pro assecuratione, sibi communicanda, vel de tota tali mercede, sibi retribuenda. Neque obstat, quòd vsuræ nauticæ singulari textu cap. nauiganti. de vsur. sunt vetitæ, quia intelliguntur esse prohibitæ totaliter quatenus attinet ad forum exterius, & etiam quantum ad forum interius, quando verè vsuræ essent, scilicet, ratione mutui acceptæ. Secus autem est in conscientia: quando à volente, sibi praestari securitatem non ratione mutui, sed ratione praestitæ securitatis accipit mutuator in ea summa, quam alius, qui non mutuasset pro assecurando tulisset, quam intelligentiam textus vt nouam, & singularẽ, & vt in verbis textus fundatam commendat Nauarrus. Nã textus sic ait nauiganti, vel euenti ad nũdinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quòd suscepit in se periculũ, recepturus est aliquid vltra sortem vsurarius est censendus. Notanter autem dixisse videtur, ibi Papa Gregorius IX. quòd talis mutuator & pecuniæ mutuatæ periculi in se susceptor, & assecurator vsurarius sit censendus, id est, talis sit præsumendus in foro exteriori, quasi insinuando, quòd in foro conscientiæ, & coram Deo à tali nota vsuræ aliquando potest esse liber, vt in casu supradicto.

Penitens assecurans & mutuans an absol.

Nota.

Ad argum.

¶ Igitur ad argumentum in contra negatur in isto contractu mutuator, dum se exhibet assecuratorem rei, vel pecuniæ á se mutuatæ traijciendæ per loca periculosa ad petitionem & instantiam mutuatarij petentis talem securitatem, quod fiat debitor, & creditor, & agẽs, & patiens respectu eiusdem, quod nequit esse simpliciter loquendo, quia licet simpliciter factus sit creditor pecuniæ à se mutuatæ: tamen per hoc, quod eius assecuratorem se exhibuit non factus est simpliciter debitor illius mutuatario: sed tantum secundum quid, id est ex suppositione suppositio, quod perditũ ierit aliquo casu fortuito. Neque hoc est inconueniens, sicut non inconuenit secundum D. Thomam. 1. part. quæst. 19. art. 3. quod voluntas Dei, quæ respectu cuiuscunque obiecti creati simpliciter est libera, ex aliqua suppositione aliquod creatum necessario velit. Neque eadem ratione, sed diuersa fit creditor & debitor respectu rei à se mutuatæ. Quia fit creditor illius, quatenus tempore præfixo est sibi restituenda: & fit debitor illius per assecurationem casu, quo pereat non quatenus sua res erat, sed quatenus per mutuum illius dominus factus est mutuatarius, & quatenus pro re sua petit assecurationem, quod si mutuator assecuratrem mutuatam, non assecurat eam sibi, sed mutuatario cum eam illi sit soluturus, si perierit. Vnde ruit ratio Garciæ incõtra. Neque est eadem ratio de fideiussione, & assecuratione in hac parte. Nam assecurator fit debitor ex suppositione assecuratarij, fideiussor autem fit debitor creditoris ex suppositione, id est suppositio, quòd principalis debitor non sit soluendo. Vnde colligitur, quòd licet mutuator in casu supradicto possit constitui assecurator rei à se mutuatæ: tamen secundũ Archid. & Laur. de Ri. quibus verbo. negotium. quæst. 4. accẽdit Syluester manifesta esset vsura, si idem esset mutuator, & satisdator, id est, fideiussor respectu mutui, quia in hoc vera est sententia Garciæ, quia cum fideiussor sit debitor ex suppositione se tenens ex parte principalis debitoris, hic contra naturam contractus fideiussionis se teneret ex parte creditoris. Nam idem mutuator, qui esset principalis creditor respectu mutuatarij fideiubendo sibi pro mutuatario, fieret sibi prędicto modo debitor. At repugnat propriè quod aliquis fiat sibi debitor. Quia autore D. Thoma, & Aristotele debitum propriè est ad alterum, & non ad se ipsum. Fatemur denique si mutuator assecurator accederet rei mutuatæ, quando procul dubio apud mutuatariũ caritura esset omnino periculo, quia tunc mutuatarius tali assecuratione non indigeret, iniustum esset tunc mutuatoré ratione assecurationis aliquid velle accipere, & ratione mutui velle accipere pretium tunc præsumeretur.

Differẽtia est hic de fideiuss. & assecur.

Exemplũ. ex D. Tho.

Quæstio.

¶ Iam illa hic non prætereũda quæstio est, scilicet, an vita alicuius assecurari possit absq; peccato, vt verbi gratia, assumit aliquis in se obligationé soluendi, si aliquis nõ vixerit per tot annos, & videtur certè talis assecuratio nõ sit licita, quia nulli vtilitati, sed solũ cupiditati videtur deseruire, præterquã quod cũ illa assecuratio fit in concertatione supra vitam tertij, datur via alteri concertanti ad optandam mortem illius supra cuius vitam concertatur, vt sponsionis premium lucretur. Ita Arch. dicit

cui subscribit Siluester verbo. negotiũ. q.4.

Resp. ¶ Hoc nihilominus non obstante dicimus quod secundum se per aliquod tempus vitã alterius assecurare ex se no est illicitum, quia aliquando alicui hanc expetere securitatem summè est expediens, vt verbi gratia, si aliquis nominatus, & institutus in episcopum mutuum à mercatore, vel ab alio pateret pro obtinenda expeditione suarum bullarum, quod tamen mutuum restituendum esset ab ipso intra. 40. annos, licitè tunc mutuator ad securitatem mutui sibi restituendi securitatem mutui sibi restituendi securitatem vitæ illius episcopi per illos. 40. annos (quando timeret post mortem episcopi illud mutuum sibi debitum fore denegandum) expeteret, vt se seruaret indemnem, neque in assecuratione vitæ in hoc casu dum contingit, appretianda est vita illius episcopi quantum valet in se, sed iuxta damnum, quod inde mutuatori succresceret, si prædictus episcopus intra illos. 40. annos à vita discederet. Neque hic ex aliqua parte datur occasio captandæ mortis, imo licet in donatione causa mortis occasio accipiatur à donatario, & legatario testatoris captandæ mortis, non propterea donatio ipsa causa mortis ex se est illicita, quia talis occasio non est data, sed accepta, sic etiam in assecuratione vitæ si aliqua huiusmodi occasio interueniret non obstaret, quia accepta esset, non data.

Exemplũ.

De assecuratione dicta, prometidos. ¶ Porrò Garcia lib. 2. de contract. capit. 15. vbi agit de assecurationis contractu, contractum quem nos nostro idiomate vulgari Hispano contractum de prometidos vocamus sub contractu assecurationis contineri censet, quod ex ipsa serie negotij videtur colligi. Nam in hoc contractu locaturus, vel venditurus redditus regni, vel populi siuè sint fructuum, siuè vectigalium, siuè herbarum, siuè aliarum rerum stipulatur licitãti eos redditus verbi gratia, in mille, se daturum centum, & sic proportionabiliter plus daturum ei, si in plus licitetur, promittit: est (inquam) contractus hic assecurationis contractus, vbi licitator augens pretium ad mille assecuratorem, vel quasi fideiussorem se exhibet pro redditibus eos vendenti, vel locanti iuxta valorem illum, ideſt, iuxta mille, in quo licitans eos ad auxit pro hac assecuratione accepturus centum, si non fuerit alius, qui pluris licitetur. Vnde sicut in assecuratione res assecurata si pro parte perijt & pro parte salua manet, pars illa saluata traditur assecuratori, vt inde sibi partem damni, quod passus est resartiat, ita & licitanti mille aureis, nisi sit qui pluris licitetur reditus addicendi sunt, vt inde sibi reparet, si quod alias passurus erat damnum, eo q; tanti licitatus fuisset augendo pretiũ vsq; ad mille.

¶ Prætereà nequid intactum relinquatur, & ne huic materiæ in hoc loco desint quæstiones illæ omnes, quæ in ea agitari solent, quæstiones huc attinentes, quas in. 1. tom. 2. part. c. 73. excussas reliquimus, rursus hic aduocandas in medium fore operæpretium esse duximus eas sub breuitate perstringendo.

Quæstio. ¶ Quæri igitur primò potest aliquid difficultatis rursus ad intelligentiam Nauarri circa caput nauiganti. de vsu. adijciendo, scilicet, an licet largiamur non carere culpa vsuræ (sicut re vera secundum omnes non caret) mutuare pecuniam transuehendam per mare eo ciuili pacto, vt mutuatarius aliquo impenso pretio mutuanti pro eius pecuniæ assecuratione à mutuante illius securitatẽ capiat: an hæc talis culpa, sit vt inducat reatum restituendi etiam pretium acceptum pro præstita securitate. At quidem non tam facile est huius quæstionis adinuenire solutionem, propterea, q; vtrinque vrgent apparentes rationes. *Argum.* ¶ Nam pro parte affirmatiua persuadet, tum, quod vsura cum sit contra iustitiam, & hic immisceatur, secum restitutionis obligationem affert, tum quia secundum glossam capite nauiganti. vsura, quia non accipit recompensationem, ibi non recompensatur à mutuante per hoc quod rei à se mutuatæ in se suscipit periculum. *In contra.* ¶ In oppositum facit, quod illa assecuratio ibi mutuo sub obligatione addita de se æstimabilis est pretio: ergo licet non fine peccato fuerit in pactum à mutuatore deducta: poterit pro tali securitate præstita mercedem promissam capere. Igitur hanc quæstionẽ Magister Vict. in schol. à se ædit. super. 2. 2. S. Th. anno. 1535. super. q. 78. de vsur. visus est sibi recte diffinisse dicens non obstare ad pretiũ assecurationis postea recuperandũ, quod mutuator obligãdo ratione mutui mutuatarium ad rei mutuatæ capiendam à se securitatẽ, contractum iuerit iniquum, & illicitum, quia autore Caietano in summa verb. vsura. licet mutuator mutuum dando superinduxerit obligationem in mutuatarium veniendi ad suum molendinum, hac nihilominus non obstante vsuræ culpa, pretium suæ molæ exigere potest, licet non excusetur à satisfactione aliqua mutuatario facienda pro obligatione ciuili æstimabili pretio ei imposita in suo molendino molendi, iuxta mentem Caietani, quãuis Sotus videatur insinuare, licet non clarè, quod

Sent. Vict.

quod hæc iniuria satis resarcitur tollendo deinceps hanc obligationem, si nullum aliàs subsecutum est damnum: sed primum est verius & de mente etiam Victoriæ, qui inibi addidit esse de pretio obligationis veniendi ad molendinum impositæ mutuatario, quasi hoc restituendum esse mutuatario sentiat. Sed nō pretium molitionis, sic etiam inquit Victoria, serendum est iudicium in casu, quo mutuans astrinxit mutuatarium ad secum mutuo acceptam assecurandam pecuniam. Hanc autem sententiam Victoriæ non tam absolutè admittendam ducimus. Sed sic moderandam esse & grano salis condiendam: ita vt intelligamus esse veram in casu, quo mutuatarius, quia sibi expediebat cum alio tertio re vera illam pecuniam mutuo acceptam, sibi assecuraturus erat quia tunc si securitatem, quam ab alio tertio reddita illi iusta mercede acceptaturus erat à mutuatore ratione mutui obligatus sit accipere, & accipiat non obstante vsuræ culpa commissa, & satisfactione, quam pro illa iniuncta obligatione mutuatario tenetur mutuans facere, assecurationis præstitæ potest à mutuatario exigere pretium. ¶ Sed quid si mutuatarius pecuniam mutuo accipiendo illius pecuniæ ab alio tertio securitatem non erat capturus, siuè quia nolebat, siuè, quia tale securitate non tantopere se indigere censebat. Respondetur, quòd in hoc casu non tam liberè acceptamus prædictam sententiam Victoriæ, quia tunc si ratione mutui mutuatarius cum mutuante contractum assecurationis iniuit abàs illam securitatem, neque ab ipso, neq; ab alio tertio petiturus, videtur saltem in conscientia fuisse inualidus assecurationis iste cōtractus. Quia ex parte mutuatarij non fuit omnino voluntarius, cum aliàs (vt supponimus) certè nollet talis pecuniæ securitatem capere. Quare nisi voluntariè de nouo illum contractum mutuatarius postea antequàm cessauerit periculum ratificauerit: non poterit mutuator huiusmodi assecurationis accipere mercedem.

¶ Quamuis etiam negandum non sit, quod si mutuatarius post iacturam ipsius pecuniæ mutuatæ, & sic assecuratæ incursam vellet sibi à mutuatore ratione prædicti contractus assecurationis, iacturam illam resarciri, illicitam rem postularet; siquidem liberè de nouo illū contractum assecurationis defectu integre libertatis antea nullum tempore, quo validè ratificari potuit, non ratificans ad illud tempus mutuatarius peruenit, in quo non potest illū validè contrahere, scilicet, postquàm iam pecunia illa mutuò à se accepta, sibi certo perijt, quia res, quæ iam interiuit assecurari non potest: & hæc est exacta huius quæstionis resolutio.

Sent. Victo. modificatur.

Quæstio.

Resp.

Nota.

¶ Aduerte autem lector, quòd nisi iam in materia de contractu societatis illam satis perplexam quęstionem de assecuratione sortis facta in negotiatione cum socio explicuissemus hic nobis necessitas eam discutiendi prębueret laborem: quare ad illum locum lectorem remittendo ad vlteriora progredimur.

Aduertentia.

¶ Quærimus ergo vlterius: an is, qui in bonis nihil habet, si periculi nauis assecurator accedat: si nauis salua applicuerit ad portū, mercedē assecurationis postulare iustè possit. Ratio aūt dubitādi hęc occurrit. Quia (vt in suis scriptis super. 2. 2. D. Tho. materia de vsura narrat magister frater Ioannes à Peña,) quidā affirmatiuam tenuere hac moti ratione, quod etsi nihil talis assecurator habuisset in bonis, quia tamen pro tali assecuratione carceri tradi potest, & quia veniens ad pinguiorem fortunam tenetur nauim naufragio pereuntem soluere, ideo potest mercedem acceptam non restituere. Sed responderi ad hoc potest secundum eundem fratrem Ioannem à Peña, quod tunc ratione delicti, & fraudis in sic assecurando commissæ mancipari posset carceri, & ratione damni veniens ad pinguiorem fortunā damnum resarcire teneretur, & ideo hac ratione nihil obstante, talem contractum assecurationis inire non potuit: sed neque pro ea mercedem potest accipere, imo sic acceptam tenetur restituere secundum veram sententiam Soti de iust. & iur. lib. 6. quæst. 7. artic. vnico, & Victoriæ, & fratris Ioannis à Peña. Tum, quia nulli se exponit periculo cū si perierit nauis, abdere se, aut bonis cædere parat: tum, quia de facto iste nullam præstat securitatem. Vnde sicut vacans ludo, qui nihil potest perdere nihil subinde ex ludo potest lucrari, sic prorsus assecurans nauim pro mercede, cum nihil habet in bonis, quod possit perdere, neque illam mercedem potest lucrari.

Argum.

Quæstio.

Resp.

¶ Neque ratio aliorum pro parte affirmatiua quicquam promouet. Quia nos dicimus contra illam, quod naufragium passo parum restaurationis affert fraudulentum assecuratorem impotentem ad soluendum carcere detineri: sed & illum postea peruenire ad pinguiorem fortunam, vt tantum damnum naufragij nauis possit resarcire integre, valde accidentarium est, ideò iniustissimus assecurator est, teneturque mercedem ante solutam restituere.

Ad arg.

¶ Præterea accedit & alia præcedenti affinis quæstio, scilicet, an si aliquis assecurator

Quæstio.

solum habet in bonis. 500. assecurat q;. 1000. in salua naui pro mercede. 100. sibi oblata posſit ista. 100. pro mercede assecurationis sibi ex poscere. Videtur autem quod nō possit, quia non suppetit sibi in bonis, nisi vnde solam dimidiam iacturam rei assecuratæ soluendo esse posset. Igitur ad quæstionem, respondit Victoria quod si talis, qui securitatem præstitit pro. 1000. constitutis in nauibus oblata sit i pro hoc mercede. 100. cum in bonis non sibi suppeterent nisi. 500. si illa. 1000. in multis nauibus erant per mare transuehenda, poterit integram mercedem assecurationis, ideſt, illa 100. accipere, quia non est inquit verisimile quod omnia illa nauigia sint naufragium passura, ac per consequens quod tota illa summa 1000. in mercibus transuehendis insumpta sit peritura, sufficit ergo (inquit) iacturæ verisimiliter possibili reparandæ, si contingat assecuratorem illa. 500. habere in bonis. Secus autem esse ait, si tota summa. 1000. in mercibus insumpta assecurata in vna eademque naui erat transuehenda. At vero licet istam sententiam, quam vt probabilem Victoria fraterque Ioannes à Peña recipiunt omnino propter authoritatem tantorum virorum refutare non ausim, tamen verius, & probabilius esse iudico, quod neq; in casu in quo illa summa traijcienda sit in multis nauigijs prædictus assecurator integram mercedem assecurationis, quę debetur communiter assecuranti. 1000. in vna eademque naui potest accipere, cuius ratio (ni fallor) est peruia, tum quia ille cui in bonis tantum suppetunt. 500. erga merces valētes. 1000. securitatem nisi quoad medietatem valoris mercium non præstat, tum quia non obstat, quod probabile fuerit, quod simul & semel plures naues non essent perituræ, in quibus merces traijciendæ erant. Quia tunc tanto minus mercedis pro hoc meretur, quātum minus est periculi.

¶ Tum demum, quia ista pretia pro assecuratione mercium tanto solent minoris forte æstimari quanto mercium summa in pluribus reponenda est nauibus. Concluditur ergo in hoc casu non totam mercedem suprādictam assecurationis, ideſt. 100. sed tantum medietatē, ideſt. 500. iuxta 500. quæ assecurator habebat in bonis, posse ipsum exigere. Nā si demus, q̄ idem pretium, ideſt. 100. solitum sit dari assecuranti. 1000. in vna tantum naui idem prorsus dicendum est in hoc casu vt diximus.

¶ Porrò etiā hic inquiri consueuit vtrum qui in se recipit pro mercede periculum nauis nauigantis ad vnum portum, si postea dirigit nauis cursum ad alium, vbi subit naufragium, vel si onustæ mercibus nauis periculū in se suscipit, posteaque cum missa sit vacua in scopulos cum impexerit, perijt, teneatur iacturam illius soluere. Sunt igitur qui in primo casu, & bene quidem concedunt cum Soto loco citato, quòd si dominus nauis nauim ad alium portum minus fidum dirigit, quam erat ille, qui fuerat in contractu assecurationis expressus, susceptor periculi ei de iactura nauis non tenetur. Quæ omnia in contractu debent liquere. ¶ Et tandem in secundo casu, sine distinctione solent asserere, quod talis nauis iacturam, dum cum onusta fuit assecurata tandem missa est vacua, & perijt, non tenetur susceptor periculi illius, seu assecurator resarcire: tum, quia si iste præstator securitatis illud sciret, nusquam illum contractum iniret timens non fore tantæ curæ nauigatori seruare nauim vacuam præsertim putridam, quia maior cura solet adhiberi, quando nauis est onusta mercibus. Quin vero timenda esset fraus, ne consultò eam submergi sineret, vt lucraretur, verbi gratia, viginti millia iam assecurata. Verumtamen nos cum Soto hoc dicimus esse verum, quando dominus nauis deciperet assecuratorem absentem à portu, dicēs nauim esse onustam mercibus, cum vacua esset transmittenda. Cæterum in casu, quo non sic est deceptus assecurator, sed sciens prudenſque id fecit, tenetur iacturā nauis quam sciuit vacuam resarcire si pereat, quia contractus hic est veluti quoddā genus vadiationis, seu depositionis, quia eodem modo depositum possent facere: seu vadiationem alij ad quos salus, vel submersio nauis nihil attinet, dicendo si salua ad portum applicuerit, dabo tibi centum, sin minus dabis mihi mille.

¶ Hinc illucidata manet illa quæstio, cuius meminit Victoria in scholijs supra allegatis, scilicet, an si mercator dicat Petro, Assecurato mihi mille aureos, quos reposui tali naui, & en tibi pro hac securitate impēdo. 50. cū tamen nihil reposuerit in illa naui, si pereat nauis illa, Petrus obnoxius fiat ad illos mille soluendos.

¶ Ad quam quæstionem negatiuè respondum est. Addimus insuper hic cum Victoria rationem, quare ille assecurator illos. 100. aureos soluere non tenetur, scilicet, quia ille in se non suscepit, nisi periculum mercium: quæ tamen in hoc casu non iere pessum. Adijcimus & secundò cum eodem, quòd assecurator iste Petrus mercedem assecurationis licitè

retinet;

Sent. Vict. — Respons.

Sent. Victo. — Solut. 1.

2.

Quæstio. — Quæstio.

Resp.

retinet, si quidem bona fide illam securitatem præstitit: & etiam iam fraude comperta, maxime cũ aliàs hac deceptione prohibitus quod lucraturus erat aliàs iustè omisit lucrari, tunc ratione lucri cessantis iustè id retinebit, imò videtur, quòd sicut in ludo ludẽs cum cartis falsis (licet non possit lucrari) tamen colluſor eius in eodem ludo sincerè ludens benè potest, quæ illic lucratus fuerit retinere: ita in hoc casu assecurator deceptus videtur, quod possit retinere meredem securitatis, quantũ est de se præstitæ, licet casu, quo nauis pereat, iacturam mille aureorum cum eâ non sit passus ipse decipiens non possit exposcere ab assecuratore decepto.

Nota. ¶ Tandem aduertito lector, quòd quia fideiusio quodammodo quidam modus est assecurationis, ideo diximus absq; vsura posse fideiussorem aliquid recipere à debitore, quia hic mutuum tacitum, vel expressum non est inuenire, cum fideiussor hic nihil præter fidẽ cautionis præstet, & quia ratione obligationis qua astringitur periculum, & onus soluendi subire, si debitor principalis soluendo nõ fuerit, aliquam retributionem moderatam meretur. Si verò aliquid accipiatur ratione facti, nullo extante periculo, vel labore, iniquum est, & contra charitatem, & multò quidẽ magis, si fraus, vel dolus interueniat, vt si conueniatur cum aliquo ne creditò vendat, vel mutuet debitori, nisi quis fide iubeat, & sic lucretur; & vtroque casu restituere tenetur. Nam ratione mutui impliciti, vel expliciti videtur imposita illa obligatio debitori præstandi fide iussorem non necessarium aliàs. Ita Syluester, verbo fideiussor. quæst. 14.

Quæstio. ¶ Sed quia constat, quòd pro ipsa virtute fidelitatis, seu fideiusionis veritate, qua fideiussor promittit se defectu debitoris soluturum, aliquid recipere non licet: dubitari ab aliquibus forte continget, an si aliquid sit acceptũ pro ipsa tantum virtute fidelitatis, sit hic restituendum, quæ quidem difficultas coincidit cum illa, scilicet, an testis acceptum pro veritate sui testimonij restituere teneatur. Vnica igitur responsione vtrique satisfacientes difficultati dicimus ex mente D. Thomæ. 2. 2. quæst. 71. art. 4. vbi allegat D. Augustinũ dicentem ad Macedonianum, quod non debet iudex vẽdere iustum iudicium, neque testis verum testimonium, quod fideiussor non potest vendere ipsam fidem soluendi, quam spondet: vnde sequitur quod pro ipso actu virtutis fidei præstitæ non possunt aliquid, vt pretium accipere, qui fideiubent, quia actus virtutis sub genere spiritualium continetur, quæ inæstimabilia sunt. Ex quo rursum infertur, quod sic acceptum restituendum est, quia gratis talis actus (vt spiritualis est) est exercendus, ideò etenim pecuniam pro spiritualibus acceptam restituendam esse constat, quia spiritualia gratis dari iussa sunt, & hoc consentaneum est veritati magis contrà Cordubam distinguentẽ, atque dicentem, quod in casibus in quibus tenebatur testis testificari, aut fideiussor fideiubere, sic ab ipsis acceptum restituendum est. Secus est (inquit) quando ad prædicta non tenebantur. Quia ratio ipsa ostẽdit, quod licet tunc non tenerentur ad prædicta, tamen supposito, quod hos virtutis actus exercebant: gratis eos exercere tenebantur, quia spirituales sunt naturaliter, saltem sicq; limatius nos hic fuisse locutos extimamus, quam in primo tomo, vbi de hoc agebamus. *De fideiuſ.*

Responsio ex mente D. Thomæ.

CAP. XVII. *Qui nam fideiubere possunt regula pro potentibus fideiubere de casibus in quibus mulier satisdare potest, & si adhoc requiritur consensus viri, & quando bona vxoris sunt obligata, an fideiußio ei⁹ ex metu reuerẽtiali mariti facta valida, de clerico fideiubẽte sit de successore prælati an maneat obligatus, de fideiußio quæstiones multæ, in quibus casus fideiussor est liberandus, quando est consignandus de fideiussione in recopilatione noua, quando in solidum, vel non, de quadam doctrina iuridica.*

QVoniam materiam de contractibus suis numeris absolutam tradere nobis est cordi, prout diuinum numen afflauerit, de fideiusione, & si nonnihil diximus, quia tamẽ contractibus solet annecti, & si non omnia, quia aliqua sunt relinquenda causidicis, vtpotè non tam pertinentia ad forum interius: tamen aliqua ex professo hic discutere est animus. Igitur vt à diffinitione fideiussoris initiũ sumamus, fideiussoris diffinitur esse, qui alienam obligationem in suam fidẽ recipit, principali tamen manente obligato instit. eo. titu. in principio. Instat autem quæstio in hac parte prima, scilicet, qui nam sunt illi, qui fideiubere possunt? Sed tamen totam difficultatem huius quæstionis exhauriunt doctores: dum hanc communem statuunt regulam, scilicet, quòd fideiussoris officio fungi potest quilibet, qui suorum bonorũ liberam administrationem obtinet. Vnde inferunt primò non posse mulierem pro viro fidẽ iubere. ff. ad Se. consul. Velle. l. 2. in gloſ. neque etiam pro altero. l. quamuis. ff. ad Velle. cuius potissima ratio est,

Quæstio.

Regula pro fideiuſſ.

tio est, quia vxor bonorum dotalium, & familiæ administratione caret præsertim in Castellæ regno, vbi iuxta leg. 29. titu. 11. Partita. 3. & l. 16. titul. 2. lib. 4. qui Hispanice intitulatur Fuero juzgo, vxor cum omnibus bonis ad se attinentibus potestati viri quoad administrationem subditur.

Casus in quibus mulier satisdare potest.

¶ Casus tamen excipiuntur aliqui, in quibus mulier satis dare, & fide iubere valide potest, scilicet, quando pro libertate, vel pro dote, vel admonita renunciando Vellejano iuri fide iuberet, aut si accipiendo pretium pro fideiussione fide iuberet, aut si satis dando contulit pignus post biennium, aut si post biennium nouam edidit fideiussionis scripturam reuocatiuam prioris, vel si adiuit bona hæreditaria ab eo sibi relicta, pro quo fideiussit, vel si ipsa pro facto proprio fide iuberet, sicut verbi gratia si fideiuberet pro illo, qui pro se fideiussit, vel aliter iuxta l. 3. tit. 12. Partita. 5.

¶ Adde etiam quod fideiussio vxoris iuramento firmata valida redditur propter textũ irrefragabilem extra. de iur. iurand. capit. si verò, vbi in summa dicitur quod si iuramentum etiam per metum extortum seruari potest sine interitu salutis æternæ seruandum est ecclesiam tamen Romana consueuit à tali iuramento absoluere. Hac verò ratione ducti iurisperiti huiusmodi fideiussionem vxoris, quo sit firmior iuramento vxoris fore munie dam consulunt.

Nota.

¶ Verumtamen in casibus in quibus vxor fide iubere potest iuxta concessionem iuris, viri sui consensus accedat necesse est, alioquim si citra consensum viri fide iubeat etiã in his casibus inualida erit hæc fideiussio, neque sortietur effectum, neque illi astare tenebitur, neque bona sua tali obligationi erunt obnoxia iuxta, l. 5. titul. 18. libr. 3. qui dicitur del Fuero, & l. 1. titul. xj. lib. 5. Ordinationũ.

Exceptio.

Cæterum hoc exceptionem habet in illis casibus in quibus vxor publicè emeret, vel venderet merces, vel si alicui se mancipasset negotiationi, vel arti. Nam in his casibus eatenus fideiussio, vel obligatio eius valida esset, sortire turque effectum, quatenus attineret ad negotiationem, vel artem qua ipsa se exerceret iuxta. l. 13. titul. 20. li. 3. del Fuero, & leg. 244. Stili, vbi sancitur eius obligationem valituram, tũc super his quæ in ordine ad prædictam negotiationem, vel artem sibi venderentur, vel mutuarẽtur. Accedit ad prædicta quod vxor quæ thecnis, vel fraudibus vsa est, vt ad fideiubendum admitteretur (quia sua fraus nemini patrocinari debet) licet aliàs ipso iure immunis sit ab obligatione fideiussionis præstitæ, tamen obligationis à se tunc præstitæ fideiussionis rea erit: fuit enim valida iuxta sanctũ in Par. 5. tit. 14. ¶ Præterea vxor, vt diximus, neque fideiubere, neque aliqua obligatione se astringere potest pro viro suo, licet allegetur tale debitum, pro quo fideiussit in vtilitatem ipsius vxoris fuisse cõuersum: nisi pro pecunia debita pro redditibus regis fideiusserit iuxta. l. 61. in legibus Taurensibus. ¶ Insuper & vxor casu, quo eius maritus echonomus, vel cõductor, vel collector iurium, aut reddituum esset, pro his casibus, ipsa eiusque bona obligatione astricta manent, nisi in præsentia bonorum virorum, sibi cauens fuerit protestata se nolle manere obnoxiã ad aliquid suo viro obuenturum, neque velle in his casibus cum viro participem esse in lucris, vel damnis iuxta. l. 223. Styli. Similiter mulier, quæ ad debita mariti durante matrimonio contracta teneri non vult, sibi in hoc consulere poterit, si omnibus lucris durante matrimonio acquisitis renuntiauerit. sic enim ab omni obligatione soluendi illa libera euadet.

Quando bona vxoris obligata.

¶ Sed si quærat aliquis, an in absentia viri fideiubere, aut se obligare per viam contractus, vel aliter possit vxor. Circa hoc iam pro cõperto reliquimus, quod mulier dum negotiatrix est publica ad fideiubendum, & contrahendum contractus ad suam negotiationem pertinentes, licentia mariti non indiget, tamen alias in quibus consensu mariti opus habet, si contingat vt maritus sit absens, neque in proximo speratur venturus, imminetq; periculum ex mora. Iudex cum præuia cognitione causæ, talique causa inuenta legitima, vel necessaria, vel vtili mulieri, ei eam facultatem, quam maritus præstare poterat, poterit impendere, eiusdemq; roboris erit, ac si maritus eam contuliisset, iuxta l. 59. in legibus Taurensibus. ¶ Præterea vxor, licet absque viri licentia hæreditatem, sibi obuenientem ex testamento, vel ab intestato repudiare non possit: tamen citra eam licentiã, quamcunque hæreditatem cum inuctarij beneficio adire poterit, & non aliter iuxta. l. 54. in. l. Taurensibus. Adhæc maritus vxori licentiam generalem indulgere potest, tum ad contrahendum, tum ad omnia illa gerenda negotia, quæ sine mariti licentia ab vxoribus geri non possunt, qua obtenta gesta per eam validi roboris erunt. Imo si eam maritus deneget in re necessaria, vel vtili ad eam præstandam per iudicem maritus cogi potest, quòd si adhuc maritus eam licentiam, vel non ita integram dare renuerit: tunc iudex eam impertire po-

Quæstio.

Respons.

test

rest ei, & debet, quæ perinde valida erit, ac si á viro fuisset præstita iuxta l. 16. & l. 17. Taur.

Quæstio. ¶ Porrò quia casus est, de quo dicere sum rogatus, quæritur an mulier quæ non ex metu ita graui, sed ex metu quodam reuerentiali obtemporauit marito iubenti fideiubere, ex talique metu fideiusserit pro marito, valida sit hæc fideiussio, teneaturque in conscientia ei astare.

Resp. ¶ Igitur in hac dicturus quæstione illam Nauarri sententiam sectandam duxi, quam insinuat in sum. Latin. capit. 17. num. 29. vbi censet in foro conscientiæ metum reuerentialem etiam, & leuem inualidare actum factũ ex tali metu, quatenus ille metus fuit causa saltem sine qua non illius actus argumen. capit. fin. & ibi not. de iniur. & in cap. fælicis. §. illud de pœnit. lib. 6. iuxta glos. in verbo simplici fauore. Quia licet aliud sit dicendum in foro exteriori, vbi iurisconsulti solum metum, quem ipsi iustum, & cadentem in virum constantem appellant irritare contractus, & sic ex tali metu gesta, sentiunt iuxta. l. metum ff. quod metus causa, sed aliud est sentiẽdum in foro conscientiæ propter argum. supradictum, & quia neque contractus, & gesta procedentia ex tali metu reuerentiali, & leui qui fuit causa sine qua non fuere sufficienter libera. Neque obstat quod in foro exteriori leges aliter indicent iudicandum. Quia merito in foro exteriori ad irritandum contractus, & actus obseruatur grauis metus, & cadens in virum constantem. Quia si ibi ob leuem metũ daretur rectio omniũ ferè peteretur rescissio: & ita respublica litibus fereret, q; intẽtioni iuris esset aduersum in l. properandũ. C. de iudic. & c. finẽ litibus de dol. & contu. hęc autẽ ait Nauarrus desumpta esse ex mente Hostiẽsis & Ioan. And. in cap. verũ de iur. iuran. & ex verbis Adrian. in 4. de restit. cap. aggredior vers. ex quibus omnibus, & ex Soto, q. 7. de iust. & iur. lib. 4. art. 4. ad. 2.

Corol. ¶ Quòd si hæc sententia probabilis est (vt apparet) sequitur, quod vxor qui ob talem metum reuerentialem, vt vitaret iurgia cum marito, eiusque iram & offensionẽ etiam nõ tam grauem, aliàs non fideiussura fideiusserit pro marito, quia in conscientia tali fideiussioni stare non tenetur, quia in conscientia robur obligandi ipsam non habuit, poterit bona dotalia, & paraphernalia, quæ alias amittet, si ea non occultet, abscondere. ne ratione fideiussionis executio per iudices fiat, hęc passim in practica in oppidulis, & villulis occurrẽtia vbi interdum absunt iuristæ, qui consuli possint super his libuit hic perstrinxisse, vt de his admonitus lector, qui hæc legerit multarũ mulierum, quæ huiusmodi fideiussionibus metu maritorum à se factis sunt oppressæ: possit corda aliqualiter consolari. Hanc autẽ sententiam Nauarri eatenus censeo esse probabilem, quatenus tali fideiussioni ex metu reuerentiali præstitæ ab vxore non fuit causa confirmationis adiunctum iuramentum, quia tunc ratione iuramenti petenda esset relaxatio illius, antequam quicquam moliretur cõtra fideiussionem sic præstitam. Nota.

¶ Notandum est insuper, quod clericus nullo modo secundum veriorem opinionem potest pro laico fidem iubere cap. 1. eo. tit. & 2. quæst. 1. cap. quidem in textu, & in glos. nisi in casu necessitatis, in quo obligaretur subuenire indigenti cap. videntes. 12. quæst. sed quia indigentia semper præsumitur, & obligatio subueniendi forte in hoc casu in foro exteriori præsumetur, credo si fideiusserit pro laico, non soluẽte laico cogetur clericus, qui pro illo fideiussit ad debiti solutionem maxime, vbi hoc viget in vsu, neque contrarium est receptum in vsu. Standum ergo est in hoc receptæ consuetudini. Pro ecclesia tamen, vel pro alio clerico nemini dubium, quin fideiubere possit clericus, vt in cap. 2. eo. tit. At sic clericus pro clerico fideiubens astringitur ad soluendum principali non soluente cap. peruenit eo. tit. tenetur tamen tunc de proprio patrimonio, vel ex reditibus beneficij, quos fecit suos soluere: non autem in præiudicium ecclesiæ iuxta limitationem Hostiensis. Nota declarico.

¶ Deinde consequitur corollariè ex supra constituta regula religiosum non posse fideiubere in capit. penult. eod. titul. etiam si Abbatis dignitate præmineret, nisi talis fideiussio fieret de licentia Abbatis, & assensu maioris partis capituli, vt ibidem decernitur. Neq; enim habent aliquod proprium de quo disponere possint. Corol.

¶ Hic etiam se exerit illa dubitatio, an successor prælati obligatus maneat, si eius prædecessor fuit fideiussor, & videtur certè, quòd sic, quia hæres fideiussoris obligatur, sicut & fideiussor, quia ei succedit, si ergo prælatus hic succedit suo prædecessori: ergo pariter subibit & hoc fideiussionis onus. Quæstio. Obiectio.

¶ Verumtamen respondetur ex hac ratione parum probari successorem teneri aliqua fideiussionis obligatione, quia successor prædecessoris non est hæres. Dicimus ergo de mẽte Hostiensis quod planum est, quòd cum id est vergens in præiudicium ecclesiæ, ad illam Respons.

lam fideiusionis anteceſſoris obligationem adimplendam non tenetur iuxta ſententiam Hoſtienſis: ſi autem anteceſſor prælatus fideiuſsit nomine proprio, & in rem proprjam, vel alienam alterius clerici, ſi non fuerit ſoluẽdo principalis de ſuo patrimonio, aut de reditibus ad ſe pertinẽtibus quoad ſua debita ſoluenda, & hoc debitum erit ſoluendum. Si autem anteceſſor non nomine proprio, ſed nomine eccleſiæ ſeruata iuris ſolemnitate, qualis exigitur in contractu, quem nomine eccleſiæ contraxit, nomine eccleſiæ fideiuſsit in caſibus licitis, qui caſus no. in cap. in ſumm. 12. quæſt. 2. ſi iſta interuenerint, ſucceſſor tenetur talem fideiuſsionem, & contractum ratũ habere, ita Panorm. in cap. querelam. ne pret. con. vi. ſub. ſi tamen eccleſia eſſet læſa, poſſet reſtitutionem in integrum petere. cap. ad noſtram de rebus eccleſiæ non alienandis.

Queſtio. ¶ Sed quid ſi Petrus promiſit præſentare Paulum ſub pœna. 100. ducatorũ, & poſtmodum Paulus crimen patrauit, pro quo crimine cum mortis pœnæ eſſet adiudicatus, fugã arripuit, quid tunc iuris ad quid Petrus pro hac fideiuſsione tenebitur.

Reſponſ. ¶ Reſpondetur ergo, quòd ſi Petrus fuit in dolo, vel in lata culpa reſpectu maleficij poſtea per Paulum perpetrati, in conſcientia tenebitur damnum proximo ex tali fuga ſubſecutum reſarcire, ſecus ſi non fuit in culpa. Huiuſmodi caſus fertur accidiſſe Bononiæ ſuper eo autem tale dicitur latum fuiſſe iudicium. Eſt autem caſus in. l. ſed & ſiquis rei. ff. ſiquis cau. in principio.

Nota. ¶ Inſuper. l. 19. del fuero juzgo, ſancitum eſt, quòd qui in ſuam fidem recipit aliquem præſentem exhibere in iudicio, ſi non præſtituit tempus intra quod, neque de eo ſcriptura edita fuit: ſi intra binum menſem eum præſentem facere non fuerit iuſſus, ab hac obligatione liber euadit: niſi huiuſmodi fideiuſsionis contractus ſuper cauſa, vel iure ad regem attinente initus eſſet, vel ſuper re ad communitatem reipublicæ pertinente, ſcilicet ad eius capitulum fideiuſsio hæc interceſsiſſet, & ſi de hoc ſcriptura edita eſſet, fideiuſsio hæc vſque ad triennium, & non vltra durationem ſortiretur.

¶ Porrò in cauſa criminali, in qua pœna corporalis venit imponenda nullus poteſt interponere fideiuſſorem ſecundum Pan. in rub. de fideiuſſoribus, quam intelligentiam quoq; recipit, cap. ſi clericos. de ſent. excommunicationis, lib. 6. Secus eſt quando talis pœna non venit imponenda. Pro quo facit ſatis accommodus textus in cap. cum homo. 23. quæſt. 5. & in gloſſ. Secundum autem ius commune, ſi reus decapitandus fugiat, qui pro eo fidẽiuſſerit, non decapitabitur, ſi non fuit in dolo, ſed pecunialiter punietur ſecũdum Cynum in. l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reo. ſi autẽ fuit in dolo punietur pœna arbitraria gloſſ. in cap. cum homo. 23. quæſt. 5. ſed ſi habuerit ex officio cuſtodiam eadem pœna plectetur, ſi eſt in dolo, vel ſi ex eius nimia negligentia ſugit in dict. l. commentarienſem. Quid autem circa hoc cautum ſit per leges Hiſpaniæ non libet hic meminiſſe, quia id ſciſſe potius ad cauſidicos pertinet, conſulat ergo ſi velit lector ſuper hoc Partitam. 5. l. 17. titu. 12. & l. 18. & l. 10. tit. 29. partitæ. 7. pœna autem fideiuſſoria intra annum eſt exigẽda poſt quam fuerit incurſa: alioquin prædicto elapſo anno, ius amittitur eam exigendi, ac fideiuſſor à tali pœna ſoluenda poſt liber efficitur iuxta. l. 3. titu. 11. lib. 5. Ordinationum

¶ Inſuper cum plures ſint fideiuſſores in ſolidum, & cum ſint omnes præſentes, & potentes ad ſoluendum: ſi ante conteſtationem litis poſtulauerint debitum inter eos diuidi, poſſunt hoc beneficio Adriani obtinere. C. de conſt. pecuniæ. l. D. Adriani, niſi huic legi renuntiauerint, ſic docente Panormit. in capit. peruenit. eo. titul. ff. eod. l. ſi dubitet. §. 1. inſti. eod. §. ſi plures. *Lex Adriani de fideiuſſor.*

¶ Adde etiam, quòd ſi aliqui obligationẽ, ſeu cautionem preſtantes ſimul ſuper aliquo, in ſolidum ſe obligare nõ expreſſerint, vel aliter id ſignificauerint clarè, licet quouis modo ſe obligauerint, pro medietate ſi duo fuerint, aut ſi plures pro parte, ſibi contingenti ſigillatim intelliguntur ſe obligaſſe, vt habetur in recopilatione noua leg. verbo. licet hæc particularis ſanctio contra ius commune videatur militare: tamẽ in Hiſpania, vbi viget ſeruãda eſt. *De fideiuſſ. in recopil.*

¶ Accedit ad hoc, quòd ſi pro vno debito multi ſe altrinxerint fideiuſſores, quorum vnus nomine ſuo proprio perſoluerit debitũ: creditor tunc ius actionis, quod obtinebat contra reliquos illi cedere debet, quo poſsit à reliquis fideiuſſoribus partem ab vnoquoque debitã recuperare. Imò ſi creditor in hoc caſu non ceſſiſſet actionem, à principali debitore quod ipſe præſoluit integre iure exigere poterit. Secus autem eſt ſi nomine debitoris principalis ſoluiſſet, quia tunc creditor prædictum ius actionis ei cedere non poterit, eò q̃ totum ius, quo potiri poterat primò ſoluens debitum, ad illud ſiuè à principali debitore, ſiuè à reliquis confideiuſſoribus exigendum, *Doctrina iuridica.*

finem

finem habuit, dum nomine principalis solutionem præstitit, quod si fideiussor hic primò soluens cuius nomine, an proprio, an debitoris principalis præsoluerit non expræsserit, si neque à creditore statim mandatum exigendi sic á se præsolutum non petierit, visus est nomine principalis debitoris soluisse, quò circa postea à confideiussoribus id debiti exigere non poterit, poterit tamen à principali debitore expetere quòd sic præsoluit pro eo iuxta sanctionem. l. 11. tit. 12. Partite. 5. &. l. 4. titu. 18. lib. 3. del Fuero. At in casu, in quo omnes fideiussores super eadem re in solidum præstitere cautionem, si creditor partem donauit eorum alicui, quatenus attinet ad conscientiam, reliqui non tenentur in solidum tunc authore Soto de iust. & iur. Quamuis Metina Complutensis secus esse dixerit in casu, quo creditor vni eorum tantum remiserit actionem.

Tabelli. admonentur. ¶Præterea tabelliones dũ chirographa conficiunt, in quibus mulieres fideiubẽt Velleja no iuri renunciando non intelligentes quid faciant, nisi admonitas eas esse curent de eo iure cui renunciant vt id sufficienter intelligant, quia infideliter peragunt suum officiũ, tenentur restituere subsecuta damna in casu, quo aliàs admonitę intelligibiliter de eo fauore & iure, cui renunciant, non renunciassent.

Quæstio. ¶Iam de illa quæstione, quæ olim ad meã consultationem peruenit in populo vbi iuristæ aberant, qui super eam responsum præstarent dicendum nunc erit, scilicet, an teneatur aliquis fideiussorem consignare si tẽpore ineũdi obligationem, aut contractum non est requisitus eum dare. Respondetur ergo nullũ fieri obnoxium ad constituendum fideiussorem, si tempore contrahendi, ab eo fideiussorem constitui non fuerit exactum, quod si aliquis promiserit se intra præfixum terminum exhibiturum rem, ante id temporis ad eã exhibendam cogi non potest, nisi postea debitor sua bona alienauerit, vel distraxerit, vel illinc vbi contractũ est transmigrare parauerit aliò, vbi domiciliũ est electurus, vel si absentem se reddere moliretur iuxta. l. 11. tit. 18. lib. 3. del Fuero, &. l. 17. tit. 13. Par. 5. ¶Similiter & in casibus his in quibus prorogationes debitoribus ad soluẽdũ suis creditoribus rex indulgeret, si cut etiã in præcedẽtibus casibus tenetur ad cõsignandum fideiussorem, licet à principio tẽpore ineundæ obligationis ab ipso præstari fideiussorem, non fuerit postulatum, iuxta l. 33. titul. 18. Partit. 3. sicque limitanda sunt alia iura contrarium insinuantia.

Resp.

Quando cõsignandus fideiussor.

1.

2.

3. ¶Deinde vsufructuarius, vt cautionem præstet fideiussoriam necessum est, qua se vsurum vsufructu rei sibi concesso promittat fideliter, & taliter, vt vsufructu finito rem ipsam fructiferam proprietario restituat. De his autem, quæ consummuntur vsu, præstabit cautionem, quod ea exhibebit in ea qualitate vel præstabit æstimationem illorum bonorũ cap. vltimo. de pigno. De his vero, quæ non consumuntur vsu, sed veterascunt, vt veges finito vsu promittit restituere, si supererunt secundum Panorm. in dicto cap. fi. ¶Sed quid si talis vsufructuarius cautionem nõ præstat, an tuta conscientia poterit potiri fructibus, & suos eos facere? Dicitur ergo, quod si cautionem non præstat, quia non petitur, vel nescit ad eam dandam teneri, & est in bona fide licitè facit fructus suos. Non autem quando est in mala fide nolens quæ petitur præstare cautionem, & ad quam prẽstandam scit se teneri: Vnde sic perceptos fructus tenetur restituere, quia tunc contra voluntatem domini proprietarij eos sibi vendicat autore Panor. cap. constet. de pign. Iuxta quem sensum intelligenda est gloss. in. l. si cuius. ff. de vsufruct. Hanc autem cautionẽ testator remittere potest in rebus, quæ consumuntur vsu, non autem in alijs: daretur enim materia delinquendi. ff. de vsufruct. l. si vsus fructus. §. plane, cui suffragatur Panorm: cap. constet. de pig. vide etiam. l. 7. tit. 18. libr. 3. del Fuero.

Quæstio.

Resp.

Nota. ¶Præterea præsente debitore principali, & indiscusso fideiussor conueniri non potest, secundum Panorm. cap. peruenit, nisi debitor notoriè sit non soluendo, vel non possit conueniri. Authen. præsente. C. eo. & nisi renuntiauerit huic beneficio, vt. C. de duo. re. sti. authen. hoc ita. ¶Cum fideiussor prius conueniatur in iudicio, vt soluat debitũ, quia principalis debitor abest à terra, accepturus est terminum à iudice præsignandum, vt reducere possit principalem, quem nisi infra sic præstitum tempus adduxerit, soluere ipse tenebitur iuxta. l. 9. &. l. 4. tit. 12. Part. 5. ¶Deinde certũ est creditorem teneri cedere fideiussori actiones suas, quas habet contra eum pro quo fideiussit, quas nisi cedat potest ei debiti solutionem denegare, iuxta. l. modestissimus. ff. de solut. &. l. fideiussoribus. ff. eod. tit. ¶Tenetur insuper debitor fideiussori ea omnia damna resarcire, quæ ei propter fideiusionem, culpa debitoris obuenere, cuius ratio peruia est, scilicet, quia officium suum nulli debet esse damnosum. ff. de fur. l. si seruus communis, ita diffinitur de foro compet. cap. fin. & cap. 2. & 3. eod. titul.

¶Porrò

Quæstio. ¶ Porrò sciscitabitur aliquis, an si fideiussor creditori vsuras soluerit à debitore eas repetere posrit. Respondetur ergo iuxta mentẽ Panor c.2.eo tit.quod si fideiussor sine obligatione,& consensu debitoris, & nulla coactione addactus vsuras soluit,eas à debitore nullo modo poterit repetere, suæ etenim culpæ ascribendum est,si aliter,quàm debuit fecit. Secundò autem dicitur quod si cum iuramẽto, vel sine illo fideiusit soluere vsuras, idq; sciẽte,& consentiente debitore, easdem iam à se solutas à debitore repetere poterit siuè coactè siuè sponte eas soluerit,nisi fraude vsus, scilicet,vt faueret vsurario,eas soluerit,quia tunc sua fraus ei patrocinari non debet. Patet autẽ hoc secundum assertum,quia in culpã id vertitur debitoris quod sic fidem iubere fecit de vsuris (quidquid sit in foro ciuili) tenebatur enim obijcere exceptionem vsurarum, cum eas compellebatur soluere.

Nota. ¶ Adhùc perpendendum est eum qui fide iussoriam præstitit cautionem sua bona diuẽdere non posse, nisi postquàm debito,aut fideiusioni satisfecerit,nisi per reliqua, quæ sibi supererint bona notoriè sit soluendo in integrum debitũ.Nam in hoc casu excepto vẽditio ipsa vtpote quæ ad soluendũ incompotẽ nõ redderet,vt valida foret,prętorquã in casu,quo bona illapretio distracta talidebito soluẽdo obnoxiaspecialiterforẽt iuxta l.243.Sty.

Quæstio. ¶Item in dubium verti hic solet,an fideiussor liber maneat à debito soluendo qui cũ vsq; ad certũ terminũ promiserit pro debitore,si creditor prolatauit terminũ. Respondetur secundũ Panor.in cap.constitutus,eo tit. q; si in hoc casu creditor prolonget terminũ debitori absq; fideiussoris noua promissione,transacto illo certo termino,pro quo fideiusit à fideiusione ipsa immunis euadit. Secus autem si obligatio qua se deuinxit fuitabsoluta,quia tunc prorogato debiti termino adhùc tenebitur arg.in c.cũ dilecti.de do.&.l.Celsus. ff.de arbit.¶ Cæterum.l.10. tit. 18.lib. 3. del Fuero in hac parte sic cauetur, si dũ aliquis fideiusit pro alio,creditor debitori terminum antequã elapsus sit prorogauerit, neq; fideiussor huic prorogationi assensum accõmodauerit ab eo debito liber euadit,si autem elapso iam termino prorogatio hęc concessa fuerit,adhùc fideiusionis obligatione astrictus manet sicut & antea,cuius quidẽ ratio nulla alia occurrit mẽti,nisi quia elapso termino iã censetur fideiussor fuisse in mora soluẽdi,quare sibi imputetur si ex culpabili mora nouæ prorogationi causam dedit.

¶Iam demum de casibus, in quibus fideiussor agere potest contra debitorem, vt eum à fideiusione ante solutionem liberet, dicendum venit.Sunt enim tres,vt ex cap. fin.eod. tit. elicitur per glo. Primò si diu in debiti solutione stetit.Secundò si debitor bona sua dissipare incipit. Tertiò si damnatus iam super fideiusione fuit ipse fideiussor. Quartò, si ab initio sic conuentum fuit.Circa hoc tamen.l. 8.titul.18.del Fuero, stabilitum est fideiussorem non posse agere contra debitorem,vt à fideiusione liberetur, vel quod sibi soluat priquam ipse soluerit,nisi iam damnatus esset fideiussor ad totum,debitum, vel partem eius soluendum, vel nisi stetisset iam per annum, vel vltra in hac fideiusionis obligatione, vbi nullus fuit terminus certus præfixus: vel nisi terminus solutionis debiti iam appropinquauerit,vel prope instauerit, vel nisi elapsum iã sit tẽpus illud, intra quod principalis pactus est eũ à fideiusione liberare, vel nisi debitor principalis suam substantiam distrahere,& dissipare incepisset. In his enim casibus constringere potest fideiussor debitorem principalem vt à fideiusionis obligatione eũ eripiat, vide Partit.5.tit.12.l.14.&.l.8.

Casus quibus liberandus à fideiussion.

¶ Tandem memoriæ quoque mandandũ est regulariter munus fideiubendi interdictũ esse his,quibus distrahendi sua bona,& facultates ius,& facultas à iure aufertur, iuxta.l.6. tit.18.lib.3.del Fuero.¶ At quamuis cũ debitor abest à terra,concedendũ esse terminũ fideiussori antequã cogatur soluere ad eũ reducendũ dixerimus iuxta.l.9.&.l.4.tit.12.par.5. tamen debitum prius petendũ est à debitore principali,quàm à fideiussore, dũ in loco præsens debitor adsit soluendoq; sit iuxta. l. 3.& 4.tit.18.del Fuero:Cæterum si quis pro alio fideiussor constitutus sit, obnoxius iã fit ad soluendũ, si creditor debitũ expetiuerit in iudicio à debitore debitorq; soluere renuerit, iuxta.l.16.tit.11.P.5.¶ Tutores quoq; atq; curatores cautionem fideiussoriam prestare tenẽtur antequam talia officia administranda suscipiant,iuxta.l.2.tit.18.Part.6.

Prohibiti fideiub.

CAP. XVIII. *Quid sit impignoratio, & quænam impignorari possunt,de modis contrahendi pignora tacita hypotheca,in quot casibus cõtrahitur, quomodo quis cẽsetur cõsignare res proprias in pignus iura Hispaniæ, circa pignora referuntur, de quæst. proficua,an debita habẽtia pignora annexa sint priussoluenda, & qualiter bona viri sint hypothecata pro dote,de iure Hispaniæ circa hoc,de ordine in hypothecis dissentit Nauarrus à iure Hispanico.*

Posse

POstquàm de fideiussione contractibus accessoria sermonem compleuimus, consequenter hic subijcere materiam de impignoratione oportuit, est enim impignoratio veluti quidam fideiussoriæ cautionis modus. Differt autem pignus ab hypotheca in hoc, quia pignus est, cum res mobilis transiens in creditorē subijcitur debito, aut obligationi principali loco cautionis. Hypotheca verò dicitur cum hac ratione res immobilis non trāsiens in creditorem in cautionem assignatur instit. de act. obli §. inter pignus, sed quantū ad actionem non differunt.

Quæstio. ¶Præterea subsequenter quæ nam impignorari possunt, quæue non prædicēdum est. Igitur pignorari possunt res tam præsentes, quā futuræ, vt fructus pēdentes, partus ancillarum, fœtus pecorū, & huiusmodi & ea quæ nascentur. ff. de pignoribus l. & quæ nondū similiter res corporales, & incorporales, vt cautiones, & nomina debitorum. ff. eo. l. cum conuenit. item vsusfructus. ff. eo. l. si is. item virtutes rusticanæ, & generaliter pignori obligari possunt quæcunque quæ etiam possunt vendi, & quæ venditi nequeunt, pignori etiam dari non possunt. ff. quæ res pignori dari possunt. l. qui filios. Deinde è contrario inter res quæ pignori dari non possunt, computātur primo homines liberi etiā pro delicto cap. 2. eo. tit. quos siquis reciperet in pignus autore Panor. in cap. lator. extra. eo. tit. perderet debitum, & tantundē soluere teneretur in auth. vt nulli iudi. §. quia vero. Deinde pignorari non possunt res ecclesiæ. s. res sacræ, vasa, & ornamenta ecclesiæ. C. de sacrosan. Eccles. l. sancimus, nisi ecclesia superflua habeat, & necessitas vrgeat, & aliunde prouideri non possit ex rebus mobilibus. 10. q. 2. cap. hoc ius. & 10. q. 2. & 12. capit. aurum. ad hæc licet liber homo vt prædictum est propriè in pignus dari non possit, sic vt sit in eo ius pignoris, sed benè vt sit in eo ius retentionis, secundūm gloss. cap. vt pridem. §. item eisdem. 23. q. vlt. & in cap. exposita de arbi. & sic vt etiā pater potest vendere filium ratione famis, & sic & obligare similiter quoque redemptus ex captiuitate tenetur seruire quinquēnio nisi pretium soluat. C. de post. reuer. l. vlt. Neque ecclesiastici reditus speciali cōuentione possunt obligari vt tradit. Innoc. sed à iudice pro debito canonici, & ex causa iudicati possent obligari, neque generaliter res ecclesiæ. §. & quoniam quia licet bona ecclesiç pro obseruatione contractus à Clericis obligari possint in genere, specialis tamē obligatio fieri nō potest, nisi cū solennitate iuris debita vt Pano. docet in cap. nullus præsbiter de pignoribus.

¶ Præterea quia aggressuris disputationē de vna quaquere vt eius proprietates, & conditiones rimentur, operepretium est prius eius naturam, vel quidditatem perspectam habere, quæ innotescit per diffinitionem, ideò diffinitionem pignoris præmittendam hic esse duximus. Est igitur pignus generaliter loquendo (vt tradit Hostiensis) obligatio rei licitæ pro debito facta ad securitatem scilicet, creditoris. Nam consultius reputatur initi pignori, quàm agere in personam instit. de oblig. quæ ex del. nasc. §. furti. At verò licet diffinitio hæc tam pignori, quàm hypothecæ communis sit, tamen hypotheca, & pignus tam nomine quam re differunt: quia pignus à pugno est dictum, ex eo, quod quasi de pugno, ideſt de manu ad pugnū est traditum ff. de verb. signifi. l. pleb. 6. §. pignus. Hypotheca autem dicitur ab hypo, ideſt sub, & theca posito quasi res suppositæ creditori. Differunt item re, quia vt prædictum est pignus propriè est de re mobili, hypotheca verò propriè est obligatio rei immobilis instit. de acti. & oblig. §. inter pignus. Vnde pignus dicitur cum transit in creditorem, hypotheca verò quando non trasit: quantum verò ad actionē non differunt vt dictum est. §. inter pignus.

De modis contrahendi pignora

¶ Deinde de modis contrahendi pignora hic edicendum statim occurrit. Igitur pignus seu hypotheca dupliciter contrahitur vt dicētè tradit lib. 2. scilicet, tacitè & expræsse, hypotheca ergo expræssa est, vbi expræsse in particulari tale bonum, vel expræsse in generali omnia bona obligationi, vel debito manēt obnoxia. Tacita autem hypotheca est, vbi ex natura sua, & ex vi legum res aliqua alicuius debiti solutioni, vel obligationis impletioni manet supposita licet expræsse non obligatur per verba. Insuper hypotheca expressa conuentionalis solet appellari, eo quod ex conuētione partium solet pullulare. Tacita autē dicitur legalis, quoniam à lege est inducta. Multifariam verò hypotheca tacita constituitur, nam sic multarum personarum omnia bona sunt obligata. Nam primò huic tacitæ hypothecæ subiacent bona Prelati, seu ministri ecclesiæ ipsique ecclesiæ pro mala administratione manent deuincta argument. 13. quæstione. 2. hoc autem tenet & glossa, & Panormit. capit. ex literis de pigno.

Tacita hipothe. vbi constituit.

¶ Secundò, bona viri sic pro dote vxoris tacitè hypothecæ subduntur, & etiam pro paraphernalibus, secūdùm Panormit. in cap.

ex literis de pign. quando ipse habet illorum bonorum administrationem vt contingit in Hispania: C. de pac. conuen. l. vltim. secus si mulier habet illa pen es se. Pro quo vide glos. in. d. c. ex literis. ¶ Tertiò sic tacitè supponun tur hypothecę bona illius qui dotè pollicitus est ei cui, promisit. C. de rei vxo. ac. l. vnica & l. ex literis. ¶ Quartò bona cõtrahẽtis cũ fisco tacitè hypothecãtur fisc. C. in quib⁹ caus. pig. tac. cõtr. l. si mater &. l. fi. C. de admi. tut. l. pro officio. ¶ Quintò bona tutoris pupillo, & cũ ratoris minori hypothecãtur pro officio, aut si nõ administrauerũt C. de admi. tut. l. pro of ficio. ¶ Sextò, sic tacita fiũt hypotheca omnia bona cõductoris inuecta, seu illata in rusticõ prædio dño sciẽte pro pensione debita, nisi in ferantur ad tẽpus, quamuis empta sint ex fru ctuum precio. C. in quibus caus. pig. tac. con trah. l. quãuis. in vrbano autem predio non di stinguitur an dominus sciat, vel non. C. lo ca. l. certi. C. in quib. caus. pig. tac. cõtr. l. sanci mus. ff. in quib. caus. pign. vel hypo. contr. l. si horreũ & l. hoc iure. ¶ Septimò, patris bo na filijs tacite hypothecãtur pro aduentitijs fi liorũ bonis, & pretijs eorũ. C. de bonis quę li. l. cũ oportet. tamen à redditione rationũ. & à cautione fructuaria pater releuatur ibidẽ. l. sin autẽ. ¶ Octauò, matris conualentis ad secun das nuptias bona tacita hypotheca subdun tur filijs prioris matrimonij pro restitutione eorum, quæ à primo viro lucrata fuit. C. de se cundis nupt. l. hac edictali. §. penul, &. C. in quibus caus. pig. tac. contr. l. si mater. ¶ No nò bona defuncti pro legatis, & fideicommis sis. C. com. de legat. l. 1. ¶ Decimò bona primi pilarij ideſt primi in acie fisco in casu, quo fiscus vxori præfertur. C. in quib. caus. tac. contr. l. satis. ¶ Vndecimò bona conductoris vectigalium fisco l. semper. §. conductores. ff. iure immuni. ¶ Duodecimò, contrahitur hypotheca tacita in naui ei qui dedit tantum ad reficiendum eam, vel ad armandum. l. in terdum. ff. qui poti. in pigno habe. Secus si dedisset ad eam emendã, quia in ea non habe ret hypothecã. Idem dicitur de mutuante ad militiam emendam, quia in ea habet tacitam hypothecam. ¶ Decimotertiò, bona quoque empta à pupillo ei tacitè hypothecata manẽt vsq; dum soluatur ei pretium. l. 23. tit. 13. Par tit. 5. ¶ Decimoquartò, domus, vel ædificia sic hypothecæ subdũtur tacitæ ad eorum re parationem. l. 28. tit. 13. Part. 6. perpendendũ autem est quòd ex tacita hypotheca non po test conueniri possessor, nisi principali discus so vt in Authent. hoc si debitor. C. de pign.

¶ Præterea inquisitione opus est quomodo aliquis cẽsendus est proprias res in pignus consignasse. Ad hoc igitur discernendũ distin ctione opus est, quia si quis res suas obliga uit simpliciter de præsentibus, & futuris intel lexisse præsumitur. C. quæ res pig. oblig. pos. l. fi. dum. §. agitur de modico præiudicio, se cus si ageretur de magno præiudicio vt in cõ fiscatione, quia hic non veniunt futura. Ta men semper exceptũ esse intelligitur omne quod specialiter obligaturus non erat vt ve stis, supellectilia, & mancipia, quæ in vsu ha bebat, & similia. C. quæ res pig. oblig. poss. l. 1. & l. obligatione cum sequent. ff. de pig. iuxta quã exceptionẽ. l. 4. &. 5. tit. 13. Part. 5. &. l. 6. &. 8. &. 9. tit. 12. lib. 5. Ordinationũ & l. 5. tit. 19. li. 3. del Fuero sancitur, ne executio fiat in equis, vel armis, neq; in agriculturæ bobus, siue dñi eorũ sint agricolæ, siue equites neq; in ferramẽtis, aut in alijs ad agriculturã requi sitis, neq; in mancipijs ad agriculturã destina tis, neque in ancillis specialiter seruitio depu tatis, aut nutriendis filijs addictis, neq; in le ctulo viri, neq; in lectulo vxoris, neque in ve stibus pro quotidiano vsu deseruiẽtibus, neq; in alijs rebus necessarijs pro quotidiano seruitio. Quod autem dictũ est de bobus extenditur etiã ad alia agriculturæ iumenta vsq; ad iumentorũ par vnũ, & ꝙ incarcerari nõ possint agricolę, nisi pro tributis debitis regi, aut alijs dñis, aut dño terræ iuribus debitis, dũ alia nõ suppetunt bona, aliàs contrariũ faciens amittat debitũ, & tantundẽ in pænã soluat, annullanturq; omnia priuilegia & vsus in cõtrariũ, ꝙ si id iurauerit debitor, id amittet dũs debiti, neq; in prædictis rebus potest fieri sequestrum, vide quam bene olim per leges agricolis patriæ nutritoribus, & agriculturæ populorum nutrici fuit consultum.

Quæst.

Dictum. 1.

Exceptio.

Iura Hispanica circa pignora

¶ Dicimus secundò ad punctum quæstionis reuertentes quod iura, & actiones benè intelliguntur obligata, quando quis simpliciter res obligat suas. C. de sentent. pas. l. si adeptis &. l. casus. Sed quid si dixit se obligare mobilia, & immobilia, & semouentia, respõdetur quod non ob hoc intelligitur actiones, & nomina seu credita obligasse. C. de præto. pign. Dicimus tertiò, ꝙ hi, qui offerunt eccle siæ omnia bona sua, omnia in illis cõtenta ob tulisse videntur. Sicut etiam qui obligat in strumenta emptionalia de agris, & omnibus ibi contentis sensisse videtur. C. quæ res pig. obliga. poss. l. 2. de his actionibus. & nominibus vide Silueſtr. verbo alienatio.

Dictum. 2.

Dictum. 3.

¶ Porrò quæstio proficua hic nobis fit obuis an

Quæstio.

an debita habentia pignora annexa prius sint soluenda, aut restituenda, quam alia. Igitur licet in primo tomo nostri Instructorij in materia de restitutione, cum ordinem in restituendo seruandũ esse explicuimus nonnihil dixerimus, tamẽ ne in loco proprio ieiunũ dimittamus lectorẽ aliquid nosrursus dicere oportet.

Resp. ¶ Ad quæstionẽ autem generaliter dicitur quod si res ipsæ extant, earũ domini præponendi sunt omnibus in earũ restitutione. l. veri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. Sed iã in hac parte maior difficultas nos præoccupat, scilicet, an si res fuerũt vẽditæ, & emptæ in casu, quo ex bonis emptoris creditoribus omnibus non sit soluendo, si extent, vtpote hipothecatæ restituendę sint in primis earũ venditoribus.

Difficultas. At quidem non tã liquet quid in hac parte dicendũ sit, siquidẽ iã per venditionẽ, & traditionẽ res illæ existantes transierũt in emptorũ dominiũ, ergo videtur in hoc casu non sint restituendę venditoribus quibus nondũ solutum est pretiũ, sed q; ex earũ pretio prius restituendũ sit antiquioribus creditoribus habẽtibus hipothecas expressas, dicimus ergo primo ad quæstionẽ, q; si statuta aliqua alicuius regionis extarent, vigeretq; vsu quæ disponerent, q; res iã emptæ & ab emptoribus possessæ pretio non soluto, quę iã sunt emptorũ, vẽditoribus nõ redderentur, sed ex eis creditoribus antiquioribus & magis priuilegiatis solueretur, seruari forte possent licitè authore Caietano in sum. de restit. c. 8. de ordine restituendi, quia pro bono cõmuni creditorũ, & pro bono pacis ciuitatis sic posset cõstitui, nõ enim huiusmodi statutũ esset contra ius naturæ, sed contra ius ciuile tantũ, secus si essent res extantes in specie, quæ nondũ translatæ essent in dominiũ debitoris, sed in se manerent alienæ, quia has suis dominis non restituere dũ liquet contra ius naturæ esset. ¶ Secundò dicitur q; si huiusmodi res extant in propria specie & fuerunt venditæ, nõ habita fide de pretio, ideſt, non ad creditum, sed de præsenti, & tamen casu aliquo non fuit numerata statim pecunia de præsenti, in hoc casu restituẽdæ sunt venditoribus secundũ omnes doctores Siluestrũ verbo restit. 6. q. 5. & Metinã in suainstruct. c. 7. de restituẽdi modo fol. 174. & Nauar. sum Lat. c. 17. n. 49. & n. 50. ¶ Cæterum quæ nos presius vrget difficultas in hac parte ea est, scilicet, an casu, quo huiusmodi res extantes venditæ sunt ad creditum habita fide de pretio, & iam possessæ ab emptoribus nondum soluto pretio, facta de quotione ab emptoribus in restitutione earum præferendi sint earum venditores ita vt eis in primis sint restituendæ, & quidem iam in hac parte à cęteris variare videtur Metina vbi supra. Ait enim ibi q; quando asseritur q; prædiũ vel vinea empta, sed nõdũ soluta, dũ eius emptor õnibus creditoribus nõ est soluẽdo, restituenda est vẽditori, hoc intelligitur, quãdo ad creditũ, & expectata solutione non est empta, quia in tali casu secus esset, & in hoc videtur secutus summã Angelicã. Tamen cũ nos mẽtes omniũ doctorũ loquentiũ super hoc scrutatisimus, nõ inuenimus tã scrupulosè fuisse locutos, sicut hic Metina loquitur, imo vt meminit Siluest. loco citato, Archidiaconus in distinctè allegans Bal. vult q; si extãt huiusmodi res indistinctè reddãtur vẽditori pro pretio nõdũ habito, & si plus valẽt, illuc plus cædit creditoribus alijs. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & ven. & §. offerri pretiũ eod. tit. dicitur quod vẽditor potest retinere quasi in pignus rẽ quã vẽdidit. Nauar. quoq; nihil distinguẽs absolutè ait loco citato, quod res talis remanet obligata solutioni quamdiu in sua forma, & specie pænes emptorẽ inuenitur iuxta d. Bal. & eũ citantes, pro quibus Nauarrus ait facere l. 2. ff. quibus caus. pig. vel hypoth. tac. contra. per argum. à fortiori. Caiet. quoq; loco citato nihil distinguens ait, quod propter pendentẽ solutionẽ res empta extans restituẽda est venditori, quia propter pendentẽ solutionẽ remanet ei obligata. At verò ratio hæc ęquè currit in rebus emptis ad creditum, quia consonat rationi.

Sent. Met. solæ.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

Difficultas.

¶ Tertiò addimus cũ Nauarro quod eadẽ ratio videtur de omni eo quod titulo oneroso fuit collatũ: verùmtamẽ hac gratia nõ gaudet venditor in pecunia habita ex re vendita, si eã mutuaret alteri, imo neq; emptor in pecunia habita ex noua eiusdẽ rei venditiõe, neq; in illo quod loco illius per permutationẽ accepit, quia hæc in singularibus actionibus loco eius non subrogantur iuxta gloss. Bartol. & commun. in. l. labeo ff. de verb. signifi.

Dictum. 3.

¶ Iam illa quæstio in mediũ prodit qualiter bona viri sint hypothecata pro dote, & an ratione hius tacitæ hypothecæ, qua bona omnia viri hypotecantur pro dote, mulier præponenda sit omnibus creditoribus viri habentibus expressas hypothecas, quæ quidẽ quæstio nõ vacat difficultate, tũ propter varias opiniões doctorũ tũ, ppter varias ratiões vtrinq; occurrẽtes. Nã, p parte affirmatiua ratio hæc prę mit, quia mulier vincit eũ, qui ad refectionem rei dedit, vt patet in Aut. quo iure posita sup. d. l. assiduis, qui tamẽ præfertur anteriori

Quæstio.

Variantdoctores.

Argum.

bus habentib⁹ expræſſas hypothecas vt l. inter dū, qui pot. in pign. hab. ergo ſi mulier vincit eū, qui præfertur, aut vincit habentes hypothecas expræſſas anteriores, multò magis in dote ipſa eos vincit, & præferenda eſt illis iuxta axioma, ſi vinco vincentē te, multo magis vinco te vt in l. de acceſsionibus. ff. de diuer. & tēp. prēſcrip. ¶ In contrariū eſt l. aſsiduis ad C. qui pot. in pigno. habean. vbi tātū mulier priuilegiatur tàm in perſonali, quàm in hypothecaria actione vt præferatur omnibus creditoribus prioribus tacitā hypothecā habentibus, & hoc in dote & non in donatione propter nuptias. At affirmatiuā partē tenent Pet. & Cin. & Ioan. And. & Mar. in d. l. aſsiduis & Iacob. de Are. & Guid de Suza. ¶ Tenēt autē oppoſitam ideſt negatiuā gloſſa in d. l. aſsiduis & Dinus in Regul. qui prior in. 6. & Accurſ. in d. l. aſsiduis. & Bartul. qui dicit malū eſſe ſententiare contrariū, & ſum. Roſela contra Angelū, quæ dicit tenendū eſſe cum Panor. in. c. ex literis de pignor. Silueſter. tamen q. 14. diſtinguit, quia aut hypothecæ exprēſſę aliorū hæreditorum præceſſerunt conſtitutionē dotis, & ſic eis non præfertur mulier in dote, quia lex inquit non confert beneficium vni ideſt mulieri cū diminutione alterius, ideſt creditoris anterioris expræſſam hypothecam habentis. l. 2. §. ſiquis à principe. ff. ne quid in loco publico. ſi autē hypothecę iſtæ exprēſſæ ſequantur dotis inſtitutionē, vel collationē tunc eis in ſua dote mulier eſt prēferenda. At opinio hęc Silueſtri mediāns inter alias ſequenda videtur quam opinio eſt negatiua, quæ eſt gloſſe. l. aſsiduis, veraq; eſſe videtur in ſenſu Silueſtri ideſt in caſu, quo hypothecę exprēſſę aliorū creditorū præſſerint conſtitutionē, & collationē dotis eis non eſt præferenda mulier pro dote, alias ſecus cui accedit Naua. in ſum. Lat. cap. 17. nū. 50. quæ etiā confirmationē, & robur habet ex. l. 33. tit. 13. Part. 5. vbi ſancitur q; ſi debitū tale ſit, quod ei ſignanter ideſt expræſſe conſignatū ſit pignus, vel cui ſoluendo verbaliter obligata ſunt bona omnia, ſi prēceſſerit debitū dotis vel debitū fiſci ſoluendum eſt prius, quā dotis aut fiſci debitum. At patet ex ratione gloſſæ, tum quia lex ſuū beneficiū. l. de hypotheca tacita priori creditori gratia mulierum ademit, ſed propriū, quod habet creditor ex iure cōmuni vel ex conuentione, qua conuenit exprēſſe obligando hypotheca expræſſa bona alterius contrahentis non admere curauit. Item quia fiſcus, & mulier ęquis paſsibus ambulāt ſed priuatus qui hypothecā expræſſam anteriorem habet præfertur fiſco, ergo etiā mulieri reſpectu dotis: deinde quia lex aſsiduis, decernit mulieré præferri ei, qui ſunt vallati priuilegio anteriori, tēporis, ergo colligitur in deq; non loquitur, de conuentionalibus ideſt expræſsis pignoribus, ſed de tacitis quibus præfert lex mulieré in dote. ¶ Ad obiectionē in contra reſpondet gloſſa, primò quod hoc argumentū ſi vinco vincentē te, vinco te, nō ſemper valet, ſed fallit plerunq;. Secundò ſoluit eam dum ait, quod mulier præfertur reficienti nauim non abſolutè, aut ſemper, ſed quando ipſa prius contraxit dotem dando vt ex corpore eiuſdem authen. colligitur, quia iſto modo præfertur habenti expræſſam, ſi ipſa ſit prior, vltimo ſoluit quod præfertur mulier ei qui dedit ad refectionem nauis aut proalia re ſimili, quando non expræſſe ad hoc dedit reficienti.

¶ Tandē exprædictis pro reſolutione quæſtionis ſequitur corollariè verū eſſe quod Hugo de Celſo in ſuo reportorio legū Hiſpaniæ verbo obligatio verſ. 13. tradit, q; in dote præferenda eſt vxor etiā, ſi quando maritus ſe obligauit pro dote eā nō receperit, quia ſi poſtea ſibi numerata eſt dos, ſoluēda eſt prius, quàm obligationes illæ, quas poſt talē obligationē pro dote contraxit cum alijs ante quā numerata eſſet ſibi dos, itaq; præferenda eſt pro dote, ſi poſt conſtitutionem dotis obligaſſet vir ſuis bona ſua alijs creditoribus, etiam ſi tunc non recepiſſet dotē quia hi creditores quānis hypothecā expræſſam habeant poſteriores hypotheca tacita dotis eſſe cēſetur vide. l. 29. tit. 13. Parti. 5. at licet iſtud aſſertū Hugonis de Celſo videatur contra gloſſ. l. aſsiduis. C. qui potiores in pig. vbi gloſſa ait, quod à tēpore dationis dotis incipit hypotheca dotis vt hac. l. videtur notari, tamen iſtud aſſertum ſcilicet, Hugonis coincidit cum prædicta ſententia Silueſtri, quare ſic ſeruandum eſt præſertim in Hiſpania vbi Hugo locutus eſt niſi alicubi, vbi oppoſitum vſus inuexerit. Non tamen iuxta omnes, & iuxta prædictam gloſſ. lex hæc aſsiduis & priuilegium hoc mulieris habent locū in dote confeſſa nō data marito.

¶ Secūdò corollariè ſequitur q; mulier in dote omnibus priuilegijs, actionib⁹ perſonalib⁹ id eſt præſupponēntibus obligationē tacitā ex cōtrac. vel malificio antefertur, q; quidē priuilegiū trāſmittit ad liberos, & vbi inter duas dotes eſt quęſtio prior tēpore potior eſt iure, ſicut etiā dū ſibi obuiāt debitū dotis, & debitū fiſci, niſi cū inueniūtur bona quæ vltima mulier cōtuliſſet in dotē viro. Quia in his præferenda

Oppoſit. *Opinio Sil. ſequenda.* *Prob.* *Adargum.* *Corol.* *Iura Hiſpaniæ.* *Corol. 2.*

renda est prioribus doribus. l. 29. tit. 13. Par. 5. itaquè mulier priuilegiatur tam in personali, quàm in hypotecaria actione vt præferatur omnibus crediteribus prioribus tacitam hypothecam habentibus, & hoc in dote, non tamen in donatione propter nuptias, ita Salicet. dicta l. assiduis. Mulierq; in dote præfertur his, quorum pecunia res sunt emptæ, vel refectæ non tamen his, quorum pecunia militiæ est empta, si hoc in scriptis probetur, ita Salicet. l. quo iure. C. qui pot. in pign. Item quod dictum est in. l. assiduis, scilicet, quod liberi anterioris matrimonij præferantur pro dote materna nouercæ suam dotem repetenti vel eius liberis, vendicat sibi locum vbi nihil ex dote secunda apparet. Nam in apparenti prefertur mulier cuius dos fuit. l. si quid ex rebus. C. qui pot. impig.

Ordoin hypothec.

¶ Post vxorē, & fiscum secundum Nauar. præferēdi sunt ij, quibus tacitè sunt hypothecata suorū debitorū bona, postea depositarij, nisi quādo depositā fuit pecunia ad negotiandum, & vt soluerentur vsuræ: aut interesse. l. si hominum. ff. de pos. §. fin. & ff. de priuileg. cred. l. si ventri, ita Nauarrus post quos ante ferendi sunt qui priuilegio gaudent personali, vt præferantur alijs non habentibus obligationem realem, ex eo quod res sua est apud debitorem, postremum locum tenent crediores, qui carent hypotheca bonorum expressa vel tacita vel priuilegio personali, interquos priores tempore sunt potiores iure iuxta l. 5. & l. 17. titu. 20. lib. 3. del Fuero & l. 27. & 29. tit. 13. Parti. 5. contra Nauar. sum. Lat. cap. 17. n. 50. vbi ait, quod id quod prędictis supererit dividendum inter creditores carentes priuilegio est nulla habita cōsideratione, quis eorum sit prior, aut posterior pro rata parte nominum recipiendo: & amittendo solidū pro libra, vt dici solet, deductis tamen ante omnia impensis necessarijs, sed non pomposis, aut superfluis funeris: & exequiarum debitoris mortui, & publicationis, & copiæ testamenti, & alijs ad aditionem hæreditatis necessarijs iuxta Palud. cōmuniter receptum in 4. dist. 15. q. 3. & S. Antoni. 2. p. tit. 2. c. 7. § 3. Ad ditq; Nauarrus hunc ordinem in soluendo, & restituendo non seruātē suæ conscientiæ nō facere satis authore Siluestro verbo rest it. 6. q. 7. nisi ignorantia iuris, aut facti excusetur arg. ea te de iu. iur. cæterū si aliquis horū creditorū in petendis sibi debitis in iudicio, vel extra prę alijs diligentior fuit, tunc nō solum potest ei solui prius, sed & prius est ei soluendum iuxta l. 2. tit. 14. Part. 5. & l. pupillus. ff. de his, quæ in fraudem creditor, dummodo secundum Siluest. rest. 6. q. 8. non sint alij magis priuilegiati, neq; enim creditor peccat accipiendo debitum suum, quod dil gentius petijt, si non sint alij priuilegiati, quia si esset violaret iustitiam tam debitor cās, quàm creditor petens. Nam etiam gener violaret iustitiam retinendo, aut recipiendo de bonis soceri, dum ipsum nō latet non deesse alios creditores potiori priuilegio potientes, quibus illa bona debentur.

Dissentit Nauarr. à iure hispanico.

Nota.

¶ Porrò præter debita, quæ priuilegiata esse diximus ex hypotheca tacita vel aliter, est etiam debitum creditori, cò quod mutuauit pecunias ad soluendum locationis pensionem, vel mercedem de portationis debitam propter aliquas res, quas debitor vendidisset, licet venditoris debitum esset prius in tempore. l. 29. tit. 13 Part. 5. ¶ Pupillus quoquè cuius pecunijs, vel parte earum aliquid est emptum pro dicta pecunia antefertur alteri creditori, cui antea erāt bona obligata. l. 30. tit. 13 Par. 5. Itē qui mutuauit pecuniam ad possessionem emendam, quando eius emptor eam specialiter consignat in hypothecā præfertur antiquiori creditori, cui debitor obligasset generaliter, & non specialiter eādem possessionem. l. 30. tit. 13. Part. 5. itē qui mutuat pecuniā ad sepeliendū mortuū præfertur alijs creditoribus priorib⁹ in tēpore. l. 30. ti. 13. Par. 5.

Debita priuilegiata.

CAP. XIX. *Qualis vsus pignoris sit peccatū, & an creditor pignoratarius de damnis circa pignora contingentibus teneatur, de pactis in pignoribus illicitis an liceat ea diuendere, & an pactum sit licitum quod creditori pignus vendicetur si debitor in tempore non soluerit, aut quod illud post certum diem redimere non possit.*

CIrca peccata, quę cōmittuntur erga impignorationē, peccare cōtingit in pignoris vsus quare primò quæritur qualis vsus pignoris sit pectū. Respondetur ergo primò cū Nauarro iuxta. l. si pignore. ff. de fur. quod creditor citra consensum tacitum, vel expressum debitoris vtens pignore cum inde notabili debitor afficitur nocumento, nequè creditori suberat verisimilis causa sibi persuadendi q dñs pignoris id esset æquanimiter laturus, furti reus efficitur secundū Panor. in cap. 1. de post. Secundò adijcimus q etiam si consensu tacito, vel expresso domini creditor vtatur pignore vsuram committit, non computando huiusmodi vsus in sortē, quando debitor eos gratis suo creditori noluit concedere: neque gratis concedere est præsumendus, nisi vsus pignoris sit huiusmodi, qui gratis inter

Quæstio.

Dictum 1.

2.

familiares solitus sit impẽdi, qualis est lectura libri vt legatur, vt S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 6. docet. neque in hac materia pignoratarius vti potest pignore, nisi in vsus illud non deteriorantes vt exemplificatum est in vsu libri, vel vasorum argenteorum impignoratorum in festo. Nam hi vsus, quia innoxij gratis soliti sunt concedi. Secus autem esset si talis vsus pignoris esset contra voluntatem tacitã, vel ei expræssam domini, vel noceret, sicut nocet interdum vti torque aureo impignorato, quia tunc debitor qui est eius dominus, dum torquis eius fuisse noscitur in suspitionem incidit quod dequoxerit vnde in æstimatione, qua opus habet, minoratur.

Quæstio. ¶ Deinde inquirendum venit, an creditor pignoratarius de damnis contingentibus circa pignora teneatur. *Respondemus,* ergo quod tenetur creditor refarcire damnũ pignoris quando dolo, aut lata culpa, aut leui pignus perit, aut notabile detrimentum acciperet, iuxta glossa in leg. si creditor. C. de pignor. actio. de leuissima autem culpa non tenetur pignoratarius, si sua tali culpa damnum contingeret, quia pignus magis cædit in contractibus in vtilitatem debitoris, cui deseruit pro fideiussore sed neq; de casu fortuito tenetur nisi mora præcedat.

Quæstio. ¶ Insuper competit & in hoc loco scisciari, quænã pacta circunstantia pignora licita sint, quænã vero illicita. At primò obuiat dubitatio an valeat pactum, quod amissio pignoris quocunquè casu liberet debitorem? *Respondetur* secundum Silues. de pignoribus quod tale pactum est validum patet per leg. quæ fortuitis. C. de pignor. act. Sed an valeat pactum, quòd pignus quocunquè modo pereat, debitori pereat? respondetur quod in conscientia licitum non videtur, tum primò quia non potest quis facere pactum, vt non teneatur de dolo. ff. de po. l. 1. §. conueniat, quia est contra bonam fidem, & bonos mores: tum quod non teneatur creditor de lata, & leui culpa cõmissa circa custodiam pignoris, ac in iniuriam, & grauamẽ debitoris cædit istud pactum, nisi aliunde pro hoc grauamine recompensetur, & nisi eius liber, consensus accedat iniquum videtur esse pactũ hoc; nam. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. in casu fortuito decernit creditorem non fore à petitione debiti excludendum, nisi inter contrahentes placuit, vt amissio pignorum liberet debitorem, imo. l. creditor. C. de pig. act. concluditur, quod tenetur pignoratitia pro damno illato in re pignorata eius dolo, vel culpa

Pacta in pignoribus il licit.

vide Nauarr. cap. 7. in sum. n. 23. &. §. fin. inst. quibus mod. re. contrah. oblig. ¶ Deinde si quis ambigat, an licitum sit pactum, quo creditor paciscitur cum debitore, quod eo non soluente ad certum tempus pignus creditori vendicetur, aut quod si debitor ante diem certum illud non redemerit, post certum diem illud redimere non possit, intelligat planè ista pacta illicita esse vt patet. l. fi. C. de pac. pig. & c. significante, de pignoribus. Hoc autẽ intelligitur quando pacta hæc ad lucrum spectant creditoris. Secus autẽ esset vt Panor. affirmat in dict. cap. significante, cui subscribit Siluester in rosa aur. casu. 28. quibus assentit. S. Anton. 2. par. tit. 1. capit. 7. si vt indemnem se seruet creditor, in pœnam debitoris fiat pactum vt pro vendito iusto pretio habeatur, si prefixo tempore non redimatur. ¶ Additur Secũdò hic dubium, vtrum creditori liceat pignus diuendere, si pretiũ ei non soluatur. Cui per distinctionem solet fieri satis. Nam & potuit præcedere pactũ de nõ vendendo pignus, aut nulla præcessisse potuit mentio de vendendo illud, vel non vendendo. ¶ Dicimus ergo primò quod creditor expresse pacisci potest, vt pignus venditioni exponi possit & exponatur de facto, si debitum intra certũ tempus nõ soluatur, dummodo priusquãm vendat debitore denunciet. l. si conuenerit. ff. de pign. act. in cuius confirmationem Nauar. citat Angelũ verbo pignus. §. 7. At secundum glos. in ead. l. si conuenerit hac denunciatione opus non esset, quando à principio etiam in hoc casu conuenit, vt nulla denunciatio esset necessaria.

Quæst. *Resp.* *Dictum. 1.*

¶ Si autem de pignore non vendendo conuentio præcesserit, adhùc post trinã monitionem factam, vt soluat triduò inter duas earũ interueniente, vendere poterit, & nõ aliter. ff. de pig. act. l. si conuenerit de distrahẽdo, quia tunc si non soluerit venditio erit licita, quę tamen ante istam denuntiationem esset illicita, quia teneretur furti. ¶ Si aũt nulla mentio tẽpore impignorationis præfuit de vendendo, vel non vendendo pignus vna sola denuncia tio sufficiẽs est, vt transactis duobus annis vẽdere per se possit. probãtur hæc. ff. de pig. act, l. si conuenit. C. de iur. do. im pe. l. fin. non autem prius sine auctoritate iudicis. ¶ Secundò dicimus, quod pacta illicita sunt, si apponantur pacta prohibita à iure, vt si conueniat, q̃ si debitor certo die nõ soluat pign' trãseat infeudũ. ff. de sol. l. calopodius, quia huismodi pactũ nõ valet (est enim machinatio cõtra legẽ & fraus cõtra illã) itẽ pacta iniqua, & prohibita videntur primò, quod debitor obligetur

Dictum. 2.

ad

ad non fidiuendũ pignus ab solutè, vel vsq; ad certum tempus sibi præfixum arg. in cap. precarium de prec. item. 2. quando è contrario creditor obligatur ad non vendendum pignus post legitimam interpellationem debitoris, prædicta ergo hæc pacta eatenus contra iustitiam sunt, quatenus in damnum creditoris, vel debitoris solita sunt vergere. In tantum igitur sunt pacta in quantum contra iustitiam proximum aliqua læsione damni afficiunt, & iuxta quantitatem lęsionis, eorum grauitatem admetiri oportet. ¶ Tandẽ tertiò & vltimò per textũ in l. 1. C. si pign° pig. de. sit.

Dictum. 3. pignus per creditorem receptum potest alteri pignorari etiam vltra tres vices vt tenet Angel. in d. l. 1. contra Specul. at dum alteri impignoratur impignorari non debet nisi pro quantitate debiti, ob quam primò fuit in impignorationem receptum, aliàs contra iustitiam creditor id moliretur. Nam etiam & iustitiæ aduersaretur si pignus duabus obligationibus supponeretur, nisi equiualeret ambabus, quia loco fideiussoris sustituitur pignus.

¶ At nemo fideiubere potest, quod sufficienter non est soluendo, hac igitur de causa in recop. nou. legum. l. 2. tit. 15. de cens. iustè cautum est, vt qui onera census super domos suas, vel prædia, vel possessiones constituerint, nota faciant, & denuncient alia grauamina census, si forte eis erant prægrauata, alioquin in duplum, quàm receperint veniũt mulctandi.

¶ Demum concludimus aduertentes creditorem, qui bona fide vendiderit pignus minus, quàm sit à se creditum, posse residuum à

Nota. debitore repetere, si autem pluris contigerit vendidisse, quod superest daturus est suo debitori. l. fin. C. de iur. do. Sic enim æqualitatis ratio exposcit. Sicut etiã lex ipsa, & iuris ratio expostulat vt quandiu debitor debitũ plenè non soluerit, etiamsi in quadranti defecerit tandiu creditor totum pignus possit retinere quò vsquè secundum Nauarr. integram solutionem receperit. l. quandiu. C. de distract. pign. fallit secundum Siluestrum verbo pignus quæstione. 5. in vestimento, aut cooperatorio quolibet necessario de die, vel de nocte, quod ante solis occasum reddendum est Exod. 22.

¶ At quando creditor bona fide expensas in pignus fecit, vt si erat ager in eum colendo, si erant animalia in ea pascendo, si aliquid insumpsit, iure potest exposcere. l. si seruos. ff. de pigneratitia actione, nisi tales expensæ fuerint immoderatæ argum. in. leg. in fundo. ff. de rei ven. etiam si solum fuerunt vtiles, & non necessariæ, vt ait glossa in leg. creditor. la. 2. C. de pign. act. & textus est in d. leg. si seruos contra Bar. cap. 1. de vsuris intelligentem quò ad expensas necessarias non autem voluntarias, sed tu intellige cum glossa etiam quoad voluntarias, dummodo vtiles sint, & moderatæ.

CAP. X X. *An axioma illud iuridicum quod fructus computandi sunt in sortem, an exceptionẽ habet in emphyteosi domino directo, impignorata, & cum quibus conditionibus, an fructus meliorationis in impignoratione cedant domino directo in feudo, vel emphyteosi, & an alios fructus coniunctos cum fructibus meliorationis possit tunc percipere, vel cum grátis possessionem concessit, & quid de ementibus hic hæc dominia vtilia pretio minori iusto, & de intelligentia cap. conquestus de vsur. an damnum emergens curat in genero, & de vidua, & eius filijs, & de alijs casibus huc attinentibus.*

IAm agentes de materia impignorationis, ad hunc sibi congruum locum illam celebrem distulimus quæstionem, an in omni casu fructus pignoris cõputandi sunt in sortem debiti, pro quo acceptum est pignus. Nã primò quod computandi sint in sortẽ debiti pro comperto est omnibus, vt patet cap. cum contra de pign. & de vsur. cap. conquestus, sed an hoc in aliquo casu exceptionem habeat, id-est quomodo quæritur. *Quæstio.*

¶ Igitur istud axioma iuridicum, scilicet, quod fructus computandi sunt in sortem debiti exceptionem patitur contentam in capit. conquestus de vsur. in feudo, dum tamen interim dominus directus in pignus debiti recipiens feudi prædium seruitium non exigat à vasallo, poterit percipere fructus, eos non cõputando in sortem. Cuius ratio pulcherrima affertur, quia cum sit dominus directus eo ipso, quòd in pignus debiti recipit prædium feudale, censendus est ipso iure licet interorem tante restitutus esse in dominium vtile illius prædij, ac per consequens censetur sibi reddita omnino effecta sua illos iã percipere fructus non computandos in sortem. *Axioma iuridicum exceptionẽ habet.*

¶ Sed exceptio hæc etiam locum habeat in emphyteusi, idest an dominus directus possessionis emphyteoticę, quãdo sibi in pignus debiti datur ab emphyteutahęc possessio possit fructus eius facere suos, non computando eos in sortẽ debiti, hic statim quærim°. Respõ

detur, ergo cum Nauarro in summa Latina, cap. 17. nume. 217. & 218. quod secundum Imol. in cap. 1. de feud. idem dicendum est de domino directo accipiente in pignus possessionem emphiteoticam licet de hoc dubi tauerit Io. Anan. in cap. 1. de vsur. & eidem Barbat. in cap. 1. de feu. aduersetur. Cócludit ergo ibi Nauarrus, quod etiam in hoc casu licet non computare fructus in sortem debiti, dummodo tres conditiones concurrãt, quas etiam in feudi casu excepto concurrere debere censet.

Quæstio.

Resp.

Condit. 3.

¶ Prima est, quod dominus directus nihil aliud debitum ex contractu emphyteotico præter fructus accipiat ideſt quod nulla alia pensio interim ob talem contractum soluatur. 1.

¶ Secundum est iuxta Siluestr. verbo feudum q. 30. dum emphiteota illud prædium non meliorauerit. 2.

¶ Tertium, quod emphiteota dominium vtile gratis, vel ferè gratis assecutus fuerit, quemadmodum feudatario vt commmuniter gratis solet concedi. 3.

¶ Sed iam non mediocre exurgit dubium citra tamen multam contentionem, circa secundam conditionem, quam statuit Nauarrus ex sententia Siluestri, nam Sotus lib. 6 de Iust. & iur. q. 1. art. 2. ad 6. tenet oppositum, scilicet, quod tunc in impignoratione fructus partis melioratę in possessione feudi, vel emphiteosis cædunt etiam domino directos in cuius gratiam primò sic arguit. Quia iam in isto casu tàm emphiteota, quàm feudatarius per istam impignorationem possessionis factam dominis directis, à cura, & labore colendi agrum domino directo impignoratum sunt releuati, ergo fructus etiam melioritionis domino directo cedent. ¶ In cuius confirmationem secundò arguit Garcia lib. 2. de contract. cap. 16. quia si ager emphiteoticus, aut feudalis propter pœnam commissi amissus à domino vtili, rediret ad dominum directũ, iam domino directo cæderent fructus melioritionis, quia cum obligatione eum meliorandi translatus est in vtilem dominum, ergo idem erit in impignoratione, quod in pœna commissi.

Quæstio.

Arg. Soti.

Confirm.

¶ His nihilominus non obstantibus persistendum est in sententia Siluestri verbo feudum. cap. 30. quam sequitur Nauarrus. nam sic Siluest. ibi ait, quod quãdo in re emphiteutica extant melioramenta, esset contra ius naturæ, si fructus eorum non computarentur in debiti sortem, vbi autem melioramenta nulla essent, nullus fructus sic esset computandus ex natura huius contractus, sicut de feudo dictum est.

Respons.

¶ Ad primum igitur argumentum in contra respondetur quod adhùc & si ab cura, & labore colendi agrum per eius impignorationem emphiteota sit releuatus, tamen duplici nomine fructus melioritionis sibi & non domino directo cędere debent in hoc casu, tum ne fraudetur fructu suæ industriæ, quia illa melioratio suæ industriæ debetur, & non industriæ domini directi, tum quia non releuatur ab onere expensarum hac ratione sibi contingenti. Sicut si illum agrum impignorasset alteri à quo colendus esset ager, dum agricultură solueret expensas, non propterea quod à cura culturæ maneret liber, deliberet facere fructus suos deductis expensis, sic & in hoc casu contra Sotum. Ad. 1. arg.

¶ Ad secundum argum. respondetur concesso antecedenti negando consequentiam, quia dum ager melioratus per pœnam commissi amittitur ex vi legis, transit totaliter in directum dominum sine spe recuperationis nisi de vno velit cócedere directus dominus, quia in pœnam culpæ sic potuit statuere lex, sed sine culpa domini vtilis, eò quod domino directo impignoret agrum, non concedit ius quod melioritionis fructus cædant directo domino, ne directus dominus cum iactura domini vtilis locupletetur. Ad. 2. arg.

¶ Preterea nequid prætereamus, quod explicatione indigeat, adhùc si quis pergat interrogare an in casu, quo in re emphiteotica aliqua melioramenta sint facta, si cum his melioramentis domino directo pro debito impignoretur, dominus directus possit alios fructus saltem, quos sine melioratione ista facta alias perciperentur, eos faciendo suos non cóputare in sortẽ sibi debiti. Dicimus primò, ꝙ alicui forte in hoc casu videretur habere locũ saltem sententia Soti iam exposita, propterea quod hic dominus directus percipiẽdo alios fructus sine hac melioratione perceptibiles non locupletaretur cum tanta iactura domini vtilis, post quam tunc domino vtili suæ industriæ, ideſt, melioritionis à se factæ fructus vtpote suo labore adaucti reseruarẽtur, hanc autem sententiam si quis sequeretur non reclamarem. Quia authoritati Soti, & aliquali apparenti rationi eã sequens niteretur. ¶ At nihilominus secundò, dicimus ꝙ rationabilius est tenere cũ Nauarro in sum. c. 17. n. 218. vbi ait quod verũ est ꝙ quando prædiũ est melioratũ, si impignoretur domino directo nõ potest Quæstio.

Dictum 1. Sent. Soti.

Dictum 2. Sent. Nau.

teſt tũc dominus directus percipere fructus, neq; quoad eã partẽ fructuũ, qui ex meliora-tione capiũtur, neq; quoad alios, qui ſine illa percipere ntur. Cuius ſorte ratio eſt, ſ. quia forte lex directo domino, tum concedit illos fructus pignoris poſſe facere ſuos, quando rei illa cuius eſt directus dominus per impignorationem redit ad ſe in eodem ſtatu, quo eam trãſtulit in dominum vtilem, ſecus autem eſt cum eſt meliorata, quia tunc ratione melioration is eſt quaſi alia, ideo noluit ius vtile transferre dominium, quod ſub cenſura peritiorum iuriſtarum dictum eſſe volumus.

Circa. 3. cond. ¶Io ſuper circa illam tertiam conditionẽ, quam diximus eſſe requiſitam, ſcilicet, quod emphiteota dominiũ vtile emphiteuſis gratis, vel fere gratis obtinuerit dubium emergit, an cum gratis dominus directus conceſſit poſſeſſionem emphiteoticam, aut feudalem, ſi à domino vtili ſit ſibi impignorata pro debito, teneatur computare fructus eius in ſortem debiti.

Quæſtio.

Argum. ¶At videtur certè, quod teneatur adid, quia ſi gratis eam conceſſit, & ſine onere: ergo ſi ſibi vendicaret fructus, videretur velle reuocare gratiam, quia nihil apud dominum vtilem relinqueret, quod reſponderet fructibus illi conceſsis: hanc autem gratiam ſemel factam ſic reuocare non poteſt, quia iuxta regulam iuris quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. In contrarium extat conditio tertia. Certè in hac parte ſcrutando doctores non ſatis ſibi conſtare inuenimus.

Dictum. 1. ¶Ad quæſtionem igitur præmittendo ea quæ clariora ſunt, & in quibus magis conueniunt, dicimus primò diſtinguendo multipliciter. Nam domini vtiles in feudo, vel in emphiteoſi aut obtinuere hęc dominia vtilia omnino gratis, vel fere gratis nullo à principio pars eis collato pretio iuſto, aut diminuto, ſed ſolum pro ſeruitio, aut penſione quotannis exhibenda, aut non omnino gratis exhibita ſunt aut pro pretio iuſto vel minori iuſto eis collata ſunt. Si ergo (vt à clarioribus incipiamus) omnino gratis talia dominia vtilia obtinuere ſine aliqua obligatione pretij, aut conſtitutione ſeruitij, aut penſionis quotannis pro hoc impendendæ, non ſunt dicendi contraxiſſe contractus emphiteuſis, aut feudi. Quia hæ conceſsiones gratuitæ omnino longè abſunt à natura emphiteoſis, vel feudi, vt patet expendenti diffinitiones, quæ de emphiteoſi & de feudo cõmuniter ſunt traditę.

Dictum. 2. ¶Secundò autem dicimus, quod ſi emphiteota, vel feudatarius ad obtinenda iſta dominia vtilia magnam ſummam pecuniæ ſoluit, tunc dominus directus non poteſt fructus eorum facere ſuos, quia iam eos iuſto pretio domini vtiles videntur emiſſe.

Quæſt. ¶Sed quid ſi ementes hæc dominia vtilia à principio minus pretium iuſto pro eis dederunt? reſpondetur tunc cum Nauarro quòd tunc dominus directus ſi ſibi impignorata fuerint, licet non omnes fructus vindicare ſibi poteſt, tamẽ tanto plus ex eis retinere poterit, quanto minus pretium iuſto dominus vtilis domino directo contulit. Probat Nauarrus per argu. l. quę de tota. ff. de rei vend. & cap. paſtoralis. §. item cum totum de offic. de leg.

Dictum. 3. ¶Tertiò verò dicimus, quod ſi pro aliquo annuali ſeruitio dominiũ vtile eſt obtentũ, quod propriè contingit in feudo, poteſt dominus directus, dum pignoratarius conſtituitur poſſeſsionis feudi fructus facere ſuos, dum iuxta gloſſ. cap. conquæſtus de vſur. ſeruitium non recipiat à vaſallo. ¶Si autem vt plerumq; fit cõtractus emphiteoticus initus ſit in poſſeſsione cuius, vtile dominium conceditur emphiteotæ pro aliqua penſione certa ſingulis annis directo domino ſoluenda, ſiue illa penſio longe minor ſit, quàm fructuũ valor, ſiue non directus dominus factus pignoratarius illius, poterit capere ſibi fructus: Huic accedit Silueſt. verbo feudum. §. 10. vide Maior. in 4. diſt. 15. q. 31. & Angelum verbo feudatarius. §. 23. quia in iſto caſu, vt ibi ait Silueſter, ſi feudatarius, vel emphiteota aliquid quotannis ſoluit domino, feudum, vel emphiteoſis eſt conceſſa titulo oneroſo, ideoq; ſi pignoraretur, dominus directus faciet fructus ſuos, neq; enim conquæ ipoſſet de hoc tunc dominus vtilis, poſtquàm nihil redditurus eſſet pẽſionis directo domino (vt ſupponimus).

Nota. ¶Quod ſi fingas caſum, in quo emphiteota, ſeu dominus vtilis pro obtinendo hoc dominio vtili aliquotam partem iuſti pretij tantum impendit ſimul cum onere, quod tunc ſibi impoſitũ eſt ſoluendi quotannis portiunculam aliquam penſionis, dico tunc ad mentem Silueſtri loco citato, quod directus dominus dum pignoratarius ſit rei emphiteuticę non poteſt ſibi capere fructus, huius rationem hanc inſinuat eſſe Silueſt. quia illud caput conquæſtus intelligitur, quando feudũ, ac per conſequens emphiteoſis conceditur à cauſa libera, ideſt liberè ſine vlla ſolutione totius vel partis pretij facta, aut conuenta dari

Intelligentia cap. cõ quæſtus.

à principio hæc dominia vtilia concedenti, dummodo ea cum aliquo onere quotannis aliquid seruitij, vel pensionis soluendi concesserit, tunc enim si remittat hæc onera, fructus sibi vendicare poterit. Cum ergo aliquid pretij (vt supponimus in casu) datum sit à principio sequitur, quod dominus directus libere, i. sine pretio à principio non concesserit, licet cũ prædicto onere concesserit, sequitur in quã, q; quamuis illam pensionẽ remittat, non poterit omnes applicare fructus, licet vt insinuauit Nauarro tantoplus ex eis retinere poterit, quanto minus pretium iusto dominus sibi contulit, supposito quod tunc domino vtili remittenda esset pensio, & sic concordantur opiniones doctorum qui circa hoc variè loquuntur.

Ad argu. ¶ Ad argumentum autem in oppositum iam dictum est quòd quando omnino gratis hæc dominia vtilia conceduntur, quia nequè pretium pro eis expetitur, neq; ad aliquid seruitij, vel pensionis quotannis soluendum dominus vtilis manet obligatus, nomen feudi, aut emphyteosis amittunt, quia sunt nõ feuda aut emphyteuses, sed quædã omnino gratuitæ donationes, quare si per impignorationem redeant ad dominum directum (vt insinuat Silvest.) dominus directus non potest sibi facere fructus, quia rei emphyteoticę, & feudalis potest sibi capere fructus, non tamẽ rei, quòad vtile dominium iam donatæ: quando ergo ex sententia Nauarri requiritur iuxta tertiam conditionẽ vt dominus directus fructus capere possit per impignorationẽ q; dominus vtilis gratis, aut quasi gratis obtinuerit dominiũ vtile, hoc sic est accipiendum vt gratis accepisse iudicetur, quando nullum pro eo impendit pretium dominus vtilis licet cũ onere pendendi quotannis aliquid susceperit quia tunc si hanc remiserit pensionem dominus directus fructus omnes suos facere potest, aliàs non.

Nota. ¶ Nota insuper iuxta gloss. cap. conquestus de vsur. quod si vendo tibi fundum iusto pretio ea lege, vt quandocumq; tibi soluero pretium, quod mihi das, fundus ad me reuertatur. C. de pactis inter empt. & vend. leg. 2. in isto casu emptor dum non redimitur lucratur fructus aliàs si modicum esset pretium præsumitur esse contractus in fraudem vsurarum de empt. & vendit. ad nostr. & de pign. illo vos.

¶ Pono & si in materia de vsura de illo casu, qui cap. salubriter. de vsur. continetur in primo tomo nostri instructorij iam actum à nobis sit, tamen vt ordinem disputandi hic non omittamus, illius libet hic refricare memoriam. Diffinitur etenim illic illo cap. salubriter gener um seu maritum recipientem pignus pro dote promissa non teneri fructus in sortem computare. Circa hanc materiam ne videamur, quæ illic semel diximus hic transcribere, hæc pauca perstringemus dicentes primò præmittendo distinctionem, scilicet, quod dupliciter vir potuit concedere dilationem dotis soluendæ, vno modo præaccipiendo pignus, alio modo pignus non præcapiendo. Si ergo præaccepto pignore concessa est dilatio secundum Nauarrum sum. lat cap. 17. num. 213. & secundum Sotum contra Armillam verbo vsur. §. 23. licitè potest sponsus fructus illius pignoris sibi percipere eos in sortẽ dotis sibi soluendæ non computando etiam si terminum solutionis dotis certum in futurum præfixerit, quia si concessit dilationem visus est eam iuxta ius concessisse, & per hoc non renunciasse, neque renunciare voluisse fructus quos ratione damni emergentis (vt dicemus) licitè percipere potuit. *Distinctio.*

¶ Sed quid si sponsus non præaccepit pignus, & concessit dilationem dotis an possit petere fructus, respondetur circa hanc quæstionem variè contingit opinari. Quia Panormitanus cap. salubriter approbatus per Silvestr. vsura. 3. quæst. 4. ait, scilicet, si ambo tam gener, quàm socer conuenissent de termino dilatorio, & gener tunc non peteret pignus fructificans non poterit fructus petere quia videtur renunciasse iuri suo, secus est autem si interim pignus fructiferum peteret, quia tunc videretur potiri fauorabili sibi lege ista salubriter. *Questio.* *Argum.*

¶ At licet ista sententia Panor. aliquibus in foro exteriori videatur probabilis, tamen opposita quam tenuimus in tomo. 1. & 2. parte nostri Instructorij cap. 70. probabilis quoque videtur, scilicet, quod poterit illos fructus expetere, tum quia iuridica videtur. Probatur què cap. super hoc de renunciatio. vbi glossa notat quod non est verisimile, quod aliquis sponte renuncietiuri suo, cum contra talem præsumptionem admittatur probatio. *Respons.* *Ratio.1.*

¶ Tum quia si gener concessit dilationem dotis iuxta rationem Soti, etiam hic iuxta ius videtur eam concessisse non renunciando iuri suo, & damno suo, ideò licet non præaccepit pignus, potest sponsus petere, & reditus & fructus dotis nisi expressè renunciauerit iuri suo recipiendi fructus vltra dotem: hæc sententia est etiam fratris Ioseph Minoritæ in *2.*

suis

suis floribus theologiæ, & probat eam ex vsu reipublicę Christianæ, quia ius canonicum, & ciuile concedit marito posse petere reditus dotis, dum sibi non soluitur, quia salua dote ex eius fructibus tenetur onera matrimonij portare, & hæc est rationabilior opinio, quæ si est comprobata vsu (vt ait frater Iosephus) haud dubium, quin sit seruanda, imo in conscientia dum sciens, & volens non renunciauit tali iuri cap. salubriter, & talis reditus, & fructus potest, & ei reddendi sunt esto concesserit dilationē, neq; acceperit pignus, quia renunciatio ipso etiam iure dictante, debet fieri scienter, quia ei quod ignoratur renunciari non potest. l. mater. ff. de inoffic. testamen. & debet esse spontanea, & propria voluntate facta. 7. q. 1. quamuis sine coactione. Hocq; ita est si est obligatio soluendi dotem esset ad præsens tempus iuxta Nauar.

Quæstio. ¶ Iam verò hic illud nos præoccupat dubium, cuius adhuc non omnino est explorata veritas, scilicet, quis nam ille titulus sit cuius gratia generius habet accipiendi fructus pignoris vltra sortem nondum solutæ dotis, circa hoc cum multi multa dixerint, Nauarrus commento de vsur. nu. 71. & in sum. cap. 17. nu. 213. cùm aliorū varias opiniones de hoc recitauerit, easq; repulerit, in hanc tandem sententiam suum obfirmat animū. s. quod titulus, id facti iustificans est tacita quædam promissio, qua socer, vel institutor dotis promittit illos fructus, propterea q; obligat maritum ad onera matrimonij sustinēda salua dote, sed profectò ista tacita promissio aliā habet iusti tiæ radicē, & causam, qua socer sic tacitè promittit, & qua gener legitimè eā promissionē potest expetere tacitè, & acceptare, quare de hac prima radice, & causa quæritur, nō enim tacitè id promitteret, nisi aliqua causa eū obligaret. Huius tacitæ promissionis nullam aliā causam esse insinuat Nauarrus nisi obligationē, qua obligat maritū filiæ ad supportanda onera matrimonij salua tamen dote. At hoc affirmare nihil aliud est, quàm in eā opinionē reincidere quam Nauarrus affirmās esse communē refutauerat, quæ quidē opinio cōmunis ratione dāni sibi obuenientis generū illos fructus capere posse aiebat. Nā ex ea obligatione, qua obligatur salua dote sustinere matrimonij onera, si nō soluatur statim dos, damnū sibi emergit, siquidem cogitur onera hæc supportare ex bonis proprijs quod non tenebatur facere, nisi ex fructibus dotalibus, si statim dos sibi soluta fuisset. Sicut enim damnū emergēs patitur creditor ille, qui propter morā solutionis sibi debiti cogitur sub vsuris accipere mutuū, quo ipse sit soluendo suo creditori, sic contingit & hic. Nam ex mora solutionis dotis promissę, cogitur onera matrimonij expensis proprijs subire, quæ aliàs sustinenda erant ex fructibus dotis si soluta fuisset: & hæc clarior sententia est quā non eneruant rationes Nauarri in contra nō illa. s. quod aliàs, quando esset verisimile quod vir cum dote sibi soluta nihil erat negotiaturus, & lucraturus, cū tunc non patiatur damnū ratione reficiendi damni illos sibi vendicare non posset pignoris fructus. Quia hęc ratio licet alicuius apparentiæ sit, sed non conuincit, tū quia lex ista cap. salubriter sicut & reliquę leges, respicit id quod est verisimile, quia respicit id q; regulariter contingit & non id quod raro. At regulariter cōtingit, quod mariti satagāt conseruare dotem vxoris ex eius fructibus vel negotiatione se sustentando, & familiam, licet aliquando malè cędat negotiationis alea: & quia constare non potest dū dos non est soluta, quid gener facturus esset de dote, & quia præsumitur quod boni viri fructus officio eā conseruaret ex eius fructibus se suamq; vxorem alendo, ideo illos fructus pignoris sibi capere potest, quia verisimiliter id dāni pati aliàs à lege iudicatur, tum patet ex ratione textus cap. salubriter vbi insinuat, ideò illos fructus licere capere, quia vt ibi dicitur frequēter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij sustentanda, quasi papa dicat nihil mirum si hos fructus genero indulgeamus vt capiat in refectionem illius dāni, quod frequenter patitur ex eo, quod sibi frequenter constituitur dos cuius fructus frequenter nō sufficiūt ad onera matrimonij supportanda: quare male ait Nauarrus, quod hæc ratio damni non quadrat textui. ¶ Sed neq; illa secunda ratio Nauarri obstat. s. quod si id quod gener passus est damni suppletō de suis bonis, quod suppleturus erat alias ex fructibus dotalibus non adæquaret fructus, tunc nō integrè posset eos percipere, quia huic superstitiosæ obiectioni Nauarrus (nisi velit Nauarrus dissimulare) sufficienter respōdet rextus, insinuās hoc non esse curandum: aut super eo scrupulizandum, cum frequenter (inquit) dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda, quasi dicat, tantum abest, vt ipse gener accipiendo fructus detrimentum inferat, vt ratione dāni, q; hac ratione frequēter patitur, posse illos fructus pignoris sibi accipere sibi concedatur. ¶ Item illa tertia ratio Nauarri minoris momēti est omniū, vbi obij cit,

Variantdoctores.

Nauar. sententia reijcitur.

Damnum emer. curarit in genero.

Ratio.

Satis fit rationibus Nauar. 1.

Facit textus salubriter.

Satis fit. 2.

Facit tex.

Satis fit. 3.

cit,quòd alere vxorem,quia ad id vir tenetur, in damnum non cedit viri, quia dico licet teneatur alere,tamen non ex proprijs, quando suppetũt bona dotalia soluta aut soluẽda. Nã secundum Innocentium in cap.perueſtras,de donat.inter vir.& vxor. aliquis potest vxorẽ sine dote accipere,& si sic accipit tenetur eam alere ex proprijs bonis,alias si sine dote sibi promissa noluit eam accipere, ex proprijs eã alere non tenetur, quare perstat inconcussa communis sententia.

¶ Insuper Garcia loco citato illata videtur acceptare super hoc quorundam opinionem qui autumant hanc perceptionem fructuum iustificari ex eo,quod hic veluti quædam impositio census interueniat, quia socer solutu-rus debitum dotis illud onerat super pignus quod tradit fructiferum, quasi censum impositum, vt inde soluatur dotalis pensio,sed hoc minus habet apparentiæ, si in rigore sumatur quia in censu non manet libertas illum redimendi apud emptorem, hic autem apud generum(vt supponimus)manet libertas repetendi debitũ dotis,& reddendi pignus, quod si dixerint generum hac priuari libertate,saltem dico quod hac nostra tempestate, vbi post motum Pij.V. census constituti non numerata pecunia nõ valent, neque iste valeret. Argumentum autem quod contractus census hic propriè non interueniat est, quia hipotheca census apud venditorem census solet manere,hic autem pignus hoc pro dote non apud socerum super illud constituentem, & vendentem talem dotalem censum, sed apud generum,qui fingitur illum emere manet.

Inapparentia sent. Gar.

Quæstio.

¶ Præterea quæstio affinis accedit,an si fructus pignoris dotalitij onera matrimonij excedant eos cum illo excessu possit genere percipere,ad hoc respondetur Silues. verbo vsur. 3.quæst.2.quod gener illud plus vtpote obnoxiũ restitutioni restituere debet, quia causa cessante cessat effectus de appellatione cũ cessante. Sed quia hæc onera secundum quantitatem dotis communiter æstimantur, quia secundum dotis quantitatem mulier alimentanda est.l.si cum dote. §. sin autem.ff. solut. matr.& de donat.inter vir.& vxor.cap. perveſtras,dubitauerit forte hic aliquis an cum susceptipignoris fructus excedunt quantitatem fructuum alias ex dote perceptibilium,ex fructibus pignoris possit tunc gener eam sustentationem iuxta qualitatem decentiæ status vxoris percipere quã ex fructibus dotis,quia modici erant futuri,percipere nequiuisset.

Sent. Silu.

Resumbig. Argum.

¶ At quidem res est ambiguitate plena,propterea quod iuxta. l. si cũm dote secundum dotis quantitatem mulier alimentanda est, at(vt supponimus) secundum quantitatem dotis in hoc casu, secundum decentiam status (quia modica erat dos) alimentari non poterat, ergo neq; ex pignore dotalitio secundũ decentiã status eam sustẽtare non poterit.

¶ In oppositum est, quia hoc pignus impenditur,vt ex eius fructibus sustentetur vxor,quam ratio dictat iuxta decentiam status sustentandam fore. ¶ Respondemus ergo ad quæstionem primò, quod si hic agamus summo rigore,dicendum videtur quod in hoc casu ex tali pignore non possit sibi vendicare gener nisi fructus ex æquo correspondentes fructibus , quos habiturus erat ex dote promissa , & non vsq; ad decentiam status vxoris sustentandam , quando dotis promissæ ad tantum sufficientes non fuissent, tum quia pignus est veluti quidam fideiussor , at fideiussor non tenetur vltra debitum , ergo neque pignus dotale vltra quantitatem dotis , tum, quia , vt tradit Innocentius capit. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. quamuis vir non teneatur vxorem admittere , nisi quoad redditionem debiti non soluta dote sibi promissa,si tamen eam sine dote ducat, tenetur eam alere secundum conditionem personæ vxoris , ergo si sine dote eam ducens teneretur eam secundum decentiam status eius alere, ergo multo magis,quando contenus fuit dote modica & insufficiẽti tenebitur iuxta decentiam status vxoris,eam ex proprijs supplẽdo,quod deest doti alere, ac per consequens expignore non poterit supplere quod dotí promissæ deest ad integrè iuxta talem decentiam alendam vxorẽ. Cęterum etiam dicim⁹ quia vt in plurimum viri omnino voluntariè non consentiunt in dotẽ inferiorem,quã exposcat alimentatio vxoris iuxta decentiã status eius, sed malent sibi ad id sufficientem dari, &Papa cap. solubriter testatur,quod cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustentanda , potest gener fructus pignoris ad id accipere , sequitur quod innitendo magis æquitati , quã rigori, possit gener etiam (si dos promissa minor sit, quàm quæ par sit ad alendam vxorem iuxta decentiam status) ex fructibus pignoris,si ad id sufficiant vsq; ad prædictam sufficientiam decentiæ accipere accedente , quod soceri regulariter exigunt suas filias decenter pertractari, quare dum expresse nihil excipiunt,qua si ratione exigẽt ad id omnes pignus fructus, dũ notabiliter non excedunt sumptus sustentatio-

In oppos.

Respons. De rigore.

Respondo de æquitate.

tationis decentis præsumuntur velle præstare,

Idem de vidua. ¶ Quod autem dictum est de genero, idē de vidua dicendum est. ſ. quod quia dos quā-diu non restituitur à marito, vel mariti hæredibus vel à patre proprio, dum fuit illi promissa, & non soluta, gaudet iure speciali dotis: quia cum illo onere transiuit aut fuit promissa, ideò vidua dum sibi non redditur, potest licitè percipere alimenta salua dote, ita Panor. cap salubriter, de vsur. & Conrr. de contractibus. q.35. Conclus.9. & Nauarr. Com. de vsur.nu.73.& Nauarr.sum. Lat.cap.17.nu. 213.& Sotus de Iust.& iur. lib.6. q.1.art.2.& Garcia lib. 2. de Contract. cap. 16. pag.489. & sum. Angelica tenent contra Ioan.de Lig. & Ioan.Andr. & Innoc. in dicto cap. salubriter, & contra Siluestrū verbo vsura.3. q.7. vbi ratione lucri cessantis ait, posse viduā fructus pignoris tunc dati accipere, & non alios, sed si alunde haberet vnde sustentari posset intra annū in quo hæredes mariti iure nō tenentur ad dotem mobilē intra illum annū neq; ratione lucri cessantis illos fructus percipere posset, secus post annum: ita Siluestr. Sed nostra

Sent probabilis. indistincte sententia est probabilis, & vera propter rationem iam allegatam. Imo secundum fratrē Iosephū in suis Floribus, licet mortua vxore post mortē viri, non recuperata sua dote, liberi remanentes non possint ratione dilationis soluendæ dotes maternæ, aliquid exigere pro alimentis vltra sortem, tamen nos dicimus quòd etiam contrarij concedunt. ſ. q; quando hæredes mariti sunt in mora soluendi dotem ex culpa sua, & non ex negligentia viduæ: tenētur ei omne damnū ex dilatione subsecutum resarcire, vt si propter dilationē dotis vidua coacta est ad vsuram mutuū accipere, aut destitit lucrari, quia cū sua pecunia dotali negotiatura erat, quia alia pecunia ad negotiandū carebat, patet quia vidua, cū suo hoc detrimento expectare dilationem dotis non tenetur. Secus si hæredes nequiuerunt ei tra culpam suam antea soluere, quia tunc piè magis illis est agendum. Et non solum hoc

Filiorū viduæ ius. ius viduæ concedimus, sed etiam contra fratrē Iosephū filij remanentes post matris viduę mortem, cui dos non fuit restituta, q; possint à quocunq; detinente dotem matris exigere quòd restituat dotem maternam, aut salua ea præbeat eis alimenta si aliquis affirmet, non ei contradicam, quia ratio hæc apparens pro eo facit. ſ. quod quia cum illo onere transiuit dos materna in patrē eorū, cum illo onere trā siuit etiā in auū, vel in fratrē maiorē, vel alium in concessione patris illā dotē vsurparunt, re-

nuuntq; statim restituere, quia res grauata aliquo onere cum eo transit nisi restituatur.

Quæst. ¶ Sed hic quærendū restat quādo veniat restituēda dos post mortē mariti, ad q; duo dicimus; primò q; secundū ius ciuile bona dotalia immobilia vt fundus, siue domus sunt, statim à morte viri viduę restituēda sunt, quia horū bonorū nullū apud hæredes trāsiuit dominiū si autē sunt mobilia tūc dicitur secūdò, q; hære des viri ea nō tenentur viduę nisi post annū à morte viri restituere ita. C. de rei vxoriæ act. l vnica. §. exactio vid.. l. 31. tit. 11. Partita. 4.

Quæstio. ¶ Aliæ autem minutiores quæstiuncu'æ hūc solent aduocari, qualis est illa, vtrum mutuans genero summam debitam pro dote, si accipiat ab eodem genero pignus dotale possit lucrifacere fructus possessionis, vt generfaciebat, cui facit latis Bald. in rubrica. C. de vsur. dicens, quod non quia mutata persona mutatur priuilegium, poterit tamen quis à genero emere tales fructus, imo & ius illius possessionis facietque fructus suos, nisi fraudulenter in hoc egerit fingendo se emere cū intenderit mutuare.

Quæstio. ¶ Similiter assimilis est illa quæstiuncula vtrum hæredes mariti possit facere fructus suos illos quos ex pignoratitia possessione assumunt alimentando intra annum, quo restituere non tenentur mobilia dotalia, viduam.

Resp. At in Respon. sione negatiua conueniunt Panor. Io. Andr. & Hostien. in dict. cap. salubriter, dicentes quod non, imo etiam non lucrantur fructus rerum mobilium, si quid acceperunt, quia licet quoad res illas mobiles non sint in mora, nisi post annum, tamen earum fructus, quos habuere intra annum cum ipsis rebus restituere tenentur secundum Salic. & Angel. in dict. l. vnica. § exactio, quod dupliciter Siluest. verbo vsur. 3. quæst. 6. moderatur dicens intelligendum esse sic, non facere fructus, p imò si non alunt relictam, quia secus est si eam alunt, secundò de fructibus prouenientibus ex illis, & non ex industria, quia alias, si cum pecunia dotali lucrati sunt non tenentur de lucro, nisi post annum ratione lucri cessantis ita Siluest. sed iam diximus iure & priuilegio dotis, quo gaudent bona dotalia quousque sint viduæ restituta illam illius pignoris expetere fructus licitè posse ex mente Soti & Nauarri, & Garciæ.

Quæstio. ¶ Præterea Siluester quæst. 8. verbo vsur. 2. & hoc excitat dubium vtrum validum sit statutum, quod interim dum non soluitur dos viduæ, alimenta suppeditentur ei. Siluester ibi post variam disputationem, & ci-

tatio-

tationem dectorum admittit, quod sit validum, quòd interim decernatur aliquid certum pro alimentis, dum sibi dos non soluitur ita Cardinal. in Clem. exgraui. de vsu. ait hoc statum siue consuetudinem posse tolerari, & se ita consuluisse, Paduæq; seruari: ita Nauarrus in summa cap. 17. nume. 213. Ita Garcia vbi supra ait, in Catalunia legem vigere de præstando viduæ pignus fructiferum, quo sustentetur interim, dum sibi non soluitur dos: ita Conradus de Contract. quæstione. 35. con. 6. & Nauarr. Commento de vsur. nume. 73. & rationem adiungit Siluest. quia quòd acciperet mulier virtute huius statuti, censeretur accipere non tanquàm lucrum ex mutuo, sed tanquàm pœnam legalem, vel interesse determinatum à lege, imo secundũ Sotum lib. 6. de Iust. & iu. quæstione 1. art. 2. quod vt verum approbat Nauarrus in sum. cap. 17. num. 213. etiam nullo existente tali statuto maritus, qui dotem recepit, & hæredes eius in causa diuortij tenentur vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta subministranda, quæ salua manente dote præstari possunt, quousque in sua restituta sit dotem, quod illimitate Sotus & Nauarrus approbant, scilicet, quia ideſt priuilegium dotis, & ius eius quousque sit restituta contra Siluestrum vbi supra. & contra Archid. & Cardi. quasdam limitationes pertinentes ad iustificandum lucrum cessans ponentes, quasi sentientes secluso statuto, solum ratione lucri cessantis ista alimenta salua dote, viduæ, aut separatæ deberi.

Quæstio. ¶ Insuper non contemnenda hic se nobis obijcit quæstio superquam concertantes sunt Sotus, & Nauarrus, ea nempe est an creditor pignoratarius fructus agri sterilis sibi dati in pignus, quem non colebat dominus antea, quia non viridescebat, & sterilis reputabatur, possit sibi appropriare, si illum coluit & quidem Sotus de iust. & iur. quæstione. 1. art. 2. ad 6. lib. 6. ait non teneri talem pignoratarium in partem solutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor non colligebat, neque colligere cogitabat. Quod duplici ratione probatur: quia depositarius magnæ pecuniæ copię non tenetur fructum, quem ex ea pecunia sibi parauit, computare inter res deponentis, ita vt deponenti teneatur illum restituere, sed potest illum applicare sibi, & hoc non alia ratione, nisi quia pecunia penes se depositata de se est sterilis, sed pari ratione ager hic (vt supponimus erat sterilis) ergo pari ratione pignoratarius eũ colens eius fructus sibi vlta sortẽ vendicare poterit.

Sent. Soti.

Arg. 1. Sot:

¶ Secundò pro parte Soti arguitur, quia dominus agri sterilis, quem impignorauit si haberet ius ad fructus à pignoratario ex eo collectos, id ideò esset quia aliàs pateretur damnum, & minus haberet de eo, quod deberet habere, sed quia dominus huius agri (vt supponimus) nihil ex eo collecturus erat, nullũ passus est damnum, neque enim minus habet, quàm aliàs habiturus erat, ergo nihil de his fructibus est ei restituendum. Patet consequentia, quia autore D. Thom. restitutio ad hoc respicit, vt qui minus habet non minus habeat, quàm deberet habere. ¶ In oppositũ est Nauarrus in sum. cap. 17. nu. 216. qui hanc refutat Soti sententiam. *Argum 2.* *In oppos.*

¶ Igitur pro decisione quæstionis, statuitur hæc conclusio. Nauarri sententia scilicet, quod pignoratarius nequit sibi applicare fructus agri sterilis, quem ideò non colebat dominus, quia sterilis erat talisq; reputabatur, verior est, quam tamen cum hoc grano salis condire libet. s. quod verior sit, nisi fructus essent modici, & expensæ, & labores, quibus ille ager alias sterilis adiutus illos modicos attulit fructus, essent tam magni momenti vt pignoratario non remaneret, nisi modicũ fructus, quòd tunc quasi pro nihilo reputatur, aut quòd suæ industriæ tantũ debetur. Hæc autem limitatio est de mente Garciæ probat autem Nauarrus hanc suã conclusionem in parte contra Sotum: Primo, quia pignus est res propria debitoris, domino autem proprio cædunt fructus possessionum fructificantium, sicut reuera vsus equi prius indomiti & industria pignoratarij domesticati, & vtilis facti cæderent domino equi, & nõ pignoratario. ¶ Secundò patet quia alioquin citra dubium si oppositum conclusioni concederetur, subinde cõsequenter necessariò concedẽdum esset, quod creditor qui sua solerti industria in triplũ fructus plures collegisset quàm debitor cogitabat colligere, non teneretur tunc ad restituendum quod amplius colligisset quia eadẽ videtur ratio de pluribus, & paucioribus fructibus collectis, quia vtrique cædunt iure dño possessionis, ergo si quia sterilis est, pauciores fructus cæderent pignoratario, ergo etiam copiosiores in triplo, quod tamẽ est falsum secundum omnes, ergo & antecedens est falsum. *Conclus.* *Limitatio.* *Prob. 1.* *2.*

¶ Ad Primũ igitur argum. ex parte Soti dicitur, quod non est eadẽ ratio de pecunijs depositario causa custodiæ cõcreditis, & de possessione quamuis sterili impignorata, quia pecu *Ad. 1. arg.*

pecunia de se non est fructifera, vnde lucri factum ex ea totum acceptum fertur industriæ at verò ager quamuis reputatus sterilis suapte natura frugiferus est cuius indiciũ est, quod in casu, de quo agitur industria coadiutus fructum etiam attulit ex se.

Ad.2.arg. ¶Ad secundum argumentum respondetur, quod quia illa possessio est propria debitoris, cum sit suapte natura fructifera, si quos fructus attulit, deductis expensis ipsi cædũt debitori quippe qui est proprius dominus.

Quæstio. ¶Præterea digna scitu occurrit quæstio scilicet, an pignoratarius teneatur fructus pignoris computare in sortem, non solum quos recepit, sed etiam quos potuit percipere. At licet de perceptis omnes conueniant quod teneatur eos computare in sortem, sed de percipiendis, & non perceptis controuertitur inter doctores. Nam glossa in cap. cum contra tit. de pign. & Panor. ibi & Io. Andr. in. c. 1. & 2. de vsuris tenent, quod tenetur pignoratarius fructus sua negligentia non perceptos computare in sortem, & si quid supereſt ex eis restituere debitori. At verò Hostiensis de his perceptibilibus, & negligentia pignoratarij non perceptis contrarium habet. At tandem verius dicitur cum Cal. eos concordanti per distinctionem scilicet, quod si satisfactum est iam sorti, tenetur pignoratarius etiã de percipiendis, quia post satisfactionem debiti acceptam est possessor malę fidei non restituendo pignus, si vero non est satisfactum sorti non tenetur, nisi fuit in dolo, vel lata culpa in non colendo agrum, & colligendo fructus, & sic per hanc limitationem concordia statuitur inter doctores & concordant lex. 1. & lex. 2. C. de pignor. act.

Distinctio concordãs.

Quæstio. ¶Sed iam tandem non est hic prætereunda & illa quæstio scilicet, an pactum legis cõmissoriæ reprobatum sit generaliter in pignoribus, quam quæstionẽ Siluest. verb. pactum. q. 14. post aliquam indaginem veritatis sic soluit dicens primò, quòd illud pactum de se non est illicitum, quia fieri posset de se licitè per nodum appositionis penæ, sed solum fit illicitum ex prohibitione iuris ciuilis ne. s. ni mium læderẽtur debitores in perditione, vel exigua venditione pignorum, & vt tolleretur occasio mutuandi sub spe lucri vt dicit Pano. in d. cap. significante & eo modo reprobatur in pignoribus iniustè vendendis in casu quo secundum leges venditio est iniusta. s. si sit in iustitia vltra dimidiũ iusti pretij, similiter si fiat ex voraci cupiditate creditoris. Secundò & vltimò resolutoriè ex sentẽtia Archid. in. 2. parte. tit. 1. c. 7. & ex mente Siluestri loco vbi supra, & in Rosa aur. casu. 28. concludimus, q; si hoc pactũ fiat de pignore vendendo nõ in fraudem ad lucrandum ex mutuo, sed in pœnam causa contumaciam debitoris coercendi non erit illicitũ, atq; ideò pignus erit vẽditũ ex conuẽtione pretio iusto legaliter, & si plus valeat nihilomin' erit emptoris ratione pęnę.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

CAP. XXI. *De ludo, & quod sit duplex, & q; eius communis conditio sit æqualitas, an semper quod quis non est soluendo in ludo non potest lucrari & an lucrari possit cũ alter colluſor est admonit', de eius impotẽtia ad soluẽdũ vel ad perdẽdũ, & quid si vna manu luſor ſuũ restãs, ſcilicet, 10. ad. 40. & an ſi quis ex exceſſu in peritia ludi aliquid lucretur id teneatur reſtituere.*

De ludo. POsit materiam pignorum, quæ accessoria sunt ad contractus agentibus nobis de cõtractibus, quia ludi alearum, & alij huiusmodi, qui solatij causa, vel cupiditatis lucrãdi gratia exercentur, quandam præ se ferunt naturam contractus, operepretiũ erit ne in suo loco, vbi solita est hæc materia ludorũ disputari, eam omnino preterijsse videamur, aliquid ad hanc materiam attinens (& si non omnia, quæ in primo nostri Instructorij tomo Parte 2. a. 31. c, vsque ad. 35. discussa sunt) breuiter attingere. Igitur ludus alius est cum contractu coniũctus qualis est ille, in quo quædã lucrãdi contẽtio interuenit, alius verò est qui alien' est à natura cõtractus, qui recreationis gratia exerceturvt est ludicra aliqua in comedijs, vel tragedijs repreſentãtur. At quia in ludo primo modo accepto immiscetur quędã in opere cõpetentia, qualis in verbis in contractu sponsionum solet interuenire, ideo ad contractũ spõsionum solet reduci, quamuis nonnihil discriminis hic agnoscatur, quia ludus gratia recreationis assumitur licet cum opere intenda tur Victoria: sponsiones autem, & si ad euentum respiciant, tamen gratia recreationis non sunt inuentæ. Communis autem conditio tã ludi, quam sponsionũ est æqualitatẽ in se ipsis expoſcere, ex quo corollariè colligitur id de necessitate iusti ludi esse vt vnicuique partiũ suppetat pecunia (si pecunia luditur) quò sit soluendo, si perdiderit, vel saltem possibilitas realis adhuc sublit, hac autẽ possibilitate carent proprijs bonis carentes, vel quibus ius ad ea alienanda non ineſt, quales sunt minores & pupilli. Ex qua quoque æqualitatis in ludo requisita conditione secundò elicitur colluſores se se æquali aleę fortunæ exponere neceſſe esse, quod tunc fit quando neutrius peritiæ exceſſus in ludo est notus ipſis.

Duplex ludus.

Communis conditio ludi æqualit.

¶ Iam

Quæstio. ¶Iam circa primum corollarium inuestiga tu opus est, an in omni casu citra omnē exceptionem, qui non est soluendo, quod perdiderit in ludo, possit aliquid lucrari, idest quæ rere an in casu, quo perdens in ludo sui collusoris impotentia ad sibi soluendum, si lucrare tur aduertenter exploratam habet, collusor hic impotens tum lucrari, tum lucrata retinere possit? Circa hanc autem quæstionem in varias sententias secedunt doctores. Nam Nauarrus cap. 19. num. 12. in summa, & Metina Complut. q. 22. Codice de restit. quibus magis accedit Garcia tenent, quod cum nota & animaduersa est collusori perdenti impotentia alterius ad sibi soluendum, si lucraretur, potest impotens tum lucrari, tum lucrū retinere, quòd sibi hac persuadent ratione, scilicet quia scienti & volenti nō fit iniuria, qui probabiliter præsumi potest, quod gratia alicuius capiundi solatij cum illo impotenti ad soluendum volens ludere, in lucri gratis voluit impartire iuxta regulam iuris x x vi j. sciēti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus.

Variantdoctores.

¶Sotus verò de iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 2. & Alcocerus cum alijs à se allegatis in libro de ludo cap. 16. contrariam aſtruunt sententiam hac motiratione, scilicet, quod ludus de se æqualitatem exigit, vnde nisi extra rationē & leges ludi, animo donandi largiatur, neque accipi, neque retineri id lucri à non potente perdere poterit.

Sent. auctoris.

¶Cęterū his nihil obstantibus, quia mediā tes sententias inter extremas verisimiliores esse ducimus, maximè quādo hæ medię magis consonant rationi, & iuri, ideo dicendum videtur, quod quando præsumptio interuenit probabilis donationis, quia illa quantitas dati lucri respectu qualitatis personæ dantis, & temporis, quo datum est, & alijs consideratis considerandis non est immodica, neq; tā magna vt non sit censendus donasse, poterit, & licitè accipi, & retineri. Secus si tam magna est, vt his consideratis non sit præsumenda donatio iuxta cap. & si quæstiones extra de simon.

Fit satis obiectionibus Garc.

¶Neque obstante rationes in contrarium, quas allegat Garcia, scilicet, quod ratione assumptæ recreationis in ludo censetur id lucri

1. fuisse largitus, quia id non est præsumendum de iure, quando respectu donantis fuit excessiua quantitas, quia nō præsumitur pro recreatione hac voluisse donare excessiuè.

2. Neque obstat secunda ratio quod licet requiratur æqualitas in ludo, potuit cedere iuri huic æqualitatis. Respondetur enim quod licet potuit renunciare huic æqualitati sicut in cæteris contractibus, sed non est præsumēdus voluisse ei renunciare, quando excessiua arbitrio boni viri fuit quantitas à se soluti impotēti perdere. Neque obstat regula iuris allegāta, quia non liberè omnino censetur hic consentire, aut consensisse in solutionem summæ excessiuę, quia alias nollet soluere, nisi stādi promissioni, scilicet, q̄ si perderet, solueret se videret aliquo modo constrictū. Et iuxta hanc, limitandam esse censemus nostram sententiā quam tenuimus in primo tomo loco citato, licet illā probabilem reputemus respectu pauperis sic lucrantis à diuite valde quia tunc præsumeretur donatio.

Limitata sent. aucto.

¶Hinc corollariè sequitur quid sit dicendū ad dubium illud, quo quæritur an si collusor admonitus de impotentia alterius collusoris ad perdendum adhùc cum eo ludere pergit, impotens ad perdendū possit tunc si quid lucratus fuerit retinere, quia sic plane per distinctionem sit satis huic dubitationi. Nam si per præmonitionem efficaciter, & in effectu certioratus est de impotentia alterius, & reali ter ablata deceptione contendens ludere perdidit, quod ille impotens lucratus est secundū probabilem opinionē Nauarri, Metinæ, Garciæ restituere non tenetur. At verò secundū verisimiliorem nostram sententiam mediantem inter extremas Nauarri, & Soti tenebitur restituere, si lucrum magni momenti fuit, ita vt donationis titulo præsumendum non sit sibi datum. Nam cum ad perdendum impotēs iure ludi (quia interceſsit inæqualitas) id lucrari nequiuerit, nisi titulo donationis id non potuit accepisse. At (vt supra diximus) donatio non præsumitur de iure, quando immodica est, & excedēs respectu qualitatis personę, nisi eam postea extra ludum denuo liberè cō firmasset, sicut minoris iusto vendens merces non censetur (si alicuius momenti magni sit) reliquum emptori minoris ementi velle donare, nisi postea extra contractum venditionis liberè confirmet donationem secundum Nauarrum in summa Lat. cap. 23. nu. 88. & cap. 17. nu. 81. sic & in præsentiarum, quia sicut necessitas vendendi venditoris donationem facit inuoluntariam secundum quid, sic etiam hic aliqualis necessitas, quæ se offert capiendi in ludo aliquid solatij, vel exercendi se ibi cū perito vt inde peritior euadat inuoluntarium reddit secundum quid ad dandum impotenti perdere quod alias in tanta quantitate non daret, & sic dixisse est securius.

Quæstio.

Resp. per distinct.

Dictum. 1.

Exemplū.

¶Secundo dicimus iuxta aliud distinctio-

Dictum. 2.

nis

nis membrum, quòd si per admonitionem realiter suum errorem deponere noluit, quia adhuc persuasus, quod alius possit perdere, & sit soluendo cum eo contendit ludere, iuxta sententiam Alcozeri huiusmodi impotens magnam si lucretur copiam, restituere eam tenetur, quia donatio non præsumitur: neque eam lege ludi accipere valuit ratione inæqualitatis. Secus si quantitas lucri esset sic modica, quod de eius donatione esset præsumendum.

Dictum. 3. ¶ Tertiò dicitur, quod si collusor impotentiam de iure, vel de facto alterius ad perdendum ignorauit, impotens tunc si quid lucrifecit obnoxius manet ad huius lucri restitutionem, & hoc pro confesso est omnibus doctoribus, & ratio id conuincit, quia hic quidem est inæqualitas, scilicet lucrandi & non perdendi.

Quæstio. ¶ Succedit & alia quæstio non omnino absimilis præcedentibus, vbi quæritur, vtrùm æqualitas requisita in ludo tam rigidè, & ad perpendiculum sit obseruanda inter collusores, vt vnus eorum, neque at in maiori summa lucrari, quàm alter.

Argum. ¶ Neque deest dubitandi ratio, tum, quia in sponsionibus, vbi necessaria obseruatu est æqualitas, solitæ sunt iniri sponsiones inæquales, scilicet. 10. pro. 100. tum, quia cum libertas hominis inæstimabilis pretij sit, contingit vt exponatur ludo quotidie pro certa summa quod vsu euenit in ludentibus suam libertatem ad in triremibus remigandum, cum tamẽ intercedat inæqualitas.

Distinctio. ¶ Præmissa ergo distinctione sine qua, alias confusa esset responsio ad quæstionem.

Dictum. 1. ¶ Dicimus primò, quòd quæstio hæc in duplici sensu disputari solet, & potest. Vno modo absolutè, scilicet, an vna manu, vel pluribus, qui habet tantum. 20. scuta ad perdendum, quæ ludo exponit, possit cum eis lucrari. 50. scuta, quæ alter collusor exponit. Alio modo potest disputari in hoc sensu, vtrũ qualibet manu, & vice possit aliquis plus lucrari, quàm possit exponere ludo.

Respon. ad quæst. in. 1. sensu. ¶ In primo igitur accipiendo sensu, ita, vt ad omnes manus & vices ludi coniunctim habeatur respectus sic contra Sotum libro. 4. de iustitia & iure, quæstione. 5. artic. 2. & contra Alcozerum lib. de ludo, cap. 16. & contra Metinam Complutensem in hoc sensu negatiuã tenentes, nos hic amplectimur affirmatiuam, quam vt probabilem in. 1. tom. 2. part. cap. 33. defensauimus: & nunc rursus in hoc sensu eã sequimur cum Nauar. in summ. cap. 19. num. 12. & cum Metina in sua Instruct. §. 18. de ludis, & cum Garcia lib. 2. de contract capit. 19. pag. 575.

¶ At patet, quia satis seruatur æqualitas in ludo si cum. 5. scutis expositis pro vna manu lucratur in illa manu, quod & facere potest alia. 5. & rursus habitis. 10. si exponendo ea decem alia manu lucretur & alia decem: & sic deinceps calculando vsque ad finem ludi, quod communiter accidit. *Prob. 1.* ¶ Tum, quia omnes cõmuniter præsupponunt hoc fieri posse. Tum, quia nullum ius, aut ratio refragatur, quin tenuiores substantia & pauperiores, si ludant cũ diuitibus possint lucrari plus à diuitibus, quã diuites ab ipsis. Patet etiam ex rationibus adductis ibi à Nauarro suis testibus cõprobatis. Primò, quia vt habetur cap. si qua de rebus. 12. q. 2. &. §. pupillus inst. de inut. stipul. contractus cũ pupillo, aut ecclesia factus valet in alterius præiudicium, quãuis in eorũ non valeat. ¶ Secundò, quia iniuriæ capax est, qui eam inferre nequit. l. illud. ff. de iniur. transumpta in cap. il lud. 15. q. 1. ergo amissa facultate in paupere in ludo plus perdendi, quia plus non habet, non amittet facultatem plus lucrãdi, iuxta. l. illud. *2.* ¶ Opinionem autem contrariam Soti veritatem obtinere solum autumat Nauarrus in eo, qui falso asserens se donandi, & perdendi facultate non carere ad ludum allicit quod arguit. l. 2. C. si minor mai. se esse dix. *Nota.*

¶ Secundò in secundo sensu iam superest respondere ad quæstionem quando ergo quęritur, vtrùm in qualibet sigillatim, & seorsum manu, possit plus lucrari, quam in ea perdendum possit exponere, vt verbi gratia, si pro prima, vel secunda manu non habuit, quæ perderet, nisi tantum. 5. scuta, an in tali manu potuit lucrari. 8. aut. 10. Dicitur primò, quòd tũ æqualitas ludi, tum vsus cõmunis hoc in ludo obseruat, vt cum collusor viderit summam expositam ludo à suo contrario pro vnaqualibet sigillatim manu, suam non adæquare, aut suam minuat, aut nolit vltra in ludo procedere, ne in qualibet seorsum manu plus cogatur perdere, quam possit lucrari, & ita dicendum esse videtur, quod si quis velit exercere ludum secundum omnem rigorem obseruando legem ludi, ideſt, æqualitatem, non potest licite fieri vt cum eo colludens plus possit qualibet vice, & manu sigillatim lucrari, quam possit perdere qualibet dicta manu. *Resp. ad q. in. 2. sensu.* *Dictum. 2.* *De rigore.* ¶ Sicque in hoc rigore accepta opinio negatiua Soti & Alcozeri vera est. *De æquitate.* ¶ Secus autem est si vnus collusorum animaduertens sortem, quam exponens alter tantum perdere potest minorem

esse sua: nihilominus amicabiliter, & voluntariè velit ludere cum æqualiter non potente perdere. Quia tunc illud plus quod lucratur alter, quàm possit perdere videtur ei condonare velle, sicut vsu euenire solet in amasijs colludentibus cum suis amatricibus fœminis. Quibus etiam machinantibus thecnas in ludo solent vltro conniuere: & in hoc sensu, & cum admixta libera donatione, qualis sæpe fit inter familiares & amicos, tolerari potest opposita opinio affirmatiua Nauarri. Sed cauendum est in hoc casu, ne præsumptæ donationis conditiones signatæ à iure excedantur.

Exemplũ in amasijs.

Quæstio.

¶ Hinc corollariè sequitur, quid ad illam quæstionem dicendum sit, qua quæritur, an si vna manu lusores exponant suum restans, quod Hispanicè resto dicitur, quorum vnum est maius altero, quia vnius restans constat ex 10. alterius autem restans ad. 40. attingit, hoc iuxta licitam ludi legem fiat, vel non? Alcozerus namque alios Doctores allegans hoc licitè fieri posse negat. Garcia autem in lib. 2. de contract. pag. 575. ait quod licet innitendo legi æqualitatis obseruandæ in ludo, & eius stãdo rigori hoc licitè non fiat: tamen si animo exponendi se aleæ fortunæ, sua restãtia inæqualia, siuè maiora, siuè minora velint exponere ad vnam manum, licitè fit. Sicut licitè aliquis exponeret pecuniam suam contentam in marsupio occluso pro pecunia contenta in bursa alterius committendo se fortunæ, si fortè maior esset summa vnius marsupij, quàm alterius, siuè minor. Sed istud assertum Garciæ, vt verum sit, accipiendum est in casu, quo neutri colludentium innotescit quanta sit sors, quę alteri suppetit, vt ibi contractus sortium possit habere locum, & hac causa licitum reputari. Alioquin, si vtrique colludentium pateat inæqualitatis ratio, quia vtrumque non latet fortem residuam alterius minorem esse alterius sorte: quia tunc pro hac parte iam locum habere nequit contractus sortium: & quia hic excluditur lex æqualitatis ludi, nullatenus erit licitum restans minus ad vnam manum exponenti maius restans lucrari, nisi via donationis præsumptæ: quæ an tunc locum habeat, vel non attendendum est, an concurrãt conditiones donationis præsumptæ, quas prę signat ius canonicum extra de simonia. capit. & si quæstiones, de quibus iam dictum est supra pluries.

Sent. Alcocerij.

Sent. Garciæ.

Limitatio Garciæ.

Adargum.

¶ Ad argumentum igitur in contra de ludẽtibus suam libertatem, vt si perdiderint triremibus subdantur: dicitur, quod cum seruitium hoc præsertim si sit ad tempus, æstimabile sit pretio: si ludo exponatur cum sorte æquali pecuniæ exposita ex altera parte, & si ad vnam manum tantum ludus fiat, iã æqualitas seruabitur, quod si non æqua sors tali seruituti exponatur in ludo ex altera parte perdenda, quia æqualitas in ludo, vbi præsertim ad triremes luditur libertas, non seruatur: ludus erit illicitus, & iniustum lucrum hoc seruitium lucrantis erit, quia vix hic illius libertatis sic perditæ præsumi potest libera donatio.

¶ Porrò circa conditionem æqualitatis obseruandam in ludo quæritur, an si aliquis cum excessu, siuè artificiali, siuè naturali, vel casuali in ludo ludens aliquid lucratus fuerit restituere teneatur. Cui quæstioni per conclusiones faciendo satis statuimus primam.

Quæstio.

¶ Prima propositio, qui excessu certo, sibi noto antecellẽs alium colludentem ludit cum eo, siuè excessus huiusmodi sit naturalis, siuè artificialis, siuè casualis, si talis sit qui excedentem sic constituat extra periculum perdendi, obnoxius manet restitutioni lucri, quod in ludo ex hoc excessu sibi parauit.

Propositio.

¶ Notanter autem dictum puta, scilicet, si excessus sit notus excedenti, & ita certus, vt statuat illum extra perdendi periculum, quia vtraque conditio est necessaria ad inducendã prædicti lucri restitutionem.

Nota:

¶ Patet autem hæc conclusio quæ est Metinæ Complutens. de restitutione, quæstione. 22. & Garciæ libro. 2. de contractibus, cap. 19. pagina. 583. quia tunc iste sic antecellens aliũ colludentem non seruat æqualitatem debitam rationi ludi: non enim exponit se æquali aleæ lucrandi, atque perdendi, sed potius se in tuto constituit. Notanter quoque dictum est: si talis excessus excedenti sit notus. Quia si huius excessus sit ignarus: liber erit ab huius lucri restitutione, tum, quia animo non caruit se exponendi æquali aleæ tam perdendi, quã lucrandi, tum, quia sicut forte inuenit alium colludentem imperitiorem se in ludo, & lucratus est, potuit inuenire alium peritiorem se, & perdere.

Prob.

¶ Secunda conclusio, si excessus naturalis, siuè artificialis vnius colludentis notus, & certus sit alteri: & nihilominus cum eo intendit imperitior ludere: tunc sic excedens, si lucratus aliquid fuerit, id lucri restituendi nulla obligatione tenebitur, si parui pensi sit lucrum. Secus si magni momenti sit. Hæc autem conclusio hoc moderamine asso-

propositio 2.

Limitatio.

associata valde probabilis est, & magis rationi consentanea, quam nunc sic moderatam magis amplectimur, quam oppositam opinionem Metinæ in sua Instructione. §. 28. de ludis, folio. 151. quam de mente Nauarri asseruimus esse, cui magis nos adhærere diximus in nostri Instructorij, part. 2. cap. 35. pag. 262. sed iā consultò sic eam hic moderamus.

Probat. ¶ At probamus primò quoad eius primam partem, quia inferior in peritia ludendi, cum sit certus de excessu alterius, colludendo cū eo gratia maiorem peritiam ex ludo cum se excedente exercito assequendi, & gratia recreationis capiendæ cēsendus est, id quod perdidit, dum magni momenti non est conditione, & qualitate personæ perdentis pensata, voluisse liberè lucranti, & in ludo excedenti concedere.

Prob. partis. 2. ¶ Quoad secundam autem partem patet, quia cum in hoc conclusionis casu æqualitas debita ludo absit ratione, & lege ludi, id lucri præsertim dum magni momenti est, superior in peritia ludi, sibi vendicare licitè nō potest, nisi via donationis id licitè recipere dixerimus. At donatio lucri dum magni est momēti, non præsumitur facta peritiori in ludo ab peritia minore prædicto, & in hoc sensu vera est sententia Alcozeri.

Fit satis obiectio. ¶ Neque contra hoc prævalet obiectio ibi allata, scilicet, quod imperitior qui sciens, & volens accessit ad ludum videtur renuntiasse legi æqualitatis ludi circa peritiam ludendi. Quia responsio est in promptu, tum, quod cupiditas ludendi solet excecare imperitos, tum eos ibidō maiorem peritiam ludendi sibi cōparandi solet pertrahere non omnino liberè, vt velint extra legem ludi in magna copia donare quod perdunt, neque omnino liberè volunt transferre dominium, nisi secundum leges ludi, quæ hic locum non habent, vbi intercedit inæqualitas peritiæ. Vnde negatur legi ludi omnino liberè renūtiasse per donationem, quam extra legem ludi voluit facere, quia cum est alicuius immodicæ summæ non præsumitur voluntaria donatio.

Corol. 1. ¶ Præterea duo corollaria ex prædictis sequuntur, primum, quòd notabiliter excedēs alium in peritia ludendi tamdiu ludens cum illo imperitiore potest lucrum reportare: quādiu exploratum non habuerit suum notabile excessum. Cum autem in ludo eum deprehenderit, tenetur à ludo abstinere, vel eas meliores conditiones suo collusori concedere: quibus aliunde statuatur: & reparetur æqualitas debita ludo.

¶ Secundum autem corollarium est, quòd occultans excessum suum maiorem ingressque se imperitum in ludo, vt postea lucrum aucupetur tenetur ad restitutionē illius quod ex hac simulatione in ludo acquisierit. *Corol. 2.*

¶ Tertia propositio, qui in ludo scaccorum, quem Hispani ludum, del axedrez, vocant deprehendit suum casualem excessum, quia aduertit, quòd propter alterius inaduertentiam subripit ei latrunculum, dama vocatum, quo facto securum sibi parat lucrum, potest hoc nihilominus non obstante augere expositum, quòd Hispanicè dicitur, embidar, sicque lucrari. *Propositio 3.*

¶ Patet autem hæc conclusio, quia hi excessus sunt veluti propria accidentia intrinseca ludo, quæ aliquando vni, aliquando contingunt alteri. *Prob.*

CAP. XXII. *De lege Matritica, scilicet, an ludens ad creditum, & perdens teneatur soluere, & an lucrans pecuniam absentem, & sibi postea solutam teneatur restituere, vi legis Matritis editæ de renuntiatione legis, quando valet, vel non, & quod lex ludi edita est in bonum publicum, an perdens pecuniam absentem, si curauit eam soluere non obstante dicta lege teneatur eā soluere, & quod hic consideratur magis accessorium, & de violentia tracto ad ludum, & post consentiente difficilis disputatio.*

IAm quæstio hæc in secunda parte Instructorij in primo tomo agitata causa complementi materiæ, & ordinis seruandi rursus repetenda est alijs de nouo adductis rationibus eam difficiliorem ostentantibus, scilicet, an ludens impignorata fide soluendi pecuniam absentem, si eam in ludo perdiderit, teneatur eā soluere. Et quidem extra controuersiam est in Regno Castellæ, quæstio hæc, vbi extant pragmaticæ vna Matritij, anno Domini. 28. cōdita, altera verò Valisoleti, anno. 53. edita, annullantes huiusmodi ludos ad creditum, & promissiones, & obligationes super hoc factas. Quia ex his legibus patet, quod pecuniā non præsentem, qui in ludo perdit non tenetur lucranti soluere, etiam si soluere pollicitus fuerit. Ita Sotus de iust. & iur. lib. 4. quæst. 5. art. 2. & Nauarrus in sum. cap. 19. numer. 17. & Alcozerus. 3. Igitur, quod dubium in præsentiarum ingerit hoc planè est, scilicet, an in alijs regnis præstita fide de soluendo ad creditum ludens, si quid perdiderit, soluere teneatur. *Depragm. ludi.* *Quæstio.*

¶ Vt igitur veritas pateat pro parte affirmatiua *Argum. 1.*

tiua arguitur primò, quia ius naturale secundum D. Ambros. dictat fœdera, & pacta seruanda esse etiam hostibus, quando sine vi, & fraude promissa sunt: ergo etiam pactum, & fides præstita de soluendo pecuniam absenti, si perdita fuerit in ludo iure naturali seruari debet.

Argum. 2. ¶Secundò arguitur, quia qui pecuniã absentem in ludo perdidit, iam per legem ludi pecuniæ perditæ transtulit in collusorem dominium: ergo manet obligatione eam soluendi ei cuius est astrictus.

Argum. 3. ¶Tertiò arguitur, quia in casu, quo exponente in ludo altero pecuniam præsentem, alius solum exposuit pecuniam absentem ludendo ad creditum expositor præsentis pecuniæ manet obnoxius ad eam soluendam, si eã perdiderit: ergo promittens & pecuniam præsentem non exponens si eam perdiderit, tenebitur exsoluere, nam alias æqualitas ludo debita non seruaretur.

Argum. 4. ¶Item arguitur quartò; quia in casu quo ludens ad creditum nouit legem concedentem repetitionem soluti lucri intra decẽ dies visus est, dum promisit soluere renuntiasse legi, quæ data est in fauorem suum, licet indirecte lata sit in bonum publicum: ergo iam sibi non opitulante lege de repetendo, ex iure naturali, quia promisit, tenebitur soluere.

Argum. 5. ¶Item quintò arguitur lex de repetendo pecuniam in ludo perditam in iudicio intra decem dies est pœnalis, ac per consequens nõ obligat ante sententiam condemnationis. Ergo saltem ante sententiam condemnationis, cum ius naturæ vi promissionis obliget ad promissum præstandum, tenebitur soluere pecuniam absentem, quam impignorata fide de soluendo perdidit.

Variãt doctores. ¶Hæc autem argumenta quę certè parum vrgentia non sunt in causa fuere, vt Castro libro. 2. de lege pœnali, capit. 2. corollario. 3. & Metina Complut. C. de restitutio. quæst. 22. & Garcia, lib. 2. de contractibus, capit. 19. pagin. 588. tenuerint partem affirmatiuam contra Adrianum in. 4. sentent. de restitut. quæstione. 12. & contra Sotum de iust. & iur. lib. 4. quæst. 5. art. 2. & contra Couarruuiam, cap. peccatum. §. 4 de regul. iur. libr. 6. & contra Nauarrum in summ. Lat. cap. 19. numero. 17. & quidem licet affirmatiua pars, quam Garcia vbi supra veriorem esse autumat probabilitate non destituta sit: partem tamen negatiuam æquè probabilem, imò veriorem etiam extimamus, quam defensare modo hic libuit quam quã in. 1. tom. & 2. parte nostri Instructorij amplexi sumus, quocirca hanc statuimus conclusionem.

¶Sit igitur responsiua ad quæstionem conclusio, etiam in alijs regnis, & non solum in regno Castellæ ludens impignorata fide soluendi ad creditum absentem pecuniam etiam in ludis licitis qualis est pilæ, si eam perdiderit: eam soluere non tenetur: dummodo eam soluere iuramento adhibito non sit pollicitus. Hæc autem conclusio quæ quoad primam eius partem (vt prædiximus) est Adriani & Soti, & Couarruuiæ, & Nauarri ex cuius sententia adiecimus contentam hic exceptionem, scilicet, nisi iurauerit se soluturum probatur efficaciter. *Conclu. ad q.*

¶Primò, quia talis sic pecuniam absentem in ludo perdens potest se defendere in iudicio vi legis de repetendo, vt non cogatur illam soluere: ergo neque extraiudicium, si exigatur tenetur dare, quamuis promiserit, quia lex de repetendo videtur obligationem promissionis tollere. *Prob. 1.*

¶Secundò patet ex regul. 85. cap. cum quid de regul. iur. in. 6. vbi dicitur, quòd cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via nõ debet admitti, sed qui lucratus est pecuniam absentem sibi iam solutam per viam repetitionis, si ab eo repetatur nõ potest eam retinere: ergo neque per viam promissionis sibi factæ debet, sibi solui, vt eam retineat, quia alias iam ad id quod vna via illi prohibetur alia via admitteretur. *Prob. 2. ex iur.*

¶Tertiò patet ex cap. impari de reg. iur. in 6. vbi dicitur, quod in pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis: ergo in delicto isto commisso contra legem de non ludẽdo ad creditum, vel in pari causa ludi, in quo conceditur repetitio, potior est conditio possidentis: ergo sicut ante repetitionem, si iã lucrans recuperauerit, & possederit lucrum potest illud retinere, sic etiam qui illud perdidit cum adhuc illud possideat lucranti illud restituere non tenetur. *Prob. 3. ex iur.*

¶Quartò patet cap. dolo de reg. iu. in. 6. vbi dicitur dolo facit qui petit, quod restituere oportet eũdem, vt exemplificat ibi glossa, qui pro mutuo sibi collato stipulatus est aliquid vltra soluere, nõ tenetur exsoluere, quia etiã si soluisset vsuras, posset eas repetere: ergo pari ratione non tenetur perdens absentem pecuniam (& si soluere promiserit) eam restituere: quia etiam si soluisset eam, intra octo dies eam repetere posset. *Prob. 4. ex iur.*

¶Item quintò probatur, quia hæres ab intestato habens *Prob. 5. ex iur.*

apud

apud se hæreditatem eam hæredi minus solẽniter instituto restituere non tenetur, quamuis planè nouerit testatoris fuisse voluntatẽ, vt eam illi restitueret, atque ideò ad hoc non tenetur secundum Sotum, & Victoriam, quia si fuisset hæreditas pœnes hæredem minus solemniter institutum eam in iudicio iuste repetere posset. Ergo pari ratione postquàm qui perdidit in ludo pecuniam absentem, & eam iam soluit, eam in iudicio intra terminum legis repetere potest, poterit nondum solutam retinere: & non soluere. Consulat insuper lector rationes Couarruuiæ in loco supra allegato, quibus Nauarrus ait efficaciter hanc nostram conclusionem & suam comprobari.

Prob. partis. 2. ¶ Secunda conclusionis pars, quæ est Nauarri patet, quia sicut qui non solum promisit, sed iuramento se astrinxit soluere vsuras vsurario, tenetur eas soluere: tamen post solutionem repetere potest cap. debitores. de iur. iurand. imò potest petere absolutionem iuramenti antequam soluat, eaque impetrata non soluere cap. 1. de iur. iurand. ita iurans soluere in ludo perdita tenebitur ratione iuramenti, quod seruandum est secundum ius canonicum, quando sine interitu salutis seruari potest, illa soluere: nisi ante solutionem petierit iuramenti relaxationem, quamuis etiam post solutionem ea repetere possit.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio, quidquid alij dixerint conformius est iuri, & rationi quòd lex prima, titulo. 2. libro. 8. Ordinationum regalium solum obligat milites ludentes ad aleas, & tabulas, & in Regno Castellæ degentes ad restitutionem acquisiti per ludum. Hæc conclusio est fratris Iosephi in suis floribus, & loquimur hic stando in iure speciali Castellæ. Ideò probatur, quia leges curiæ Castellæ aliqua alia regna inuictissimo Regi nostro Philippo subiecta peculiaria statuta, vel leges ex priuilegio habentia, quale est forte Neapolitanum Regnum, & Flandrensis principatus non obligant nisi aliter per regem, & per ipsa in aliquibus casibus sit dispositum.

Quæstio. ¶ Sed quid an lucrans pecuniam absentem eam teneatur restituere.

Conclus. 3. ¶ Pro huius expeditione quæstionis, quã copiosius in secunda parte primi tomi nostri Instructorij agitauimus, quam nunc idcirco hic perstringendam duximus sit tertia conclusio. Stante lege Matritij condita annullante promissiones soluendi pecuniam absentem perditam in ludo factas, licet tutior sit opinio Soti, & Metinæ in sua Instructione confess. quòd pecunia sic lucrifacta, & soluta lucranti à lucrante sit in conscientia ante repetitionẽ in iudicio restituenda: tamen, quia contraria opinio satis probabilis est propter apparentia argumenta quibus fulcitur: ideò non videtur condemnandus lucrans, quam sic acquisiuit pecuniam in conscientia ante repetitionem in iudicio restituere si nolit, neque ideò indignus absolutione est reputandus, quia probabilem satis opinionem sequitur, quæ est Bañez Cathedratici Salmanticensis meritissimi, qui affirmat quod nisi petat publicè in iudicio, non est restituendum perdenti in ludo lucrum, quod eius collusor fuit lucratus, & asserit etiam hanc legem Matritij conditam non esse vsu receptam: quòd si ita est (vt ita esse autumo) præsertim inter nobiles, qui probro sibi ducunt, si promissa perdita in ludo non soluant, aut si ab ipsis soluta, rursus sibi restituantur: probata satis ex hoc manet nostra cõtraria sententia contra Metinam, & Sotum, contra quos nobiscum sentire videtur Nauarrus loco vbi supra, dum sic ait secundum veriorem opinionem quidquid dicat Panormitanus in dicto capit. clerici, & in capit. plerique de immunit. eccles. & Gabriel nemo lucrifacta in ludo etiam illicito ab eo qui donare potest ea, quæ perdidit absque metu, dolo, & fraude, tenetur restituere de præcepto etiã pauperibus, vt satis sentit vterque Thomas. 2. 2. quæstione. 32. articulo. 7. ad. 2. & explicant Maior. & Adrian. & Caiet. in summ. verbo. ludus. *Facit Nau.*

¶ At patet, quia nihil accipit contra iustitiam cum non accipiat inuito domino. Quod autem Nauarrus loquatur, & in casu quo impignorata fide in pecuniam creditam luditur, patet, quia addijcit sic, scilicet, quia neque quod in sponsionibus, id est promissionibus soluendi lucri fit est necessario restituendum quidquid sit de peccato. *Prob.*

¶ Item probatur ad hominem contra Sotũ de iustit. & iure. libr. 4. quæstione. 5. articul. 3. quia vt ipse ait de contractibus minus solemnibus, qui iure sunt irriti, quod iura humana nihil aliud volunt, quàm quòd in iudicio tales contractus habeantur nulli: non autem quod ipso facto translatio sit nulla, ita dicendum est prædictam legem Matritij nihil aliud voluisse, quàm quod tales promissiones in ludo factæ soluendi perdita in iudicio habeantur nullæ, & executioni non mandentur, non autem quòd sic promissum si lucrifactum fuerit, & solutum lucranti ipso facto translatio lucri soluti sit nulla. Huiusque sententiæ est Frater Iosephus in suis *Prob. ad hominem.*

floribus, circa interpretationem harum legũ annullantium contractus, quando expresse, vel ex vsu interpretante non impediunt trãslationem dominij. Iam supereſt ad argumenta in principio quæſtionis obiecta ſatisfeciſſe ſuo ordine.

Ad. 1. arg. ¶Ad primum igitur argumentum, vbi ex axiomate communi aſſerto à D. Ambroſ. ſcilicet, quod fœdera, & pacta ſunt ſeruanda: dicitur, quod ita eſt excepto, niſi talia fœdera, & pacta, vtpotè, quia aliquomodo cenſentur eſſe contra bonum publicum, annullata fuerint per legem, vel ſi executioni mandata repetitionem in iudicio admittunt, quia tũc ad ſui obſeruationem nõ obligant propter quintas rationes in prima concluſione allatas, & quia ſic contingit in primæ concluſionis caſu, ideò ex tali principio nihil contra eam probatur.

Ad. 2. arg. ¶Ad ſecundum argumentũ negatur quod ludens, & perdens pecuniam abſentem ſtatim vt perdidit tranſtulerit dominium irreuocabiliter, quia vel non tranſtulit, vel ſi tranſtulit fuit reuocabiliter, quia non præſumitur voluiſſe renuntiare legi de repetendo, quia fortè illam ignorauit, & ei quod ignoratur renuntiari non poteſt. l. mater. ff. de inofficioſ. teſt. ſiuè quia lex iſta de repetendo concernit vtrãque vtilitatem tam publicam, quam priuatã, quæ cum in hoc caſu ſint inſeparabiles: & lex hæc de repetendo perdita in ludo lata ſit propter euitanda ludorum peccata non videtur valuiſſe renuntiatio, vt ait Sotus de iuſt. & iu. in materia de ludo in ſimili de lege Matritij condita contra ludentes in creditam pecuniã, quod ei non poteſt renuntiari à ludente, quia data eſt in fauorem communem, & non illius tantum, ita neque in lege de repetendo perdita in ludo renuntiatio valida fieri poteſt, vtpotè, quæ inducit ad peccatum: & ad liberius ludendum in maiori quantitate, quam lex concedit cap. cum veniſſent cum ibi notat. de inſti. Non ergo per hoc quod ſoluit perdita videtur voluiſſe, aut potuiſſe legi de non repetendo renuntiare: quare cum poſſideat perdens in ludo perdita: non tenetur ea ſoluere, cum ea poſsit etiam ſoluta repetere. Quia licet ante repetitionem cauſetur aliquis pecuniam abſentem in ludo perditam eſſe lucranti debitam, quod nos ſtante lege de repetẽdo negamus: tamen adhuc eam non ſoluendo lucranti non retinet rem lucrãtis, quia quod nobis debetur quandiu nobis non eſt ſolutum non eſt noſtrum. ff. de auro & argen. l. 2. vnde rationes allegatę perſuadent nõ manere aſtrictum ad ſic pecuniam abſentem perditam ſoluendum.

¶Ad tertium argumentum tertiò probãs, quod ſi perdens abſentem pecuniam non teneretur ſoluere, neq; etiam poſſet lucrari præſentem pecuniam, quia eſſet inæqualitas aliàs in ludo, reſpondetur primò, quòd potuit in pignorata fide ludens abſentem pecuniam, à principio animum habuiſſe eam ſoluendi ſi perderet, & ſic licitè potuit habere animum lucrandi præſentem. Neque hactenus interceſſit aliqua ludi inæqualitas: ſed huic præcedenti animo perdendi, ſeu ſoluendi perdita: & lucrandi ſi fortuna faueret non obſtat, quod poſtea aduertens ſe perdidiſſe velit vti beneficio legis de repetendo, quam ſibi fauere poſſe nunc meminit, tam vt repetat ſoluta, quam vt non ſoluat perdita, quippe qui etiam ſoluta repetere poteſt. Secundò dico, quod ſi ludens pecuniam abſentem à principio caruit animo ſoluendi in eoque perſeuerauit ludẽdo, quia vti beneficio legis de repetendo in animo ſtatuit: tunc locum habet ſententia Victorię, ſcilicet, quod ſicut non intendit ſoluere perdita: ita neque lucrum pecuniæ præſentis accipere poteſt, quia alias æqualitas non ſeruaretur in ludo, dum ſe vult conſtituere intra legem lucrandi, & extra legem ſoluendi perditum ſimul. Ad. 3. arg.

¶Ad quartum argumentum iam reſponſum eſt, quod promittens ſoluere pecuniam abſentem ſi eam in ludo perderet, quãdo promiſit ſolum voluit promittere, ſed nõ voluit legi renuntiare, vel quia lex illa de repetendo ei pro tunc non venit in mentem, ſed neq; ſi tunc veniſſet, non cenſeretur velle renuntiare, niſi exprimeret. Vt patet in vxore fideiubẽte pro marito, quæ niſi exprimat ſe renuntiare legi Velleyanæ nõ cenſetur ei renũtiaſſe, aut voluiſſe renũtiare quando ſponte ſcienter, & propria voluntate nõ renuntiauit. 7. q. 1. quãuis ſine coactione, & cap. ad audientiã quod metu. cauſ. imo vt patet cap. cũ contingat. de iur. iur. Huiuſmodi mulierum cõſenſus in talibus. ſ. in alienatione fundorũ dotaliũ, & huiuſmodi ſecundum legitimas ſanctiones non obligatorius, quia non potuit mulier per talẽ merum conſenſum renuntiare legi Velleyanæ, quæ licet principaliter data ſit in fauorem ſuum, tamen ſecundario eſt in fauorẽ publicum. Sic etiam (vt inſinuauit Sotus) cõſenſus promiſsionis de nõ repetẽdo in iudicio pecuniã perditam: & ſolutam pari ratione non videtur eſſe obligatorius, niſi ei acceſſerit iuramentum, quia lex iſta licet ſit principaliter in fa- Ad. 4. arg.

De renunciatione legis vt valet vel nõ.

in fauorem perdentis, scilicet, quòd possit perdita & soluta repetere: tamen principaliter est in bonum publicum, scilicet, ne lusores in ludo se expolient, quod si ob hanc rationē non obstante mera promissione, & consensu de non repetendo repetere potest, non videtur cogendus perdens in ludo ad soluendū neque in foro exteriori, neque in conscientia. Nam debitor, qui habet actionem ad repetendum multo fortius habet exceptionem cōtra agentem. ff. de regulis iuris. inuitus. §. 1. &. ff. de superfi. l. 1. §. planè. Item, quia dolo petit lucrans, quod statim per repetitionem restituere debet. ff. de dona. exceptio. dolo. &. ff. de regul. iur. in condemnatione. §. dolo facit.

Lex ludi in fau. publi.

Quæstio.

¶ Porrò, quia ex solutionibus adhibitis tam secundo, quàm quarto argumento probare tanquàm ad hominem contra nos, & Nauarrum adijcientes in prima conclusione non teneri perdentem in ludo pecuniam absentem, eam soluere, nisi præstiterit iuramentum de soluendo, aliquis forte contendet, quod neq; etiam in casu de iuramento præstito de soluēdo teneatur perdens soluere, quia talis cōtractus de soluenda pecunia absente perdita in ludo cum sit iure legis Matritij conditæ damnatus, non videtur qualiter iuramentum præstet robur tali promissioni, & contractui, cum iuramentum nō sit vinculum iniquitatis. 22. quæst. 4. inter cætera, ideò & huic obiectioni hic facere satis placuit per solutionem ex ipso iure canonico. cap. cum contingat. de iur. iur. adiuncta glossa sumptam, & elicitam etiā ex cap. si verò. eod. tit. nam in his locis diffinitur quòd iuramentum etiam per metum extortum, si sine interitu æternæ salutis seruari potest seruandum est, cum autem leges istæ ludorum prohibitiuè, & dispositiuè circa ludos de se (nisi adiungatur aliqua mortalis circunstantia) sub interitu salutis æternæ, id est, sub culpa mortali ad suam obseruationem non obligent, cumque actus ludendi de sua natura turpis non sit (cum vtrapeliæ virtutis actus possit esse, si ratione reguletur) sequitur quòd tale iuramentum de soluendo pecuniam absentem perditam in ludo, cum sine interitu salutis seruari possit, seruandum sit, nisi ante obtenta fuerit illius ab ordinario relaxatio. Nam hic est casus in quo habet locū, quòd ait glo. cap. cum contingat de iur. iur. scilicet, quòd iuramentum præualet legi.

Satis fit q. ex iure.

Hic consideraturma gis accessor.

¶ Quia hic consideratur (vt ait glossa) magis accessorium, id est, iuramentum accessorium ad contractum, quam ipsum principale, id est contractus iuratus, licet ex se obstante lege non esset obligatorius contractus, & hoc propter periculum animæ, ne tali, scilicet, legis prætextu, vt dicitur capit. cum contingat, eodem. titul. viam contingat periurijs aperiri.

¶ Ad quintum argumentum vbi obijciebatur, quod ista lex de repetendo in ludo perdita est pœnalis, ac per consequens, quòd ante sententiam non priuat lucrantem iure accepiēdi pecuniam absentem, quam perdens soluere est pollicitus. Respondetur primò, quòd licet ipse ius habeat accipiendi si detur, sed perdens non tenetur dare propter allatas rationes. Secundò dicitur, quòd esto lex ista esset pœnalis respectu lucrantis, ne pœna sibi vertatur in fauorem, ideò qui statim potest perdita soluta repetere, ea lucranti non tenetur reddere, & quia secundum regulam iuris, scilicet in pari delicto melior est conditio possidentis, si vterque deliquit contra legem ludendo impignorata fide in pecuniam creditam, sequitur, quòd perdentis conditio cum adhuc quod perdidit possideat sit melior, scilicet in hoc, quod perditum retinere possit licitè, & possit illud non soluere maximè cum stante lege ius ad promissa non acquisierit lucrans. *Ad 5. arg.*

¶ Iam de illa quæstione, vtrùm violentia tractus ad ludum, vel importunitatibus teneatur restituere lucrum, plura hic dicenda erant, nisi supra in materia de venditione, vbi egimus de quæstione illa, vtrùm contractus emptionis, & venditionis ex metu conflati validi sint controuersa esset. Ne tamen in hoc loco sibi proprio eam omnimodo silentio prętereamus, dignum duximus aliquid pro memoria refricanda succinctè hic pertractare, remittentes lectorem ad locum, vbi copiosius & magis in forma has quæstiones agitauimus. *Quæstio*

¶ Respondetur ergo ad primam partē quæstionis, quòd si violentia in hoc tractu ad ludum infertur ex vi, vel metu ex toto reddente ludum inuoluntarium: tum, quia contractus est nullus, vtpotè, qui nō transfert dominiū, sic vi trahēs, & lucrans restituere tenetur prout S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 6. ad 2. affirmat dicēs, quòd trahens aliū ad ludū ex cupiditate lucri tenetur ad restitutionem, quod quidem asserunt D. Thom. Sotus & Thomistæ interpretantur quando quis trahit ad ludum per deceptionem, & violentiam. *Resp. ad 1. part. q.*

¶ Sed circa secundā partem quæstionis addit Sotus sequēs Syluestrū, Caietanū, & Metinā, scilicet, q trahēs aliquē ad ludū tot importunitatibus impulsum vt ex pudore, ne vt miser, & vilis habeatur alias *Resp. 2. p. quæst.*

nullatenus lusurus ludit tenetur restituere: quia hoc æquiualet violentiæ. Accedit huic sententię Archidiaconus, Couarruuias & Nauarrus in sum. cap. 19. num. 13. Sed contrariâ sequitur Alcozerus, capit. 21. cui suffragatur Garcia loco vbi supra dicens illum in hoc nõ contraire rationi, quia contractus inquit innitus ex similibus importunitatibus tum validus est: tum etiam à restitutione immunis, exemplificatq; id in contractu venditionis, & donationis. ¶ Sed profectò Garcia, & Alcozerus in hoc falluntur, quia quidquid sit in foro contentioso, vbi contractus non ex metu graui conflati propter succidendas lites, & propter præsumptiones, quibus leges interdum nituntur tolerantur: tamen tam donatio, quæ suapte natura est gratuita datio, quam alius cõtractus etiam tantum metu reuerentiali factus, vel etiam ex leui metu, vel importunitatibus æquiualentibus vi leui celebratus in cõscientia est nullus, quando talis metus reuerẽtialis, & leuis, & importunitas vexans (licet non fuerit grauis) in causa tamen fuit præstiti consensus in contractu, vel dati, vel accepti fuit causa, sine qua non, ita quod de facto nõ fuisset alias contractum, vel donatum, iuxta Nauarrum in sum. cap. 17. num. 29. & cap. 22. num. 15. in huius gratiam allegãtem Hostiens. & Ioan. Andr. in capit. verum de iur. iuran. & Adrian. in 4. de rest. cap. aggredior. verfic. ex quibus omnibus, & Sotum de iust. & iur. lib. 4. art. 4. ad. 2. ¶ Si igitur sententia Alcozeri, & Garciæ (ne eam totaliter explodamus) in aliquo casu verum habet est in his hominibus, qui quia valde procliues sunt ad ludum: & si aliquando renuunt ludere id non est, quia desit voluntas ludendi, quia illi vitio sunt dediti, sed quia pro tunc alijs intendunt, aut pro tunc ludere non vacat, quia alias parati sunt ludere: vnde illis importunitatibus, vel exprobrationibus, quia eas nihil facere solent, magis alliciuntur, quàm coguntur, vt videtur. Quare sic eos pertrahens non tenebitur ad restitutionem, quia isti potius videntur accedere ad ludum allecti, quàm vi tracti, neque importunitas, vel exprobratio, quia nihil de his curant, est eis causa, sine qua non, & principalis ludendi, sed sua cupiditas.

¶ Secus vero dicendum est quando exprobrationibus, & importunitatibus infestatur is qui aliâs ludum exercere renuit, quia illum exosum habet, vel quia sibi detrimentum honoris, aut bonorum parat, quia exprobrationibus, vel importunitatibus hunc incitans ad ludum aliâs non lusurum, nisi vt has importunitates, & exprobrationes vitet, tenetur lucra ab eo perdita sibi restituere, quia tunc in conscientia contractus ludi esset inualidus.

¶ Neque obstat huic nostræ sententiæ obiectio Alcozeri & Garciæ, scilicet, quòd si in hoc casu in conscientia contractus ludi esset inualidus, sic etiam respectu, sic tracti esset inualidus: quod tamen videtur falsum, quia si respectu illius esset inualidus, sic tractus nihil posset lucrari, quod tamen concessu non est facile. Quia respondemus, quòd neque etiam est difficile concedere, sic pertractum posse ex tali ludo lucrum reportare licet, quia sic tractus est perdere non possit, quia sicut cartis falsis in ludo vtens non potest lucrari, quia impedimentum præstat lucro ex parte sua, & tamen hoc non obstat quin eius collusor lucrari in tali ludo licitè possit, quia ipse nihil impedimenti opponit, sic & in nostro casu, licet vi etiam leui exprobrationum, vel importunitatum alium trahens, quia impedimentum lucro exhibet á sic tracto lucrari nõ possit: tamen sic tractus, quia ex se impedimentũ non infert, poterit lucrari, iuxta opinionem magistri Cani, quæ probabilis est, licet tutius dictu sit cum Victoria, quòd sic vi tractus sicut perdere sic inuitus perseuerans in ludo nõ potest, ita neque lucrum inde sibi parare. Sed si hoc etiam cum Victoria concedamus, non obstat nostræ sententiæ, vbi astruimus, quòd sic vi etiam leui trahens ad sensum dictum in conscientia, quidquid sit de foro exteriori, tenetur lucrifactum à se restituere.

¶ Porrò ne aliquid innucleatum maneat, Quæstio hæc inuestigatu digna est, scilicet, vtrum vi tractus ad ludum: si iam ibi ad ludũ applicitus animum concipiat inde sumendi lucrum, si quod sibi fortuna fauente sibi cedat, ex tunc qui vi traxit acquiratius lucrandi, quo ante carebat? Et quidem, quia quæstio est anceps, libet eam pro vtraque parte cõtrouertere arguendo primò in gratiam partis affirmatiuæ.

¶ Primò sic arguitur, quia eo ipso quod vi tractus, in ludo iam constitutus decreuit inde capessere lucrum, visus est consensisse in ludum in omnesque eius leges, & conditiones, quarum vna potissima est æquali sorti perdendi, atque lucrandi se velle in ludo exponere. Ergo iam ex tunc collusor, qui vi illũ prius traxerat, ius acquirit lucrandi. Probatur hæc consequentia à simili. Nã certè si coactus à principio emere rem postea contẽdit, vt res sibi tradatur, apertè conuincitur, & in venditionem, & emptionem huiusmodi & in eius

pretium

Variantdoctores.

Cont. Alcoc. & Garc.

Admittitur sententia Garciæ & Alcoc. hic tantum in casu.

Sentent. D. Thom. sic intelligenda.

Satisfit obiect. Garc. & Alcocer.

Opinio Cani. probabilis.

Quæstio.

Argu. 1.

pretium velle denuo consentire licet à principio inuitus contraxisset, si videtur in casu quæstionis, scilicet, quod licet vi tractus à principio inuitus ad ludum accesserit, tamen ex quo concepit animum inde captandi lucrum voluntariè mutans mentem vltro in ludum de nouo consenserit.

¶ Secundò arguitur ex cap. ad id. de sponsalibus, & matr. vbi diffinitur quod matrimonium per vim contractum cohabitatione spontanea conualescit, quod quotidie allegatur, vt summarium dicit, sicque hinc formo argumentum, Mulier vt textus ait, licet ab initio inuita, & renitens fuit tradita viro quia postea patienter in domo viri cohabitauit, censetur consentisse, iuxta glossam etiam ibi ver. e. dicē tem, quod eò ipso quod in domum viri traducta est patienter, perficit ætatē, & amplius præsumitur consentisse. ff. de ritu nup. minorem. Ergo pari ratione iste qui vi primò tractus est ad ludum si perseuerat in ludo tam spontaneè, quòd inde intendit, & cupit iam lucrum inescare, censendus est consentire valide in ludum, vt tanquam ex ludo iam validò, qui ab initio vi illum traxerat, possit iam lucrum si quod inde obuenerit sibi vēdicare. *Argum. 2.*

¶ Item tertiò arguitur, quia qui metu cadē ti in virum constantem cogitur cum aliqua matrimonium contrahere, & simul cum illa matrimonium per copulam consummare, q nisi faciat transfodiendus venit gladio sibi minanti statim, si vt euadat fornicationis peccatū cum illa denuo consentiat, censetur valide in matrimonium, & in copulam affectu vxorio cum illa habendam velle consentire. Nam alioquin nullum suppetit sibi remediū tum intentam mortem sibi euadendi, aut peccatū fornicationis vitandi, ergo pari ratione qui vi primo tractus est ad ludum, si dum iam expolitus est ad ludum appetit inde lucrum, censendus est denuò valide in ludum, & in eius leges consentire, exponendi se vtrique sorti tam perdendi, quàm lucrandi cum animo, & hoc vt euitet iniusti lucri pectū. Nam aliā nulla via suppetit vitādi hoc peccatum, nisi leges æqualitatis ludi, scilicet, tàm perdēdi, quàm lucrandi velit obseruare, atque per consequens, qui primò vi traxit poterit iam lucrari. *Argum. 3.*

¶ Propter primum argumentum solum (nam alia duo, scilicet, secundum & tertium nos adiecimus) Garcia vbi supra tenet partem affirmatiuam, scilicet, quod ex eo pūcto, quo vi primò tractus concepit animum lucrandi videtur validasse contractum lusus: ad quem primò inuitus accesserat, sicque legitimè consensisse, vt iam qui vi traxerat possit licitè lucrari. Sed quia sic absolutè, & sine distinctione loquens punctum veritatis non omnino videtur attigisse, libet hic per hanc præmissam distinctionem respondere. *Sent. Garciæ nō placet omnino.*

¶ Distinctio autem, est bifariam potest accidere, quod vi tractus ad ludum decernat iā ludere, & lucrari, vno modo ex vi, sibi prius illata virtualiter adhuc manente, ex qua perseuerante causa, scilicet, ex rubore, & exprobratione iniectis, nisi ludat, pergit ludere, & velle lucrari. Alio modo id potest accidere taliter, quòd iā non ex metu, vel expudore, sibi prius iniecto perseuerāte, sed ex alia noua causa ex vi præcedenti non orta: sed aliunde, acceptat de nouo liberè tam ludum, quàm conditionem vtriusque sortis ludi, scilicet, tam perdendi, quàm lucrandi: præmissa autem hac distinctione. *Distinct.*

¶ Statuitur prima conclusio, si vi tractus ab initio, primo modo in ludo perseuerat, scilicet, ex dicta vi formaliter, vel virtualiter in eo perseuerante, quia scilicet, vt exprobrationi, & rubori, sibi iam prius iniecto nō subiaceat, pergit ludere, & postquàm sic ludit contendit lucrari, ex hoc consensu in ludum, & lucrum, qui illum vi traxit ius assumere nō potest lucrum ex tali ludo captandi. *Conclus. 1ª*

¶ Hæc autem conclusio, quæ est contra Garciam absolutè oppositum tenentē patet. *Proб. 1.*

¶ Primò, quia talis consensus quatenus attinet ad ludum virtualiter est coactus, quia virtute violentiæ prius illatæ, quo rubore, & exprobrationem sibi prius iniectam propulset, eligit alias non lusurus ludere, & conditionaliter, & non absolutè, sed potius ex suppositione, scilicet, suppositio, quòd vis sibi inferatur, eligit magis ludere, quā illam pati, & suppositio, quòd vi coactus est ludere, mauult lucrari, quàm perdere. Aliàs autem si suæ libertati esset relictus, maluisset non ludere cū periculo perdendi, quàm ludere cum spe incerta lucri. Vnde consensus non est absolutus, neque satis liber ad concedendum trahenti ius lucrandi.

¶ Secundò probatur à simili, si puella graui metu parentis adacta profiteretur solenniter in aliqua religione, temporeque professionis bona sua dotalia, seu patrimonialia causa professionis largiretur monasterio, profectò neque talis bonorum collatio valida esset, sicut neque eius professio, quia ex radice violētiæ prius illatæ vtraque claudicaret, quia perinde est ac si illa puella intra se diceret, nollem bo- *Prob. 2.ª simili.*

na mea conferre monasterio sicut neque profiteri, sed postquam cogor profiteri, volo impendere monasterio bona mea, vt inde alar. Ita neque valida videtur acceptatio ludi aut conditionis soluendi perdita quæ iste vi tractus perinde se habet ac illa puella, quatenus attinet ad conscientiam, quia perinde nollet ludere, nisi cogeretur, neque lucrari ex ludo cum periculo perdendi, nisi vi ad vtrumq; impulsus esset à trahente, quare talis acceptatio vt pote inuoluntaria secundum quid, quia ex violentia prius illata originem habet, non est idonea ad ius lucrandi conferendum, ei qui ad ludendum vi traxerat.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio, si qui vi tractus est ad ludum non ex vi, vel metu prius sibi iniecto perseuerante, sed ex alia noua causa aliunde, quàm ex vi præcedenti orta acceptat de nouo libere ludere, scilicet, vel quia id rogat amicus alius, scilicet, vt ludat, vel quia exponi videt ludo iocale accurate elaboratum, q̃ cupit pro sua vxore lucrari, aut si quid simile accidat, quod prius vi tractum denuò ad libere ludendum alliciat, iam tunc ius fit in his casibus prius vi illum trahenti à sic tracto lucrandi, in hoc autem sensu sententiam Garciæ nõ refutamus.

Prob. 1. ¶ At patet quia iam ex alia distincta causa à priori vi non habente ortum, ex inuoluntario factus est voluntarius ad ludendum.

Prob. 2. à simili. ¶ At probatur secundò à simili, si verbi gratia stanti vi graui mihi illata de contrahendo cum Maria: si contraham, contractus matrimonij erit nullus, cap. significauit de eo. qui dux. in matri. quam pollu. si tamen interim alius non cogens, sed offerens amplam dotẽ si eam ducerem accederet, alleãtusque hac de causa matrimonio præberem consensum, iam ex tunc consensum idoneum, & voluntariũ non obstante præcedente vi matrimonio contrahendo me præstitisse reputaretur. Ergo pari ratione si dum iuxta exempla tradita in hac secunda cõclusione, noua causa accedit, quæ liberum, & nouũ gignit consensum ludendi in vi prius pertracto, ius comparatur alteri collusori lucrum, si sibi fortuna faueat inde capiendi. Igitur quod nos inficiamur contra Garciam, ideſt, scilicet, quod in vi pertracto ad ludum accedens voluntas lucrandi non per se est fidele argumentum, quod in ludũ, & leges ludi absolutè, & libere de nouo consentiat, ita vt lucrandi ius pertrahenti sit concedendum, nisi causa aliunde se offerat, quæ sic vi pertractum de nouo ad ludendum alliciens liberum eius nouum consensum contestetur: iam nunc supereſt ad argumenta posita in fronte quæstionis facere satis.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur negando antecedens, nõ enim eo quod animo statuerit, vi tractus accipere ex ludo lucrum, censendus est liberè consentire in ludum: sicut neque puella graui metu patris ad acta profiteri, eò quod velit bona sua dare monasterio, & à monasterio alimenta capere, hoc liberè censetur facere: sed virtute prioris coactionis, qua cogitur profiteri. Ita neque vi tractus liberè consentire videtur, tum, quia secũdum opinionem prædictam Cani potest lucrari, licet non possit perdere: sicut accidit in collusore ludente cum vtente falsis cartis. Tum, quia hoc facit ad redimendam suam vexationem: quia postquam soluturus est inuitus si perdat, vult causa recompensationis dãni lucrari. Nam aliâs coactione cessante, neq; ludum, neque lucrum incertum cum periculo perdendi acceptare vellet. Quare, vt patet in exemplo adducto puellæ totum negotiũ ludi geritur coactè, quia ex radice primæ coactionis procedit. *Ad. 1. arg.*

¶ Neque obstat exemplum coactæ à principio emptionis, vbi iam emptor cupit habere rem emptam: quia nisi accedat noua causa, qua denuo afficiatur ad illam rem, ac per consequens ad eius emptionem, eò quod illam velit habere non sufficienter per hoc indicat se liberè in prædictam emptionem consentire: sed tantum causa redimendi suam vexationẽ, & cauendi damnum proprium, illam rem & retinere, & accipere censetur, nempe in recõpensationem illius pretij, quod pro illa impẽdere venditori cogitur. Nam alias, hac sublata coactione, neque eam emere, neque pro pretij solutione habere vellet, nisi forsitan gratis oblatam. *Satisfit obiectioni.*

¶ Ad secundum argumẽtum desumptum ex cap. ad id. de sponsalib. respondetur, q̃ non est par ratio de casu assumpto, & de casu illato. Quia illa mulier solum in foro exteriori (licet primo fuisset coacta) per cohabitationem diutinam vnius anni, & dimidij censetur liberè in matrimonium iterum consensisse: quia cum per tantum temporis ab illa cohabitatione resilire: & fugere posset, in ea patienter immorata est. Vnde glossa inibi ait hinc argumentum sumi ad multa de tacito consensu. 1. quæst. 1. cõstat, & dist. 1. presbytero, hinc quoque ortum habuisse versiculum illum addit, scilicet: Effuge cum poteris ne consensisse puteris, Nam si persteteris illius vxoris. At in casu illato, & vbi loquimur solum in foro cõ- *Ad. 2. arg.* *Dispar ratio vtriusque casus.*

scientiæ,

scientia, vbi cessat præsumptio cum de rei veritate constat, res ipsa probat, dum non se obtulit noua causa nouiter ad libere ludendum alliciens, adhuc coactum primum cõsensum circa ludum formaliter vel virtualiter perseuerare regulariter, & moraliter loquendo. Quia neque in tàm breui tempore ludi, vbi recens erat vis illi illata & formaliter, vel virtualiter perseuerans, non est censendus vi tractus ad ludum nulla alia noua illum allicente orta causa, tàm cito mutasse sententiam. Nam illa causa capiendi ex ludo lucrum, sicut illum ante coactionem non alliciebat, ita etiã post in ludi initio animaduersa non libere allicit, quia si suæ libertati relinqueretur, mallet à ludo desistere.

Ad 3 arg. ¶ Ad tertium argumentum, quod fortius vrget respondetur dupliciter iuxta dupliicem modum opinandi circa casum pro antecedente assumptum, primò igitur dicimus, quod si teneamus sententiam Nauarri in summa cap. 22. num. 51. quam & astruit esse communem eique suffragari Panorm. Prepos. alioque multos contra Host. in cap. consultationi, de spons. scilicet, quod matrimonium metu mortis contractũ metuque mortis consummatum non est validum propter rationem, quam ipse Nauarrus ait esse irrefragabilem, scilicet, hanc quia si cõsensus metu mortis extortus in matrimonium cũ directus nõ est satis liber, à fortiori consensus indirectus consequens ex copula metu mortis consummata satis liber non est, ad validandumque matrimonium non satis est aptus, tunc planè negandum est antecedens, scilicet, quod vt euadat mortem, & peccatum si contentiat in copulam affectu maritale matrimonium sit validum. Quare nihil ex tali antecedenti vtpote falso contra nos probatur. Si autem cum Soto in 4. & cum fratre Ioseph. in suis floribus teneamus quod tale matrimonium aliàs inualidum per affectũ maritalem causa fornicationis peccatũ vitandi consummationi copulæ adhibitũ ratificatur, quia tutius est inquit Sotus ecclesia illud præsumat esse matrimonium, perstringatque contrahentes vt in illo perseuerent, quia alias in hoc casu potius esset subeunda mors, quã consummare illud non affectu maritali, tunc dicendum putamus iam illum consentire in matrimonium non ex metu mortis illato ab alio, sed ex metu à se concepto peccandi ne scilicet, peccet accedẽdo ad non suam, ideò liberum, & sufficientem vult adhibere matrimonio consensum, sicut verbi gratia puella, quæ intra domum paternam vix euitabiles, vehementesque occasiones peccandi cum cõsanguineo, quo cum frequentissimè peccauit habet, si metu cadenti in virum constantè profiteri solemniter in conuentu aliquo cogeretur à patre rei insscio, professio esset nulla: tamen si tempore profitendi in se reuersa diceret, licet fuerim hactenus coacta profiteri à patre, sed tamen non iam ob vim illatam mihi à patre, sed potius, vt sic consulam saluti animæ meæ, & occasiones peccandi perdurantes in domo paterna vitentur profiteri volo: profectò talis professio ex hac sancta consideratione emissa satis esse libera censeretur, quia iam non ex vi prius illata, sed ex noua causa vitandi peccatum ortum habuit, sic & in nostro casu, at licet non nihil videar agnoscere discriminis inter casum matrimonij coacti in antecedenti assumptum, & casum professionis puellæ: sed in moralibus non oportet nimis emungere, aut demonstrationes mathematicas quærere.

Ad matri. vi etiamcõ summatum valet.

Variant Sotus & Nauar.

Sent. Soti.

Exẽp. puellæ coactæ.

Solut. arg. ¶ Quare iuxta hunc opinandi modum Soti, F. Iosephi, & aliorum, concesso casu antecedentis, quia ibi interuenit noua causa consentiendi, scilicet, vt vitetur peccatum: negatur consequentia, quia velle accipere lucrum secundum Canum non inducit peccatũ, quod sit necessario vitandum in casu. Sed neque ipsa voluntas lucrandi cum sit conditionalis, id inducit, vtpotè, quæ sic se habet in forma, si licet, si cogor ludere, vel postquàm cogor ludere, & perdita soluere, volo potius lucrari. Aliàs autem, neque ludere, neque lucrari cũ periculo ludo exposita perdendi vellem, si id mihi integrum fieret: vel in optione mea sola relinqueretur, vide superius dicta, vbi de venditione ex metu egimus.

Quæstio. ¶ Iam vltimò ad illum casum qui Salmanticæ inter ludentes contigit opus est respondere. Quæritur ergo, vtrum qui volens renuntiare auctioni ab altero colluſore sibi propositæ, embite, Hispanicè nuncupatæ, propterea, quod admonitus est à tertio. si. inspectore ludi illam auctionem acceptauit, & eam tandem lucratus est, reus factus sit propter admonitionem sibi factam restitutionis lucri.

Dictum. 1. ¶ Breuiter igitur expedientes quæstionẽ dicimus primò, quod si in hoc casu, qui admonitus ab inspectore cartarum suarum, & sui colluſoris, vt acceptaret auctionem, id est, el embite, ante hanc admonitionem obfirmauerat intra animum suum illam non acceptare: sed quia est admonitus illam acceptauit auctionem, illam lucrari non poterit: sed tantũ sortem primam ludo pro qualibet manu, vbi

non

non accedit auctio tantum expositam. Quia admonitio illius vtriusque partis cartarum inspectoris illum in tuto lucrandi illam auctionem posuit.

Dictum.2. ¶Secundò dicimus quod si adhùc in æquilibrio erat secum conferens in animo, an auctionem oblatam acceptaret, vel non, quia ab illo inspectore cartarum vtriusque partis signis, aut nutibus acceptare monitus est, ideò auctionem acceptauit, & lucratus est, nō videtur obligandus ad totam restitutionē auctionis, sed tutius est illius auctionis sic lucrifactę restituat aliquam partem. At quod non teneatur ad totum patet, quia etiam, si non esset admonitus forte eam acceptasset, eamque perinde fuisset lucratus, quod autem tutius sit vt partem restituat patet. Quia admonitio illa illum ad acceptandum, & ponendum se in tuto inflexit alias vacillantem, ergo ratione huius tutius est arbitrio boni viri aliquam partē actionis lucrifactæ restituere.

Dictum.3. ¶Tertiò dicimus, quod si taliter fuit admonitus, vt auctionē acceptaret, & adhùc post monitionē circa iacturam, vel lucrum auctionis varium euētum potuit habere ludus, propterea quod talis inspector, qui commonefecit, conditionem ludi vtriusque partis non satis aduerterat, vel callebat, vel ob rationē aliā, tunc quia apertè per talem monitionem non fuit constitutus in tuto, non tenetur, quam acceptauit, & lucrifecit auctionem restituere: & hæc satis sint de contractu ludi nam si quæ hic minus principalia omitto, consultò ea hic missa facio, quia in. 1. tomo materia de ludo sunt satis explicata, dolosè autem surripiens primam manum in ludo in tantum si lucretur tenetur restituere in quantum, ob hoc factus est melioris conditionis.

CAP. XXIII. *De contractu sortium, & de his quibus constat, & de quinque in eo concurrē tibus, & vnde hic officialibus sit merces soluenda, & hic quando designatur pars pro pauperibus vnde ista pars est desumenda, & an exponēs rem suam sortibus licite spondeat, vt qui plures scedulas intra signatos dies miserit eam lucretur.*

PRęterea de contractu sortium accedit disputatio, quæ quoniam non magnum facessit negotium breuiter absoluenda est, de ea igitur agit Alcocerus cap. 49. & Garcia lib. 1. de contract. fol. 598. prænotandum autem primò hic est nos solum de sortibus diuisorijs inire sermonem, quarum contractus rectitudo hoc exposcit, scilicet, vt sortes has mittentes æquali sorti lucrandi, atque perdēdi se subdant. Naturam verò huius contractus si speculemur, ex duobus palam est eam constare, scilicet ex emptione, vel venditione rei, scilicet equi, vel iocalis, quod subijcitur sortibus. Et secundò ex ipso contractu sortium, scilicet quo exquiritur cui contingat res empta. Ex quo corollariè elicitur huius contractus iustitiam ex vtroque librandam esse. Quinque autem in hoc contractu cōfluunt, quibus ius inest aliquid lucri inde capessendi. Primus est iocalis venditor, super quod mittendæ sunt sortes, qui inde capit suum pretium. Deinde mittentes sortem super illud, post hos ministri taxantes pretium, & illud à sorte mittentibus conquirentes. Deinde tabelliones sortium mittentium nomina scripto mandantes, & scedulas sortium conficiētes, mox pauperes & piæ causæ, & tandem plures mittentes scedulas supradictum iocale in sortes expositum. Domino autem iocalis suum pretium tantum accipiendi ius inest. Is autē cui sine fraude cedit sortis alea, eam sibi vendicare poterit: quia æquali fortunæ se exposuit iustum quoque salarium suum hinc ministris licitum est accipere si sint necessarij, & pro tempore, quo negotio sortium operam nauant.

Cōtractus sortis.

Quinque in eo cōcurruunt.

¶Sed ad quorum expensas merces sui ministerij officialibus sit soluenda poterit quis hic fortè hæsitare. Respondetur ergo, quod licet Alcozerus, vbi supra in casu, quo venditor suis sumptibus iocale expositū sortibus aliās erat venditurus, sentiat ad expensam domini talem mercedem ministris esse soluendam in ea proportione, qua ab illis sumptibus est releuatus: tamen duplici ratione dicendum est cum Garcia vbi supra, talem mercedem ad expensas non domini iocalis, sed super illud sortes mittentium fore ministris soluendam: tū, quia ipse contractus sortium magis in vtilitatem sortientium cedit, quàm in vtilitatem domini iocalis, qui nihil aliud accipit inde præter iustum pretium rei suæ: tum, quia ministerium quod officiales circa hoc exhibent magis sortibus ipsis, quàm primæ venditioni iocalis deseruire videtur. Nihil autem huic nostræ assertioni obstat, si dominus sponte aliquid stipendij, vel totum ministris velit soluere.

Quæstio.

Dictum.4.

¶Adijcimus tamen secundò, quòd in hoc contractu sortium pars designata pauperibus vel pro pijs operibus deputata licitè desumi potest, siuè à sortientibus, siuè à domino iocalis

Dictum.5.

calis sibi ab vtrisque licet æquiis sit vt ab vtrisque sumatur, postquam totus contractus, prout constat ex venditione, & sortibus in gratiam vtriusque partis videtur initus, nihilominus autoritas publica pro licentia, quam impendit vt res vendatur adiuncta conditione, vt interementes super illam mittatur sors (quam licentiam negare aliàs poterat) post partem, quam inde applicat pro pauperibus, aut pro pijs operibus à domino vel à sortientibus vel ab vtriusque coniunctim, prout maluerit exigere, quamuis vt diximus æquius est vt ab vtrisque coniunctim eam exigat. Nam & si authoritas publica reipublicæ via venditionis, scilicet, quia concedit licentiam vendendi nõ possit vltra iustum pretium debitam venditori aliquam augere partem pauperibus conferendã, bene tamẽ ratione licentiæ indultæ ad sortes mittendas bono communi pauperum subueniendi gratia potest aliquam portiunculam impertiendam pauperibus designare, eã soluendi onere, vel dominum iocalis, vel sortientes, vel vtrosque grauando, quam conditionem eo libentius solent acceptare quòd videant tum esse in vsu, tum in pauperes, vel pios vsus erogare se eam, tum quia sub ea cõditione postquam nouerunt vsum inierunt contractum.

Quæstio ¶ Tandem hic quoque ambigi solet, an dominus iocalium, qui ea sortium contractui exponere parat, possit spondere, vt qui plures scedulas intra signatos dies miserit signatũ iocale lucretur. Respondetur autem ad quæstionem breuiter, quòd si huiusmodi iocale iam in numero eorum iocalium, quæ sunt exposita sorti sit computatum, post expositioné eius cum alijs ad sortem, quia iam qui miserant scedulas aliquas ius aliquod habebant & obtinuerant supra illud, licet nondum integrum, dum numerus scedularum nõ erat completus, quia est in præiudicium eorum talis sponsio, licitè fieri non potest, secus si à principio ante istam expositionem factafuit.

Resp.

CAP. XXIIII. *De cõtractu locationis & eius diffinitione, & de rebus quæ locari possunt, & de regula circa hoc, & an liceat locare pecuniam de eius vsu duplici, & an reditus ecclesiæ vltra triẽnium locari possint, de facti contingentia in Salmantica aduertuntur confessarij de Concil. Trid. & quomodo vna constitutio reuocat aliã de multis locationibus, iterum de locatione ouiũ in noua Hispania, de contractibus vsurarijs duobus, de contractu qui dicitur Hispanice, abo yar las tierras. de mutuantibus vt eorum terræ locentur, vel colantur.*

Propterea, quòd in tomo primo nostri Instructorij conscientiæ de contractibus commodationis, & depositi, & locationis copiosius egimus, ne illic dicta hic superfluè repetamus, & ne hic vbi ex professo de contractibus disputationem sumpsimus nostro officio omnino deesse videamur: placuit hunc modum, & medium hic tenere, scilicet, aliqua hic nobis occurrentia scituque necessaria, circa has materias sub breuitate perstringere, & non omnia illic dicta hic rursus inculcare. Igitur à contractu locationis inchoantes. Dicimus primò exordientes à diffinitione locationis, quòd locatio importat concessionem factam personæ, vel rei ad vsum conuenta mercede in pecunia statim numerata, vel numeranda. Nam si aliud daretur non esset locatio: sed contractus innominatus.

De contractu locat.

Diff. locat.

¶ Conductio verò est personæ, vel rei ad vsum acceptio interuentu pecuniariæ mercedis; itaque conductor est, qui soluit pensionem, locator autem, qui dat ad vsum modo dicto. §. siquis. ff. de po. l. prima. Si verò conductio sit respectu operis, est è conuerso. Nam qui ponit operas est locator, at qui pro eis soluit pretium est conductor. ff. eodem titulo. l. item quæritur. §. primo, & si est conductor rei vrbanæ dicitur inquilinus, si autem rusticæ rei conductor est, colonus nuncupatur.

¶ Quoniam verò hic inquiri solet quæ nãres locari possint, placuit hic iuxta gloss. & text. in. l. locare. ff. locati. hanc regulam generalem, per quam fit satis quæstioni præsignare, scilicet, omnia illa quæ vendi possunt: possunt etiam locari, seruitutibus prædialibus vt iter, via, & similibus exceptis, quæ quidem iuxta prædic. gloss. locari non possunt. Seruitutes autem personales, quæ sunt vsusfructus locari quidem legitimè possunt. l. arboribus. ff. de vsufruct. sed non seruitus vsus, vbi tantum ius est ad vsum. instit. de vsu & habita. §. minus.

Quæstio.

Regula generalis.

¶ At verò quoniam dictum est, quod res omnis venalis locari potest, quomodo id licite, vel illicitè fiat indagandum venit.

Quæstio.

¶ Dicitur ergo, quòd res venalis locari potest licitè: dummodo periculo subsit et locatoris in casu fortuito: nisi culpa lata, vel eius conductoris interuenerit. Æstimata autem periculo conducentis quoad perditionem, & deteriorationem secluſa eius culpa leui, aut lata aut dolo, de quibus solum conductor tenetur, locari licitè non potest, quia id videretur fieri

Resp.

fieri in fraudem vsurarum. Quoniam res æstimata intercedit loco pecuniæ. l. si vero. ff. solu. matrimon. Quia perinde esset ac si pecuniam mutuasset, pro cuius vsu aliquid vltra sortem vellet accipere. Neque enim tunc vera locatio præsumi potest, quia hæc est natura contractus locationis, quod cum per eum in conductorem rei locatæ non transferatur dominium, apud locatorem perinde maneat periculum, sicut manet dominium.

Quæstio. ¶ Sed iam emergit hic quæstio prima, an liceat locare pecuniam pro eius locatione aliquod interesse accipiendo, facessit enim dubium in hac parte quod Garcia libr. 1. de contract. pagin. 11. affirmat dicens, quod mutuare pecuniam pro interesse est mutare mutuationem in locationem, quod in pecunia fieri non licet, quia pecunia inquit non est locabilis. Vnde qui mutuat pecuniam agricolæ vt redhibeatur in vino, licet nomine, & voce tenus dicat se illam pecuniam mutuare, tamen animus eius eò tendit, vt conficiat contractum emptionis vini, & quia tunc mutuum vertitur, tandem in contractum emptionis, qui de se est licitus, propterea & tale pactum licitum erit. Hæc Garcia, cui aduersari videtur D. Thomas. 2. 2. quæst. 78. artic. 1. in solutione ad. 6. vbi sic ait, quod si quis concederet pecuniam signatam ad ostentationem, vel ad pompam, vel ad ponendum loco pignoris talem vsum pecuniæ vendere potest. Ex quo infero quod si pecunia potest quoad hunc vsum vendi, ergo & locari secundum D. Thomam, concluſimus enim sub regula generali iam tradita, quod quidquid poterat vendi, poterat & locari.

Sent. Gar.

Distinctio. ¶ Pro resolutione ergo quæstionis præmittenda est distinctio illic tradita à D. Thoma, scilicet, quod vsus pecuniæ est duplex, alius enim vsus eius est principalis, scilicet, distractio pecuniæ in commutationes, alius verò eius vsus potest esse secundarius videlicet vti pecunia argentea, vel aurea ad ostentationem, & pompam, vel ad statuendam eã, loco pignoris.

Vsus pecu. duplex.

Respon. ex mente D. Thom. ¶ Dicimus ergo loquendo ad mentem D. Thomæ quòd pecunia etiam argentea, vel aurea in ordine ad eius principalem vsum, scilicet, vt distrahatur in commutationes locari pretio non potest, sicut neque hic vsus pro interesse vltra sortem tradi, esset enim talis locatio mutuum cum lucro sub nomine locationis palliatum. Si autem consideremus pecuniam in ordine ad secundarium prædictum vsum, id est, ad ostentationem, & pompam, ad quam eius conductor ea vti parat, vel ad ponendam eum loco pignoris, sic sicut authore Diuo Thoma ibi talem vsum pecuniæ licitè homo vendere potest, ita & locare, & licet hoc quidem, si absit fraus, & dolus, & fiat deinde sub ea conditione, vt periculum fortuitum, sicut etiam eius dominium maneat apud illius pecuniæ locatorem, quod potest hic in hoc secundario vsu pecuniæ euenire: non autem in principali eius vsu, eò quòd hic eius secundarius non censetur esse eiusdē pecuniæ perfecta distractio & consumptio. Primus, seu principalis eius vsus deseruiens, nempe ad commutationes est quidem eiusdem pecuniæ consumptio, seu alienatio etiã quoad dominium: ideò eam in ordine ad primum hunc principalemque vsum pro aliquo, videlicet emolumento vltra sortem locare esset mutuum cum vsura. Quare in hoc sensu intelligitur locutus fuisse Garcia, quando asseruit pecuniam non posse pretio locari: non autem id intellexit in ordine ad prædictũ secundarium vsum, quia hæc intelligentia esset contra S. Thom.

¶ Deinde, quia fructus rei ecclesiasticæ locari possunt, atque etiam, vt Panormitan. in cap. etiam. de locat. & conduc. tradit fructus decimarum locari possunt laicis ad annuum censum. Iam quæritur, an fructus tales vltra triennium locari possint. *Quæstio.*

¶ At videtur quod sic liceat, tum, quia Cõcilium Tridentinum, Sessione. 25. capit. 2. solum irritat locationes rerum ecclesiasticarum etiam authoritate Apostolica confirmatas, si factæ sint ad longum tempus, at longum tempus censetur esse vltra decennium. Nam iuxta glossa in Clementina. 1. de reb. eccles. non alie. paruum tempus est, quod est infra decennium, imo ibi Concil. Tridentin. 29. annos exemplificat esse longum tempus. Tum, quia secundum aliquos extrauagans, ambitiosæ, quæ determinat tempus triennij non videtur obstare, vel quia non est in vsu, vel quia per Sixtum (vt aliqui sentiũt) fuit reuocata, vel quia in ea dicitur, præterquàm in casibus à iure permissis, & sic quod est secundum ius, erit secundum extrauagantem, ambitiosæ: & quia secundum ius spatium nouennij, quod dicitur paruum secundum Doctores, est etiam paruum: videtur, quod non obstante Paulina locatio vltra triennium, dummodo non excedat nouennium fieri possit. *Argum. ex conc. Trident.* *Obiectiones.*

¶ Igitur ad quæstionem breuiter cum Cordub. *Respons.*

Resp. Cordub. lib. de casibus conscientiæ, quæst. 13. respondemus dicentes primò ad casum, quòd locatio facta de redditibus ecclesiæ vltra triennium irrita est, & nulla. Huius sententiæ est Siluester verbo alienation. quæst. 15. & locatio quæst. 2. & Couarruuias in resolutionib. libr. 2. cap. 16. num. 7. corollar. 3. & patet ex dicta extrauagante ambitiosæ, cuius verba si quis rectè expendat, clarè colliget, quod huiusmodi locatio vltra triennium fieri non possit, & ita dicendũ videtur insistendo Paulinæ verbis.

Ad. 1. arg. seu. obiect. ¶ Ad obiecta in contra respondetur, & primò ad primam obiectionem dicitur, quod neque prædicta extrauagans, sicut neque quæcunque alia lex nisi prout est in vsu recepta obligat, & quia non constat an in omnibus prouintijs sit vniuersaliter recepta, sed id in dubio est, ideò teste Caietano in summa tit. excommunicatio. capit. 75. cui accedit Nauarrus, talis extrauagans ambitiosæ non valet, neque obligat, nisi secundum quòd recepta est in vsu in diuersis prouintijs, & quamuis Siluester verbo alienatio quæst. 13. dicat in nihilo esse receptam, Nauarrus tamen loco supra allegato ait se credere nullibi esse receptam quantum ad omnia. Nam in primis in nullo loco vsu recepta est, quòad priuationem beneficiorum, quam ipso iure incurri decernit ab his qui inferiores fuerunt episcopis, vel abbatibus si intra sex menses in dicta alienatione perseuerauerint, additque secundò in Lusitania non fuisse receptam quoad locationem in solos tres annos, quia passim vsu venit fieri locationes in quatuor. Tertiò addit se credere in paucis locis esse receptam, quòad pœnas extrinsecas, scilicet, pœnam excommunicationis, quam quam in multis receepta fuisse creditur quò ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quàm tres annos. Vnde Salmanticæ in facti contingentia, ait per sententiam irritam, & nullam iudicasse quandam locationem factam à clerico in plures, quam in tres annos, quamuis clericum, qui illam fecerat, ab ea excommunicatione immunem fuisse iudicauerit, quæ antiquo iure capit. 1. ne Prælati. vic. continetur, ac per consequens, nec in illàm irregularitatem incidisse, qua celebrantes in excommunicatione maiori solent irritiri, etiam si post illam locationem absque absolutione celebrauerat.

Extrauag. ambit. in quibus recept.

Facti contingentia Salmant.

Nota.

¶ Tandem vltimò adijcimus, quòd quia in communi loquendo res parum nota est, scilicet, in quibus locis, & quomodo, & in quantum hæc extrauagans sit recepta, quantum ad forum conscientiæ spectat: ad confessarium attinet inquirere de vsu prouintiæ, quomodo hæc extrauagans practicetur, vt iuxta practicam, & vsum ibi conuincat pœnitenti, & non vltra super hoc, quod idem secundum Nauarrum perpendendum fore censemus à iudicibus fori exterioris, quo rectam super hunc casum possint proferre sententiam.

Aduertant iudices & confessarij.

¶ Ad aliam obiectionem, qua obijcitur, quòd in ea extrauagante interdicitur locatio præterquam in casibus iure permissis, dicimus, primò, quòd forsitan illa determinatio præterquam in casibus à iure permissis solum determinat in feudationem, vel contractum emphitheuticum, cui immediate apponitur.

Ad aliam obiecti.

¶ Secundò & meliùs dicimus, quòd cum illa particula, vltra triennium, ibi expressa illas dictiones locationem & conductionem immediate sequatur: illa autem exceptio, scilicet præterquam in casibus à iure concessis infeudationem, & contractum emphiteuticum immediatè subcedat: non videtur illa particula, vltra triennium, per illam exceptionem præterquam, & cætera fuisse perempta. Vnde respectu locationis manet in suo vigore, scilicet, quòd non sit valida, si fiat vltra triennium. Istaque glossa visa est germanior textui omnibus in locis, vbi recepta est hæc extrauagans, quo ad pœnam intrinsecam nullitatis locationis factæ in plures, quã tres annos.

Solo. 2.

¶ Ad obiectionem ex parte Concilij Tridentini, Sessione. 25. capit. 2. dicitur, quòd licet illic Concil. Tridenti. solum irritet locationes rerum ecclesiasticarum, quando factæ sunt ad longum tempus, per quod secundum sententiam communem doctorum intelligitur decennium: tamen, quia ibi adijcit concilium in damnum ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones, tales locationes contractas fuisse forè iudicandum, non propter hoc censetur reuocasse extrauagantem ambitiosè. de non locando res ecclesiæ vltra triennium: tum, quia de locationibus ante, scilicet, à 30. annis citra factis loquitur: tum, quia ista constitutio Concilij Tridentini reuocans locationes prædictas factas ad longum tempus non est expresse contraria constitutioni extrauagantis ambitiosæ, irritantis locationes rerum ecclesiæ vltra triennium: tum,

Ad obiecti. ex concil. Trid.

quia

quia esto daretur esse contraria, tamen quia iuxta sententiam communem iuristarum cõstitutio posterior non reuocat priorem, nisi in eo tantum, quo sibi expresse est contraria, nam in alijs remanet valida, & quia in hoc non est expresse contraria constitutio concil. Trident. constitutioni ambitiosę. non enim lex quæ disponit locationes ad longum tempus factas à prouincialibus in damnum ecclesiæ & contra canonicas sanctiones contractas fore iudicandas, sicut disponit ibi concil. Trident. per hoc expresse locationes huiusmodi factas vltra triennium validas esse decernit (vt videre est) sequitur dispositionem hanc concil. Trident. dispositionem ambitiosæ, in hoc non reuocasse.

Quomodo constitut. vna reuoc. alia.

Nota ex conc. Trid.

¶ Statuit quoque concilium Trident. sess. 25. capit. 11. de reformat. quod nullæ locationes beneficiorum si anticipatis solutionibus fiant, sint validæ in prę iudicium successorum, neque in hoc quodcunque indultum, vel priuilegium vult suffragari, neque tales locationes in Romana curia, vel extra confirmandas esse permittit, interdicit etiam iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates deputandi, aut nominandi vicarios in spiritualibus posse locari, conductoribusque prohibet aut per se, aut per alios ea exercere.

Quæstio.

¶ Deinde in dubium vocari hic potest vtrum liceat locare operas suas clerico pro diuinis officijs dicendis. Respondetur breuiter (quia aliò properamus) scilicet, quod operas intrinsecas, & ipsis diuinis officijs de per se annexas simonia est locare, sicut & vendere. Quia ex se spirituales sunt capit. cum in ecclesijs, de Simo. licebit tamen clerico pro obligatione accidentali, qua se obligat ad celebrandum per totum annum, vel per plures annos plus aliquid accipere. Sicut paciscipotest cum aliquo clericus, vt quia obligatione ciuili astringitur ad commorandum in aliqua ecclesia ad celebrandum ibi diuina, aliquid vltra eleemosinam communem Missarum sibi erogetur, ita tamen quòd intentio plus accipiendi, non dirigatur ad diuina, sed ad mansionem, quam ibi facturus est, vel ad laborem temporalem quem ibi sustinet, vel ad damnum, quod subit ob moram, vt in capit. ad quæstiones de rer. permut. insinuatur, & Innocent. in pen. cap. ne Prælati vices sua tradit.

Respons.

Quæstio.

¶ Præterea non immeritò hæsitare hic quis poterit, vtrum conductor rem sibi locatam alteri locare possit. Huic hæsitationi Panormit. breuiter facit satis in cap. inter dilectos. de fid. instrument. vbi ait posse conductorem rem à se conductam alteri locare, vt etiam insinuatur. l. nemo. C. loc. nisi aliud esset conuentum in dict. l. nemo, vel nisi propter hoc alteri fiat præiudicium, vt si personæ inhonestæ, truci, vel insolenti eam locaret, vel inuitis socijs, qui conduxerant etiam eam alijs locare contenderet. Hoc autem opinio communior confirmat.

¶ Insuper hic non præter propositum videtur esse, si veritatem huius quæstionis inquiramus: scilicet, an gregis dominus pastori locare possit. 100. oues, eo pacto vt suo labore, ac cura pascat eas, atque in eodem numero centeno conseruet, ex eorum fætibus à numero illo per interitum deficientes reficiendo, ita vt in fine anni de reliquis fætibus, & fructibus dimidias sibi partes dominus, & pastor acquirant.

Quæstio.

¶ Dicendum autem puto ad quæstionem, omissa illa quæstione potius de nomine, quã de re, scilicet, vtrum contractus hic, societatis contractus dicendus sit (vt volunt aliqui) aut potius contractus locationis operarum pastoris admixto contractu sortium (prout Garciæ placet) quod reuera licitus apparet contractus, propterea, quod in eo vterque tam dominus illarum centum ouium, quàm pastor æquali se exponunt fortunæ aleæ. Pastor nãque accipiendi maius, vel minus, quam alias merces sibi certè, & iustè debita exposceret, periculo se exponit. Dominus autem gregis periculo se obijcit plus, vel minus soluẽdi eo iusto pretio locationis, quod alias operæ pastoris locatæ pro pascendo grege iustè merentur. Hunc namque & similes contractus rectos facit æqualitas perdendi, atque lucrandi. Secus autem esset, si vnus eorum constitutus in tuto lucrandi alium constitueret in statu certo iacturam patiendi, ita Garcia libr. 2. de contract. cap. 21. pag. 630.

Respons.

¶ Propter defectum autem huius æqualitatis & rationes alias Sotus de iustit. & iur. meritò damnat contractum hunc, quem pessimum & vsurarium vocat, quamuis fateatur esse vsitatum. Vbi sub effigie contractus locationis, aliquis rusticum obligat consignando illi viginti aureos ceu pretium boũm, quibus rusticus caret, obligando illum, vt saluos, ac tutos locatosque custodiat, soluatque menstruum locationis pretium. Hoc autem vsura non vacat, quia in fine anni recuperat suos viginti quos contulerat aureos, quasi custodi-

Cõtractus vsurarius supra relatus.

tos

eos boues, insuper & locationis fictæ recipit pretium, quod est lucrum promutuo accipere.

Cõtractus vsurarius.

¶ Propter eandem rationem, contractus hic vbi locatio, & conductio operum pastorum videtur admiscri meritò reprobatur à Soto, vbi quis in Autúno mille oues dicit, & fingit se emere obligatis pastoribus eas vẽdẽtibus, vt vsque ad Maiũ eas saluas custodiant, & eorum periculo pereant, & postquàm totam fœturam percepit, reuendit easdem eisdẽ pastoribus eodem pretio. Patet autem iniquitas huius contractus ex pluribus iniustitijs, quæ cõtinentur in eo. Nã si prędictus obligat venditores ad eas eodem pretio redimendum illa quam fingit emptio non vẽditionem sibi habet verè correspondentem, sed potius mutuatio est pretij, q̃ pro ficta emptione ouium dat. Insuper & obligare eos velle, vt earum periculum subeant, argumentum planè est q̃ eas non emerit, nam si emisset emptori deberent perire, & non pastoribus eas vendẽtibus, quod si alleget se iam aliquid tam pro periculo, quod interim subeunt pastores in eas custodiendo, & pro operis, quas locant ad eas pascendum se aliquid impendere, dicimus quod præter quàm quod ratione mutui virtualis has obligationes pascendi & custodiendi iniustè & fictè ad nescandum lucrum imponit, pro custodia, & periculo hic, & sui similes non solent, nisi quid tenue impendere pastoribus.

Quæstio.

¶ Iam circa illam quæstionem de contractu locationis in noua Hispania, vsu inuecto, vbi grex ouium locatur pastoribus eum conducentibus ea lege, vt numerus ouium locatus si fuerit diminutus, ex fœtibus nascituris reficiatur, plura erant insumenda verba, nisi in nostri instructorij conscientiæ secunda parte. cap. 5. pag. 393. copiosius esset ventilata. Respondetur ergo primò quod locare nõ licet boues, vt sani reddantur. Nam secundũ fratrem Iosephum in suis Flo. contractus hic malè sonat, & negociatores ei insistentes in Hispania nota infamię laborãt, renoueros eũ solent vocari, eo quod vltra sortem petunt boum renouationem, vnde contractus hic q̃uiualet mutui contractui. Quia sic locans perinde se habet ac si diceret, accipe bouem mutuatum, vt alium maioris pretij, ac valoris reddas: quia cum bos moderatè laborando locatori deberet deteriorari, & perire, si periisset, id periculi, appretiabile pretio conductorem facit locator bouis subire.

Respons. Dictum. 1.

Corol.

¶ Hinc corollariè sequitur illud quod de iust. & iur. Sotus in oppositum videtur insinuare dicẽs, quod qui locat equum, & timet maximè vexandum a conductore, possit paciscí cum illo, vt reddat sibi eum sanum, satis securè non posse affirmari. Nam tunc aut ei equum non locet, aut sumat ab ipso fideiusorem cauentem, quod soluet equum, aut eius notabilẽ deteriorationẽ, si dolo, vel lata, vel leui culpa conductoris perire, aut sic deteriorari in itinere contigerit, aut nisi in casu, in quo etiam de fortuito omnino periculo teneri conductorẽ equi eius locator vellet, ei aliquid de pretio locationis demeret pro hac assecuratione equi locati, quam conductorẽ cogit subire & hic aliquantulũ limatius loquimur quàm in loco allegato nostri Instructorij vbi de hoc puncto meminimus.

Sent. Sotię non satis firm.

¶ Secundò ad rem loquendo, & punctum quæstionis attingendo dicimus quod contractus ille locationis, qui dicitur receptus in noua Hispania meritò reprobatur à Metina in sua Instruct. confess. §. 27. pag. 149. vbi licet loquatur de locatione boũ: & mularũ dicẽs, quod vsura non caret si hæc animalia locentur cum pacto, quod reddantur sana, & cum incolumitate: quia si pereũt citra culpam cõductoris, pro eis locatori nihil est rependendum, tamen idem diceret forte de locatione ouium. Nam licet sit in ouibus vtpote fructificantibus aliqua diuersa ratio minus dubitãdi, quàm in bobus non fœtiferis fœtuumque expertibus. Nihilominus talis contractus sustineri in conscientia non potest, si talitet contrahatur quod pretium totum iustum, & sufficiens domino locanti illas centum oues soluatur pro toto fructu, & tota fœtura earum, quia tunc de iustitia tota fœtura ouium conductori obuenire deberet: quare iniustitiam tunc præseferret pactũ, quo conductor ex fœtibus sibi iure locationis, & conductionis, contingentibus obligaretur centenarium numerum ouium sibi locatarum, si aliquæ earum interirent, supplendo reficere.

Dictum. 2.

¶ Tertiò ad quæstionis neruum directius accedendo, dicimus, quod alijs rationibus potest saluari, & iustificari. Primò si (vt anteà ex mẽte Garciæ diximus) illæ centũ oues à dño gregis sic tradantur pastori, & cum eo pacto vt suo labore eas pascat, conseruetq; in eodẽ centenario numero ex fœtibus nascituris reficiendo aliàs perituras, eaquoque conuentione vt in fine anni de reliquo toto fructu, & fœtu sibi partientes dimidias partes æqualiter accipiant, quia iam diximus hoc à iusto non abesse, si ea æqualitas intercedat vt

Dictum. 3.

Iustificatio cõtractus. 1.

sicut pastor se exponit periculo plus vel minus ex fructibus accipiedi quàm aliàs debita sibi certa merces pro suis operis mereretur ita dominus gregis æquali periculo se exponat plus, vel minus prædicta mercede soluendi, quia tunc æqualitas contractũ iustum efficit.

2. ¶ Posset quoq; iustificari prædictus contractus in casu, quo, verbi gratia, locãs gregẽ fructificantẽ sub ea conditione, vt ex fætibus inde nascituris numerus propter pereuntes diminutus reparetur de iusto pretio locationis aliàs sibi debito, quod aliàs licite ferre sibi posset, eam conductori remittat partem, quæ sufficiens sit & æquiualens ad recompensandum id grauamen reficiẽdi scilicet ex fætib⁹ iuri conductionis, & iusti pretij eius sibi attinẽtibus numerum obuium sibi locatum, quẽ aliàs iure cõductionis nisi sua culpa diminuere tur, supplere nõ tenebatur cõductor, quia tunc si aliqua inæqualitas inesse poterat contractui aliunde scilicet, ex tali remissione re-

Imaginatio bona. compensatur.

¶ Deinde possumus imaginari ad huiusmodi contractum iustificandum locatorem gregis centum ouiũ (cum aliàs dominus anteesset tàm illarum cẽtum ouium, quàm fætuum inde nascentium) cum sic iniuit contractum fructum, & fæturam ouium, quæ necessaria foret ad reficiendum prædictum numerum, si quo ad aliquas deficeret, locare noluisse, sed tantum residuum locare voluisse, quod iuste quidem potuit facere, si lucrum rationabile correspondens pretio conductionis, & operis pascendi gregis quod conductor apponit conductori relinquat, quod an ita fiat, illorum erit iudicare, qui probè nouerunt (quia experti in hoc satis sunt) ista librare, & commensurare.

¶ Deinde quia in materijs moralibus eò veritatis minus prosunt, quo vniuersaliores sunt: nam (vt inquit D. Thomas in Prologo. 22.) sermones morales, vniuersales minus sunt vtiles, eò quod actiones in particularib⁹ sunt, ideo placet, & hic ad casus particulares descendere, & primò ad casum contingentem

Quæst. Valentiæ, cuius meminit Garcia lib. 2. de contract. ca. 21. pag. 621. vbi admiscere contractũ locationis ait: quæstio autem hæc pulsat animum an aliqui conciues Valentini huncè licitè cum pistoribus potuere inire contractum scontribuendo pistoribus tot mensuras tritici æstimatas non quidem pretio minori, quo valebãt Valentiæ, vbi tradebantur, sed pretio maiori, quo valebant in oppido quodam distantiori à Valentia, si potuerunt obligare pistores vt tot mensuras in pane cocto, & in tali numero rependerent eis pistores. ¶ Respondetur ergo quod si illum contractum per se, & seorsum consideremus, vbi Valentiæ tradũtur pistoribus istæ mensuræ tritici æstimatæ maiori pretio, quã valent Valẽtiæ vbi tradũtur statim iniustitiã suã, prodit talis per se sumptus contractus. At verò, quia hic etiã cõtractus locationis adiungitur, nã hic pistores suas operas pro conficiendo pane cocto ad sustẽtationem domorũ subministrantium illas mensuras tritici videntur locare, dicendum esse ad quæstionem resolutoriè videtur, talem contractum non esse licitum, nisi in eo addantur conditiones, per quas resarciatur damnũ quod alias videntur pati pistores, eo q̃ mensure tritici maioris pretio sibi dantur æstimatæ, quam Valentiæ vbi traduntur valent. Quia si alias ex valde moderato numero librarũ panis cocti, quas obligantur rependere, aut aliunde resartiatur pistoribus damnum taliter, q̃ contractus cũ omnibus sui conditionibus, pensatus etiam in lucrũ cædat pistoribus sicut reuera dicitur cædere, tolerari potest, quia certè, q̃ ex vna parte subtrahitur, ex alia recõpensatur, quod an ita reuera ipsi viderint. *Resp.*

¶ Præterea quoniam cõtractus ille qui Hispanice dicitur, aboyar las tierras, ad contractũ locationis pertinere videtur, quæritur iã nunc an licitè celebretur vt in vsu est receptus, verbi gratia an liceat alicuius fundi domino ipsum fundũ alicui agricolæ locare hac conuentione, vt pro ipso fundo quindecim seminis modios capiente, agricola quotannis triginta modios per medietatem tritici, per medietatẽ hordei sibi impendat, & quia simul agricolæ subministrat boues ad culturã agri vel octo millia dipondiorũ ei exhibet, quibus ad hunc finem par boũm emat, obligatione astringit agricolam vt vltra triginta prædictos modios alios viginti modios pro medietate in tritico & pro medietate in hordeo quotannis per octo annos rependat, quo tempore elapso agricola boues illos, seu octo millia illa est retenturus perpetuo, quæritur in quã an sic contrahere liceat. Huius quæstionis meminit Corduba tracta. de casibus cõscientiæ. q. 91. ¶ Animaduertit autem inibi Corduba hunc contractũ non esse simplicẽ, sed duobus constare contractibus, primò locationis agri pro illis triginta modijs, secũdò ex quodam contractu permutationis, quo permutat boues, vel octo millia, quæ dedit pro eis emendis dominus fundi pro viginti prędictis modijs sibi quotannis per octo annos soluendis. *Quæstio. Aboyar tierras.* *Nota duplex contract.*

¶ Igitur

Cõtractus iuste iustific.

¶Igitur resolutoriè ad casum dicitur, primum contractũ vbi profundo capiente quindecim modios (quia locatur agricolæ) expetitur ab agricola quotannis prędicta pensio triginta modiorũ non absolutè iudicandũ esse iustum, nisi concurrant hæ circunstantiæ .s. vt illi triginta modij persoluendi quotannis nó notabiliter excedant fructos illos, quos ager ille capiens quindecim modios cultus afferre quotánis solet, deductis etiam inde primò sumptibus, & laboribus, & periculis interuenire solitis vsq; ad demessionẽ fructuũ, habita quoq; consideratione q̃ quotannis agri nó æqualiter vberes afferũt fructus, accidit enim interdũ in anno vix ex ipsis demeti, aut colligi semen, & sumptus, præsertim cũ coluntur quotannis: quia aliàs si his consideratis considerandis talis ibi reperiretur excessus, improbandus esse talis contractus, vtpote qui ab æqualitate debita contractibus abesset.

Contract. 2. iniustus.

¶De secundo contractu, quẽ ad contractũ permutationis iuxta mentem Cordubæ reduximus, dicendum est cum eodem Corduba iniustitiam præferre cum facta solerti computatione in eo boues valentes octo millia dipondiorum, vel octo millia dipondiorũ, quæ pro ipsis emendis ad culturam conferuntur, & quæ censentur commutari pro viginti modijs quotannis per octennium soluendis (qui omnes modij simul collecti, & ad vnam summam redacti centum & sexaginta modios adæquant) longe distent in minus à tanto valore tàm magnę summę .s. centũ, & sexaginta modiorum, quam per tẽpus octo annorũ probobus valentibus octo millia dipondiorũ sibi reportare parat, quæ iniquitas est maxima, & maximo vitio cupiditatis tribuenda cum pro octo mille dipondiorum, quæ à principio impertit ad longe excedentem valorem percipiẽdum inhiet.

Quæstio.

¶Iam ab hoc loco non est aliena quæstio illa, qua quæri solet vtrum domini agrorum aliqua vsuræ nota implicentur, quando sub hac conditione colonis, & agricolis pecuniã, aut frumentum mutuant vt pristino pretio, quo soliti erant coloni conducere tales fundos, eos conducant: quando iam tali pretio communiter coloni conducere renuunt.

Argum.

¶At videtur quidem duplici ratione ab peccato vsuræ id facta immune esse, tũ quia per hoc mutuum nihil vltra sortem domini agrorum recipere contẽdunt, sed tantum suã redimere vexationem scilicet, vt agricolę pristino pretio iusto conducant agros, quos iã non nisi minoris volunt cõducere, tum quia se obligant obligatione ciuili ad subministrãdum triticum mutuatum ad inseminandum in agris, vel ad mutuandam pecuniam pro expensis agriculturæ: cum autem hæc obligatio ciuilis pretio sit æstimabilis videtur, quòd ratione illius liceat dominis agrorũ locationis eorum pretium aliquantulum augere, propter hanc vltimam rationem magister frat. Ioannes à Peña cathedraticus olim Salmanticensis in scriptis, quæ nomine eius circunferuntur tenuisse videtur hunc contractum labe vsuræ carere. At Sotus de iust. & iure id non esse licitum asseuerat, Nauarrus quoque in summa Latina cap. 17. num. 210. hunc casum cum Soto reprobare videtur, vbi sic ait cauere sibi debere ecclesiasticos, & sæculares prædiuites, qui suis colonis agros pluris iusto pretio rigido locant, propter dilatam solutionem sibi debitorum vel propter mutuationem, scilicet, quia mutuant colonis triticum, aut victum, aut pecuniam pro sumptibus agriculturæ, vel quia alliciunt colonos donis, aut pollicitationibus ad augenda pretia in auctionibus publicis, vel quia donarijs incrementorum, quæ Hispani vocant pujas, & dilationibus solutionum attrahunt eos ad faciendas renunciationes ab omni iure alienas, quales ante suam ætatem pauciſsimas in Hispania vidit Nauarrus nulla habita ratione, quod per huiusmodi summissiones, & ad casus fortuitos obligationes minuitur pretium, alioquin iustum conductionis, nulla habita ratione etiã quod locantes tam excessiuo pretio sunt in causa vt redigant conductores ad magnam miseriam, ita vt fiant veluti locatorum mancipia, vel vt vtantur mendacijs, vel malis artibus in vendendis fructibus vt inde corradant pretium excessiuum, quod soluũt quibus nisi vtantur impossibile est illud soluere.

Sent. frat. Ioan. à Peña. Sent. Soti & Nauar.

Conclus. 1.

¶Igitur pro decisione quæstionis more solito has duximus statuere conclusiones. Sit autem prima conclusio in casu, quo omnes agricolæ monopolio quodã iniusto cõuenissent ad non conducendum agros iusto, & rationabili pretio, sed multo minori, tunc iuste domini agrorum ad redimendam suam certã vexationem possent forte inducere agricolas obligationibus suppeditandi semen, aut victum, aut pecuniam mutuò pro expensis agriculturæ ad hoc vt iusto, & rationabili pretio, & non lõge minori velint eos agros conducere, patet autẽ hęc conclusio. Nã ſtãte hoc iniusto cõmuni agricolarũ monopolio (quia vim vi repellere licet, & clauus clauo truditur)

possent domini agrorum in monopolium iu stum conspirare, quò communiter statuant non locare agricolis agros suos nisi iusto, & rationabili prætio: ergo multo magis prædictis medijs poterunt eos ad pretium rationabile præstandum allicere, ne in monopolio in iusto persistant.

Conclus. 2. ¶ Secunda Conclusio si secluso prædicto iniusto monopolio ex parte agricolarum, ipsi domini agrorum sponte se offerunt ad præstandum iusto pretio boues, & instrumenta ad inducendum colonos agricolas vt augeant conductionis pretium, quod aliàs communiter non augerent, vsuram esse existimo. Sicut si huius rei gratia eis mutuarent frumentum, aut pecuniam: hæc autem conclusio est Soti, & Nauarri & patet. Qui ratione istius præstationis mutui accipiunt plus pretij quàm alias essent accepturi pro locatione agrorum.

Conclus. 3. ¶ Tertia Conclusio si ad instantiam, & petitionem agricolarum cum per plures annos ineunt conductionis agrorum contractum, domini agrorum obligatione ciuili, & instrumentali se astringunt ad præstandum boues, & instrumenta agriculturæ suo pretio iustæ postea soluenda, & si sic se obligent ad victualia, vel semina necessaria mutuanda, si ratione huius obligationis ciuilis aliquid modicũ exigant amplius, quàm non essent sine illa recepturi non videtur condemnandum. ¶ Patet autem hæc conclusio quæ fertur fuisse fratris Ioannis à Peña: quia obligatio hæc cum sit ciuilis, & per plures annos verbi gratia nouem, aut decem est æstimabilis pretio. Ergo cum non vltrò, sed ad instantiam agricolarũ se domini agrorum ad prædicta astrinxerunt, aliquid pro ea accipere iuxta æstimationem illius culpa vsuræ carere videtur.

Prob.

Nota periculum. ¶ At in hoc stat omne periculum, quia vel ad augendum locationis pretium, quod aliàs coloni communiter non essent daturi ad prædicta subministranda vltro se offerũt, vel quia quamuis ad instantiam agricolarum ad hæc per plures annos locationis, suppeditanda ad iumenta se obligent, tamen hæc ciuilis obligatio nõ tantum valere solet, quãtum est id, quod ratione illius ad pretium commune, quod aliàs eis erat dandum adaugent, vnde res est plena periculis, & ideò ab his auctionibus pretij his coloribus merito Nauar. aduertit Ecclesiasticos prædiuites debere cauere.

Quæst. ¶ Præterea circa hanc locationis materiam dubium propter quandam assertionem Soti de iust. & iur. exoritur scilicet, vtrum liceat Petro sic conuenire cũ Ioanne dicendo, Ioannes obliga te mihi ad meas in æstate demetendas fruges prætio iusto tempore demessionis currenti, & ego interim anticipatè persoluã partẽ pretij. Sotus ergo ibi contractum hunc non satis audet approbare, quia ratione (inquit) solutionis anticipatæ partis pretij, quæ videtur mutuum virtuale exigit Petrus à Ioãne obligationẽ ciuilem demetendi segetes Petri postea in æstate, quę quidem obligatio æstimabilis est pretio.

Sent. Soti.

¶ Sed dico licet ista sententia Soti vtpotè tutior propter autoritatem tanti viri non sit omnino contemnenda, tamen quia istæ anticipatę conuentiones passim fiũt in Hispania, & quia sic contrahentes non mutuare intendunt, sed potius conducere operas se locantium ad fruges in æstate demetendas præsoluta parte pretij, vel toto pretio, ideo contractus hic vitio vsuræ notandus non est. Neque obstat quod anticipata pecunia Ioannes ad has operas in æstate præstãdas obligetur, quia etiam circa vsuram anticipata solutione emẽs merces licitè obligat venditorem ad eos in posterum tradendas emptori.

Sent. aucl.

Quæstio. ¶ Sed quid operarius, putà Ioannes si à Petro petere pecuniam mutuatam nolens, Petro in posterum suas locare operas, sed neque tunc, an Petrus tunc sic Ioanni mutuum petenti possit dicere nolo mutuare, sed si vis tuas operas pro metendis in æstate messibus meis mihi locare pretio tunc currente, en tibi nunc, quò tuæ necessitati subuenias partem pretij locationis in præsentiarum præsoluam.

Resp. Respondetur haud dubium quin alienum sit hoc ab vsura. Nam in simili frat. Ioannes à Peña in suis scriptis tradidisse legitur, quod si mercator petẽti à se mutuum dicat, nolo mutuare, non possum, sunt tamen mihi merces, emito si vis illas iusto pretio, expectaboque solutionem, non ideò vitio vsuræ est tribuendum, non enim animo mutuandi, sed potius vendendi suas merces, quas vltrò venales obtulit, id fecit, id enim posset facere cum amico, si aliter ei subuenire non posset. Nam & si forte contra Charitatem aliqualiter esset, si copia, & facultas mutuandi sibi subesset, sic facere, sed nihil contra iustitiam sic faciendo moliretur, dum iusto pretio venderet merces, etiam si ab emente statim pro minori pretio offerrentur venales, quia id esset quia merces vltroneę vi lesçunt.

(*)

CAP.

CAP. XXV. *Vtrum operarij ad suas locandas operas cogi possint, & de Mauritanis, & alijs subditis an ad hoc minori pretio cogi possint, & quid si conductor impeditur vsu, vel re non vtitur ob impedimentum, vel ob culpã de aduocatis habẽtur dispositiones speciales in Hispania, de casibus locationibus frequentibus de patresfamilias, & de iudicibus in hac materia, de casibus quotidianis locationis, de pragmatica famulos, an hi possint sibi recompensare, & de requisitis ad hoc, & an teneantur respondere de testibus priuilegiatis, ab hoc de famulis multipliciter seruientibus quotidiana materia scitu necessaria.*

Quæstio. PRosequentibus nobis materiam hanc de contractu locationis illa quæstio obuiat, vtrum respublica cogere possit eius subditos

Resp. ad locandas sui officij & artis operas. Respõdetur verò primò, quòd ea munia, & officia quæ sunt cõmunitati necessaria non tenetur quodlibet membrũ cõmunitatis in particulari se offerre, nam aliàs vt ait S. Thom. in additionibus ad 3. partem de matrimonio. 401. ar. 2. omnes ciues reipublicæ essent sibi inuicem impedimento, si omnes vellent esse verbi gratia agricultores, vel milites, & cętera. Igitur ad cõmunitatem spectat ad ministeria reipublicæ vbi deessent officiales & ministri, eos designare. Vnde Sotus in quarto super hunc articulum D. Thom. ait ad rempublicam, vbi esset destituta opificibus, pertinere ad officia necessaria communitati opifices destinare.

Corol. ¶ Hinc corollariè inferimus cum Garcia quod ad locandũ operas suas pro ministerio, communi possunt cogi operarij, sicut pro his ministerijs tẽporalibus, quib⁹ officium sanctę Inquisitionis indiget, vel pro necessarijs ad militiam exercẽdis, vel pro vehiculis ad translationem curiæ, dum opus est eis, dum iusto pretio harum operarum locationes fiant, & in necessitate, & non tàm in importuno tempore vt in graue dispendium agricularum vergat, quale esset, si tempore sementis his inuitè occupati omitterent sua arua serere.

Nota. ¶ Diximus autem signanter has locationes fieri debere iusto pretio, quia si dominus vassallorum Mauritanorum, Moriscos, Hispanice nuncupatorum, eos ad suas operas pro oneribus, & laboribus subeundis pro suo seruitio minori pretio locandas cogat, res illicita videtur, nisi in casu quo à principio id quia solum terræ domini erat proprium, quod solariego, Hispanicè dicitur, concessum est illis cum hoc onere scilicet, minori aliquantulum pretio locandi suo domino has operas. Atque dum de hoc non constat non sunt in conscientia minori pretio has operas domino suo præstare cogendi, sicut neque gallinas minori pretio contribuere, nisi a quiualenter ad hoc, quod minus eis pro his solutur releuarentur in pensione tributorum, iuxta sententiam Cordubæ de casibus conicient. quæst. 114.

¶ Hinc corollariè sequitur bene se declarasse Nauarrum in sum. Latin. num. 7. de statu regum super hunc casum, vbi ait peccare regem, qui adigit subditos suos ad id nõ obligatos ad domos sibi edificandas, agros colendos, vineas fodiendas, vel ad alia similia faciẽda sine integra sui laboris mercede iuxta D. Antoninum. 3. Part. titul. 3. capit. 4. §. 4. adijcientem ibi regem peccare, qui diebus festiuis ad hoc eos compellit. Corol.

¶ Aduertendum est autem Nauarrum hic sanius, & certius se declarasse, quàm in additionibus fol. 83. vbi sic in forma dixerat, adhuc difficultas saluandi regem est quando laborantibus in proprio seruitio operarijs & agricolis debitam mercedem non soluit, quantò magis si eius æconomi id faciant pro alijs, sed quia de hoc supra plura nos dixisse meminimus succidimus ex consulto tela disputationis, ne semel dicta repetamus. Nota.

¶ Prætereà quoniam in diffinitione locationis pretium dari in pecunia numerata deberi diffiniuimus, quia alias talis contractus non contractus locationis, sed cõtractus alius innominatus esset appellãdus, hic Garcia lib. 2. de contract. pag. 19. nobis obuiat, asserens in venditione, vel locatione ex altera parte pretium, vel aliquid loco pretij succedens interuenire debere, non autem id necessario exigitur in permutatione. Imo neque ei conuenit, quia in ea cõmutatur res pro re, vel vsus rei pro vsu rei. Quæstio.

¶ At vero quoniam in his quæstionibus, quæ potius spectant ad nomen quam ad rem immorari nolumus (quidquid sit de hac sua assertione) hoc tamen eius corollarium approbamus, scilicet, quod iniuste faciunt duces, dum stipendia militiæ militibus in panis, vel in alijs mercibus, quas ad creditum sumunt emptas à mercatoribus persoluunt. Nam locatio rei siuè locatio personæ ad militiam, vbi nihil in contra exprimitur, facta intelligitur pro pecunia, licet Garciæ videatur locationem etiam pro alia re, quam pro pecunia fieri posse. *In quæst. de nom. nõ immorãdo.*

¶ Porrò domus propinqua alicui magistro lectori non potest locari alteri, ita vt ad inuicem voces confundantur, vt si alter esset faber Nota.

ber ferrarius, vel lector, & si sic fieret, prior posset alium expellere. l. vnica. C. de stu. lib. vr. Ro. & cap. pridem. 15. q. 2. & secundum Bart. in l. 1. ff. solut. matr. in arbitrio autem iudicis est iudicare quis talium sit expellendus consideratis circunstantijs & his, quæ ad æquitatem pertinent, neque enim æquum videtur vt faber ferrarius licet prior sit præferendus illustri lectori vrbis.

¶ Insuper locari potest res omnibus, qui possunt emere excepto milite & curiali, quib⁹ prædia ad colendum locari non possunt. C. loca. l. milites & l. curialis, & excepto clerico & monacho, nisi necessitatis causa ne cleric. vel mon. c. 1. & 2. vbi hæc notatur à Bar. & Host.

Quæstio. ¶ Deinde de casibus in quibus rei locatæ impeditus est vsus, siuè ex parte locantis, siuè ex parte conducentis differendū nunc est, & primò quid dicēdū in casu, quo conductor re conducta vti non potuit an pensionē totam pēdere teneatur. Distinctione igitur opus est quò quæstioni satisfiat: quia vel id accidit ex voluntate locatoris, & tunc locator tenetur conductori adinteresse. l. si de fundo. C. loca. *Distinct.* Si autem per casum fortuitū locatoris, vel rei locatæ impeditus est vsus, vt quia ex culpa locatoris fundus fuit publicatus, locator tenetur pensionē locationis pro rata tēporis, quò obhanc causam cōductor domus impeditus est eius vsu, remittere. l. si fundus. ff. locat. vbi simul cū glossa, probatur locatorē teneri ad reddendā totam pensionē acceptam, vel pro rata tēporis si fundus publicetur ob maleficiū ipsius, atq; idē est si fundus locatus datus fuit militibus, aut domus conducta casu fortuito corruit. *Dub.* ¶ Sed quia in hoc casu in culpa fuit locator ob suū crimen, q̄ res à se locata publicaretur, ac subinde conductor eius vsu priuaretur, dubitari poterat an vltra remissionē, vel redditionē pensionis faciendā, cōductori pro rata ad dāna, si quę ex priuatione vsus rei locatæ conductori acciderent locator teneretur? *Resp.* Respondet ibi Nauarrus, locatorē non teneri ad soluendū conductori interesse dāni emergentis, aut lucri cessantis, cò quod non fuit eo toto tempore vsus eo fundo, ad quod conduxerat eum: secus est secundū leges Hispaniæ si casu accidenti id damni non accidisset.

Quæst. ¶ Sed an locator possit compellere conductorem domus ad soluedā totam locationis pensionē in casu, quo ob aliquam causam de reliquerit eā requiri potest. *Distinct.* Adhoc autem respondetur per distinctionē quòd, si cōductor ante finitū tempus locationis nulla coactus necessitate, sed ex mera sua volūtate domum à se conductam dimittere velit, nulla tunc obligatione astringitur locator ad ei remittendam pensionem, neq; partem pensionis. *Dictum. 1.* ¶ Secundo dicimus, quod si conductor coactus ob pestem, vel aliā iustam causam superuenientem ante diffinitū tempus domū reliquit secundū Nauarrum in summa c. 17. n. 187. non est integra pensio locationis ab eo exigenda, sed pro rata temporis, quo vsus est ea. Nam auctore Panor. c. propter sterilitatē, de locat. inquilinus propter superuenientē probabilē necessitatem dimittere potest domū conductam contra voluntatem domini. At licet necessitate non ita multum notabiliter vrgente, vel non ita valde cogente in foro exteriori, si ob eam solum dimitteret conductā domū aliter forte iudicaretur, sed tamen in conscientia æquū est ita seruetur, si tamen talis sit probabilis necessitas vt in cōmoditatē afferat ibi in domo conducta manendi, ita vt ibi cōmodè manere nō possit. Nā si locator dom⁹ inquilinum amouere potest cū propter aliquā necessitatē superuenientē ea opus habet. l. edā. C. de locat. & c. propter. §. 1. de locat. quam necessitatē sic interpretatur Nauarrus vbi supra nu. 193. vt talis esse debeat quod commode aliter sibi prouidere nō possit, cadē rationis æquitas exigit, vt propter similē necessitatē licet nō tā absolutè cogentē, cōductor domus in cōscientia eā dimittere ante tempus diffinitū possit. Alias secundū Garciā lib. 2. de contract. pag. 36. licet mutuū, quia in vtilitatem cædit mutuatarij ante tēpus prædiffinitum, reddi possit tamē locatio rei, quia in vtilitatē vtriusque tam locatoris, quā conductoris cædit ante tēpus diffinitū finiri contra voluntatē vtriusque non potest, nisi in casibus exceptis à lege. *Nota.* ¶ At que in casu, quo locator ante prædiffinitum tēpus sine causa relictā domū à cōductore ac ceptare vellet, non ideò totā pensionē posset exigere, sed neque partē integrā pro rata correspōsurā tempori, quo cōductor eā nō vtētur, sed tantillū pro cura iterū locandi, vt patet in locante mulā, quam si sibi relinquatur post conductionem à conductore, potest eam statim alteri eam petenti locare, secus autem esset, si statim non inueniretur alius qui conduceret, atque ideò iacturam ab hoc locator pateretur. *Exemplū.* ¶ Sicq; illic limitandus venit Garcia, qui addit cōductores agrorū, qui agros sibi locatos deterioratos notabiliter relinquūt, ad dāna inde sublecuta dominis restituenda teneri in cōsciētia. Idēq; dicendū esse ducim⁹ de cōductib⁹ greges ouiū, qui quia nimis exugūt lac vel malè eas pascūt, & curāt macilētas & propē inte-

Limitatur Garcia.

pe interituras eas relinquunt: insuper qui eas prohibitus alteri locare, alteri locauit, postquàm conduxit eas, præter quàm quod illicitè fecit ad damna inde domino obuenientia reparanda tenetur.

Quæstio. ¶Porrò aliquali difficultate non caret dubium, quod inducit Garcia, scilicet, an vbi terminus locationis rei non est à principio præsignatus, possit verbi gratia locator cum damno conductoris, verbi gratia, equum sic indefinitè quoad tempus locatum reuocare. Ad dubium autem dicendum esse videtur li-

Sent. Gar. matius loquēdo quàm Garcia scilicet, quod in hoc casu si locator reuocet equū cum dāno conductoris ad reparandum simile damnum, quod ipse ex non vsu sui equi pateretur, tunc neque contra iustitiam, neque contra Charitatem ageret suum equum reuocando. Si autem ipse locator nihil damni ex non

Modificatur dictum Gar. vsu sui equi pro tunc subiret, contra Charitatem debitam proximo, tunc cum damno conductoris equum suum reuocando ageret licet non contra iustitiam: præterea licet veritati consonum sit hoc tamen consentaneum quoque rationi est dicere, quod si tempore locationis pro aliqua instanti necessitate pro aliquo signato tempore tantum duratura, & non per longum tempus perseueratura locatio facta est verbi gratia equi, licet verbis locationis tempus expræssum non fuerit, tunc re ipsa equus intellegendus sit esse locatus tacito quodam consensu pro omni illo tempore, quo illa necessitas durauerit, quare in conscientia ante tempus finitum illius necessitatis locatio non poterit reuocari, quia si illa necessitas locanti innotuit, res acta videtur iuxta intentionem conductoris, qui insinuauit propter illam necessitatem se talem equū se velle conducere. (Accedit autem in gratiam

Patet à simili. huius, quod & asserit Garcia lib. 2. de contr. pag. 48. scilicet, quod locationis merces soluenda esse cēsetur tempore necessitatis, licet tempus solutionis explicatū non fuerit, quando scilicet, facta est pro supplenda tali necessitate, quia aliàs seruanda est consuetudo, ergo pari ratione postquàm prædicta locatio facta est pro supplenda illa necessitate, censenda est fuisse facta pro eo tēpore, quo duraret, licet tempus locationis non fuerit verbis expræssum, nisi aliud inuexerit consuetudo, quęvim habet legis, & interpretatrix est legis.

Nota. ¶Si autē conductor cū antea dederit pignus de stando contractui locationis, postea pœnitens de tali contractu nolit stare illi, neq; illū conficere, pignus tantū amittere cogitur, si autem sine præuia datione pignoris locationis contractum iniuit, alium subrogare conductorē tenetur, vel totam pensionem soluere, quando eius iacturā alias locator (quia conductor non stat contractui) est subiturus.

Quæstio. ¶At prosequendo ordinatim nostram locationis materiam conformiter ad præcedentia maioris illucidationis gratia quæritur vtrū si è conuerso per conductorem steterit, quominus re locata sibi vtatur totā pensionē soluere teneatur, & quando quis locauit operas suas alteri, neque stat per ipsum, quin soluat, sed per conductorem eius stat, an non obstante hoc conductor integram teneatur mercedem soluere. Quæstio est in qua non satis cō-

Variant Silu. & Nauar. ueniunt Silu. verbo locatio q. 12. & Nauarrus in sum. Lat. c. 17. nu. 197. vbi Nauarrus ait, q̄ si operarius pollicitus est alicui suas operas pro denario diurno, & dolo, vel culpa sua omisit implere præterquā quod in culpa fuit omissionis, conductori si inde damna sunt subsecuta resarcire tenetur argu. l. fin. ff. ad. l. Rhod de iact. & l. sed addes. §. cum quidā. ff. locat. Secus autem est (inquit) si casus fortuitus sibi impedimento fuit, quominus eas operas diurnas præstaret. l. si vno. §. cum quidam ff. locat. imo in hoc casu, quo casu fortuito citra culpā locator operum præpeditus est præstare operas, remittenda est conductorij pensio pretij, quo eū conduxerat, pro rata temporis, quo sic fuit locator operū impeditus, prædicta. l. si vno. neq; tenebitur tūc locator operum ad interesse conductori, adijcit tandem Nauarrus sine limitatione, & absolutè diariū persoluendum esse operario conducto etiā, si casu fortuito contingenti ex parte personæ conductoris operari omisit, hanc autē sentētiā Nauarro ideò ascribimus, quia cū loco citato retulisset Siluestri sententiam adiecit limitationem Siluestri nullo videri sibi iure probari. At Siluester loco citato ait, quod quia diarium sit persoluendum operario si casu fortuito contingente ex parte personæ conductoris omisit operari, est casus expresse contentus. l. sed addes. §. cum quidam, &. l. si vno. §. cum quidam. ff. locat. intelligēdum est ita absolute obseruandum esse hoc in foro exterio-

Sēt. Nauarri in foro exter. seruatur, sed Silu. in cō-scient. ri vbi præsumitur, quod si operarius ab hoc non fuisset conductus, alteri locasset suas operas, sed in conscientia ait non esse verum, quod conductor vbi casu fortuito impeditus est posse vti opera operarij à se conducti, mercedem ei soluere teneatur, nisi talis operarius conductus, quando conductus fuit, si ille eum non conduxisset,

diariũ, ideſt ſtipendium diurnũ alibi reperi ſſet, & certè licet dicat Nauarrus hanc limitationem non iure probari, nihilominus iſta limitatio Silueſtri in conſcientia obſeruanda eſt, quia præter alias rationes, quæ in materia de commodato adduximus, hæc ratio potiſſima eſt, quæ hanc limitationem Silueſtri admittendam eſſe perſuadet ſcilicet, quia reſtitutio in conſcientia, & ſolutio ordinatur ad recompenſandum damnum ſcilicet, ad compenſandum ſecundum D. Thom. id minus quod quis habet de eo quod debebat habere, ſed ſic eſt (vt in limitatione Silueſtri ſupponimus) quod talis locator tempore, quo conductus eſt (ſi iſte non conduxiſſet eum) nihil erat lucraturus, quia ſtipendium pro ſuis operibus in alio loco, vel apud alium nõ reperiſſet, ergo in hoc caſu nihil minus habet ex eo, quod debebat habere, ergo nihil à conductore caſu fortuito impedito in cõſcientia eſt ſibi reſtituendum. Secus eſt ſecundum eũdem Silueſtrũ ſi in alio loco ſtipendium reperiſſet, quia tunc ſibi cõſignatum ſtipendium ſoluetur, vel alium apud quem locet eas operas deſignabitur, ſi adhuc eas locare denuò poteſt, & præſtare, quia nondum tempus eſt elapſum. Idem dicito cum caſu fortuito relocata conductor ex ſua parte impeditur vti ſecundum Angelum verb. locatio §. 15. & Silueſt. vbi ſupra cum limitatione prædicta cõtra Nauarrum eam iure non probari aſſerentem, quia licet iure non probetur rationi tamen eſt conſona.

Ratio potiſſima.

Ad mentẽ D. Thom.

Quæſt. ¶ Præterea pro complemento huc pertinẽtium quæſtionum id etiam indagandum venit ſcilicet, quid dicendum ſit in caſu quo locator operarum ſine culpa ſua caſu fortuito impeditus eſt, ſi ad ſe præparandum aliquas fecerat expenſas. Reſpondet Silueſter verbo locatio. §. 12. quod repetere poterit expenſas, quas fecit propter hoc à conductore vt habetur in l. pecuniam in principio. ff. de condi. ob cauſam.

Quæſtio. ¶ Deinde operepretium eſt noſſe, an ius illud quod dictat, quod locator operarum caſu fortuito ex ſua parte eas præſtare impeditus tenetur conductore pro rata temporis, quo non eſt operatus remittere penſionem. l. ſi vno. ff. locat. exceptionem habeat in aliquibus puta in iudicibus, & aduocatis, Silueſter ergo reſpondẽs quæſtioni ait prædictum ius in aduocatis non habere locum, quia non repetitur ſalarium acceptum ab hæredibus aduocati eo moriente. l. 1. ff. de va. & extraor. cogn. ¶ At verò animaduerſione hic opus eſt, quod licet de iure communi iſta exceptio in aduocatis admittatur, tamen in Hiſpania ſpeciales habentur diſpoſitiones circa aduocatos in ſuis officijs aliquo ex caſu deficientes. Nam primò in Recopilatione noua legũ L. 9. & 10. & 12. & ſequẽtibus ſtabilitur, quod quãdo litigantes trãſigẽtes reducũtur ad concordiã aduocato ibi intercedẽte vt arbitro, vel aliter adhoc mediante antequam lis in foro exteriori finem accipiat, tunc totum ſuum ſalarium reportare poterit. perinde ac ſi ipſo patrocinante toti liti finis in iudico impoſitus fuiſſet per iudices. Si autem tranſactio, vel cõcordia inter partes coita eſt ipſo aduocato ad hoc non inter mediante, ſolum meritam mercedem, quam meruit à tempore locationis ſui patrocinij vſque ad tempus concordiæ poterit ſibi capere & vltra hoc quartam & nõ totum ſalarium. ¶ Præterea l. 9. tit. 8. Partita. 5. ſancitur, quod ſi aduocatus ante finitionem litis obierit, hæredes eius tantum ius habẽt ad recuperandũ ſalarium pro tempore, quo in cauſa illa fuit patrocinatus. ¶ Item pragmatica. l. 4. c. 5. decernitur, vt ſi aduocatus ante cõſummationẽ cauſæ abfuerit, vel abſentem ſe exhibuerit, ſalarij ſui amiſsionem patiatur, reddatque inſuper, ſi quid de ſalario receperit, niſi parti conſignauerit alium aduocatum eidẽ parti placentem. ¶ Idem prorſus diſponitur. 5. Partit. tit. 8. l. 9. de hæredibus alicuius officialis ante conſummationem operis pro quo ſe locauerat mortui, quia ſolùm pro rata operis, quod operatus eſt, & meruit officialis ante mortem, mercedem reportabunt & non totã integram, niſi ſubſtituant alium opificẽ, qui perinde exactè, atq; qui eſt mortuus opus perficiat. ¶ Præterea. ff. de va. mu. l. pe. §. dicitur, q̃ ſi aduocatus deſerat cauſam ex cauſa noua, & repẽtina vt quia clientulus aliquid confeſſus eſt contra ſe, nihilominus habebit ſalarium, tamen ſi deſereret cauſam ex cauſa, quam prius potuit præuidere, tunc id ſuę imperitiæ imputandum erit.

Exceptio de aduocat.

Diſpoſitiõ Hiſpa. 1.

2.

3.

4.

4.

¶ Præterea ſecundum Garciam libro. 2. de contractibus pag. 7. ab iniuſtitia non abeſt, iumenta locare à meridie tantum pretio totali diei, ſicut in iuſtitia non careret, ſi operarius collocans operas pro medietate diei vſque ad meridiem, vel poſt, diarium integrum vellet accipere, neque hic vſus excuſaret, quia iuri naturali aduerſaretur niſi conducens illum in cauſa fuiſſet. q̃ non fuiſſet cõductus talis operarius à principio per totũ diẽ. ¶ Deinde ſecũdò adijcimus q̃ locãs per plures mẽſes aut per plures dies iumentũ ad iter longũ peragendũ

Caſus loca. frequẽtes. 1.

2.

à pensione quotidiana sibi pro iumento locato soluenda, illos dies, quibus arbitrio boni viri iumentum hoc quiete indiget ad totum iter conficiendum, ne lassatus deficiat in via, excipere tenetur, nisi habita ratione dierum, quibus iumentum requie opus haberet, alio rum dierum, quibus iter ageret ob hoc in proportione æquali extenuaret pretium.

3. ¶Tertiò aduertimus, quod licet illa assertio Garciæ consona rationi sit scilicet, quod equus locatus ad iter, dum indiget calceis ferreis ad iter agendum ad expensas eum conducentis calceari debet, quia hoc ad expẽsas ordinarias, quales sunt etiam expensæ pabuli paleæ, & hordei, quas cõductor soluere tenetur pertinet: & quamuis sententia hęc Garcię aliquali nitatur rationi nõ cũ iter est ita lõgũ vt pluries equus calceari indigat, tamẽ magis & in hoc etiam casu standum esse censeo consuetudini cõmuniter receptæ, quã huic eius rationi. At verò in casu, quo iter futurum est breue puta duorum, vel trium dierũ parum apparentiæ habet ratio Garciæ, quia graue onus reputaretur pro tam breui itinere nihil demando de pretio locationis equi obligare conductorem, vt ad expensas suas integrè & totaliter eum equum calceat.

Quæstio. ¶At iam nequid in tam ordinaria materia, quod scitu necessarium sit intactũ prætereatur hùc, & illam quæstionem aduocamus scilicet vtrum paterfamilias teneatur de expensis famuli infirmantis quem conduxerat per annum, vel ei quòad salarium teneatur. ¶Respondetur ergo quod paterfamilias non tenetur de expensis magnis famuli infirmãtis, quẽ salario conduxit secundum Bart. l. si cum dote. §. sui autem ff. solut. matr. Si autem esset in extrema necessitate teneretur ei non quia famulus, sed quia pauper esset in extrema necessitate constitutus ex præcepto charitatis.

Dictum. 1.

2. ¶Secundò dicimus, quod quoad salarium ei non tenetur. Nã communiter doctores Canonistæ in cap. 1. de cler. egrot. ita tradunt, & signanter Ioa. Andr. & Panor. cuius potissima ratio est, quia casus cõtingens in persona, quæ locauerat operas suas à præstatione mercedis conductorem liberat. l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. ita ius disponit si autẽ consuetudo vigeret, vt etiam egrotanti famulo conferretur salarium illa seruanda esset, vt placet Saly. in. l. licet. C. locat.

Quæstio. ¶Porrò licet de aduocatis impeditis, vel morte interceptis quòad sui salarij receptione, quid tamẽ ius commune ciuile, quàm ius speciale Hispaniæ disposuerit supra dictum

De iudicibus. sit, tamen de iudicibus, quid circa eos in hac parte statuerit ius ne id obliuioni tradidisse videamur, dicendum restat. De his igitur Panor. in cap. 1. de cler. egrot. tradit, quod licet quando debetur salarium tãtum ratione personæ, & non ratione aliorum, tali infirmanti pro tempore, quo egrotat non debeatur salarium, benè tamen iudici debetur salariũ etiã pro tempore, quo egrotat, quia ei debetur salarium nó tantum pro se, sed etiam ratione familiæ tuæ, quam tenet. l. pecunia in principio ff. de condict. ob caus. Accedit ad hoc dispositio specialis Hispaniæ in Partita. 5. leg. 9. titul. 8. qua etiam decernitur hæredes iudicis è vita migrantis ante functionem sui officij per consummatũ annum habere ius ad totius anni salarium recuperandum: quia (vt ibi allegatur) per prædictum iudicem non stetit, quin consummaret annum, nisi morte fuisset interceptus.

Dispo. Hispa.

Quæstio. ¶Similiter hic inquirendum est, quid iuris de famulis se locantibus ad seruiendum hęris, si se locauerint per annum, & per partem, tantũ steterint non complentes annum an cõpelli possint ad eum cõplendum. Circa hãc quæstionem multa quotidiana occurrunt dicenda.

Quotidiani casus locat.

Dictum. 1. ¶Dicimus ergo primò quòd si promisit famulus seruire vno anno, & pro parte anni egritudine laborauerit post lapsum anni supplere tempus omissum non tenebitur: vt colligitur ex glossa in cap. si propter de rescriptis lib. 6. quod & confirmatur. ff. de statu. lib. l. cum hæres. §. Stichus.

Dictum. 2. ¶Addimus autem secundò, quod si Ioannes conuenit de stando per annum cum Petro, & cum eo tantum in eius famulatu per sex menses commoratus est, si in hieme tantum ei famulatum præstitit, medietatem salarij obtinere non poterit autore Bar. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matr. igitur aliquid minus mediante arbitrio boni viri accipiet habita consideratione, quod in reliquis sex mensibus anni si perstitisset, plus laboris, scilicet in æstate subiturus erat, à quo est releuatus, quia annum non compleuit. Si autem per sex menses in æstate Ioannes in agricultura Petro inseruiuit annũ non complendo, ipsa ratio dictat, quòd plus medietatis salarij ad arbitrium boni viri (propterea quòd tunc temporis famulos agricolarum plus laboris subire contingit) licitè possit accipere per argumẽtum à contrario.

Dictum. 3. ¶Item dicimus tertiò in Recopilatione noua legum libr. 6. titul. 2. l. 2. contineri pragma-

Pragmat. circa famul.

iicam à rege noſtro Philippo Matritij 27. Nouembris anno. 1565. editam, vbi ſtatuitur ne famuli, vel famulæ cuiuſcunque conditionis vel qualitatis exiſtant, cuiuſcunque etiam miniſterij functioni ſint addicti, alteri hero, vel domino in eodem populo, vel ſuburbijs inſeruire, neque ſe locare ad inſeruiendum poſſint, neque quæuis perſona alia eos recipere, vel domi colligere poſsit ſine expreſſa licentia eorum dominorum, quos miſſos fecerũt. Id autem ſub tali indicitur pœna ſcilicet, vt ipſi famuli, vel famulæ contrafacientes viginti diebus in carcere compediti cuſtodiantur & poſt hoc autem ab eodem oppido per annum exulent. Eos autem famulos, vel famulas recipientes pœna ſex miliũ dipondiorum mulctandi veniunt. Cæterum ſi famulus vel famula ſuum non dereliquerit herum, ſed potius prorectus fuerit ab eo, tunc integrum ius ei manet in eodem loco aſſumendi alium herum, dum eos ad famulatum aſſumpturus herus de hoc commonitum eſſe curet priorẽ herum, ex cuius domu exierit, quatenus innoteſcat an à prædicto hero proiecti fuerint, vel potius ipſi inuitum illum dimiſerint. Permittitur autem famulabus, vel famulis, qui ſuos dimiſerint heros extra illum locum, vel eius ſuburbia alios poſſe aſſumere heros, dũ id in fraudem nõ fecerint: in fraudem autem id feciſſe iudicabuntur ſi intra menſes. 4. in eo populo alicui hero ſe locauerint.

Nota.

¶ Hæc autem permiſsionis indulgentia ad eos non extenditur, qui anticipatis receptis pecunijs, vel diſcoloribus veſtibus, vel alijs indumentis iam ſibi collatis dominorum obſequium, vel ſeruitium ſubterfugerint ante completionem ſeruitij pro toto tẽpore, pro quo inita fuit conuentio. Nam hi cogendi ſunt ad inſeruiendum pro toto tempore, aut pro tempore accepti ſtipendij: quod ſi ante id temporis diſceſſerint ab heris, prædictis pœnis plectendi veniunt etiamſi tranſfugerint ab illo loco, vel in eo alicui officio ſe addixerint.

¶ Præterea eadem legum Recopilatione nou. l. 9. tit. 15. libro. cauetur, ne famulus, qui alicui inſeruierit poſt lapſum trium annorũ, ex quo deſiuit ſeruire, ſui ſeruitij mercedẽ in iudicio exigere poſsit, niſi oſtenderit intra trienniũ eã ab hero petijſſe, neque recuperare potuiſſe: eadẽq; lex fertur de pharmacapolis, & aurificibus, iocalia vẽdentibus: atq; de alijs mechanicis opificibus cupediarum, & condimentorũ venditoribus, & obſoniorũ confectoribus, quia neq; hi poſt triennium horum omnium pretia in iudicio repetere poſſunt, non tamen propter hanc præſcriptionem triẽnalem, quæ ſolum currit in foro exteriori ad poſtea ibi non repetendum, hi omnes amittunt ius in conſcientia ſui recuperandi debitum, neque propterea (vt bene aduertit frater Ioſephus in ſuis Floribus.) debitores coram deo immunes fiunt ab his reſtituendis debitis.

Pragmatica in conſcientia excuſet.

¶ Præterea quæſtio hæc ſcilicet, an famuli famulatum exhibentes heris cauſantes ſe ab illis minuta ſtipendia accipere de debita & integra mercede poſsint ſibi recompenſare niſi in noſtro Inſtructorio diſcuſſa à nobis eſſet, longius à nobis erat protrahenda. Breuiter igitur primò reſpondemus ad eam, illam ſententiam Soti de iuſti. & iur. libr. 5. q. 3. in reſpon. ad. 1. vbi affirmat famulum niſi inſeruire cogatur, & certum ſit omnino diminutum ſe accipere ſtipendium non poſſe ſibi ſecretò recompenſare de reliquo (quam etiam Nauarrus in ſum. cap. 17. num. 107. non videtur acceptare) non eſſe acceptandam abſolute. Nam Corduba q. 3. de caſibus conſcientię cum circa hoc ſit controuerſia inter Sotum & Nauarrum, & eorum ſequaces, optimè eos rẽdigit ad concordiam per hanc diſtinctionẽ ſcilicet, quod famulis etiam præ neceſsitate inſeruientibus: ſi tamen eorum famulatu indiget herus, tenetur dignam ſuo ſeruitio, & integram impendere mercedem etiãſi à principio non de tanta mercede, ſed minori, aut nulla cõuenerint. Secus autem eſt, ſi opera illius famuli herus non indigebat, quia copia famulorum ſibi ſuppetebat, quia tunc in integrum ei non tenebitur, ſed tantum de conuẽtione firmato.

Quæſtio.

Famulus.

¶ Poterit autem famulus diminutè ſalariatus ſibi recompenſare ſecretò, ſi tamen ſecundum Caiet. 2. 2. q. 66. art. 3. & 5. & Sotum de iuſt. & iur. libr. 5. q. 3. art. 3. ad. 1. & Silueſt. tit. furtum. q. 12. & 13. & bellum. 1. q. 9. & bellum 2. q. 8. & Mętina de reſt. q. 2. fol. 43. latius, & Nauarr. in ſum. cap. 17. num. 112. & 113. & 114 & Alexand. Hallen. 4. Parte. q. 86. membr. 3. art. 1. & doctores cõmuniter, ſeruentur quatuor conditiones ſcilicet, Primò q̃ merces ſit vere debita de iuſtitia & non ſolum ex lege Charitatis, aut via ſola gratitudinis. Secundò quod nihil accipiatur vltra ſummam debitã de iuſtitia. Tertio quod tale debitum de iuſtitia ſit liquidum deberi extra omnem dubitationem, & litem de regul. iur. bona fides, neque enim ſecundum Cordubam cum in iudicio (quia conſtare non poteſt ibi) non reſcindi.

Recompenſ. condit. 4.

rescinditur emptio, quæ facta fuit minori pretio, potest venditor sibi in conscientia recompensare, quia non liquidè constat aliquid vltra sibi deberi. Quartò requiritur quòd id debiti aliàs via iuris recuperari non possit, & cessent scandala, vitenturque alia damna tertij, & præsertim caueatur ne debitor recompensationis secretæ ignarus conscientia instigante, vel confessore instigante id debiti rursus restituere compellatur.

Corol. ¶ Insuper ex prædictis corollariè sequitur, quod vbi his seruatis conditionibus facta est recompensatio, etiam si censuræ excommunicationum fulminentur aduersus via secretæ recõpensationis aliquid detinentes, & non manifestantes, tales qui sibi sic legitimè recõpensarunt etiam si taceant, talibus censuris non irritiuntur secundum Nauarr. vbi supra nu. 114. & Metina vbi supra. q. 2. licet Siluest. tit. furtum. q. 15. & excõmunicatio. 7. in quarto notabili dubio. 8. aliquatenus dissentire videatur.

Recompensans sibi iuste respondere non tenetur.

¶ Et patet, quia cum his obseruatis cõditionibus compensationem cõstet fuisse iustam, prælatus per illa verba etiam si detineant via compensationis, non videtur illam compensationem aliàs legitimè factam velle retractari. Quare verba hæc eius sic sunt glossanda, vt per ea dè iniusta recompensatione loquatur scilicet, in casu, quo iniustè facta est, vel an sit iustè facta dubitatur. Nam tunc censuræ in casu recompensationis iniustæ, aut dubiæ ligarent etiam scientes, & non manifestantes, quando id possent probare, vel sine graui suo detrimento manifestare, nisi certò scirent statim à retinente cum posset, fore restituendum.

Quid si deferatur eis iuram. ¶ In casibus autem quibus scientes manifestare non tenentur, possunt etiam si sibi deferatur iuramentum autore Nauarro, & Metina, & Cordub. vbi supra respondere se nihil scire, dum interius concipiant scilicet, se nihil scire quod iure teneantur dicere, vide Cord. de casibus conscientiæ. q. 65. cuius assertum hic non approbamus omnino, quatenus insinuare videtur, quod sciens in hoc casu, dum probare non potest, & si non teneatur denunciare, iudicialiter tamen tanquàm patri insecreto denunciare teneatur iudici excommunicanti, quia si intelligat ad hoc teneri subpæna excommunicationis taliter, quod si vt patri tunc non reuelet, illam incurrat, id non fatis crediderim: quoniam mens excommunicantis non est cogere scientes, vt sibi tãquàm patri reuelent sub pæna excommunicationis sed tãquàm iudici, quia per solam notitiam, quæ illis potest dari vt patribus parùm interdum possunt prospicere tũ creditoribus quòd ad bona secretò eis debita, tum conscientijs iniquè secretò aliena bona vsurpantiũ & detinentiũ. Adde etiã quod cum diximus nõ potentes probare quod secreto sciũt excusari ab obligatione respondendi censuris, idest intelligendũ secundũ Sotũ, dum iubentur denunciare sicut literæ excõmunicatoriæ communiter sonant. Secus est si aliquis à iudice excommunicante habita semiplena iam probatione iuberetur manifestare quod scit: quia tunc teneretur pandere veritatem, quia tunc non accersitur ad iudicium vt denunciator, sed vt testis in causa, qua agitur de detrimento refarciendo tertio.

Quæstiõ ¶ Deinde quia frequentibus scrupulis, quibus hi, qui consanguinei sunt agitari solent in hac parte, eò quod secretorum horum sæpe sunt consci, consulere oportet, animaduersum hic lectorem esse volumus, quòd vt habetur. 4. q. 3. §. item in criminalibus, consanguinei omnes per rectam lineam ascendendo non possunt esse testes pro se, vel contra se, & vt dicitur ibidem. §. item lege Iulia, neque in uitus potest, quis testificari aduersus socerũ suum, generum, vitricum, priuignum, priuignam, sobrinum, sobrinam, vel sobrinæ suæ natum, neque aduersus eos, qui in propriore gradu sibi sunt, neque vxor contra maritum, neque è contra, neque libertus contra patronum. Ideò omnes hi cogi non possunt ad testificandum neque in ciuilibus, neque in criminalibus, quando alij nõ desunt iuxta glos. cap. quàmcunq; 14. q. 2. ac subinde à censuris incurrendis excusantur si in his casibus, in quibus sunt priuilegiati ad censuras non responderint, ita Nauar. in sum. cap. 25. nu. 48. & 49. & sequent.

Priuilegiati à testific.

Quæstiõ. ¶ Porrò quoniam per parentesim quasi necessario à quæstione de casu, in quo famuli, si ueali de debito sibi recompensare possunt, & à conditionibus ad talem recompensationẽ iustificandam requisitis aliquantisper recessimus, nunc dubium quod consequenter necessarium est scitu subijcimus scilicet, an casu, quo omnes aliæ conditiones iustæ recompensationis interfuere, quia de debito sibi ex iustitia, & liquide debito, & non vltra debitũ sibi secretò recompensauit cauens alia damna & quod iterum sibi non soluatur, an ex solo hoc defectu scilicet, quia omisit ordinem iudiciarium, quia cum posset via iustitiæ recuperare ipse priuatim sibi fecit ius secretò accipiendo,

piendo,& recompensando sibi, teneatur ad literas excommunicatorias respondere, vel restituere id quod via recompensationis accepit debitum, quando in literis exprimitur, ꝙ etiam si via iustæ compensationis siuè iniustę illud accepit vel restituat, vel reuelet. Respondetur autem primò, quod quando literæ sonarent, quod illud quod via omnino iustæ recompensationis esset acceptum, vel restitueretur, vel manifestaretur tunc: quia vel continerent errorem manifestum, vel in falsa præsumptione fundarentur scilicet, quod illa quam dicunt iustam compensationem fuisset facta iniuste, illum recompensatorem non obligarent, eo præsertim casu: in quo, si reuelaret, infamia notaretur, vel per iudicem re sibi debita priuaretur. Nam idem dicendũ esse videtur, si solum ob hanc omissam conditionem scilicet, quod cum via iustitiæ posset sibi debitum recuperare, iniustam recompensationem fecit secretò sibi recompensando: quia iam post factum, cum si reuelet infamia venit notandus, vel in pœnam re sibi aliàs debita per iudicem venit mulctandus, vel aliter est ea abdicandus, excusatur à censuris & à manifestando, quia iam peruentum fuisse videtur ad casum in quo potuit sibi omnino iustè recompensare cum re sibi debita aliter potiri non possit, nisi tacendo & non reuelando.

¶ Accessit et ad hãc nostrã sententiã olim Victoria in suis Scholijs supra 2.2. D. Tho. vbi dicta uit, quod etiã iniustè recuperans rem suã quã aliter poterat iuridicè in iudicio recuperare, dummodo non recuperet pretium eius, nõ incidit in excommunicationem licet peccauerit, incideret autem in excommunicationem in casu, quo pro re sibi debita quam via iuridica poterat in iudicio eam petendo obtinere de eius pretio sibi secretò recompẽsasset quia in hoc casu res ipsa: quia poterat eam obtinere iuridicè, & non pretiũ eius, sibi debebatur. Parcat Lector si in re perquàm necessaria scitu, & tàm quotidiana prolixius quàm putaueramus, fumus immorati.

¶ At verò quoniam famulum de debito sibi ex iustitia commutatiua, & de liquido debito, cum alias via iuridica ius non poterit obtinere, posse sibi secretò recompensare diximus illis quatuõr conditionibus seruatis, superest nũc breuiter insinuare quod aliàs prolixius in nostro Instructorio tradideramus ex mente Cordu. lib. de casibus conscientiæ q. 3 5. in quibus casibus aliquid debeatur famulis ex iustitia commutatiua vbi proinde possit cadere secreta compẽsatio, & in quibus casibus solum illis debetur ex debito gratitudinis & liberalitatis, vbi non conceditur locus secretæ compensationi. Pro huius ergo expeditione quæstionis distinctione opus habemus: nam multipliciter famuli dominis solent inseruire, quidam non perpetuò, sed ad tempus aliquibus scilicet, hebdomadæ diebus, vel horis diei dum taxat officio suo assistunt communitatum domino, vel vxori domini exhibentes, vel aliter inseruientes in seruitijs, quibus pro tunc temporis domini egẽt & his merces non integra ac si seruirent continuò, sed pro rata temporis & conditionis seruitij arbitrio boni viri æstimanda ex iustitia est impendenda.

¶ Alij autem sunt famuli per totum annũ singulisque horis seruitio addicti, quibus si eorum famulatu indigent heri, siuè præ necessitate inseruiant, siuè non, siuè conuenerint à principio de certo stipendio siuè non, his de iustitia dominus soluere tenetur vsq; ad summam talarij, quo alium similis conditionis, & industriæ esset conducturus, & pro illo tempore solet conduci communiter arg. l. si non sortem. §. libertus. ff. de conditio. & si non cõuenit à principio de salario hac habita ratione sic arbitrio boni viri merces taxabitur. Sic enim ar. in cap. sunt nonnulli. 1. quæst 1. tradit.

¶ Deinde alij sunt famuli quæritantes heros, qui interim dum inueniunt, adherent alicui domino, qui cum opera eorũ non indigeat (quia suppetit ei sufficiens seruitium) ex Charitate eos recipit domi ad preces illorum vel aliorum, & suppeditat eis hospitium, & victum & nihil vltra, vel parum vltra, & ad nihil amplius ex debito iustitiæ pro seruitio sibi impenso ab his, eis tenetur: quia sicut pro mercibus, quibus quis non indiget, rogatus non rãtum impendere tenetur: Sic & in hoc casu. Ita Nauar. in sum. cap. 7. nu. 239.

¶ Ad hæc alij sunt famuli adolescentuli, quos optimates ad preces parentum eorum suscipiunt domi pro manuali seruitio, quos si sui domini bonis, & politicis moribus imbuãt ac bona indole morigeratorum instituant, eisque si subministrant victũ vestituque simili, quo sunt suscepti, eos adornant, sicq; post tandem si dimittãt, debito iustitiæ satisfeciſſe videntur. Non enim aliud conuentione tacita, vel expræſſa eorum domini his adolescentulis pages Hiſpanicè nuncupatis debent. Nam ministeriũ tale & illius ętatis nihil amplius mercedis meretur, nisi lex vel promissio, vel consuetudo aliud inuexerit. ſ. ꝙ plus eis detur.

¶ Sed

Respons. *Famulimul tiplices.* 1. *Sent. auctoris.* 2. *Tacit Vict.* 2. 3. *Quæstio.* *Aliud.*

Quæstio

¶ Sed iam enucleatius reliqua hûc attinentia dubia excussuri quærimus, quibus & quot casibus vsu euenire potest, vt dominus conduxerit famulum pretio minori, quàm iustitia exposcebat illi fore dandum, vt hinc pateat quando famulus contra debitum iustitiæ in toto, vel in parte defraudatus maneat, vel solum contra debitum, antidorale gratitudinis. Primò igitur modo id euenire solet s. quando famulus prę necessitate minoris iusto se locauit, quia aliàm rationem dicendi vt ta non inueniebat, neq; alium herum, qui pluris eum vellet conducere. Super hunc igitur concertant, vt prædiximus Nauarrus, & Sotus atq; eorum sequaces: nam Sotus in hoc casu huic famulo nihil aliud de iustitia esse tribuendum ait, præter id quod conuentum est licet videatur iusto minus. Nauarrus oppositũ asseuerat: at iam eos reduximus ad concordiam, ita vt sententiam Nauarri veram esse dicamus in casu, quo dominus illius, qui prę necessitate particulari se locat seruitio indiget. Nam si illius famulatu dominus opus non habet, tunc sententiam Soti oppositam veram esse asserendum est. Neq; enim sententia quidem nostra minus eum mercedis mereri existimamus, qui præ necessitate particulari sua se locat, dum conductor opera illius indigeat, quam si nulla adactus necessitate particulari huic famulatui se addiceret: non enim propter necessitatem, quam patitur vendens rem suam, minori pretio eã dignam putat quàm sit cõmune pretium illius iuxta modum vendendi ac perinde, neq; in hoc casu præ necessitate inseruiens minore mercede dignus est. Secus est autem si necessitas inseruiendi alijs adeò esset communis vt magnam copiam induceret dominos quærentium, quibus inseruiant, quos inuenire nequeunt, quia famulis abundant, quia tunc hæc abundantia meritò attenuaret stipendium & iuxta sententiam Soti sat esset dominis his persoluere mercedem iuxta conuentum, quia præ abundãtia famulorum se offerentium plus non videntur mereri licet minus iusto se accipere ipsi existiment, neque ab hac sententia est aliquis qui dissentiat.

Casus in quibus minoris famuli conducũtur.

Variãt Sot. & Nauar.

Concordã tur.

Famulãtes capit. gratiæ causa.

¶ Præterea sunt famuli alij, qui licet cum dominis conueniant de seruitio eis præstando minori pretio, quàm eorum æstimetur seruitium, tamen non necessitate addacti, sed sponte tale pactum ineunt causa conciliandi sibi familiaritatem & gratiam cum tali, verbi gratia optimate Duce, Marchione, vel Comite: inde enim æstimationem, honorem, fauorem etiam apud populum videntur sibi aucupari, his autem dominus ad nihil plus de debito iustitiæ tribuendum tenetur, quia prædicta conuentio non fuit puri contractus locationis conuentio solius iustitiæ legi innixa, sed admixta cum libera donatione ob causas prædictas, quare lõge abest à iustitia, quod hi pro eo quod minus accipiunt recompensationem secretam quærant.

¶ Sunt rursus famuli alij alterius generis, qui & si mercedem minus æqualem suo seruitiõ acceptant, est tamen cum animo & spe, quam concipiunt, q̃ domini in alijs id recompensabunt, vel in pecunia, vel in alijs fauoribꝰ vel pecuniæ æquiualentibus beneficijs & largitionibus, qua spe si carerent, nullatenus pro tã minimo inseruire vellent, quã intentionẽ, si dominis explicuere, imo etiam si dominis eam nõ expresserint eo q̃ subintellecta cõmuniter talis conditio videtur, neq; domini præ sua egregia authoritate volunt de ea præmoneri, tunc his domini de iustitia tenentur iustã mercedem sui seruitij erogare, interuenit enim hic de hoc iusto stipendio pactum tacitum nulla intercedente alicuius donationis, aut remissionis in parte, vel in toto iustæ mercedis mixtione, imo spes illa copiosioris remunerationis in alijs veluti quędã conditio fuit obligans de iustitia ad plenã, & iustã mercedis suæ retributionẽ soluendã. Sub hac autem spe videre est plures famulos, atque famulas multis optimatibus inseruientes concepta fiducia, q̃ ad earum nuptias partẽ dotis, vel integrã dotẽ conferent eis sui domini, vel certè quod victũ, & vestitũ quem recipiunt, dũ seruiunt aliquid ad vitam deinde transigẽdam præstabunt. Si autem quia hi tẽpore conuentionis nihil suis dominis de sua hac spe, scilicet, q̃ in alijs essent de iustitia remuneraturi significauerunt, atq; idcirco domini nõ putarunt tali spe adductos seruitio se addixisse, sed solũ pro mercede de qua à principio conuenere voluisse inseruire, tunc si domini illorum famulatu indigebant, vsque ad integrã retributionem mercedis, quam tunc cõmuniter sui similes solebant accipere illis de iustitia contribuendum est secundũ Nauarri sententiam. Secus autem est, si illorũ opera, aut obsequio non opus habebant, quia tũc satis est dominis stare tantum ab initio initæ conuentioni secundum Sotum.

Famulãtes cum spe satisfac.

¶ Postremò sunt alij famuli seruitio dominorum pro stipendio diminuto se mancipantes non sub ea intentione & spe, vt de iustitia remunerandi sint, scilicet, in alijs vsque ad integrum,

Famulãtes spe liberalitatis.

tegrum, ſicut de immediatè ſuperioribus dictum eſt, ſed ſolũ famulari volunt quia inniti untur ſpei gratitudinis, & liberalitatis dominorum, & fiduciæ de mercedes (vt phraſis Hiſpanica ſonat) in hunc ergo modum nobiliũ, & ingenuorum filij in Hiſpania potentatibus Hiſpaniæ ſcilicet, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Epiſcopis alijſq; primoribus eccleſiæ ſolent adhæreſcere, quibus tantum ſuppeditatur victus, & veſtitus. His autem tales ſatrapæ nihil plus, quàm hoc de iuſtitia impartire tenentur, tum quia propter abundãtiam ſic inſeruire volentium domini nolunt plus eis impendere, quia neq; eorum ſeruitia maiori premio ſunt digna iuxta ſupradicta', tum quia hi liberè ſe ad inſeruiẽdum pro illa tenui mercede obtulere: & quamuis quadã fulti fiducia gratitudinis, & liberalitatis dominorũ ſic fecere non tamen affuit eis animus ſub debito iuſtitiæ aſtringendi dominos ad prædictas remunerationes, ſeu largitates, mercedes Hiſpanicè nũcupatas, illis rependendum, tanquàm ſuorũ ſeruitiorũ de iuſtitia debitũ ſtipendiũ: ſed ſolũ ex gratitudine, & liberalitate dominorũ id ſperarunt, magis quã ex iuſtitiæ debito, iuxta Nauar. in ſum. cap. 7. nu. 114. & iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 58. & 106.

¶ Tandem ex omnibus ſupra dictis cõcludimus, quod quamuis Ricardus in. 4. ſententiarum diſt. 15. aſſerat, quod ſi dño nolente famulo debitam de iuſtitia mercedem ſoluere famulus furripiat tantum, quantũ de iuſtitia debet habere, licet in modo accipiendi peccauerit, tamen non tenetur ad reſtitutionẽ, nos tamen dicimus non eſſe ſine multo libramine à confeſſarijs conniuendum huiuſmodi ſecretis acceptionibus prætextu ſui ſalarij non plenè ſoluti factis, vel faciendis à famulis tum propter ſcãdala, & inconueniẽtia quæ ex his ſolet oriri: tũ quia huiuſmodi famuli, vtpote tãquàm iudices in propria cauſa non ſeruant ſemper ſic iuſtitiæ æqualitatẽ. Igitur tàm confeſſarius, quã doctor de his caſibus interrogatus ne ſe præcipitet, tũ ad prędictas differẽtias famulorũ attendat, tũ etiã an ſi quatuor illæ conditiones ad iuſtificandã ſecretã recõpenſationẽ requiſitæ ſeruentur exactè perpendat.

Quæſtio. ¶ Ne hic quoq; huius dubij illucidatio deſit, illud tandem prætereundum in hoc loco non cenſui, vtrum ſi incuria famulorum res domeſticæ furripiantur, ad eas domino reſtituendas teneantur. Huic autem quæſtioni in additionibus feciſſe ſatis videtur Nauar. fol. 81. dum ait, quod ad huiuſmodi res in domo deficientes non tenetur famulus quilibet, niſi ſolus ille cui ex officio rerum domeſticarum cuſtodia incumbit, quia ſcilicet, ad hoc conductus eſt, vt cuſtodia ei domeſticarum rerum, & ſupellectilium cõcrederetur, cuiuſmodi eſt, qui præficitur toti domui, qui Hiſpanicè maiordomo nuncupatur, cui de omnibus rebus domeſticis cura concredita eſt, is enim ſi ex culpa ſua etiam leui, non tamen leuiſſima aliquid è domo perierit id reſtituẽdi obnoxius ſit, ſicut etiã camerę ſeruãdę præpoſitus, qui camarero vulgariter dicitur, tenetur ad id reſtituendum, q; ſua incuria ex camara perit: quia cuſtodia huius ſibi ex officio attinet. Exquo corollariè infertur à Nauarro quòd ſi inter alios famulos domus contingat vnum famulum videre alium conſamulum aliquid è domo furantem, etiam ſi peccet id furti non reuelando, quando id ſine detrimẽto graui poteſt reuelare, non tamen ſi tacuerit obid ad aliquid dño reſtituendũ teneturquia id cuſtodire ex officio non ſibi incumbebat.

Reſponſ.

CAP. XXVI. *Caſus quatuor in quibus inquilinus poteſt eijci, an propter ſterilitatẽ remittenda ſit penſio pro rata circa intelligentiam illius particulæ niſi vbertate præcedentis, & circa alias particulas, de differentia inter emphyteoſim, & locationem, an locantes operas teneantur de damno, & de quali culpa vbi theorica. Silueſtri neceſſario examinatur, de fertilitate maiori ex tribus cauſis proueniente, & an hæc ſit cauſa augendi locationis pretium.*

VT cætera quæ ad materiam locationis pertinent percurramus, notandi hic occurrunt caſus, in quibus locator inquilinum ante finẽ locationis expellere poteſt à locata ei domu. Sunt autẽ caſus hi quatuor contẽti. c. propter. §. verũ inuito. Primus igitur caſus eſt, quando in longum tempus locatio facta fuit: per longum tempus gloſſa hic intelligit decem annos, vel plus, vel minus, aut ad minus quinque annos ſecundum Nauarrum in ſum. Lat. cap. 17. nu. 193. quod etiam probat gloſſa ſuper. §. verum. in cuius gratiam citat. l. quæro. ff. locat. ſi igitur per iſtud temporis locara eſt domus, & in duobus primis annis inquilinus penſionem non ſoluerit, aut quãdo in minus tempus locatio facta eſt, & die ſignato nõ ſoluerit, neq; celeri ſatisfactione ſibi prouidit expelli poteſt à domo. Hęc autẽ ſatisfactio tũc dicitur celeriter fieri, quãdo poſt modicum tempus à die præſtituto fit, quàm vero modicum id temporis debeat eſſe, gloſſa ſuper. cap. potuit. de locat. poſt varias citatas opiniones

Caſus. 4. quibus in quil. poteſt eijci. 1.

Satisfac. celeris.

opiniones arbitrio iudicis relinquendum esse ait. Nam cum hoc non sit determinatum & quod in iure determinatū non est, secundū ius arbitrio iudicis relinquatur de officio de leg.cap.de causis,&.ff.de iur.deb.l.1.§. ait prętor, fit consequens istud modicum tempus requisitum ad celerem satisfactionē arbitrio iudicis considerandum relinqui. Nam arbitriū iudicis arbitrium boni viri appellatur.ff. de verbo oblig. continuus. §.2. ¶Secundus autē casus est scilicet, quando necessitas est superueniens in locatore, quæ tamen locationis tempore non imminebat, vt si domus corruit, vel minatur ruinā, quam ædificare vult, vel vxorem duxit. l. dem.C. de locat.& cap. propter. §.1. Si tamē commodè aliter sibi prouidere potest, secundum Nauarrum non dicetur imminere necessitas, atq; (vt ipse cōtra Siluestrum verbo locatio. q.9. ait) locator qui propterea, quum aliò degebat propriā cō duxerat domum, si quia duxit vxorē, postea iam ea eget, eò quiam separatim eum cum vxore vitam agere oportet, necessitatem sufficientem dicetur habere: quæ ius sibi facere potest expellendi inquilinum.

Casus.2.

Casus.3.

¶Tertius autem casus est, quando domus iam post refici opus habet, cum tempore, quo fuit locata hac refectione non indigeret, sed iam hic casus tertius in secundo videtur contineri, atq; ideò tàm in hoc casu, quàm in secundo (vt cap. propter. §. verum caueretur) pensio pro residuo temporis remittenda est.

Casus.4.

¶Quartus igitur casus est, quādo in domu locata inquilinus peruerse conuersatur in ea recipiendo meretrices, aut lenones, aut id genus personas, etiam si sine damno domini fiat & tunc nō fit remissio secundū Hostiens. vel si cū lęsione domus vtitur domo ibi inter tenendo porcos, vel si sit ager, vel hortus ibi & eius incidat arbores, vel si non colat tempore debito: & huiusmodi, quo casu dominus pensionem pro rata remittere habet. Nam potest in iudicio agere de dāno, & interesse secundū Panor.& Ioan.de Imol.in dict.cap.propter,& secundum Hostiens.in dict.cap.propter sterilitatem, & sic concordat dicta.l.ędem,& d.c. propter sterilitatem, quæ videntur contraria.

Casus 5.

Prætereà Alexander Imo. consil.126. addit. 5. casum quando scilicet, iurauit omni anno soluere, & non soluit, & cessat vno anno soluere. l. si quis maior. C. de transact. hoc autem communiter (vt tradunt doctores in dict.l.) locum habet in omnibus cōtractibus iuramēto vallatis.

¶Iam quæstio de sterilitatis casu hic suum proprium obtinet locum, quæ suum fundamentum habet in illo cap. propter. de locat. vbi in summa decernitur, quod propter sterilitatē grauem conductori sine culpa sua cōtingentem, remittenda est ei pensio pro rata, niu possit cum vbertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. Huius autem textus declaratio primū id expoſcit, vt id dubij principaliter solutionē expediamus, quid importet sterilitas grauis, idest magno incōmodo afficiens conductores (vt verba textus sonant) idest quantam sterilitatem debeat secum inducere? Ad hoc autē dicitur (ꝙ quāuis doctores fuerint varij, tamen omnium eorum opinionibus pensatis illa cuius meminit Nauar.in sum.La.cap.17. nu.188. magis ratio ni, & veritati videtur conformior. i. quod grauis sterilitas propter quam remissio prædicta textus est facienda diffinitur esse illa, quā cōuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio regionis approbare solet. Sed quid si quia hæc desunt per hæc diffiniri non potest sterilitas grauis? tunc censet Nauar. accep tandam esse illam opinionem Bartoli. leg. ex conducto. §. si vis. ff. locat. & Ioan. Andr. in dict.cap.propter, vt. i. illa diffiniatur esse grauis sterilitas inducens remissionem pro rata, quæ est tanta, vt conductor agri vix duas tantum demetat partes ex tribus partibus, quæ communiter colligi cōsueuerant, vt si cum modij quindecim frumenti colligi soliti erāt, ager illo anno non attulit nisi decem, quo casu remissio sic comensuranda est secundum Naua. vt si ager conductus erat tribus aureis, duo tantum soluantur.

Variāt doctores.

Sent.Nau. tenenda.

¶Prætereà illa exceptiua particula. s. nisi talis sit sterilitas, quæ cum vbertate prędcedentis vel sequentis temporis possit compensari, quomodò sit accipienda inter doctores, quoque controuertitur. Nam aliqui eorum dicūt sic esse intelligendam. s. quod tunc sterilitas vnius anni cum fertilitate alterius compensatur, quando in anno superiori, aut sequenti post sterilem in duplo plus solito prædiū fructus attulit. ¶Hanc autem sententiam Nauar. ibi cap.17.n.189. meritò corrigit dicens ad veritatē magis accedere, si dicamus quod sufficit collegisse eā summā fructuū, quàm pactū, vel cōsuetudo constituit, aut si plus solito tertia pars collecta sit. Nā si ad sterilitatem inducendam satis est tertiam partem minus solito collegisse, quare à contrario ad huiusmodi sterilitatem compensandam cum anno antecedenti, aut sequenti, tertia pars plus solito in aliquo eorum percepta sufficiens causa non erit.

Quæstio.

Sent.Nau.

ent. Neq; in hoc vlla est statuenda differentia, quod pensio sit soluenda in numerata pecunia, aut in re quauis alia iuxta cap. 2. de tran stat. prælat & l. illud. ff ad. l. Aquil.

Nota. ¶ Ad hæc est notandum quod prędictum ius de faciendo remissione ratione sterilitatis exceptionem quoq; habet, quando tàm locator, quàm conductor sunt socij partiari diuidentes inter se tàm lucrum, quàm damnum, tunc enim non fiet remissio ratione sterilitatis, sed neq; recompensatio vnius anni cum altero, vt notat glossa recepta in dict. cap. propter & secundum Ioan. Andr. & Panor. in dict. cap. propter.

Corol. 1. ¶ Deinde ex illa particula textus, vbi dicitur, quando sterilitas oritur ex vitio rei sine culpa coloni corollariè colligitur primò, quod si sterilitas prædicta, quę cum anno precedente, aut sequente non potest recompensari, contingat ex casu fortuito sine culpa coloni, vt quia ingruit magna pluuia vel accidit magna siccitas, quam non potuit pati prædiũ neq; colonus occurrere potuit, tunc locum habet dispositio iuris vt scilicet, fiat remissio pro rata, nisi sterilitas illa cum vbertate anni præcedentis vel sequentis, quo durat locatio compẽsetur. l. licet. C. de locat. Addit autem glossa, quod si dominus iam remiserit pensionem propter sterilitatem anni præsentis, si anno sequenti contingat vbertas, petere poterit pensionem integram recuperando etiam, q; anteà remiserat. ff. loc. si vno ano. ¶ Secundò

Corol. 2. corollariè sequitur quod & subnotauit Siluester verbo locatio. q. 13. & approbauit Nauar. cap. 17. num. 190. scilicet, si in agro tenui, vel vitioso herba, vel zizanię sementem suffocet, hoc non sterilitati sed vecordiæ agricolæ imputandum est, eò quod eas non euulserit. Sicut etiam vitio, seu culpæ coloni datur & nõ vitio terræ, si vinum coacuerit, vel fructus iã collecti marcescant, vel per milites, vel aliter pereant: quia hoc non est sterilitati tribuendum, sed coloni incurię qui occurrere potuit vnde neq, tunc fiet cõpensatio. l. ex conduct. §. si vis. ff. locat. secus autem est cũ ante collectionem sine culpa coloni hæc acciderunt.

Corol. 3. ¶ Tertiò prædictis accedit quod & Siluester aduertit, & Nauarrus vbi supra meminit. quod dispositio hæc capitis propter sterilitatem de locat. locum non habet. si vt ob sterilitatem fiat remissio in his conductionibus, & locationibus rerum vel possessionum quæ per longum tempus in decem, vel plures annos, aut etiam in vnam, vel plures vitas aut in perpetuum locantur, & conducuntur etiam si maior rei pars quæ ad longum tẽpus sic conducta est etiam casu fortuito consumpta fuerit, modo non totaliter fuerit, vastata, & perdita ita. l. i. C. de iure emphiteut. Nam tunc veluti contractus emphyteoticus esse censetur. In contractu autẽ emphyteotico propter bella, & sterilitates, & huiusmodi non fit recompensatio annui census, nisi census esset ita magnus, q; non plus vel minus perciperetur, ac si res esset locata de anno in annũ secundum Bald. in. l. 1. C. de iur. emph. Bart. autẽ ibi inficiatur propriè esse contractũ emphyteoticum, quando datur tanta pensio, quãta pro locatione. Si tamen substantia rei in totũ abiret pessum, vtpote si inuasa esset ab hostibus, & rapta, in contractu etiã emphyteotico deberet fieri remissio. Secundũ gloss. in c. fin. de locat. & Panor. ibi. Idemq; de augmento in emphiteosi dicendũ videtur, non enim hic augetur pensio in casu, quo non minuitur propter eius læsionẽ secundũ Panorm. in dict. cap. fin. ¶ Huius autẽ differentiæ inter cõtractũ emphiteoticum, & inter contractũ locationis causa est, quia quando exigua pensio soluitur vt contingit in emphiteusi, hoc potius fit ad recognitionẽ domini directi, quã ad solutionem fructuũ: quando autẽ tanta pẽsio soluitur pro possessione, ac si ad modicũ tempus conducta esset, non soluit tunc si emphyteuta sit, siuè conductor pensionem tam ad recognitionem dominij directi, quam ad fructuum compensationem, vnde fit vt in primo casu vbi exigua soluitur pensio propter sterilitatẽ, non facienda sit remissio secus, vbi adeò magna soluitur, ac si in modicum tempus possessio locata esset, tunc enim remissio fiet iuxta communem opinionem, quam cũ retulerit, sequitur Ias. in. l. 1. C. de iur. emphy. num. 2. ita Nauarrus vbi supra.

Differentia interem phytheos. & locat.

Quæstio. ¶ Porrò circa illam particulam contentam cap. propter de locat. dubitatio statim animũ pulsat, de qua culpa conductor possessionis teneatur locatori. Respondetur autẽ, q; certè

Resp. conductor pro re conducta si pereat, vel deterior fiat ex dolo, vel ex culpa sua etiam leui tenetur locatori. Nam gratia vtriusq; contrahitur instit. qui modis contrahi. oblig. §. vlt. q; autem de leuissima culpa non teneatur, communis opinio tenet, quæ etiam locum habet in operario locante operas suas. Is enim quãuis de leui teneatur, non tamen tenetur de leuissima culpa, nisi ad tale opus conficiendum cõductus esset, q; diligentissimã requireret curã, qualis in pretiosa materia vt in polciendo lapide pretioso, vel gẽma, vel huiusmodi exigi solet.

solet. Nam tunc etiam de leuissima culpa tenetur. l. si merces. §. qui columnam. ff. locat. At de hoc quatenus attinet ad forum exterius non est in ambiguo, sed extra controuersiam est, quod conductor teneatur non solum de lata culpa, sed etiam leui.

Quæstio. ¶ Quod autem hic reuocatur in dubium est, an in foro animæ teneantur damnificatores etiam locantes operas ad emendam dãni, etiam si tantum fuerint in leui culpa, & quid per leuem culpam intelligendum sit, cum iuxta locatores, & conductores rerũ, quia in gratiam sui inuicem contrahunt, teneri de leui culpa, an per leuem culpam venialis culpa tãtum significetur? Igitur Syluester licet in hac parte varius sit, ac nutans, vt est videre in verbo culpa. quæst. 5. & verbo restitu. 3. quæst. 8. nihilominus verbo aduocatus, quæst. 16. cõmuniorem opinionem esse illam asserit, quæ tenet in foro animæ non teneri aliquem, qui dat operam rei licitæ ad emendam damni: nisi fuerit in dolo, vel lata culpa dumtaxat. Culpa autem lata esse diffinitur, quam communiter illius artis, vel professionis, vel officij, de quo agitur solent personæ vitare, quæ grauis culpa etiam solet appellari. Sicut etiam grauis error appellatur ille in aliqua materia, vel scientia, quem communiter professores illius non soliti sunt ignorare. At hanc theoricam notandã esse admonet ibi Syluester, quia inquit facit ad multos, puta ad artifices, aurifices, locatores operarum, & huiusmodi, quam theoricam rursus repetit verbo culpa, quæst. 5. & sibi magis placere ait quippe quæ communior est. In cuius gratiam citat Ioan. de Ana. cap. sicut dignum. de homic. volunt. & Panorm. ibi, & in cap. 1. de const. & in cap. dilecti. de arbitrar. & cap. si egressus de iniur. & cap. cum causa. de testibus, & in multis alijs locis, & Lud. de Ro. In cuius quoque confirmationem verbo aduocatus, vbi supra, allegat Dir. lib. 1. & Hostiẽsem in dict. cap. sicut dignum, & D. Anton. de But. & Innoc. in cap. sicut dignũ, ita Syluest. licet hanc suam theoricam verbo restitutio. 3. quæst. 8. aliquantisper inturbare videatur.

Sent. Silu. *Comendat Silu. theoricam suã.*

Sent. Nau. ¶ Incontrarium nititur Nauarrus in summ. Lat. cap. 17. num. 184. vbi ait, quòd quando contractus fit gratia vtriusque, vnaquæque partium tenetur ad damnum dolo, vel lata, vel leui culpa datum, sed non ad id quod leuissima datum est. l. contractus de reg. iuris, cap. 1. cum ei annot. á Panorm. & alijs de com mod. & Metina Salmanticensis in sua instruction. de rest. §. 30. folio. 157. ait vniuersaliter, quod quando contractus aliquis in fauorem vtriusque partis celebratur, quælibet partium obnoxia manet ad id resarciendum damnum quod suo dolo, vel lata culpa, vel leui datum est. Per leuem autem culpam eam intelligimus, quam diligentiores in illa materia opifices solent cauere, sicut etiam leuissima dicitur, quæ à diligentissimis caueri solet. Quia ergo contractus illi, quibus opifices se locant ad conficienda opera eis commissa, scilicet, aurifices ad fabrefacienda vasa aurea, sartores ad vestimenta sarcienda, locationis cõtractus sunt: quippe qui in gratiam vtriusque contrahẽtis fiunt: fit sanè vt contra Syluestrum, & contra eam, quam dicit communiorem theoricã esse, ipsi artifices, & locatores operarum etiam in conscientia de leui culpa teneantur, quia ista iura cum non fundentur in falsa præsumptione obligant etiam in conscientia.

¶ Post tam latam narrationem opinionum sibi inuicem aduersantium, cui tandem sententiæ subscribam, quia in re valde scitu necessaria video lectorem exspectare. Dico primum, quòd in casibus vbi quis tenetur de dolo, & lata culpa tantum regulariter, qualis est depositarius, & custos, qui solum in gratiam alterius rem custodit, quia solum tenetur de lata, id est, graui culpa, si damnum ab eo datum in re deposita, vel custodita, vel ab alio causatum ex culpa eius veniali, & non pertingente ad mortale obuenit, ad id damni reparã dum non tenetur. Hæc sententia est Victoriæ in scholijs super. 2. 2. Sancti Thomæ, anno domini. 1535.

Dictum autoris. 1.

¶ Et patet primò, quia per culpam latam, grauem culpam significamus. Culpa autem grauis, id est, notabilis (prout hic sumitur) quæ est, quam communiter solent personæ in sua arte vitare citra malitiam mortalem nõ committitur. Tum etiam, quia ratio ipsa suadet, quod nullus velit, aut debeat obligari in re, quæ tantum est in gratiam alterius ad cauendum damnum contingens ex sua culpa veniali tantum: cum vix, & cum difficultate culpas veniales, præsertim omissionis vitare possimus.

Prob.

¶ Dicimus autem secundò, quòd verior est, quòd in contractu locationis locatores operarum, & operarij mechanici, artifices, & opifices tenentur de leui culpa regulariter, si damnum notabile intulerint in opere. Hæc autem nostra assertio est contra Syluestrum, est & contra à se in suę opinionis gratiã citatos doctores, & intelligitur, quod in foro cõscientiæ tales de leui tenẽtur culpa. Nã de foro conscientiæ est controuer-

Dictum. 2. cõtra Silu.

sia nostra inter nos, & Syluestrum. Non enim de foro exteriori est dubitatum. Consentit autem nobiscū Nauarrus loco citato, & Metina vbi supra in sua instruct. qui in foro conscientiæ, hanc quæstionem ambo pertractāt: & de leui teneri locatores asserunt eò, quòd gratia sui, & conductoris operas locant. Accedit, quòd & ipse Syluester verbo culpa. quęst. 5. ait multos doctores habuisse suam opinionem pro dicto singulari.

Prob. 1. ¶ Probatur autem nostrum secundum hoc dictum primò. Quia cum ius, quòd locator operarum teneatur de leui culpa seruetur in foro exteriori: seruandum quoque videtur in foro interiori cum non fundetur in falsa præsumptione. Nā iuxta axioma cōmune ius fori & poli idē est, vbi non fundatur in falsa præsumptione. Neque huic obstat, quòd hoc ius intendat conseruationem bonorum, quia id facit seruando æquitatem.

Prob. 2. ¶ Tum secundò patet, quia ratio æquitatis dictat, vt magis teneatur quis de contractu, ex quo ab altera parte aliquid emolumenti capiat, vt accidit in contractu locationis operarum, quam cum tantum in gratiam alterius contrahit, vt patet in contractu depositi. At in contractu depositi regulariter depositarius tantum tenetur dēlata culpa: ergo locator operarum, vtpotè, qui magis tenetur, tenetur non

Prob. 3. solum delata culpa: sed etiam de leui etiam in foro conscientiæ. Tum tertiò patet, quia opposita opinio â Syluestro, & à suis fautoribus (vt est videre) locis citatis nullo iure, aut ratione probatur. At nostra probabilibus satis fulciturrationibus, quæ eā in materia morali (vbi mathematica non exigitur demōstratio) satis probabilem reddunt.

Dictum. 3. ¶ Deinde tertiò ad postremum quæstionis punctum respondentes dicimus, quòd per leuem culpam intelligimus culpam etiam venialem, etiam si non pertingat ad malitiā mortalem. Ex qua intelligentia corollariè infertur

Corol. quòd locator operarum, siuè alicuius rei conductor, si intulerit damnum notabile ex culpa leui, scilicet, quam diligentior solet vitare, etiā si talis culpa leuis, sit culpa venialis: quia non attigit malitiam mortalem, reus inde fit etiam in conscientia restitutionis damni, hæc

Opinio verior. autem opinio est verior, quam Metina loco citato videtur tenere, quam etiam expressè tenet Nauarrus sum. Lat. cap. 17. num. 184. dicens esse communem, quare reprobat Sotum de iust. & iur. lib. 5. quæst. 7. art. 3. quem ait recenter contra omnes affirmasse se credere cōmodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quæ ad mortalem in foro conscientiæ non peruenit, sed communis inquit Nauarrus tenenda est. *Prob.* Patet autem, tum, quia vbi de leui culpa quis tenetur, si ex eius culpa leui quamuis veniali, & non mortali subsecutū sit notabile damnum, iam pars alia inde passa damnum habet minus notabiliter, quam secundum ius debet de suo habere: ergo tunc id damni in conscientia restituendum est ei. Nam autore D. Thom. 2. 2. de rest. quæst. 62. art. 4. quicunq; damnificat aliquem videtur ei auferre id in quo ipsum damnificat. Damnum autem dicitur ex eo quod aliquis minus habet, quam debet habere secundum Philosophum in. 5. Ethic. ad quod resarciendum in conscientia ordinatur restitutio.

Prob. ¶ Tum etiam, quia vt ait Nauarrus, obligatio hæc vt teneatur quis de leui non tam pullulat ex peccato, quam ex natura contractus. Quia natura contractus, quando est in gratiā istius, & alterius etiam contrahentis exposcit, vt de leui culpa etiam veniali teneatur: tū, quia tam confessarij, quàm etiam iudices si deprehenderent ex incuria locatoris operum, vel opificis notabile commissum esse damnum sine vllo examine culpæ, an mortalis fuisset, an venialis indicerent his restitutionem damni, imò etiam si moraliter innotesceret eis per incuriam, vel culpam venialem, & non mortalē locatoris, aut opificis obueniisse, nihilominus sententiam de restituendo illo damno ferrent confessarij etiam in conscientia. Quare illa theorica, quām Syluester verbo aduocatus pœnes finem admonet esse notandam, quia inquit facit ad multa, puta ad locatores operarum (vt putà) non tam est recepta in practica, siuè quia cum damnum est in hac parte notabile præsumitur ex culpa processisse mortali, siuè quia (vt reuera probauimus) licet ex veniali culpa procedat: dum modo diffinitio leuis culpæ ei conueniat, ex natura contractus satis est ad restitutionem huiusmodi damni inducendam. Secus autem forte esset si damnum notabile non fuisset, sed modicum. Nam in damno modico si quis opinionem Syluestri, & Soti acceptet non reniti.

Theorica Silu. & Soti vera tantum in dāno modico.

Ad argum. Soti. ¶ At si loquamur de damno notabili, argumentum Soti in contra parum probat, vbi pro ratione suæ opinionis adducit, quod non tenetur qui ex culpa veniali læsit opus, eius resarcire damnum, quia veniales culpas vix vitare possumus, quia certè respondetur ei, quòd licet omnes culpas veniales collectiuè vitare non possimus, bene tamē (vt Theologi aiūt)

diuisiuè

diuisiuè. Præter quam, quod in cauendis notabilibus damnis proprijs diligentiores solent esse homines, iuxta illud dictũ Domini: Quia filij huius sæculi prudentiores sunt in generationibus suis, ergo nihil mirum, si obligentur ad cauendas culpas leues, ac veniales etiam si tales essent, ex quibus graue detrimẽtum subsequi posset eorum operas pretio conducentibus: hæc autem quęstio, ideò presius discussa est, quia eius intelligentia ad plures casus morales decidendas confert.

¶ Quia causa explicandi illam particulam, sine culpa coloni contentam in capit. propter de locat. nonnullam digressionem fecimus, necessariam tamen, nunc ad materiam de fertilitate, & sterilitate possessionum, quatenus attinet ad contractum locationis redeuntes è conuerso quærimus, an sicut sterilitas, iuxta caput propter, minuit pensionem, ita è contra fertilitas contingens causa sit iuxta augendi pensionem possessionis locatæ.

Quæstio. *Distinctio. trimembr.* ¶ Respondetur autem ad quæstionem iuxta trimembrem distinctionem, scilicet, quòd fertilitas maior, & auctior ex triplici capite potest prouenire, vel ex casu fortuito, vel ex fæcunditate predij, aut ex industria conductoris. Ex his enim tribus vsu euenire potest, vt *Dictum. 1.* excrescant fructus. Si ergo fertilitas, hoc est abundãtia fructuum augeatur casu fortuito, vt si quia alia molendina vicina sunt destructa, locatum molendinum, quod antea communiter quinquaginta solebat reddere, hoc locationis anno conductori centum reddit: tunc certè pensio locationis augeri debet.

Probatio. ¶ Patet, quia si pensio ob sterilitatem causa casus fortuiti contingentem extenuari solet, vt cap. propter. á Pan. adnotatur: ergo à contrario (quia iuxta cap. hospitiolum. 32. dist. & l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieniuris contrariorum eadem est disciplina) pensio ex fertilitate fortuita contingenti est augenda. Ita Sylues. verbo locatio. quæstion. 14. Hoc etiam tenet gloss. in l. si merces. ff. eo. tit. & Panor. cap. propter de locatio.

Dictum. 2. ¶ Si autem ex industria conductoris plus solito excreuerint fructus: tunc duplici ratione pensio ob hoc augeri non debet, tum, quia si non fit remissio ob negligentiam coloni, ita à contrario ob eius industriam non debet fieri pensionis auctio: tum, quia sua industria colono non debet esse damnosa. Idem censendum est, quando fructus redundant ex fæcunditate fundi locati, nam propter fæcunditatem censendum est fundum fuisse conductum. Idem etiam iudicium ferendum est, si ideò dicatur auctos esse fructus, quia plus valere eos contingit, quia ideò vtrique aleæ se exposuit conductor.

Corol. ¶ Ex prædictis sequitur corollariè verum esse, quod tradit Garcia lib. 2. de contractibus pagina. 46. scilicet, quòd melioratio facta in re locata ex casu contingenti, & fortuito accidens cædit domino locanti, vt facta melioratio ex fonte, vel minerali à casu reperto. Secus autem esset si industria conductoris melioramentum obuenisset, vt quia aquæductum construxit, vel effodit puteum ad irrigandum prædium, vel huiusmodi. Sequitur etiã secundò quod iuxta l. 23. titulo. 8. Partita. 5. in casu, quo conductor ex casu fortuito in duplo magis collegit fructus (quando per vnum tantum annum possessionem conduxit) quã solita erat dare communiter singulis annis, conduplicare tenetur conductionis pensionem. Secus autem esset, si ex industria conductor, sibi in duplo fruges, siuè redditus comportasset. Quod tamen intelligendum est, vt lex prædicta explicat, scilicet ex casu fortuito tunc conduplicatis in illo anno solo fructibus, conduplicandam esse pensionem nisi in casu, quo conductor periculum, damnumq; fructuum in se suscepisset. Item rationi consonũ est, ait Garcia, quòd scilicet, si pro vno tantum anno conductus est ager, & casu fortuito ex grandine, vel alluuione, vel aliter parum fructificauit, tunc conductor relinquat locatori fructus deductis expensis, & semine, aut quod soluat integre pẽsionem.

¶ Porrò (quia hæc quæstio prædictis affinis est) non inepte hic inseritur, scilicet, an si quis, verbi gratia, pistor locauit operas patrifamilias pro certa mercede ad coquendos pro familia panes, vel ad lauandos pannos, si fullo esset, & post in familia numerus personarum excreuit, possit auctiorem expetere mercedem, aut si numerus hic extenuatus est: teneatur mercedem sibi statutam diminuere?

¶ Respondetur autem, quòd si pro tota familia determinata, puta pro. 40. personis se locauit, aucta familia licitè potest exigere auctiorem mercedem, sicut de iustitia sibi debetur, sicut è contrario in hoc casu diminuto numero, & diminuere mercedem teneretur. Si autem numerus familiæ erat indeterminatus, vt vsu euenit in conuentu religiosorum, vbi aliquando sunt plures, aliquando pauciores, non augebitur, neque minuetur salariũ, licet plures, vel pauciores cõtingat

eos interdum esse. Suffragatur huic dict. cap. quanto de censib. & Panormit. ibi si tamen nimis grauaretur per iudicis officium, sibi tunc esset prouidendum. At ita dicendum est stando in foro exteriori, sed quid dicendum est in conscientia? Dicimus autem in conscientia quod non tenebitur inseruire tantæ multitudini quando notabiliter aucta est numero, pro pretio præterito, sicut neque paterfamilias è conuerso non tenetur in conscientia tãtum soluere, cum notabiliter in numero iam est diminuta familia, quia contrariorum eadẽ est disciplina.

Coro'. ¶ Hinc iam patet quid dicendum sit ad illum casum, vbi Petrus conuenit cum Paulo, vt certo pretio farinam molat pro se, & suis hæredibus in perpetuum, quoniam si in processu temporis multiplicarentur hæredes Petri notabiliter secundum Hugonem non teneretur Paulus molere pro tantis pro eodem antea conuento pretio, quia non videtur Paulum de hoc cogitasse, quando se obligauit. Hæc autem opinio & in conscientia est æquior pro qua facit. l. siquis in vna. ff. de per. & co. rei vend. contra Alberic. in authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles.

CAP. XXVII. De *duobus notamentis. 1. de fructibus arborum fundi conducti, de re locata pereunte post moram, quando & vbi solutio locationis est facienda, & quod circa hoc sunt varia iura de culpa ex parte conductoris, de casu Metinæ Salmanticens. de mula conducta cum condi tione, &c. de locante equum, & mittente famulum pro custodia cui peribit, de exemplis culpæ latæ, leuis, & leuissimæ, de casu fortuito in. 3. casibus quis tenetur, renuntiatio illius quomodo valet, & pactum de hoc, an valeat, & de casu Soti circa hoc.*

Notamẽ. 1. NE autem quid desit in hac materia, quod desiderari possit cætera, si quæ sunt dubia, quæ scitu necessaria sint percurramus oportet. Adnotandumque est primò, quòd in casu, quo colonus conduxerit fundum ad medium nulla facta mentione de arboribus, arborum fructus omnes tunc nõ colono, sed locatori obuenient. l. fructus. ff. de vsuris, vnde sequitur, quod si colonus arbores destruxerit tenebitur pro eis, sicut etiam pro eis tenebitur colonus in casu, quo alius propter odium conceptum aduersus colonum, cuius colonus præstitit causam, eas vastauerit arbores. l. si merces. §. culp. ff. locat. accedente. glo. ibi.

¶ Notatu insuper opus est, quòd res locata post moram reddẽdi eam suo domino in tempore præfixo, si casu etiam fortuito perierit, conductor pro casu suo domino tenebitur etiã, si culpa conductoris casus ille non euenerit, quia satis est in culpa moræ fuerit, & hoc tam in foro exteriori, quàm in conscientia, nisi forte quando ita periisset casu illo fortuito, si esset iam penes dominum, & iam ei restituta esset, sicut perit apud morosum conductorem. Sicut etiam quando locator domus, vel cameræ, sine voluntate conductoris in alia camera, vel domu res conductoris domus, vel cameræ posuit, si perierunt igne, vel aliter, quod non accidisset, si in primo loco remansissent, tenetur restitutioni. l. item quæritur. ff. locat. Secus quando fecit hoc sine culpa sua bona fide. Nam casu quo excusatur ab omni culpa excusabitur â restitutione. Imò etiam si mala fide eas posuisset, si ita periissent res in domu conducta, sicut in alia, vbi repositæ sunt, de eis non teneretur. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. fin. & licet ibi glossa dicat esse aliud, cum quis est in mora, aut cum quis est in culpa in hoc casu. Notamẽ. 2.

¶ Sed dicimus (quidquid sit de foro exteriori in quo ipsa loquitur) in conscientia idem esse in vtroque casu moræ, & culpæ propter rationem D. Thomæ, quia cum res eodem modo, siuè hoc, vel illo modo repositæ in ista domu, vel illa perissent: nihil habet minus conductor de eo quod habiturus esset: ergo non est ei tunc quicquam restituendum in conscientia. Sent. auctoris.

¶ Nunc quoque reliquum est, vt illas quæstiunculas expediamus, scilicet, quando, quomodo, aut in quo loco solutio mercedis locatori facienda est. Igitur vt singula sigillatim explicentur, dicimus primò, quòd locatio potest fieri ad tempus, & in perpetuum iuxta. l. 1. ff. si ager. vect. Si autem infra tempus locationis conductorem obire contigerit, hæredes eius succedent in iure conductionis. Cæterũ in vsufructu aliter contingit, nam quia vsus fructus extinguitur cum persona. l. siquis domum. §. vsufructuarius. ff. locat. ideò mortuo vsufructuario, in iure vsus fructus hæredes eius non succedent. Deinde circa modum soluendi. Quæst. Dictum. 1.

¶ Secundò notatu est opus iuxta. l. 14. titulo. 20. Partita. 1. conductorem teneri ad soluendam pensionem reddituum, aut fructuum possessionis, quam conduxit non deductis semine, aut expensis, sicut etiam decima soluenda est ecclesiæ non deductis Dictum. 2.

expensis

expensis etiam factis in colligendis fructibus in cap. cum homines de decim. & cap. tua. sicut etiam neque semen inde deducendũ est, licet verum sit, quòd de personalibus decimis quæ insurgunt ex rebus iam decimatis deducuntur expensæ, aliter non capit. pastoralis. eod. titul.

Dictum. 3. ¶ Circa verò quæstionem illam qua quæritur, quãdo locationis soluenda sit pensio, Tertiò dicimus, quòd autore Panormit. in capit. propter de locatio. soluenda est merces locatori pro tempore, quo conuentum est inter partes, quod si hæc conuentio desit, consuetudo regionis est attendenda, quod si ea non apparet, regulariter soluenda est in fine anni, quando vt tradit Nauarr. in summ. capit. 17. numero. 198. tempus ponitur causa differendæ solutionis, iuxta Iaſ. & alios in. l. qui hoc anno. ff. de ver. & simul cum hoc vnica solutio facienda est, quod quidem regulariter verum habet, nisi quando causa propter quam datur, & persona cui datur, & aliæ circunstantiæ persuadeant in alio tempore anni esse soluendam. Hoc autem adnotatum est á Panormitan. in capit. propter de locatio. vbi communiter sic tenetur, & in capit. peruenit. de arbitrijs, vbi idem Panormitan. differentiam statuit inter soluere annuatim, & omni anno. Quia qui tenetur soluere annuatim in principio anni soluere tenetur, qui autem omni anno, in fine anni debet iuxta versiculos continentes resolutionẽ gloss. in. §. penult. instit. de inut. stipul. & in. l. 1. C. quãdo dies legat. cẽd.

Soluere annuatim.

¶ Versus autem sic habent: Annua si debes tunc inspicies caput anni: Anno si debes in fine teneberis anni.

Corol. ¶ Ex prædictis sequitur corollariè non dissonam à ratione esse assertionem Garciæ, qua libro. 2. de contract. pagin. 48. ait: quòd illa locationis merces soluenda est tempore necessitatis (licet nihil fuerit explicatum) quando locatio facta fuit pro supplenda necessitate aliàs inquit seruanda est consuetudo. Circa tempus locationis præterea notandum quartò venit, quòd. l. 18 titul. 8. Partit. 5. cauetur, scilicet, cõductorem rei teneri post lapsum locationis tempus ad restituendam rem conductam suo domino, quòd si citra actionem contra eum intentam in iudicio eam restituere renuerit, idest, si nisi impeditus in iudicio eam dare domino recusauerit, ad eam in duplo restituendam est mulctandus, quod in foro exteriori, quatenus attinet ad duplum verum habet: sed non in conscientia, nisi post latam sententiam condemnationis.

Dictum. 4.

Circa solution. & tẽpus locati. varia iura.

¶ Item in Foro legum. l. 8. titul. 17. libro. 3. & l. 13. titu. 1. lib. 10. del Fuero juzgo, stabilitum est quod conductor, qui per triduũ post terminum locationis retinuerit rem sibi locatam astrictus maneat eodem pretio ad eam cõductam habendam altero anno, quod si domus vrbana, vel ædificium in vrbe fuerit locatum, solum eius conductor perdet pretium iuxta ratam temporis, quo ibi post lapsum temporis locationis fuerit commoratus vltra pretium, quo primò tale ædificium conduxit.

¶ Adde etiam, quod qui domum alteri locatam emerit à domino, conductorem inde licitè expellere poterit etiam, si locationis terminus elapsus non fuerit, nisi dominus illius cum eam locauit pactus est conductori, quòd etiam in casu venditionis inde conductor expelli non posset, vel nisi conductor eam per totam vitam conduxisset.

¶ Qui autem locauerit res, quæ per sententiam iudicis quo ad vsum fuerint præpeditæ, si dominus in iudicio (prout tenetur) eas defendere non potuerit, vel non voluerit, conductori inde omnia obuenientia damna restituet. Sed quid sit dicendum de hac restitutione damnorum, explicatius antea diximus.

Dictum. 5. ¶ Quintò notandum est circa locum solutionis in quo locationis merces soluenda venit, quod, vt tradit Panormit. capit. significante. de pign. conductor, qui soluturus est pro re aliquo, si est eiusdem fori cum domino tenetur quærere dominium: sed si non est eiusdem fori, satis est, quod sit paratus soluere in domo sua, sicque intelligendum est dict. cap. propter sterilitatem.

Quæstio. ¶ Prætereá quoniam dictum est quando interuenit culpa, siuè ex parte locatoris, siuè ex parte conductoris. Ex qua alicui eorũ sub oritur damnum: restituendum esse damnum passo, iam examinatu opus est, an in aliquibus casibus hic statuendis etiam contingente dãno contrahens ab eo in conscientia sit excusandus, ita vt illud reparare non teneatur. Primò autem discidenda venit quæstio illa cuius meminit Metin. in sua instruct. materia de restitut. §. 3. fol. 157. vbi quærit, an si conductor mulæ decepit eius locatorem, qui eam expressa conuentione locauit ad iter agendum per quatriduum à Salmantica in Vallisoletum, in hoc quod accelerauit iter illud, biduo illud complens teneatur ad restitutionem mulæ si eam interire contigerit. Videtur, quod à tali restitutione nullatenus immunis fiat, cum locatorem deceperit. Hoc nihilominus

Sent. Meti. minus non obstante Metina ait, quod quid quid sit de foro exteriori, vbi cõstita legitimè hac deceptione iudex restituendam fore pronuntiaret: tamen in foro conscientiæ nulla ob hanc deceptionem restitutione opus esset, siquidem nulla alia ex parte conductoris intercesit culpa circa interitum mulæ, quàm prædicta deceptio, quoniam iterá Salmantica in Vallisoletum communiter biduo confici solet. Si igitur sufficienter ei prouidit de potu, & pabulo non est ad eam restituendam si obijt conductor obligandus. At quamuis ab hac sententia Metinæ non dissentiamus in casu, quo ille loquitur, scilicet, quòd nulla alia interuenerit culpa: tamen animaduersione opus est, quòd in duobus casibus, quia nó abesse videtur à culpa: non videtur abesse ab obligatione restituendi. Primò, quando conductor persensit, ideò locatorem mulæ conueniisse de tali itinere quatriduo perficiendo, quia insinuauit mulam aliquali indispositione laborare, vel quia lassata, vel macie confecta ex multis itineribus, vel aliter apparebat: & tandem secundò, quando propter rationes apparentes debuit credere non temerè, neque sine causa, neque tam ratione lucrandi plura locationis mulæ diaria, quàm ratione consulendi incolumitati sui iumenti lassati, aut nó plus laboris potentis sustinere, sic locatorem conueniisse. Hoc autem, ideò tutius esse dicimus, quia ratio illud persuadet.

Quæst. ¶Adhæc casum hunc (quia sæpè vsu euenire potest) illucidari oportet quoniam, & ad hanc materiam locationis aliqualiter attinere videtur. Casus autem, qui quæritur est, an dominus locans equum, qui pro illius custodia mittit famulum teneatur pro custodia equi, an verò conductor eius in hoc casu potius pro custodia illius teneatur. At videtur, quod ipse conductor equi teneatur, quia secundũ Bart. in. l. si vt certò. §. si de me. ff. commod. sicut per appositionem custodis non videtur remissa custodia carcerario circa carcerem, ita in equo locato permissionem famuli pro eius custodia non videtur, quòd propter hoc conductor eius eum teneatur minus custodire. At nihilominus resolutoriè cum Syluestro verb. custos. §. 4.

Dictum. 1. ¶Dicimus primò, quòd si constat, quod locator famulum misit pro custodia, & hoc fecit ab initio: conductor tunc non tenetur pro custodia. Si autem locauit equum, & famulum, negligentia famuli non excusat dolum conductoris antequam restituat equum famulo, secundum gloss. §. si de me. l. si vt certò. ff. commod. Si autem post restitutionem equi famulo factam equus pereat, non tenebitur conductor. l. si mei causa. ff. commod.

¶Sed addit Siluester, quod si nihil apparet, an miserit famulũ pro custodia, vel nõ, si simpliciter locauit famulum, & equũ, tunc in dubio non videtur remissa custodia equi vt. l. penul. cum sua glos. ff. vsu. quemadmodum. Dictum. 2.

Quæst. ¶Præterea quæritur de locatore locante rẽ vitiosam vtpote dolia, aut alia vasa vitiosa de damno subsecuto an cõductori teneatur. Respondetur quod si scienter sic talia vasa vitiosa locauit, tenetur planè de damno conductori subsecuto arg. l. sed addes. §. si quis. ff. locat. si autem ignoranter locauit vitiosa pro bonis tenetur de damno, non enim quod bonum esse ignorabat, licet crederet esse bonũ pro bono daturus erat, cum ergo in hoc casu exposuerit conductorem periculo ideo de dãno subsecuto tenebitur. Secus autẽ est in conscientia quã do simpliciter dedit quod locauit dicẽdo credo esse bonum, tu videris, fecit enim tunc q̃ potuit, & dolus cessare videtur. Idemq; dicendum esse videtur secundum Siluest. verbo locatio. q. 18. & secũdum Angelũ eodem verbo §. 24. & Nauar. cap. 17. nu. 196. quoad forum conscientiæ si ignorans vitium absolute locãs & protestans dixit conductori an illa sint vitiosa nec ne se perspectum non habere, displiceret sibi si talia essent, quia tunc in cõsciẽtia ad damna obuenientia non tenebitur, imo in pascuis locatis vbi ignorante locatore erat herba pestifera quæ comesta occidit pecora conductoris, quia præsumitur quod locator nesciuit, neq; scire debuit, restitutio dãni non est facienda in foro exteriori. l. sed addes. ff. locat. §. 1. vbi glossa ait speciale esse in locato interesse extra rem venire vbi est culpa, secus si quis equum se mergentem in aquam & destruentem vestes commodauit, Siluest.

¶Idemque iudicium ferendum esse ait Nauarrus, de omnibus alijs vitiosis rebus locatis, quæ parare possunt periculũ aut afferre damnum conductori iuxta Siluestrum, vt si quis locasset equum solitum se proijcere in aquam cum flumen ingreditur vnde equitans iacturam vestium est passus. Sed nos pro maiori declaratione iuxta regulam, quã Victoria tradidit hoc notandum adijcimus, q̃ locator in omnibus casibus, in quib' in hac materia vel simili excusaretur ab omni culpa, excusandus esset à resarciendo succedente dãno. Nam restitutio damni in conscientia in similibus, sequitur culpam. At nota, quod triplex est genus culpæ, iuxta

distin.

distinctionem iuristarũ, scilicet lata quam homines nimis negligentes soliti sunt committere, vt relinquere sibi commodatum librũ prope apertam domus ianuam. Et hęc est quã communiter vitant homines. Alia autem culpa est, quæ leuis dicitur, quæ secundum Metinam in sua instruct. de rest. §. 30. fol. 156. solita est cadere in hominem etiam mediocriter diligentem, vt accommodatum librum reponere in cubiculo, sine obseratione ostij illius. Alia autem est culpa quæ leuissima nuncupatur, qualis illa est quæ interdum in hominibus valde diligentibus solita est reperiri, sicut occludere cubiculum: sed non explorare manu pessulum, ne forte maneat reseratũ. At secundum Nauarrum in sum. cap. 17. nu. 178. lata est, quam omnes communiter vitant, leuis autem diffinitur esse, quam regulariter homines diligentes illius officij cauere solent: leuissima autem, quam diligentissimi homines vitare curant, vt in exemplum latæ culpæ adducit Nauarrus extra domum, aut in scamno librum sibi accommodatum relinquere. At exemplum leuis secundum ipsum est, librum huiusmodi in cubiculo, ostio tamen aperto relinquere. ¶ Culpæ autem leuissimæ casus exemplificatur ab ipso in eo, qui librum hunc intra cubiculum relinquens licet illud claue obseruauit: non tamen manu, an esset bene obseratum pertentauit iuxta communem. Casus autem fortuitus est, qui sine vllo dolo, aut culpa interueniente accidere solet, vt fulmina, grandines, gelu, terremotus, insultus latronum, & similia, quorum meminit Nauarrus cap. 17. num. 178. iuxta. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. ¶ Dolus autem est machinatio in facto, siuè in verbo ad decipiendum ordinata. l. 1. ff. de dolo. & de regul. iuris. ca. scienti in. 6. De diffinitione verò tam casus fortuiti, quàm doli, quàm latæ culpæ, quam leuis, quã leuissimæ consulito Syluestrum verbo culpa, quæst. 2. vbi diffinitiones horum subijcit, & exempla, de quibus etiam consulendus est Panor. cap. 1. de commod. & cap. fin. de depos. & Bar. in. l. quod nerua. ff. de pos. de his etiam D. Thomas est legendus. 1. part. quæst. 48. art. 5. & 6. & 2. 2. quæst. 118. art. 8. & 12. quæst. 21. art. 2. & Nauar. in sum. cap. 17. num. 177. vbi hæc loca citat.

Exempla culpæ latæ leuis, & leuiss.

Quid casus fortui.

Quid dol'.

Corol. ¶ Ex prædictis corollariè sequitur, quòd cum (vt dictum est) iuxta communem sentẽtiam doctorum, contrahentes in contractu, qui gratia vtriusq; partis initur, de dolo, & lata, & leui culpa, non tamen de leuissima, aut de casu fortuitu regulariter teneantur) ne-

que etiam in contractu locationis, quia in gratiam vtriusq; contrahentis celebratur, aliquis contrahentium, siuè sit locator, siuè cõductor tenetur regulariter de leuissima culpa, aut de casu fortuito: sed solùm de dolo, & lata culpa & leui. l. contractus. ff. de regul. iur. cum latè ibi adnot. per Decium.

¶ Præterea, quia quæstio hæc tam ad materiam locationis, quam etiam commodati, & depositi attinere videtur, eam hic proposuisse non præter propositum fuit. Quæstio autem est, an illa regula, scilicet, quòd nemo tenetur de damno, quod casu fortuito accidit in aliquibus casibus exceptionem habeat? Respondetur autem ad quæstionem breuiter, nam quæstio est cuius decisio iuridice habetur capit. cum gratia. de commod. vbi dicitur, quòd casus fortuitus non imputatur commodatario, nisi in tribus casibus. Et quãuis ibi loquatur de commodatario textus hic, tamen (vt Nauarrus in sum. cap. 17. num. 179. insinuat) exceptio est locum habens etiam in locatione & deposito. *Quæstio.*

¶ Igitur in tribus casibus potest aliquis teneri de casu fortuito: licet regulariter nemo in casu fortuito teneatur de damno. Primò, quando culpa præcedens in causa fuit casus fortuiti, vt si quis equum sibi locatum ad Salmanticam duxit ad Cataluniam, illacque pertransiens incidit in latrones, â quibus eo spoliatus est. ¶ Secundò, quando detrimentum accidit in re locata, vel accommodata, quia præcessit mora, & deteriorata fuit, vel taliter interijt, quod apud locantem, vel commodantem non periisset, & hoc in conscientia. Nam quamuis gloss. cap. cum. de commod. hoc esse intelligendum dicat, etiam si apud commodantem res fuisset eodem modo peritura. ff. de leg. 1. l. cum res. §. vltimo: tamen oppositũ verum esse ostendimus in conscientia propter rationem D. Thomæ supra allegatam. *Decasu fortuit. tenetur quis in 3. cas.* 1. 2.

¶ Tertiò, nisi interuenerit pactum de casu fortuito. ff. de act. & obl. l. 1. §. is quoque. &. ff. de reg. iur. contractus. Vbi autem pactum fit de casibus fortuitis subeundis, secundũ gloss. cap. vnico. de commod. connumerandi sunt specialiter. Nam secundum Ioan. Andr. in dicto cap. vnico, ex generali pacto commodatarius de nullo casu fortuito, quãdo nullus fuit expressus tenetur. Neque enim subinuolutione verborum generalium renuntiare censetur ei iuri: cui non esset in specie renuntiaturus, quod in conscientia planè maximè locum obtinet. ¶ Sed quid dicendum est in hoc casu, & similibus, quãdo aliqui casus fortuiti 3. *Renuncia tiocasusfortuiti. vt valet.*

fuerunt nominati, non tamen omnes: si post illorum nominationem clausa generalis subsecuta est, scilicet, dicens, & sic de omnibus alijs fortuitis casibus, vtrum sic renútians sufficienter, & validè omnibus casibus fortuitis renuntiauerit? Certè, quia casus est frequens, & quotidianus explicatione opus habet. ¶ Dicitur ergo quod in casu quæstionis sic renuntians non sufficienter videtur renuntiasse omnibus fortuitis casibus: sed solum expressis & alijs consimilibus expressis. His autem casibus si aliqui maiores acciderint: his, scilicet, maioribus renuntiasse non censetur. Sic tradit Bar. in §. quæsitum. l. sed & siquis. ff. siquis caus. At huius potissima ratio est notatu digna, scilicet, quia generalis causa in odiosis nõ comprehẽdit maiora expressis. Est textus notabilis adhoc, & ad multa alia contingẽtia dubia decidenda conducens in Clem. non potest. de procurat. Secus autem est, si loquamur in materijs non odiosis, sed fauorabilibus, vt Innocent. in cap. sedes de rescriptis videtur adnotasse. ¶ Adde secundò id de quo etiam posset dubitari: sed tamen clarum est, scilicet, quòd etiam si talis renuntiatio generalis, circa casus fortuitos firmetur iuramento: nihilominus tamen in conscientia vltra cõsensum, & animum iurantis vim obligandi nõ fortitur, quia iuramentum non obligat vltra intentionem iurantis, vt patet cap. Quintaual lis de iure iurãdo. ¶ Accedit & tertium, quòd in casu, quo res commodata, vel locata suo pretio æstimata datur (quia dubitari poterat an commodatarius, vel conductor eius etiam de omni casu fortuito teneatur) respondendum puto, quòd neque in hoc casu de casibus fortuitis prædicti manẽt obligati. Huius autem potissima ratio est, quia æstimatio in his casibus non censetur facere venditionem, iuxta glossam. l. cum fundus, quando ad annum res locantur, vel cum æstimatio eo solo animo fit vt valore, quo valent soluantur, si culpa conductorum pereant res locatæ, sicut præsumitur venditio in dubio, quando res immobilis suo pretio æstimata datur in dotẽ matito. l. si inter. C. de iur. dot. adiuncta glossa ibi: ideò æstimatio rei locatæ, aut commodatę secundum Panorm. in dict. cap. vnico. de cõmod. nõ facit, quòd commodatarius ad plus teneatur. quam si talis res non æstimaretur: sed adhoc tantum facit prædicta æstimatio, vt si culpa conductoris, vel commodatarij res recepta pereat, dominus rei locatæ, vel commodatæ à necessitate probandi valorem rei commodatæ, vel locatæ releuetur. Si autem res æstimata datur cum pacto, quod vel res, vel æstimatio reddatur, tunc periculum peremptionis transit, non deteriorationis. l. plerumque. ff. de iur. dot. hoc est dictu, quod in hoc casu si res æstimata pereat, recipienti peribit, quia tunc pereunte re de pretio æstimato tenebitur. Si autem fuerit ipso vsu deteriorata, vel ex aliqua accidenti fortuito casu, satis erit illam sic deterioratam reddere.

Casus frequens. *Dictum. 1.* *Dictum. 2.* *Dictum. 3.*

¶ Præterea de hoc pacto, scilicet, quòd cõmodatarius, aut conductor subeat damnum alicuius, vel omnis casus fortuiti expressi, vel consimilis expressis, an iustum sit indagare oportet. At videtur quidem hoc controuerti posse. Nam pro parte affirmatiua videtur tale pactum apponi posse, tum quia prædict. cap. vnico. de commod. videtur approbari, tum, quia pactum contra accidentalia contractus vicit legem. ff. depositi. l. 1. §. si conueniat. Secus si esset contra substantialia. Cum ergo pactum istud de stando casui fortuito in locato, & commodato contra substantiam contractuum horum non sit: sequitur iustè posse apponi. In contrarium autem est, quòd æqualitas in contractibus seruanda est, nõ autem videtur æquitas, vel æqualitas esse quod commodatarius, vel conductor sustineat iacturã casus fortuiti contingentis circa rem, cuius alter est dominus. Nam si res sine culpa alterius casu fortuito pereat, domino suo perire debet. Tum, quia si sic paciscì liceret, nõ est cur tantopere damnandus esset contractus ille, qui in Hispania laborat infamia, & infami nomine notatur, ita vt illum contrahentes, renoueros, vocentur, quia renouant oues & pecora cum pacto, vt sibi reddantur etiam in omni casu fortuito incolumia, & sana.

Quæstio. *Argum.* *In contra.*

¶ Respondetur ergo, quod stando in contractu locationis propter prædicta allata incõtra, non liceret sic de casu fortuito paciscì, nisi aliqua recompensa, vel remissio partis mercedis debitæ pro locatione interueniret ex parte locantis, quæ æquiualeret huic pacto assecurationis. Nam pactum assecurationis est istud, quod locator conductori imponit cum alias ex natura contractus locationis id oneris, scilicet, assecurandi rem locatam in omni casu fortuito conductor non teneatur gratis subire, cum hoc æstimabile pretio sit. Imò neque in contractu commodationis, stando in eius natura, vbi gratis conceditur vsus rei, non apparet licitum esse sic paciscì cum commodatario, quia iam tunc cum commodans pro vsu rei commodatæ exigeret aliquid æstimabile pretio. s. casus fortuiti assecurationem

Resp.

contra-

contractus cõmodati, quia desineret esse gratuitus in aliũ contractũ innominatũ non gratuitum verteretur. ¶ Hinc est quod supra sententiam Soti dicentis quod licet locanti equũ quãdo timet nimis in itinere esse diuexandũ paciscì vt conductor eius in omni casu periculum eius subeat, noluimus ita absolutè admittere, sed cum limitatione, scilicet, quod si casus fortuitus timet videlicet incursus militum, vel latronum, vel huiusmodi tunc minuat equialenter ad periculũ de pretio maiori quod alias, quia ad tam periculosum iter locat equum posset rationabiliter exigere, si velit se ab hoc periculo locator eximere, vel si timet equum fore itinere nimis defatigandũ vel non eum locet, vel patet fideiussorem vt soluat, si culpa saltem leui conductoris perierit, non autem imponat obligationem renuntiandi culpę leuissimæ, vel casibus fortuitis ipsi conductori, nisi ipso id volente acceptare pro aliqua sibi facta remissione mercedis, vel re recompensa. Nam hoc ipsum dictat ipsa æqualitatis ratio, quæ in contractibus præsertim non gratuitis obseruatu maxime necessaria est. Notanda autem venit supradicta doctrina pro contractibus in quibus non transfertur dominium, quales sunt contractus depositi, & commodati & locati, & conducti, & impignorationis.

Modificatio sententiæ Soti.

CAP. XXVIII. De *quinq; notaminibus circa locationem, de intelligentia multarum legum ciuilium circa locationem ad longum, de venditione perfecta & imperfecta vi curiosa & quotidiana traduntur, de tribus casibus in quibus locator tenetur, de custodia genera expensarum quæ tollenda sunt de differẽtia notabili & quod locans non transfert dominium, & an liceat locare domos meretricibus, de casu frequenti locatiũ seruos suos, & quomodo artifex tenetur de culpa eorum quorum opera vtitur.*

QVoniam in moralibus, quò ad specialiores casus descenditur, eo profectus euenit maior, & si multa in particulari discussa sint iam de locationis materia, tamen quatenus omnia occurrentia dubia exhauriantur, ad hæc quoque particularia iuris notabilia descendere cordi fuit.

Notamen. 1. ¶ Primò igitur notandum est, quod si conductor desinit vti posse relocata sibi absque culpa locatoris, fit ei remissio mercedis, si vero culpa locatoris interuenerit ad totale interesse tenebitur ita Bar. ff. locat. l. hic subiungi.

2. ¶ Item nota, quod si conductor post tempus remanet in predio rustico, videtur in annum renouata conductio, & pignora eiusdẽ, secus si alterius.

¶ In prædio verò vrbano quatenus habitauerit. i. pro tempore quo habitauerit, ita locatori obligatur: nisi inscriptis certum tempus conductionis comprehensum est. Nam in vrbano prædio quatenus habitauerit, renouata videtur, nisi in scriptis prima conductio celebrata fuerit, vel nisi dominus possessionis consentire desierit, ita Bart. qui impleto. ff. locati.

3. ¶ Præterea nota, quòd propter casum contingentẽ in fundo, vel fructibus antequam separentur à solo, fit remissio mercedis, si damnum est incurabile. Secus si contingit in fructibus iam collectis. Item vbertas voius anni cum sterilitate alterius anni compensatur Bartol. si vis. ff. locat. & quia verba debent intelligi secundum naturam contractus. l. si vno anno. ff. locat. ideò si dominus ob sterilitatem remittens pensionem dixerit se eam donare: nihilominus dicendum est non donasse: sed solum à petendo pro tũc recessisse. Nam ex qualitate contractus verba accipiuntur cõtra propriam significationem, ita glossa ibi, de his autem plura sunt à nobis dicta.

Corol. ¶ Accedit ad prædicta, quòd licet sterilitas non recompensabilis cum alijs annis tribuat remissionem (vt dictum est.) Tamen exiguitas fructuum prouenies aliunde, scilicet, ex vetustate vinearum per plures annos præsertim locatarum remissionem non tribuit, ita Bart. ff. locat. cum quidam, quia secundũ glos. ibi debebat eas colere, & propagare vt bonus paterfamilias, quare iuxta. l. siuè hæreditaria. ff. de nego. gest. non debet habere commodũ is, de quo puniendus est.

4. ¶ Adhæc perpendendum est, quod in foro exteriori locator fundi tenetur præstare colono instrumenta fructuum quærẽdorum causa, necessaria, scilicet prælum, ideſt, præsſoriũ: succulam, ideſt, torcular succum oliuarum ex pressarum recipiens, &c. & si minus sunt instructa, tenetur reficere, iuxta glossam. l. illud. ff. locat. quod verum habet quoad refectionẽ in locatione, sed non in venditione. Secus est autem, si aliter inter locatorem, & conductorem actum sit. l. illud. ff. locat.

5. ¶ Deinde aduerte, quòd casus fortuitus cõtingens in personam conductoris eum non liberat à mercede soluenda, nisi locator alij suas operas locet. Contra Nauarrum autem dicentem hanc exceptionem, seu limitationẽ, quã etiam in conscientia adhibet Syluester nõ esse iuri consonam, est lex cum quidam. ff. loc.

quæ videtur interpretari, aut limitare legem, sed addes.ff.locat.§.cum quidam, vbi dicitur quod si conductor fuerit præpeditus ab vsu rei locatæ, nihilominus soluet mercedem q̃ intelligendum esse supra diximus in conscientia in casu, quo locator non habuit cui locando operas acquireret mercedem, quia tunc conductor casu fortuito præpeditus tenetur ei mercedem soluere, quam habuisset aliunde scilicet, ab alio conductore, si huic operas nõ locauisset.

Quæstio. ¶Præterea examinare est opus qualiter intelligatur.§.interdum. &.§.cum venderem.l. *Obiectio.* sicut emptio.ff.locat. vbi videtur diffiniri, q̃ vendens fundũ potest illum emptori locare pro mercede, dum pretium soluatur: quæ quidem diffinitio difficultate non caret, propterea quod per venditionem transfertur dominium fundi in emptorem, si ergo emptoris est iam dominiũ illius, suusque iam effectus est fundus, quomodo potest sibi locari, quomodo enim potest alicui locari, quod suũ est tàm quoad proprietatẽ, quàm quoad vsum? *Respons.* nã quoad vsum fundus est etiã emptoris effectus, quia etiam periculo illius iam substat. Respondetur ergo breuiter iuxta sententiam Silu.verb.vsur.2.q.11.& iuxta sententiã Theologorum, quatenus attinet ad forum conscientiæ per distinctionem, quia dupliciter venditor, qui locat fundum emptori, donec pretiũ emptionis sibi soluatur, potest intelligi illud emptori vendere, vno modo quadam conditionata,& imperfecta venditione, idest, qua *Venditio perfecta & imperfecta* solum statuitur pretium, quo dominus fundi spondet se venditurum predium, vel fundum, quando emptor exhibebit pecuniam, tamen non intelligitur facta actualis venditio, donec actu exhibeatur pecunia, & sic verum habet.§.illud cum venderem.ff.locat.quia vẽditor cum per istam sponsionem hoc est imperfectam venditionem non tradiderit dominium sui fundi, sed tantum pollicitus est se traditurum cum pretium sibi solueretur, cũ suus adhuc sit fundus,& suo periculo subest, vsum eius pro mercede potest locare, sed in casu vt dicto.§.dicitur, non plus mercedis pro locatione emptor præstabit venditori, quam proportione eius temporis, quo pretium fundi solutum non esset,& in hoc sensu habet verum dictum legistarum, & Baldi. l. curauit. C.de actio.empt.& vendit.

Intelligentia.2.dicti. ¶Secundo modo potest intelligi vt venditor post absolutam,& post actualem venditionem nempe transferentem dominium fundi *§. interdũ.* &periculũ eius in emptorẽ velit pro mercede eũ locare emptori interim, dũ pretiũ emptionis nõ soluit: in quo sensu gl.super.l.sicut emptio.§.interdum.ff.loca. videtur istud.§. glossare:& sic verum non habet, nisi forte contraxisset sic vendens, & locans principaliter intuitu amici ad inseruiendum amico, idque tunc faceret gratia vitandi damni, aut resarciendi interesse sibi cessantis lucri in quod mallet alias sic non contrahere. Alias extra istum exceptum casum, quod non ita frequenter contingit: contractus talis vbi interuenit actualis, & absoluta venditio non licitè initur. Nam illa acceptio mercedis pro locatione donec eius pretium (cum sic venditum fuit) soluatur potius fieri ratione exspectationis & dilationis pretij videtur (quod quidem sapit vsuram) quam ratione locationis, quæ ibi locum non videtur habere. Hac enim ratione in materia de venditione contra Couarruuiam asserentem, quòd quia venditor ad creditum cũ vendit res fructiferas priuatur vsu suæ pecuniæ, potest aliquod interesse accipere, sicut emptor interim dum non soluit, interesse fructuum sibi vendicat: hanc eius (inquam) opinionem reprobabimus, quia eius ratio, qua eã tuetur non est satis animaduersa, nec tanto viro digna, quia non rectè quadrat casui. Nam inquit sic seruari q̃ qualitatem, vt dum emptor vtitur fructibus: neque soluit pretium, venditor aliquo interesse potiatur vltra pretium. Quia respondetur ei, quòd si hoc concederetur: ansa magna præberetur vsuris: Igitur illa regula, quòd æqualitas seruanda est in contractibus sic accipienda est, vt sit vera, dum contractui non admiscetur dilatio pretij, quę est mutuum virtuale: ac proinde pro ea nihil interesse est accipiendum. Alioquin æqualitas in contractu prædicto seruatur, quatenus est venditio, nam supponimus rem ad creditum suo iusto pretio esse venditam: imo aliàs inæqualitas esset, si ex re cuius emptor est dominus,& subit periculum, venditor eam illi locando ferat pensionem, aut partem fructuum sic accipere velit.

Contra Couar. *Satis fit eis obiectioni.*

¶Deinde circa legem qui columnam. ff.locati animaduertendum est, quod quia illic insinuatur, quod conductus ad transportandũ columnas, vel dolia, vel tignum tenetur ad ea obseruanda, quæ diligentissimus obseruaret, quæ quidem verba arguunt locatorem operarum etiam de leuissima culpa teneri, quod videtur contra sententiam communem, scilicet, quod de leuissima nõ tenetur, est auscultanda ibi interpretatio glossæ: quæ dupliciter legem, qui columnam interpretatur. Primò, vt cùm

Circa l.qui columna not.

vt cum dicitur diligentiſsimus, intelligamus poſitum eſſe ſuperlatiuum pro poſitiuo, id eſt, diligentiſsimus pro diligente, vt è contra ſæpè contingit. Nam non eſt dubium, inquit, gloſſa locatorem non teneri de leuiſsima culpa. Secundò eam interpretatur, ſcilicet, vt lex hæc ſpecialis ſit in columna, & in rebus: de quibus ſubijcit ibi exemplum, & in alijs ſimilibus rebus, quæ quia leuiter franguntur exactiſsima diligentia indigent. In his enim ſpecialiter locator operarum propter ſpecialem rationem etiam de leuiſsima culpa etiam tenetur: ſicut etiam tenetur de leuiſsima culpa locator cũ aliàs diligentiſsimus geſturus erat negotium, quia diligentiſsimus quærebatur, & ipſe ſe obtulit. Rationem autem huius vide per Bart. in l. quod nerua. ff. de poſ. accedit. Syl ueſter reſtitutio. 3. q. 8.

Specialis ratio.

Circa. l. iterum. ff. locat.

¶ Prætereà circa. l. iterum interrogatus. ff. locati. vbi dicitur, quod conductor iuſta cauſa metus, vel periculi adactus ſi domum conductam reliquit alioqúe migrauit, non debet locationis mercedem, etiam ſi poſtea periculũ verè non eueniſſet: notandum eſt cum gloſſa, quòd hæc lex intelligitur, quando poſt conductionem domus, cauſa timoris iuſta interuenit. Secus autem eſt, ſi iam inerat, quia ſi ipſe non conduxiſſet, aliter tali periculo dominus ſubueniſſet. Si autem poſt conductionẽ talis iuſtus timor euenit excuſat à mercede locationis ſoluenda, quamuis malum non contingat. ff. ad. l. Aquil. l. ſiquis fumo. §. quod dicitur.

Circa. l. in ſulam.

Deinde circa illam. l. qui inſulam. ff. locati, notandum eſt cum Bart. inde apertè colligi doctrinam ſcitu neceſſariam, ſcilicet, quod refectio neceſſaria domus locatæ, quæ impedit habitationem conductoris inducit remiſsionem mercedis pro rata temporis, quo conductor impeditus fuit in ea habitare: ſi tamen refectio domus non neceſſaria fuit, obligat locatorem ad recompenſandum intereſſe damni, quod conductor paſſus eſt ex tali domo migrando.

Circa. l. ſi fundus.

¶ Quaſi ſimilis præcedenti eſt diſpoſitio legis ſi fundus. ff. eod. titul. vbi iuxta mentem Bart. ſancitur, quod ſi conductor frui non poteſt re abſque culpa locatoris fit remiſsio mercedis conductori pro rata. Si autem locatoris interueniat culpa ad totale intereſſe, ſiuè lucri ceſſantis, quod conductor ideò omiſit lucrari, ſiuè damni quod inde paſſus, locator tenebitur. ¶ Quod autem venditor fundi, ſi ante traditionem publicatus eſt, ſolum tenetur reſtituere pretium acceptum, non autem tenetur reſtituere damnum inde præter intentionem conductori ſubſecutum (quod lex hæc inſinuat ſupraque affirmauimus ex mẽte Nauarri) ſpeciale eſt (vt ait gloſſa) in caſu publicationis ex maleficio venditoris, & ante traditionem fundi.

Additu.

¶ Adde inſuper quod iuxta gloſſ. l. opus. ff. locati. quando conductor rei locatæ in ſe ſuſcipit periculum illius, huiuſmodi periculi ſuſceptio facit eum teneri etiam de culpa leuiſsima, non tamen de caſu fortuito. Nàm periculi ſuſceptio, niſi aliter intendatur, vel exprimatur in hoc legis caſu ſolum ad exactiſsimam diligentiam præſtandam obligat, non autem ad præſtandam ſecuritatem de fortuito caſu.

Circa. l. qui operas.

¶ Prætereà circa illam. l. qui operas ſuas. ff. locati. vbi ex ſententia, & mente Bartol. diffinitur, quòd locator operarum debet habere mercedem totius temporis, ſi per eum nõ ſtetit, quo minus operas præſtaret, & idem dicendum eſſe de aduocatis ait lex, ſi per eos nõ ſterit quominus cauſam agant. Quia acceptam ob hoc pecuniam reddere non tenentur, perpendendum eſt hanc legem habere locũ quo ad primam partem in foro exteriori, quando per locatorem non ſtetit, ſed per culpam conductoris eſt impeditus operas præſtare, & etiã quando non culpa conductoris, ſed caſu fortuito eſt impeditus, quia præſumit lex, quòd à ſuo lucro eſt impeditus, quia alias alteri locaſſet, à quo mercedem accepiſſet, nihilominus in foro conſcientiæ hanc legem ſicut. l. ſed addes. ff. locati. intelligẽdam eſſe dicimus, quando talis locator non habuit cui locando operas acquireret mercedem, quam mercedẽ habuiſſet ſi tali non locaſſet, iuxta intelligentiam Sylueſtri, quia aliâs locatio talis caſu fortuito impedita non eſſet cauſa, quòd locator operarum mercedem lucrari ab alio omiſiſſet.

Nota.

¶ Circa verò ſecundam partem legis, quæ loquitur de aduocatis notandum duximus, quod per eam ſatis fit quæſtioni, de qua ſum interrogatus Mexici, ſcilicet, vtrùm quidam aduocatus potuit in conſcientia retinere centum aureos, quos cauſa tuendi arduam litem ſuſceperat, in qua aliquo tempore eſt patrocinatus, ſed ad concluſionem vſque litis nõ eſt patrocinatus, quia ſuus clientulus noluit in cauſa vltra procedere. Quia reſpõdetur, quòd ſuffragante ſibi iſta lege poteſt illos centum aureos retinere, neque aliquam partem illorum tenetur reſtituere maximè, quia vt in caſu interrogato referebatur: neque clientulus illos voluit repoſcere.

Quæſtio.

Reſp.

¶ Neque

Satis fit obiectioni.

¶Neque huic obstare videtur lex.9.&.10. & seq.Recopilationis nouæ legum Hispaniæ vbi(vt supra diximus)decernit quod aduocatus quando ipso intercedente transactio fit, vel conuenientia fit inter partes possit totum sibi designatũ salariũ vendicare licet non vsque ad finẽ litis fuerit patrocinatus, aliâs pro rata patrocinij exhibiti, & vltra hoc quartam tantum possit accipere, quia ista dispositio legis Hispaniæ sic debet interpretari, quatenus minus deroget iuri communi ciuili, quare intelligenda est in casu, quo loquitur nempe quando ipsę partes per compositionem inter se factam sine mediatione talis aduocati recesserunt à lite, quia tunc aduocatus tantum pro rata patrocinij exhibiti salarium recipiet, secus quando non per compositionem talem, sed aliter(vt in nostro casu contigit) desistitur à lite, vel intelligenda est in casu, quo salarium receptum non fuerit. At vero lex qui operas ff.locat(vt apparet) quia decernit quod aduocati si per eos non steterit quo minus causam agant, honoraria reddere non debent, loquitur de stipendio iam accepto, huic sententiæ (ni fallor)Nauarrus accederet indistinctè, sed nos in conscientia(quidquid sit de foro exteriore, illam limitationem Siluestri, & in casu aduocati attendendam esse ducimus, scilicet, quod in casu, quo casu fortuito, & non culpa clientuli aduocatus stipendiatus præstare patrocinium omisit, quando ob hoc non destitit alijs patrocinando tantum, vel magis lucrari, ita quod locatio operarum cum isto clientulo non fuit in causa, quod patrocinando pro alio, vel pro alijs non fuerit lucratus, non tenetur tunc clientulus in conscientia ad soluendam integram mercedem nisi pro rata.

Intellig. l. qui operas

¶Circa.l. qui mercedem. ff. locat. notatu quoque opus est quod conductor rei si pro rei conductæ custodia mercedem accipiat specialiter, ad exactissimam diligentiam tenetur, ex quo sequitur, quod de leuissima tunc tenetur culpa, nam alias de leui conductor tenetur culpa, sed non de leuissima.

Quæstio.

¶Præterea, quia dubitari poterat an domini horreorum, dum locant horrea teneantur de custodia, id dubi.l.dominus.ff.locati. diffiniri videtur secundũ Bartol. quia ibi decernitur dominũ horreorũ effractis, & cõpilatis horreis non teneri de his nisi custodiam eorum receperit. Circa quam legem glossa aduertit quod in his casibus talis locator horreorum de custodia tenetur, primò si promisit custodiam, secundò si sciente conductore custodes adhibuit, tertiò si conductor custodiæ renuntiauit, igitur in prædictis tribus casibus locator horreorum, quia sponte censetur acceptasse custodiam, tenetur adhibere custodes. Secus est quando neque tacitè, neque expresse promisit custodiã, vt quãdo claues horreorũ tradidit cõductori, arg.ff. de contrah. emp. l.clauibus, nam ibi se liberat quoad custodiã, sicut etiam liberatur, quando custodem appo suit conductor.ff.commod.l.si vt certo.§.penult. Si autem hic locator horreorum speciali ter cauit aliquem casum, de illo tenebitur. C. de nego.gesti.l.negotium. Hoc autem ipsum videtur determinari, vide.l.25.titul. 8.Part.5. vbi sancitur, quod qui locat loca, vel vasa pro oleo ibi custodiẽdo, si locator ibi seruare promisit oleum, tenetur de damno subsecuto, ni si casu fortuito, sine culpa locatoris accidisset quod explicatius continetur. l. qui mercedẽ. ff.locat. vbi decernitur, quod qui promisit custodiam tenetur de periculo, & damno dato ab alio quod potuit per custodiam reparari.

In casibus. 3. tenetur de custod.

¶Deinde circa.l.in naue. ff. locat. perpendendum est ibi diffiniendum proponi casum in materia locationis scitu dignum, scilicet, an casu, quo quis se, suamque nauim locauerat ad multorum copiam frumenti aliò transuehendam, si antequam periret casu fortuito nauis, locator nauis, idemque vector alicui conductorum frumenti sui summam in naui reposita de naui reddidit aliorum pereunte tritico, an id licitè feciſſe potuit taliter, quod alijs nihil reddere teneatur, an verò cęteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possint. Respondetur autem iuxta mentem legis, per distinctionem quod frumentum illorum cõductorum nauis dupliciter potuit reponi in naue, vno modo in communem aceruum cõfundendo illa frumenta alio modo separata ponendo illa in erronibus, ideſt vasis separatis vel locis nauis diuisis tabulis, ita vt internosci posset, quod cuiusque esset frumentum: tunc dicimus, quod si primo modo omnes conductores reposuerant sua frumenta in naue confundendo illa, si de communi aceruo illo, antequam nauis periret, suum frumentum alicui eorum à nauta redditum est. Cæteri pro sua parte frumenti cum nauta agere non possunt, quia in hoc casu cum frumentum non esset illis reddendum idem numero, quod reposuerunt, sed idem in genere, seu specie, domini propriæ sui frumenti non mansere, sed in creditum generale nautæ dedisse videntur Vnde nauta culpa caruit, si vni prius reddidit ex aceruo communi frumenti. Nam cum primum alicui reddere necesse fuisset non in cul-

Quæstio

Resp. per distinctio.

pa fuit

pa fuit si meliorem fecit conditionem huius, quàm cæterorum. Si autem secundo modo frumentum vniuscuiusque seperatim à dominis repositum est in naue. si ex aceruo distincto vnius alteri soluit & nauta restituere, & recipiens reddere naui post pereunte tenentur cum alienum in se sit datum, & acceptũ. Si autem nauta cum acceperit illas summas frumenti ea lege vt distinctas separatasque in naue reponeret, ipse sua actoritate propria sine consensu dominorum confudit in aceruum vnum commune, & ex acervo communi antequam periret nauis alicui conductorum suam summam reddit, tunc (vt insinuat lex) quia in isto casu idem frumentum numero traditum à nauta conductoribus reddi deberet, culpa non caret illa frumenta confudisse, tamen si postea pereunte naui aceruus continens frumenta conductorum perierit, nõ tenebitur nauta de casu illo fortuito sine culpa sua contingenti, neque soluere cæteris summam quam alteri iam reddiderat tenebitur propter rationem legis, licet per confusionem frumentorum quem in vnũ aceruum fecit, videantur illa frumenta in creditum transisse, quod notatu dignum censet glossa. Idemque lex statuit in depositio, quando pecunia deponitur, quoniam si clausa, & obsignata traditur si depositarius alteri in solutionem tradat, si non sit postea soluendo, quoniam eadem numero reddenda erat, ad illam vbicunque sit deponens actionem habet secus est si tic non tradita sit in depositum, sed ita vt in simili re solui posset. Nam tunc ad eandem numero deponens non habebit recursum sed ad aliam in specie, si culpa depositarij perierit.

Decisio iuris cõducẽtis ad multa.

Nota pro casibus quotidian.

Nota circa l. maritus.

¶ Prætereà reliqua notatu digna in hac materia percurrentes primò adnotandum duximus quod. l. maritus. ff. locati continetur, scilicet, quod casus contingens in parte operis facta cædit ad periculum locatoris, nisi culpa conductoris interceserit, sicut si Petrus conduxerat domum faciendam à Ioanne, si deinde parte operis iam effecta terræmotu concussum est edificium, ad Ioannem qui locauerat pertinebit periculum. Secundò accedit ad prędicta, quod habetur. l. colonus. ff. locat. §. nauem, scilicet, quod quando casus occurrit in re locata culpa conductoris, merces integra debebitur locatori. Exemplificatur in eo, qui conduxit nauim in qua merces trãsuehendas imposuit, quæ quoniam illicitæ merces erant nauis postea in portu detenta est. Nihilominus pretium vecturæ locator nauis à conductore exigere potest, licet conductor amissione suarum mercium ibi mulctatus sit, quia sua culpa id euenit, imo si casu fortuito id euenisset, nihil obstaret ad soluendam vecturam arg. l. sed addes. §. fi. ff. loc.

Circa. l. Colonus.

¶ Tertiò accedit notandum pro casibus cõtingentibus, quòd l. si decem. ff. locat. continetur, scilicet, quod si in quantitate mercedis erretur in contractu locationis, voluntati eius qui mercedem recipere debet standum est. Exemplificatur in casu, quo locator fundum decem locauit, conductor existimauit illum quinque se conducere in hoc casu si tempore celebrationis contractus, contingat hic error & post statim deprehendatur, nihil agetur cõtra voluntatem locantis, qui mercedem locationis recipere debet, ita diffinire videtur qui dem lex. At in conscientia conductor, quoad quantitatem mercedis, scilicet, ad decem soluendum tenebitur suppositio, quod tanta quantitas, id est, decem iusta est locationis merces: alioquin si nolit huic mercedi astare tenetur conductioni renuntiare, quamuis in foro exteriori virtute huius legis, voluntati locatoris stare cogetur. Si autem postquam cõductor potitus est re locata, de quota mercedis propter prædictum errorem concertatio fiat: merces tunc taxanda erit iustè iuxta arbitrium boni viri. Si autem è contra locator minoris se locare rem suam sensit, & conductor pluris se conducere intellexit tunc non pluris erit conductionis merces, quam quanti locator putauit se locare.

Pro casib' quotid.

¶ Quartò non erit absre hic notasse, quod l. cum. ff. loca §. locator diffinitur, scilicet, propositum retentum in mente parti non expressum nihil releuare, quod quidem exemplificatur in locatore horrei, qui propositum habuit, dum horreum locauit, se aurum & argentum, & margaritam non recipere suo periculo: deinde cum sciret has res inferri, passus est, perinde manet obligatus, acsi propositũ illud mutasset. Patientia enim secundum gloss. pro consensu habetur. ff. de exercito. l. 1. §. magistrum autem.

Nota circa l. cum. ff. locat.

¶ Quintò circa periculum in locatione cõtingens pensandum est, quod. l. si riuum. ff. locat. aduertitur, scilicet, quòd quando ad faciẽdum opus, verbi gratia, riuum artifex locauit operas, antequã approbaret dominus (prout conuentum erat) opus, periculum est passus, quia ruit, periculũ erit domini, nisi vitio operis hoc est culpa artificis casus euenerit. Igitur iuxta ipsamet verba legis dicendum est, quod soli, & situs vitio is casus ædificij si accidit, cõductoris

Circa. l. si riuum.

ductoris erit periculum, scilicet, domini soli, qui ad ibi ędificandum artificis conduxit operas, si autem vitio operis id accidit, quia culpa artificis ruina accidisse videtur ei qui locauit operas, ideſt, artifici imputabitur.

Quæstio. ¶ Præterea quia lex cum implures. ff. locati. §. mandaui non nihil difficultatis arguit, & hic eius determinatio discutienda est, nam licet in summa ibi habeatur, quod si dolus aduersarij dedit causam contractui potest cõtrahens pœnitere, & quod dedit repetere (quamuis hæc summa Bar. nihil dubij in se continet) tamen si literam illius. §. mandaui, expendamus, nõ caret difficultate, diffinitio casus ibi contenta vbi in re sic habet, quod quidam volens ædificare villam, consuluit quendam in ea reperitum de expensis, scilicet, quãti villa ędificanda constaret, qui ei renunciauit ducentorum expensis indigere, hocque accepto responso certa mercede illud opus illi locauit, comperto autem postea eam villam non posse minoris tercentum constare, cum locator operum ante huius notitiam à conductore accepisset centum, ex quibus partem in opus impẽderat vetitus est per conductorem id opus facere, & quod potest licitè tunc conductor operarum à locatore earum exposcere vt pecuniæ reliquum sibi restituatur, ibi tandem diffinitur in hoc casu. ¶ Hoc autem propterea difficultatem habet, quia hic in pretio expensarum villæ ędificãdæ fuit deceptio & non vltra dimidium iusti pretij, vt patet, nã villa ędificanda, vltra ducenta prius constituta solum centum constare debebat, ergo non potuit conductor operarum petere recisionẽ contractus, sicut neque posset hoc petere in venditione, & emptione vbi deceptus esset, sed non vltra medietatem iusti pretij. Respondetur autem & ad id dubij quod ideò hic recisioni contractus datur locus, quia (vt ait Bartolus) dolus seu deceptio dedit causam contractui, & non solum incidit in pretio expensarum, quia reuera conductor operarij nõ ędificasset villam, neque ad id operas eius conduxisset, nisi abeo deceptus fuisset in summa expensarum. ¶ Secundò dicitur quod testante glossa conceditur conductori operarij ad villam prædictam construendam à tali contractu resilire, tum propter mendacium operarij, qui astruxit solum ducentis debere constare, tum quia non expensis operarij, seu artificis ædificanda erat, sed potius eum ad id conducẽtis, quare, quia grauabatur ex mẽdacio operarij permissus est à contractu resilere, quod notatu necessarium est pro casibus similibus quotidianis, in quibus architecti auiditate plus lucrandi, & pluribus intendendi ędificationibus consulti à principio de expensis soliti sunt eas extenuare, ne volentes ædificare ab ædificando deterreantur, quod sine præiudicio fieri non solet, quia consilium domini est, vt ædificaturus turrim prius cõputet sumptus, vt alias incipiens ædificare non possit consummare, & sic in damnum illius vergat.

Circa l. cũ implures. ff. locat.

Obiectio.

Resp.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Præterea ex. l. dominus. ff. locati. §. in conducto habetur quod id quod Inquilinus expendit in meliorando domum potest à domino repetere. Nam idem decernitur ibi circa conductum fundum, nam si eius conductor sua opera aliquid necessario, vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel instituerit etiam, si de eo non conueniisset cum domino, potest à domino fundi repetere. l. 24. tit. 8. P. 5. nam possessor bonæ fidei, qualis est conductor domus vel fundi potest omnes expensas, quas facit tollere, si sine lęsione rei potest fieri. l. Iulianus la. 3. ff. de rei vendicatione, at si non possunt tolli dominus fundi, vel domus soluet. l. fundo. ff. de rei vend. Idem autem erit quando fecit vtiliter negotium proximi. ff. de neg. gest. per totum. Hi etenim possunt expetere omnes expensas tam vtiles, quam necessarias.

Circa l. dominus.

¶ Imo possessor malæ fidei licet de rigore iuris habere non potest, nisi expensas necessarias, id est, eas expẽsas quæ nisi fuissent factæ, vel res ex toto periisset circa quam factæ sunt, vel in deterius deueniisset, & cuiusmodi sunt, quæ fructuum colligendorum gratia fiunt, & etiam gratia eorundem conseruandorum, & huiusmodi. ff. de petit. hæred. l. si à patre. §. fructus (nam hæ expensæ necessariæ dicuntur) tamen alias expensas in foro exteriori perdit, si quas fecit. l. ex argento. ff. de condit. fur. vtiles verò voluntarias poterit asportare si sine læsione status prioris id potest fieri. l. domum. C. de rei vendit. imò secundum Monal. titul. de vsur. expensas quas fecit conseruando rem, vt curando morbidum animal, equum pascendo in conscientia poterit reportare. Sicut etiam qui fecit aliquod meliorameñtum, propter quod maior vtilitas allata est domino, quam prius ad arbitrium boni viri in conscientia non vetatur taxandas exposcere expensas, & quia hoc ad iustitiam spectat dominus proprius pro eis tenebitur compensare. Nam & voluntariæ, quę tales dicũtur, quãdo solum ordinant rem, neq; adaugent fructum. l. impensas. ff. de verbo. significa. tolli possunt si sunt separatæ, aut si sine læsione rei separari possent, vt ornamentum ab equi sella.

Genera expensarũ quæ tollenda.

Secus

secus autē est si sine lęsione rei separari nō possent, vt expensæ factæ in muro, quando per hoc status rei læderetur. Adde q̄ si quis bona fide credens in proprio fundo ædificare ædificauit in alieno in conscientia (prout aliqui doctores asserunt) dominus fundi ad vnū de duobus illi tenebitur, scilicet, vel ei vendere fundū, vel ei facere satis pro expensis ædificij q̄ arbitrium boni hominis æstimabit, q̄ tamē intellige, verū esse si dominus fundi hoc sine damno suo potest facere, nā aliās ad id in cōscientia nō videtur teneri. ¶ Concludimus vltimo, q̄ iuxta l. Colonus. ff. locat. etiā qui ejicitur ab prædio propter pensionē non solutā repetit expensas vtiliter factas. Nam etiā habēs ius vel causam in re à domino vt emphyteota seu datarius & huiusmodi ædificans in fundo alieno in quo tale ius habet, non perdit ædificium, vel expensas, quando ædificiū erat ei ne cessariū ad amplioré vsum. Nam ad hoc ei dominus tenebatur not. §. ex diuerso institut de rerum diuis.

¶ Porrò quoniam si contingentiū casuū in dubio consistentiū decisio clara à lege peti potest, cessat omnis de veritate contentio, idcirco libet & hos casus hic adnotasse decisos in lege primò nota. l. cum implures. ff. locat. §. lege q̄ permutatio operis facta postea ab operario, seu artifice, qui id opus faciendū conduxerat volente locatore qui illud faciendū tradiderat licet aliter à principio conuentū esset, petitionē mercedis non impedit, quāuis crediderim in conscientia iuxta qualitatē, vel quātitatē operis permutati fore tunc mercedem moderandā. ¶ Adde secundò ex. l. cū implures. §. vehiculū. ff. locat. habetur q̄ passagium, seu portoriū, q̄ soluitur pro vehiculo, soluit dominus vehiculi, at pro rebus ibi positis, si soluendū sit passagiū, dominus earū, qui eas ibi vehendas reposuit soluere illud tenetur.

Circa l. cū implures.

Casus.

Circa eād. l. 2.

¶ Accedit tertiò notandū q̄. l. si merces. ff. locat. §. qui fundū habetur, quod si emptor fundi, vel domus repellit cōductorē à fundo, vel domu venditor qui eū ei locauerat tenetur ei ad interesse, tamen iuxta leges Hispanię vt refert Hugo de Celso in suo reportorio, verbo. aloguero. vers. 17. &. 18. emptor rei locatæ potest ab ea expellere conductorē etiā locationis tēmino nō elapso, nisi dominus qui eam locauit pactus fuit conductori tēpore locationis quod etiā in casu venditionis rei inde expelli nō posset, vel nisi locator per totā suā vitā eā locasset, cæterū in casu quo nō elapso locationis tēpore inquilinus expelli potest, dominus qui vēdidit domū sic locatā, tantā mercedis locationis partem, si iam eam acceperat reddere inquilino expulso habet, quantam cō stiterit conducere termino locationis ā tē pore expulsionis non elapso. l. 19. tit. 8. Part. 5. Adde insuper quod agro seminato per colonū, & pòst vendito per dominū, colonus, iuxta conuentum partem suam habebit. Si tamē venditor omnes fructus accepisset, agere potest colonus contra venditorem. ff. de leg. 1. l. nihil speciale.

Circa l. si merces.

¶ Præterea notaberis vt dixi, quod conductor rei licet possit rem conductam alteri locare, nisi sit actum, quod alteri locari non possit l. nemo. C. de locat. &. l. si cui. ff. locat. tamen si propter hoc alteri fieret præiudicium, vt si persōnæ inhonestæ vel insolenti conductor locaret vel inuitis socijs, secundū cōmuniorē opinionē illicitā rem tunc moliretur, assentit Panor. c inter dilectos. de fide instr. ¶ Tandē ex hoc quòd possit cōductor domū alteri locare nō sequitur eū potiri facultate vtendi illa, vel alia re à se conducta ad vsus alios quam fuerit conducta, nam id pro furto reputaretur, damnumque simul cum mercede restituendū esset dño, iuxta. l. 1. &. l. 6. tit. 17. lib. 3. del Fuero.

Differentia notabilis.

¶ Adhæc notatu digna differentia, quæ elicitur ex. l. ea lege. ff. locat. §. locaui aduertenda venit inter locātem operas suas, vt certū opus faciat (nam hic tenebitur de operis vitio, siuè vna pensio, sibi præstita fuerit, siuè singulæ in singulos dies) & inter eum, qui nō totū opus assumpsit faciendum, sed solum singulis diebus operas suas locat, neque ad certum tēpus se astrinxit, quia hic de vitio operis non tenetur. Quod tamen ego in conscientia limitādū censeo esse verū, quando quia plures successiuè ad singulis diebus operas præstandas sunt conducti, nescitur neque deprehendi potest, cuius culpa operis vitium fuerit commissum, aliās, si autor vitij sit deprehensus certè tenebitur, imò etiam non excusabitur, si se id vitij sua culpa commisisse non ignoret.

Circa l. qui insulā.

¶ Deinde nota ex. l. qui insulam. §. qui edē. ff. locat. quòd pensio quæ præstatur ad mensuram, idest, tantum pro pariete lapideo, tantū pro terreo, tantum pro pretio dando manualibus operarijs, pro rata operis facti peti potest. Qui autē promittit operā tenetur seruare bonam fidē, quod nisi fecerit causa cognita per competentem iudicem conuentionem seruare iubebitur. l. si hi. C. de locat.

¶ Super his autem conductionis contractibus, quia etiam sine instrumentis, & scriptura valent, conductor, vel eius hæredes etiam nō stante instrumēto, & scriptura conueniri possunt

sunt.l.contractus. C.de locat. quia talis conductionis contractus etiam sine interuenientibus instrumentis est secundū legem hanc ratus, cuius ratio secūdum glossam ibi est quia nudo consensu contrahitur etiam sine solemnitate necessaria verborum, sicut etiam sic nudo consensu contrahitur emptio, & venditio ff.loc.l.2.& de cōtrahenda empt.in principio.

Locans nō trāsfert dominium.

¶ Adde quod rem locans suam non transfert dominium in conductorem.l.non solet ff.locat.&.C.de locat.l.qui rem circa quos leges perpendendum est, quod iuxta. l. 45.tit. 28.Partita.3.&.l.22.tit.29.ead.part.&.l.5.tit. 30.ead.part.&.l.11.tit.10.Partita.7.locator rei non solum non transfert dominium, sed semper manet cum possessione rei à se locatæ, q̄ de possessione ciuili intelligendum est, & non de naturali, nam naturalem tantum & non ciuilem obtinet conductor rei, qui corporaliter existens in illa potitur vsu illius virtute conductionis, in quo conductor domus differt à feudatario vel emphyteota, vel vsufructuario. Quia hi semel admissi in possessionem, etiam ciuilem possessionem assequuntur reseruata semper proprietate dominis directis, licet sit, vt videtur cōtra ius cōmune de quo postea dicetur quod secundum Siluestrum verbo emphyteosis.§.2. de natura emphyteosis dicto.2.danti rem in emphyteusim concedit possessionem ciuilem. ¶ Ex prædictis autē sequitur rem conductam præscribi non posse, quia neque ciuiliter possidetur à cōductore, neque proprio nomine.

¶ Item ex.l.insulam.§.quidam.ff.locat elicitur summariè, quod si conductori promittitur pecunia ad opus, potest illam primò petere, si satis det de expendendo illam in opere. Adde quod de rigore iuris qui promisit rem facere non ad id tenetur, nisi mercede sibi data quia recepta iam mercede, cogetur tunc promissionem implere.

Quæstio.

¶ Iam breuiter expediēda se offert illa quæstio, scilicet, vtrum liceat locare domos meretricibus ibi meritricio suo vacaturis, circa hāc autem quæstionē primo dicitur quod peculiari lege Hispaniæ.l.2.tit.22. Partita. 7. sancitū est, qui locauerit domum alicui malę mulieri vt ibi de suo corpore quæstum faciat amissione domus mulctetur regique applicetur.

Dictum.1.

Dictum.2.

¶ Secundò dicimus, quod licet potestati publicæ permittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices secundum D.August. libro de ordine prout refert D. Thomas.2.2.q.10. artic.2.dicens quòd vt Deus permittit aliqua mala, quo maiora vitentur, vel maiora bona sequantur, ita potestas humana imitans eū, id permittere potest.

¶ Tertiò dicimus cum Nauar. in sum. cap. 17.num.195.non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua ciuitas nō permittit eas habitare, quia sic locans, legem & cō suetudinem iustam transgreditur contra caput, quæ contra mores.8.dist. *Dictum.3.*

¶ Quartò asserimus, quòd tandem quasi ægreferens concedit, quòd in locis permissis à republica, licet locare domus meretricibus nō cum intentione principali, vel minus principali, quod ibi meretricentur, sed ad ibi viuendū cum displicentia vera locantis coram Deo illius meretricij, ita Maior in.4.dist.15.quęst.35. & patet, quia in vrbe Romana sciente, & patiēte Papa consueuerunt locis permissis locari domus meretricibus, & confessarij nihilominus absoluere soliti sunt huiusmodi locatores, etiā si animo careāt absti nēdi ab huiusmodi locationibus. Nō tñ hinc colligitur, quod liceat locare domus vsurarijs pro exercēdis vsuris, tū quia vsuræ iam nūc inter Christianos in vtroq; foro tam interiori, quam exteriori non permittuntur: tum, quia hoc genus artis vsurariæ semper vergit in detrimentum tertij, & tendit cōtra iustitiam commutatiuam, quod ita non apparet in meretricio, licet non exerceatur, sine peccato mortali. *Dictum.4.*

¶ Quintò concludimus duo contra Nauarrum. Primùm, quod non satis probat Nauarrus loco citato, quod nō liceat permittere meretricibus patronos, nō quidem pro opem ferendo meretricum peccatis, quia ad id eis patronos designare non licet, sed licere videtur ad finem defendēdi eas ab iniurijs lenonum, & ad explorandum, an aliqua earum infecta sit morbo Gallico, aut alijs cōtagiosis morbis ne permittatur meretricari cum periculo inficiendi ad eam accedentes vt expellatur. Secūdùm quod non satis probat Nauarrus, quod hi patroni ex illo lucro meretricio nō possint licitè sui officij liciti, quod præstant accipere mercedem: tum, quia post patratum peccatū licitè illud pretium accipitur à meretricibus: tum, quia de illo in ecclesia tantū oblatio non admittitur, ne ecclesia videatur earum fauere peccatis. *Dictum.5.*

¶ Deinde si quæratur, quid si equus locatus per nuntium existimatū fidelē restituatur dño absenti, si dū per eū remittitur, cū eo fugit, an de hoc tenebitur conductor. Respōdetur, quod in conscientia cū nulla ex parte cōductoris interuenerit culpa, equus si tunc pereat peribit suo domino, id est, locatori. Secus *Quæst.* *Resp.*

est

est si per nuntium non extimatum communi ter fidelem eum misisset, & cũ eo aufugisset.

¶ Accedit ad hoc quod architectus opifex vè aliquis aliquod opus per famulos sibi subseruientes in officio faciendum suscepisset, & culpa famulorum vitiatum fuisset, in conscientia ipse de vitio tenebitur satisfacere, & famuli vitiantes opus tenebũtur illi. ¶ Accedit vltimò ex contractu serui verbi gratia, quod si seruum Ioannis mulionem Petrus conduxit & negligentia serui mulus Petri perijt si ipse seruus se locasset, Ioannes dominus eius tantùm de peculio serui si aliquod penes se habet, vel de in rem suam verso tenebitur satisfacere damnum, quod sua culpa intulit seruus: si autem Ioannes dominus eius locasset eum, tenetur ex contractu proprio secundum qualitatem culpæ cõmissæ per eum resarcire damnum illatum per seruũ, eo quod elegerit eũ, qui huiusmodi damno afficeret conductorẽ. l. cum plures. ff. locat. §. seruum. & hoc quia mala electio est in culpa. ff. de negot. gest. l. nã & seruus. §. fin. tenebitur ergo de leui culpa, nam in locatione de leui culpa contrahentes tenetur, non de leuissima: nisi quando conductor accepta specialiter pro custodia rei conductæ mercede ad eam custodiendam se obligasset: quia tunc tenetur etiam de culpa leuissima. Nam sic intelligitur lex, qui mercedem. ff. locat. Tenetur ergo non solum dominus serui, sed & quilibet alius artifex de culpa eorũ, quorũ opera vtitur, si ipse diligẽtiam non adhibuit. l. si merces. ff. locati. §. qui columnam, diligentissima autem (vt supra diximus) cura, & exactissima diligentia requiritur in re leuiter frangibili, vel re pretiosa valde fabre facienda vt gemma summi valoris polienda, & id genus alijs: nam in his, qui erat artifex etiam de leuissima culpa tenetur siuè per se ret, siue per eos, quorum vtitur opera.

Casus frequen.

Nota pro artificibus

¶ Nota tãdem vltimò, quod in contractu, vbi quis de dolo, & lata culpa, tenetur probatio incũbit, dicenti interuenisse dolũ, vel latã culpã: sed vbi tenetur quis de leui, vt conductor, qui etiã dum pro custodia accipit mercedem de leuissima tenetur, illi incumbit probare, quod fuit à casu. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. fin. Custos autem rei & pastor ouium, quia earum ratione officij est custos, & depositarius, & argentarius & custos carceris in foro iudiciali tenentur probare suo dolo, aut negligentia non amisisse rem. ff. de cust. & exhibit. re. l. vlt. & quia consuetudo ita interpretatur: in alijs autem casibus dolum allegãs probare debet in. l. quotiens. ff. de prob.

CAP. XXIX. *Quid sit emphyteosis, & emphyteota conuenientia, emphyteoses sunt quinque, emphyteota, an adquirat possessionem ciuilem, quomodo emphyteosis differat à censu. Alborazius hic bene exponit sententiam iuristarum, an hic destructa possessione soluenda sit pensio, de quæstione quotidiana in Italia.*

POstquàm materiam de contractu locationis, & conductionis, Deo propiciante absoluimus, nunc propter aliqualem affinitatem, quam cum locatione contractus emphyteoticus habet, ad eius materiam discutiendam accingimur. Est enim emphyteosis contractus, qui alias ad libellum dicitur contractus quidam medius inter locationem & venditionem, differt autem à venditione, quia per venditionem transfertur tam dominium vtile, quàm proprietas rei venditæ in emptorem, sed per emphyteusim solum transfertur dominium vtile in emphyteotam retento dominio directo, ideſt proprietate apud dominum secundum Panormitanum in capit. final. de locati. Differt autem à locato, quia in locatione iuxta leg. non solet. ff. locati. nullum transfertur dominium, in emphyteosi autem dominium tantum vtile trãsfertur in emphyteotam, vt aliquid domino directo singulis annis soluat. ff. scilicet, ager. vecti. l.

Quid emphyteosis.

Differẽtia à vend.

¶ Vt autem à significatione nominis exordiamur, notandum est primò, emphyteusim vocabulum esse Grẽcum, quod Latinè interpretatur melioratio, quod inde sic sortitus est iste contractus tale nomen, quia per eum, quædam terræ steriles, & viles concedebantur emphyteutæ, quò eas melioris cõditionis, & fertiliores per culturæ industriam efficeret: post inde tamẽ vsu receptum etiam est vt res fertiles, & fertilissimæ per emphyteusim tradantur. C. de iure emphyteo. l.

Quid significetemphyteos.

¶ Igitur emphyteuta est, qui rem immobilem hæreditario iure meliorandam, vel colendam sub certo pretio pactis, & conditionibus accipit perpetuò, vel ad tempus, puta in secundam, vel tertiam generationem. Authent. de non alie. §. emphyteosim, sed & in breuius tempus puta in. 10. aut. 20. annos sic contrahi potest, ita quòd adiusq; tẽporis succedit hæres. At possessio ecclesiæ in emphyteosim perpetuò dari non potest. c. nulli de reb. eccl. nõ alie. & glo. in Clem. 1. de reb. eccl. nõ alie. at quoniam secundũ iura perpetuò datur cũ ad 10. annos, vel vltra datur quia tunc dicitur alienari, ideo solũ potest dari ad modi

Quid emphyteota.

cum tempus, ideſt ad 9. annos incluſiuè: vide tamen circa hoc Paulinam ambitioſe quomodo in ſingulis prouincijs vſu recepta ſit, nam ibi ſecundum aliquos non prohibetur: quod ſi poſſeſſio ipſa eccleſiæ erat prius emphyteutica, & peruenit liberè ad eccleſiam, dari poſſit in emphyteuſim etiam perpetuò.

Vide extrau ambitioſe.

Conuenientia emphyteoſi.

¶ Iam naturam huius contractus ſpeculaturi cum multa ſecundum Petrum Heliam in tract. de contract. emphy. cõcurrere ſoleãt in illlo, quæ nam illi conueniant, & quomodo indagandum primò eſt. Igitur ab his quæ proprius illi conueniunt incipientes dicimus primò, quod conuenit huic contractui vt dominium directum apud dominũ remaneat, & vtile dominium hoc eſt indirectum in emphyteutã transferatur: quæquidem conuenientia ex ipſo iure elicitur: quia cum iurã ciuilia vtrumq; dominum vocet, & pro compertο habeatur dominiũ vtile penes emphyteutã eſſe, fit hinc cõſequens quòd dominiũ directum apud dominum principalem maneat, cui reſeruatur proprietas. 1. 2.

¶ Secundum quod conuenit huic contractui eſt, quod dñs dans rem, in emphyteuſim potitur eius poſſeſſione ciuili, quia poſſeſſionem ſolo animo habet, & rem de iure retinet, at emphyteuta poſſeſſionem naturalẽ habet, quia eſt in re, vel rem in ſuo conſpectu videt quaſi aſtans rebus, & verbis defenſurus eam ſibi ſiquis obſtiterit. Hoc autẽ patet: quia emphyteuta non poteſt rem emphyteuticariam præſcribere. C. de præſcript. 30. annis. l. malè. Poſſeſſio autem ciuilis ad vſucapionẽ, & præſcriptionẽ inducendã idonea eſt cauſa. ff. de acquir. re. dom. l. acquiritur. §. fi. Emphyteuta, ergo poſſeſſione ciuili caret, nam ſi ea potiretur, præſcribere non vetaretur. Non ergo poſsidet emphyteuta, niſi naturaliter tantum quare vſufructuario æquiparatur, qui naturaliter tantum poſsidet inſti. locat. §. adeo.

Coroll.

¶ Iam colligere hinc licet quomodo ſtãdo in iure communi ciuili tãtum, illa differentia cuius ſupra meminimus non omnino vera ſit quam etiam Hugo de Celſo in ſuo Reportorio legum regnorum Caſtellæ verbo poſſeſſio verſiculo. 5. ſtatuit inter conductorem ex vna parte, & feudatarium, & emphyteutã, & vſufructuarium ex alia parte, vbi ait differre conductorem rei ab cæteris in hoc quod cõductor non acquirit poſſeſſionem, reliqui autem. ſ. feudatarius, emphyteuta, vſufructuarius benè eam acquirũt, quod ſi intellligatur de poſſeſſione ciuili contra ius cõmunẽ eſſe videtur (quidquid ſit de iure ſpeciali Hiſpanię) cæteri prædicti poſſeſſionẽ ciuilẽ habeãt quamquã neq; quod ea careant iure cõmuni ex ratione allegata à Silueſtro ver. emphyteuſis. §. 2. non tam apertè ex iure cõmuni concluditur. ¶ Tertium & huic contractui conuenit, cæ tantũ fundetur in rebus immobilibus. Nam hic dominiũ directum ab vtili ſeparari eſt neceſſe, cæ in re mobili non ita fieri poteſt. 3.

Emphyteota an acquirit poſſeſſ. ciuilem.

¶ Quartũ quod cõpetit huic contractui eſt cæ ſi emphyteuta præfixo tempore penſionẽ nõ ſoluerit, res cadat in commiſſum ipſo iure neq; tenetur dominus penſionẽ exigere. Nã terminus ſtatutus pro domino interpellat. C. eo. tit. l. fi. & ff. de pig. l. lex vectigali. ¶ Quintum autem adde cæ de iure huius contractus eſt, ſcilicet, cæ ſi penſio non ſoluatur, emphyteuta poſsit expelli à poſſeſſione. An autẽ expulſio poſsit fieri authoritate domini directi vt ait gloſſa in c. potuit de locato. & Roſella, an verò fieri debeat authoritate iudicis in controuerſia eſt. Sed tamen cæ fieri debeat autoritate iudicis eſt opinio tutior, & ſequenda, vbi ius adminiſtratur. Hæc eſt autẽ Panor. in. d. c. potuit. de locat. & Cy. & Accurſ. & Ang. & Silu. verbo emphyteuſis. §. 2. dicto. 7. contra gloſ. in. l. 2. C. eo. tit. & Ioan. And. & Innoc. & alios. At patet, tum quia expulſio authoritate domini facienda cũ det materirm rixæ, ex conſequẽti eſt fugienda, tũ quia emphyteuta habet ius in re, vt patet in. l. 1. ff. ſi ager vecti. vnde fit cõſequens vt propria autoritate dñi expellendus non ſit, facit autẽ pro hoc. l. creditores. C. de pig. ¶ Adde ſextũ quod ius emphyteoticum tranſit ad hæredes etiam extraneos. Nam licet de hoc controuerterint iuriſtæ, ſed prævalet vt inſinuat Silueſter loco citato opinio Ioan. de Imo in c. fi. de locat. vbi aſtruit cæ tranſit ad illos etiam in re eccleſiaſtica modo cum ſolemnitate ſit data c. de reb. eccleſ. non alien. in. 6. & 12. q. 11. cap. ſine exceptione. Accedit ad hoc cæ quando quis accipit emphyteoſim pro ſe & filijs ſuis non intelligitur tunc accepiſſe, niſi tantũ pro filijs maſculis, non vero pro feminis filiabus, ita namque tradit Ioan. de Imo. in cap. fi. de locat. ſequẽs ibi qnoddam dictum Arch. in cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. vbi docuit in materia contractum maſculinum non concipere fœmininũ iuxta. l. veteribus. ff. de pact. cui multi alij ſubſcripſiſſe videntur. 4. 5. 6.

Queſtio.

¶ Iam verò dicendum reſtat de duabus conditionibus de quibus dubitari poſſet an huic contractui neceſſario conueniant, quarum prima eſt, an neceſſario fieri debeat in ſcriptis. Reſpondetur, autem

Reſt.

breui,

breuiter quod circà hunc contractum, & circa pacta ipsius naturam concernentia scriptura non requiritur iuxta sententiã Bart. C. de iur. emphy. l. 1. Nã consuetudo pro hoc est & ratio suffragatur: quia scriptura non est de essentia contractus, nam scriptura fit ad certam rei memoriam. C. de pignor. l. contrahatur, cõtractus vero iste scriptura probari non indiget per se, sed probata solutione pensionis manet probatus. Sed bene requiritur scriptura circa pacta facta extra naturam eius iuxta gloss. in dicta l. 1. in verbo scriptura.

Quæst. ¶ Nunc autem de secunda conditione, an prærequisita sit dicere oportet videlicet, an prærequiratur quod in istius contractus executione in introitu aliquid detur: quia videtur quod sic siquidem magnam affinitatem

Resp. habet cum emptione, & locatione. Nihilominus tamen dicimus primò quod licet necessarium sit vt aliqua pensio soluatur, sed non est necesse, quòd aliquid in ipso introitu soluatur: p patet tum ex communi sententia doctorum, tum ex arg. Authen. de alie, emphyt. in princip. Adde tamen quod Hostiense autore de natura huius contractus est, vt si contrahentes aliquid pacti fuerint, id obseruetur. Si autẽ nullo alio pacto se astrinxerint, pensio nihilominus soluenda erit, nisi substãtia rei ex toto petierit de quo plura postea.

Quæst. ¶ Sed postquam de differentia, qua contractus hic à reliquis distat meminimus, nũc etiam quomodo à contractu censuali secernatur dicendum est. Iuristæ autem communiter, quibus subscribit Silueltr. verbo emphyteusis. §. 3 asseuerant hinc differre scilicet quod per contractum emphyteuti cum transferatur tantum vtile, & indirectum dominiũ, per contractum autem censualem transfertur etiam directum dominium, & non solum vtile sicut fit quando dicitur. concedo tibi talem rem, transferoq; in te quidquid iuris mihi inest in illa, solues tamẽ pro ea annuatim certũ

Prob. censum. ¶ Probant autẽ hanc suã sententiã ex textu singulari cap. constitutus ad uncta glo. de reli. do. ex quo cap. (inquiunt) colligitur, quod licet dictum sit in contractu concedo tibi hanc rem in emphyteusim perpetuã addendo, quod transfert quidquid iuris habet in illam pro certa annua pensione adhuc erit contractus censualis cap. constitutus, & illa verba in emphyteusim accipiũtur impropriè

Respons. vt in l. si vno in principio ff. locat. His nihilominus non reiectis pro maiori declaratione repetimus rursus quod in materia census dixeramus scilicet, quod cum duplex sit contractus census, alius redimibilis, alius autem perpetuus, si loquamur de censu redimibili, dicendum est cum Soto de iust. & iure libr. 6. q. 5. art. 1. conel. 3. & cum Nauarro Cõmento de vsur. nu. 77. & cum Siluest. vsur. 2. q. 12. q. in censu redimibili, in emptorem census non transfertur ex natura istius contractus dominium directum possessionis suppositæ censui in emptorem census: quia licet doctores hi hunc contractum emptionis, & venditionis esse concedant. Non tamen per quam emanatur possessio ipsa, sed solum ius accipiẽdi quotannis pentionem ex illa, quæquidem opinio ideò magis placuit Garciæ lib. 2. de cont. pag. 78. vbi agit de censibus scilicet, quod hic sola interueniat emptio fructus rei, quia scilicet, tali emptioni fructuum conueniunt cõditiones, quę secundum leges attribuũtur huic eõ tractui, & non rei emptę.

¶ At quoniam Alberto Aziuis lib. 3. de contractibus tit. 2. sequi videtur opinionem suprà dictam quã communẽ esse diximus inter iuristas scilicet, quod in contractu census directum etiam transferatur dominium in emptorem, eam subtiliter sic interpretatur dicendo, quod census redimibilis redducitur ad cõtractũ emptionis, quo emitur possessio supposita censui pro certo pretij collato, emitur (in quam) quoad partẽ fructus inde percipiendã cum pacto de retrouendendo eam, quã possessionem sic emptam emptor rursus venditori eidem pro pensione pecuniaria quotannis soluenda locat, & sic censualista, quia remanet sibi dominium vtile, & indirectum, potest eam vendere tertio, sicut & emphyteuta potest: quia possessionis emphyteuticę dñs vtilis est, quæquidem opinio sic interpretata sicut subtilis est, ita quoque in scholis defensabilis, quia coincidere videtur cum prædicta communi iuristarũ, & multo verisimilior sit in censu perpetuo præsertim, quando censualista tempore contractus declarauit se concedere illam possessionem suppositam censui seq; perpetuo transferre quidquid iuris habet in illa pro perpetua annua pensione, quia tũc vi virtute verborum etiam dominium directũ videtur transferre. In quo casu differt hic censualis contractus ab emphyteusi, quia in emphyteusi non transfertur dominium directum, sed vtile, in hoc autem censu transfertur dominium directum: differt. Secundò quia in emphyteusi res, seu possessio reponitur in manu emphyteutæ, in censu autem redimibili, seu perpetuo possessio suppositi censui solita est remanere apud ven-

Albornoz optimè exponit sententiã iurist.

Differẽtia census ab emphyt.

ditorem cẽsus, ideſt apud cenſualiſtam. ¶ Accedit vltimò quod emphyteuſis, quæ fit de generatione in generationem aſsimilatur inueſtituræ feudali ſecundum Bart. in l. ſi mihi, & titio. ff. de verb. oblig.

Quæſtio. ¶ Porrò iam illa quæſtio præcipua ſit obuia vtrum emphyteuta teneatur ſoluere penſionẽ, ſi poſſeſsio emphyteotica ex toto quòad ſubſtantiam perijt, vel ex parte, aut ſi caſu

Variantdoctores. aliquo fructum afferre non potuit. Reſpondetur autem circa hanc quæſtionem diuerſas ortas fuiſſe opiniones. Nam Panormitanus in cap. potuit. de locat. tenet emphyteutam non liberari à penſione ſoluenda, niſi res tota perierit: facit pro hoc argumentũ ſumptũ ex. l. 1. C. de iure emphyteu. vbi in ſumma dicitur, quod ſi de caſu fortuito nihil eſt conuentũ, tunc ſi res pereat tota liberatur emphyteota, ſed non liberatur, ſi pereat pro parte. Alij verò quia ius dictat emphyteotam non liberari ex partis perditione, autumant liberari, quando vltra medietatẽ eſt perdita, quia ſubſtantia rei quãdo vltra medietatẽ perditur, non pro parte, ſed quaſi pro toto perdi eſt dicenda.

Varietas opin vndẽ aliquãdo. ¶ At verò quoniam varietas opinionum ex praua intelligentia legum oritur: quæ quidẽ varietas interdum tollitur ab his, qui inter leges, quæ diſſonare prima facie videntur, nouerunt per diſtinctionem, vel limitationem ſignare cõcordiam iuxta illud axioma, diſtingue tempora, & concordabis iura. ideò iuxta mentem Silueſtri verbo emphyteuſis. q. 1. §. 4 & iuxta ſententiam Nauarri in ſum. q. 17. nu. 190. quam dicit eſſe communem diſtinguẽdũ eſt. Nam ſi exigua pẽſio ſoluitur potius ad

Diſtinctio. Dictum. 1. iuxta mẽb. 1. diſt. recognitionem dominij directi, quam ad ſolutionem fructuum tunc ſecundum Nauar. non ſolum in pẽſionibus emphyteoticis, ſed in penſionibus rerum, quæ in longum tẽpus i. in decem annos, vel vltra decem annos, aut in plus vitæ, vel vnam, vel in perpetuum conducuntur, & locantur: (quia emphyteoſim talis locatio ſapit) etiam ſi maior pars ſic ad longum tempus locatæ rei pereat etiam caſu fortuito, dummodo non tota pereat, non eſt facienda penſionis vlla remiſsio: hic enim non habet locum recompenſatio annui cẽſus propter bella, & ſterilitates, & huiuſmodi, patet ex. l. 1. C. de iure emphy. quæ in hoc caſu locum habet. Et ratio ſuffragatur, quia cum penſio minima non correſpondens fructibus ſoluitur ſolum in recognitionem directi dominij, tandiu cauſa eã ſoluendi ſubeſt, quandiu rei ſubſtantia durat.

Dictum. 2. iuxta. 2. memb. ¶ Si autem iuxta ſecundum membrum diſtinctionis penſio non exigua ſed adeò competens ſoluitur, vt fructibus poſſeſsionis reſpõdeat taliter quod tantum, aut parũ minus penſionis ſoluitur, quam ſi ad modicum tempus conduceretur, tunc prædicta remiſsio facienda eſt prõ rata etiam ſi tota ſubſtantia non perierit, ſi caſu fortuito ſine culpa pars perijt. Itaque vt exemplificat Silueſter vbi ſupra, ſi quarta pars fructuũ, qui percipi conſueuerũt percepta eſt, quarta pars mercedis præſtetur iuxta cap. propter ſterilitatem de locat. hęc ſententia eſt cõmunis vt ait Nauar. quam ſequitur Ias. in l. 1. C. de iur. emphy. n. 20. imo Bar. ead. l. & eo. tit. C. de iur. emphy. eam tenẽt cui ibi accedit Baldus. Addit tamen Bartolus, q̃ in confirmationem iſtius ſententiæ communis facit, ſcilicet, q̃ tunc non eſt propriè contractus emphyteoticus, quando datur tanta, quanta pro locatione in breue tempus impendi ſolet penſio, quare tunc cum naturã contractus locationis quantũ ad quantitatẽ penſionis magnæ videatur induere, ſic & locationis quatenus attinet ad hoc acceptat legẽ. ¶ Patet

Prob. 1. autẽ hoc quia ſicut conductor rei in breue tẽpus non ſoluit penſionẽ tantũ in recognitionem dominij directi, quantũ in fructuũ compenſationem, ſic contingit emphyteotę, cum penſionẽ adeò notabile præſtat, q̃ quaſi ęquiualere, & correſpondere videtur fructibus.

Prob. 2. ¶ Tum etiã vltimò patet, quia ſi in caſu fortuito emphyteota ſoluturus eſſet integre penſionẽ correſpondentẽ ad fructus ſubiq, diminutione ſequitur, q̃ nihil tũc haberet emphyteota in recompenſationẽ, cum aliunde nulla & à principio contractus facta fuerit (ſcilicet, in compenſationẽ fortuiti caſus, qui ſubit) diminutio penſionis alias debitæ, ſic in. §. quia verò Leonis in authent. de nõ aliena. inſinuatur eſſe facienda, quando res eccleſiæ à principio dantur in emphyteoſim, quia huius rei gratia, ſcilicet, vt emphyteota ſubeat caſus fortuitos ſterilitatis, cum diminutione ſextæ partis illius pẽſionis, quæ alias quolibet anno percipi poſſet ait eſſe concedendas, ſcilicet, in caſus fortuiti (ſi eum in ſe ſuſciperet emphyteota) recompenſam.

Quæſt. Quotidia. in Italia. ¶ Porro quoniam ibi in Italia crebra ſolita ſunt ingruere bella, vbi Silueſter inhabitabat, ideò de hac q̃ſtione quotidiana tũc dicitur eã in controuerſiã reuocat, ea nẽpe eſt, nunquid teneatur emphyteota dũ prædiũ emphyteoticũ propter bellũ impedientis, inculturã mãſit, eius præſtare penſionẽ. At quidem circa hanc quæſtionem cum alijs digradiãtur Bartolus in. l. 1. C. de iur. emphy. & legiſtæ cõmuniter

Variant legiſtæ.

niter tenentes partem negatiuam propterea, quod prædium inudatum, & prædium captũ ab hostibus æquiparãtur: cùm autẽ inundatũ est, censetur perditum. l. 3. §. labeo. ff. de acq. possessi. ergo similiter captum ab hostibus censetur perditũ, ac per consequens vt de re perdita, nulla secundum ipsos debetur pẽsio.

Sent. Bart.

Sent. Car.

At Cardinalis Paduæ fertur oppositum consuluisse, cui subscripsit collegium Patauinum sequendo affirmatiuã partẽ, propterea quod tunc non perit substantia rei irrecuperabiliter, aut sine spe recuperandi, quare directus dominus illius propter hanc spem illius repeteret emptorem. Panor. autem qui nititur eos concordare non omnino satisfacit Siluestro. Siluest. autem qui verbo emphiteosis. §. 5. ex mente do. Alexij eam illucidare contendit, ita inuoluit decisionem vt quid sit tenẽdum vix intelligatur. ¶ Dicimus ergo ad quæstionẽ si quomodo possumus: clarè. Primò quod dum prædium per bellum totaliter sine vlla recuperationis spe perijt, haud dubium, quin emphyteota ab omni præstatione pensionis siuè magnæ, siuè exiguæ liber fiat. l. 1. C. de iur. emphy, & in hoc casu opinio Bart. & Auristarum verum habet.

Resp.

Dictum. 1.

¶ Secundò dicimus, quod si per bellum non totum prædium sublatum est, aut perijt, sed solum quòad partem irrecuperabiliter sublatum si sinè culpa emphyteotę, tunc etiam si maior pars eius per bellum, vel casu fortuito perierit, propter partem remanentem, qui exiguam præstabat pensionem ad recognitionem directi dominij, ab ea soluenda non liberabitur in hoc casu. Huius sententiæ est Nauarrus in sum. cap. 17. nu. 190. in quo casu vera est sentẽtia Card. & Collegij Patauini, quia adhuc perstat causa recognoscendi dominiũ per illam pensionem minimam.

Dictum. 2.

¶ Tertiò adijcimus quod in casu, quod pars prædij per bellum sine culpa, vel casu fortuito sine vlla spe recuperandi irrecuperabiliter perijt, si pars tamen alias illius mansit apud emphyteotam: tunc pro rata tãtum partis remanentis soluet pensionem magnam, quam soluebat æquiualentem, & correspondentem ad omnes fructus, patet quia hoc ratio æquitatis dictat, vt si quarta pars tantum ex parte remanente colligitur, quarta pars pẽsionis quæ soluebatur prius ex toto, domino directo impẽdatur iuxta cap. propter sterilitatẽ de locato.

Dictum. 3.

¶ Quartò superaddimus, quod si nt spes recuperandi fundum sublatum per bellum, tunc à pensione exigua soluenda, quam emphyteota in recognitionem dominij præstabat nõ liberabitur: quia hic currit ratio Cardinalis & Collegij Patauini, quia hac stante recuperationis spe, dñs directus tũ non videtur directum amisisse dominium, tum quia stante hac spe, si emphyteota vellet vendere eius dominiũ vtile, illius posset reperire emptorem.

Dictum. 4.

¶ Adde quintò quod in hoc casu, vbi spes subest recuperationis prædij, dum in culpa illud recuperandi non est, & de facto non recuperatur, emphyteota qui non minimam, sed correspondentẽ ad fructus soluebat pensionẽ liberabitur à præstatione pẽsionis interim dũ hac de causa nullos fructus colligit: quod si quia non est integrè restitutum aliquos fructus colligit, sed non omnes, pro rata collectorum tenebitur tãtum, sicut & locator cap. propter sterilitatem de locat.

Dictum. 5.

¶ Accedit vltimò quod si res emphyteoticaria augeatur, nõ propter hoc augẽda est pẽsio. Cuius rationẽ reddit Bar. qui. l. 1. C. eo. hoc tenet, quia cũ emphyteota causa meliorandi possessionẽ eius susceperit dominiũ vtile, ratio æquitatis exposcit, vt omne augmentũ in distinctè pertinere debeat ad eum.

Dictum vltim.

CAP. XXX. *Emphyteota non soluens pensionem an ipso iure cadit à iure suo, & quid operẽtur in iure ista verba, ipso iure, ipso facto, huc traditur teorica conducens ad multa, fallit regula scilicet, quod vbi dicitur ipso iure, adhuc requiritur declaratio, statuitur circa hoc alia regula generalis, an non soluens pensionem posit meram purgare, insuper compensatio ipso iure hic non fit nisi ex de celeri satisfactione, de casibus commissi vel nõ. Sententia Siluest. temperatur, an pensio accepta ab emphyteo a lapso præiudicet accipienti de præsumptione rationabili.*

Quæst.

PRosequentes materiam de contractu emphyteutico, ad eam quæstionem accessimus an emphyteuta pensionẽ non soluens annuam à suo iure cadat? Respondetur autẽ primò, quod emphyteota si est priuati non soluens per triennium cadit à suo iure. l. 2. de iure emphyteotico. Si autem est ecclesiæ emphyteota, & per biennium non soluat, cadit à iure suo, nisi celeriter soluat cap. fi. de locati. quã celeritatẽ arbitrio iudicis supra diximus fore committendam, perditq; meliorationes secundum Abb. consil. 73. volu. 1.

Resp.

¶ Ac iam nobis obuiat alia affinis quæstio, an non soluens pensionem annuam, quando cadit ob hoc à iure suo, ipso iure, & facto cadat, ita quod non sit necessaria sententia iudi

Resp. ci. Respondetur verò quod emphyteota priuati triennio non soluens à iure emphyteoti co cadit ipso iure secundum Hostiensin cap. potuit. de loc. & Salic. in l. 2. C. eo. Huius autem assertionis Siluest. verbo emphyteusis. q. 2. §. 7. bonum sibi videtur allegare fundamentum. s. quia istud verbũ omnino præcisum verbũ est, sicut ista dictio mox, & statim. At verbum præcisum adiectum verbo de futuro ipso iure videtur sonare iuxta Bartulum, & omnes scribentes in leg. iubemus la. 1. C. de sacrosanct. Eccle. hic autem vtitur hoc verbo omnino in Auth. de non alien. §. scire autẽ.

Quæstio. ¶ At quia iam quis instabit hic inquirens, quid operentur in iure hæc verba ipso iure, vel ipso facto. Nam videntur nihil operari cũ ista verba solita sint apponi in pœnalibus, vbi tamen non ipso facto, sed post sententiam iuris manet quis suo iure priuatus, & spoliatus.

Resp. Respondemus, ergo primò statuentes vnam theoricam generalem collectam ab Alexand. de Imo. in l. si quis maior. C. de transact. ex dictis Archid & Ioan. Andr. in cap. 1. de homici lib. 6. hæc nẽpe theorica est, quæ visa est Siluestro notatu esse digna, quia inquit confert ad multa decidenda dubia circa leges contingentia. s. quòd omnia iura mundi, quæ dicũt pœnã ipso iure, vel facto, debent intelligi modo secuta sit sententia declaratoria, per quam declaratum sit fuisse commissum id propter quod illa pœna veniebat imponenda aliàs illa pœna suum effectum, & executionẽ non sortietur. Et patet: quia non habetur pro infami periurus antequàm iudex per sententiã declarauerit peieràsse, & hoc est quòd Sotus de iustit. & iur. explicacius tradit agens de legibus pœnalibus, vbi ait, quod leges pœnales propter rea quod dicant ipso facto, vel ipso iure, vel similia, non obligant ante sententiã iudicis cõdemnatoriam, sed solum, quando lex ipso iure, vel facto pœnam, decernit non opus est sententia iudicis quæ feratur super pœnã sed tantum super crimen.

Theorica conducens ad multa.

Fallenti ẽ regul. scilicet, q; pœna ipso iure illata exigat declaratione iudic.

Fallunt in his.

¶ Secundò quia dici solet quod regula generalis suas exceptiones solet pati, & quia prędicta regula, & theorica generalis interdũ occasionaliter noceret: nisi eius exceptiones haberemus notas, ideò nota fallentiam huius regulę quatenus attinet ad conscientiã quã Nauarrus in sum. Lat. c. 23. tradit. n. 67. Quia fallit primò in pœna excommunicationis, interdicti, irregularitatis, amissionis beneficij ipso facto, & aliorum similium, quæ executionẽ iudicis non requirunt, atque ideò iudicis sententia declaratoria super pœnam, aut super crimẽ non indigent, vt in conscientia statim incurrantur pensata semper mente legislatoris, qui voluit vt pars ipsa in hiesset executrix cõtrase, scilicet, habendo se pro irregulari, suspẽso, excommunicato, vel pro non beneficiario quod in his spiritualibus pœnis, & alijs paruis temporalibus iuste velle potuit legislator, & etiã in beneficijs, quia vt ait Nauarrus in sum. Lat. cap. 25. nu. 117. & 118. tacitè, vel expresse conferuntur sub ista conditione. In alijs autẽ grauibus arbitratur Nauarrus non tã libere posse legislatorẽ obligare in conscientia per suas leges pœnales ante sententiã iudicis, quia cũ homines naturaliter renuãt pœnarũ sibi imponarũ fieri executores, magna subditis delinquẽdi præberetur occasio q; esset cõtra caput ex parte de cõst. & l. cõuenire. ff. de pact. dot.

Regula alia generalis.

¶ Igitur alia regula sit, quæ optima interpretatrix est theoricæ generalis suprà positæ, scilicet, quod illa sententia communis quod pœna temporalis ipso iure etiam incursa non debetur in foro conscientię ante iudicis declarationẽ intelligenda est, nisi aliud cõstet de mẽte legislatoris. Nam vt ait Siluester loco vbi supra si lex, vel statutum priuaret aliquem ipso facto bonis, vel aliter, & adderet nullã requiri declarationem super facto, tũc ante sententiã declaratiuam in conscientia vellet obligare, sicut fecisse videtur Paulus in extrauagante ambitios. vel nisi pœna ipsa sit imposita non propriè vt pœna, sed vt conditio, vel modus rei traditæ iuxta Panor. super verbo adijciens c. Raynaldus. de testamentis. Nam sub ista conditione conferuntur beneficia, & talis est pœna imposita à testatore ipsi legatario, quę quia potius est conditio quam pœna iuxta Cajet. in sum. verbo pœna. statim ante declaratio nem iudicis incurritur in conscientia.

Quæst. ¶ Iam ex supradictis innotescit stãdo in cõscientia quid sit dicendũ ad principalẽque stionẽ, scilicet, an nõ soluens pensionẽ per triẽniũ emphyteota priuati statim in cõscientia ante declarationẽ iudicis cadat à iure suo.

Resp. Quia respõdemus, q; licet dicatur q; ipso iure cadit à iure suo, nihilominus tamẽ quia secundũ Siluestrũ verbo emphyteosis. q. 2. duplex declaratio requiritur, scilicet, declaratio voluntatis domini q; velit emphyteutã ipso iure priuari si à suo iure ceciderit secũdũ Bart. l. 2. C. eod. & in verbo volenti, & in verbo si modo voluerit, & alia declaratio, scilicet, q; ipse emphyteota fuerit in mora soluẽdi, vt in. l. lex vectigalia de pig. ideo probè respõdit Nauarrus in sum. lat. c. 23. n. 64. ad à se quęsitũ dubiũ, q; licet pœnã cõmissi iustè capere possit is in cuius fauo

rem

rem committitur qualis est, quam emphyteo ta subit de locat. cap. potuit. & l. 1. & 2. C. de iure emphyt. quæ tamen in emptione census prohibita est imponi per Pium V. in extrauag. de creatione censuum, quam tamen lex Castellæ vt patet in Recopilatione noua legũ. l. 1. tit. 15. verbo cẽsus imponi, & exigi concedebat: tamen his nihil obstantibus non tenetur quis in foro conscientiæ manifestare rem in commissum cecidisse quod satis liquet ex omnibus prædictis.

¶ Præterea consequenter in dubium potest reuocari vtrum emphyteota siue priuati siuè ecclesiæ, qui triennio, aut biennio non soluit, possit suam moram soluẽdo purgare, & in quanto tempore? Responsuri autem ad quæstionis dubium præmittimus primò, q̃ hoc quod dicitur, quod emphyteota priuati triennio non soluens cadit à iure suo, & si est ecclesiæ, si biennio non soluerit, fallit si dominus tenebatur ipsi emphyteutę de eadem, vel maiori quantitate, quia tunc à iure suo non cadit, tum quia iuxta Panor. in cap. bona fides de pos. & iuxta. l. amplius. ff. rem. ratam hab. qui compensat soluere dicitur, tum quia exceptio compensationis ad euitandam pœnam debentis soluere fit ipso iure, iuxta textum notabilem iuncta gloss. in l. si constat. C. de compen. vbi sic tenetur à doctoribus. Ad de autem quod licet iuxta communem sententiam doctorum ipso iure non fit compensatio, nisi opponatur ab homine, idest ab emphyteota ante tempus triennij, vel biennij, quia aliàs cadet à iure suo, & non audietur, si eam postea velit obijcere: nihilominus tamẽ quia prædicta sententia communis doctorũ fallit, scilicet cum fit compensatio ad pœnam euitandam: vel ad impediendum cursum vsurarum, quia tunc odio pœnæ, & vsurarum fit compensatio cum hic agatur ad pœnam commissi euitandam etiam si à debitore, vel emphyteuta ante dictum tempus non fuerit opposita valet, ita tenet notabiliter Inn. in ca. bona fides de depos. & Ang. in. l. semel mora. ff. solut. matr. & Ias. in. leg. 2. C. eo. & ex not. per gloss. & doctores in. l. si constat. C. de compẽ. ita elicitur. Secundò dicimus, directè ad quæstionem respondendo, quod alia est ratio de emphyteota ecclesiæ: quàm de emphyteota priuati. Nam emphyteota ecclesiæ si biennio cessauerit soluere pensionẽ, potest satisfactione celeri morã purgare, sed quando censetur (vt euadat pœnam) morã celeri satisfactione purgare. R. secundũ Ioan. And. & Innoc. in. c. potuit. de locat. vel iuxta glossam ibi, arbitrio iudicis hoc cõmittendum est, qui inspecta personarũ, & circunstantiarũ qualitate id arbitratur, cui glossę accedit, ibi Card. Subscribit etiã Nauar. in sum. quã secutus est Imol. subdens q̃ si istud fuerit indubiũ renocatũr. vtrum emphyteota ecclesiæ celeriter satisfecerit, vel non, & index fuerit male arbitratus ab eo posset appellari: emphyteota autẽ priuati, per triennium ab præstanda pẽsione desistẽs ens morã suã celeri satisfactione purgare non permittitur, sed statim à iure suo cadit secundũ Ang. & Imo. in. l. si intulã. ff. de verb. obli. probatq; id per text. c. potuit. de loc. per locũ ab speciali. s. in emphyteota ecclesiæ. Pro qua specialitate duplex militat ratio. s. tũ quia mitius agit ecclesia, quàm priuatus cum sui etiã ecclesia in suo foro, quia non est ita pro emphyteota, cũ pensa ad pœnas, mitius solita sit agere, tũ quia emphyteotæ priuati satis tẽporis videtur indultum ad purgandam morã cum longius tempus idest triennium est sibi per ius ciuile concessum, quod non contingit in emphyteota ecclesię cui breuius conceditur spacium, idest biennium.

¶ Pono hic consequẽter inquisitione opus est, an emphyteota qui citra culpã suam præstituto à iure termino pẽsionem soluere desistit à iure suo cadat pœnã cõmissi incurrendo. Respondetur autẽ primò, quod si multi sunt emphyteotæ, & omnes soluentes soluerunt pensionẽ totã præter vnum eorũ, secundũ gloss. in cap. potuit de loc. non cadunt à iure suo: si verò non totã soluerunt, cadunt omnes. Igitur caueant sibi in hoc, q̃ si soluãt totã, & tunc agere poterunt contra non soluentẽ. ¶ Si autem vnus dũtaxat sit emphyteota etiam etiã si soluerit partẽ tantũ, cadit à toto iure emphyteosis: quod limitandũ venit. s. nisi per errorem minus pensione debita soluerit iuxta. l. quàm uis rationes. ff. de condit. & demõst. quia tũc non cadet. ¶ Potest quoq; limitari quãdo propter paupertatem soluere cessallet, quia neq; tũc à iure suo non caderet, sed hanc secundã limitationẽ non sine dubio statui ait Siluest. verbo emphy. q. 4. §. 10. sed Bartolome⁹ Fum⁹ in sua sum. verbo emphyt. §. 19. vtramq; limitationẽ fieri secundũ communiorem opinionẽ ait: quare cum ista secunda limitatio in fauorẽ pauperũ fiat, indubio si tale esset, in eorũ gratiã esset admittẽda. ¶ Seeũdò heres qui quia ignorauit rẽ emphyteoticã, esse ideò destitit à soluẽdo quãuis de mẽte glo. in. l. 2. de iure emphy. & Bar. ibi sit q̃ cadit à iure suo, tamẽ dicendum est quod restituendus est de æquitate, & dicendum est idem de minore nõ

Quæstio. *Responsio.* *Fallentia.* *Compensatio ipso iure non fit nisi.* *Dictum. 2.* *Celeris satisfactio quando.* *Quæst. Resp.* *Dictum. 1.* *Limitatio. 1.* *Limitatio. 2.* *Casus commissi vel non. 2.*

soluente per l. fin. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.

3. ¶ Tertio in casu, quò quis pro se, ac filijs suis, ac nepotibus emphyteosim recepit, si primus, aut secundus deliquerit non soluendo, aut alienando, in nocumentum id verget sequentium (vt tradit Bart. in l. eum qui. ff. de inte.) At verò si aliud delictum patrasset, propter quod bona publicanda venirent, tùc nihilominus bona emphyteotica penes filios, ac nepotes remanere debent, nam non transeunt ad eos vt ad hæredes, sed iure suo potiuntur illa. leg. vt iuris iurandi. ff. de ope. liber.

4. ¶ Adde quartò, quando filia instituta esset hæres in certa re cum conditione vt esset cõtenta, neque posset de bonis suis plus petere tunc non priuaretur emphyteusi, ad quam ius haberet vt filia, ita Bart. in l. vt iuris iurandi. §. si liberi. ff. de operis libert. Cuius potissima ratio est, quia dicta verba in eo sensu, assumenda sunt vt intelligantur scilicet, quod non possit plus peti iure hæreditario, non autem quod amittat emphyteosim, quam iure hereditario licet petere non potest, sed alio iure eam prætendens petere potest, quia licet patet ex sua dispositione emphyteosi filiam priuare possit: sed verba illa scilicet, quod sit contenta re illa tantum in qua instituit hæres, eam emphytheosi non priuant, quia hoc non sonant, quia neq; his verbis dote materna diceretur priuata secundum Bart. ita neq; re emphyteotica, quia bona, in quibus quis instituitur hæres, intelliguntur illi dari deducto inde ære alieno. At verò in hac parte aliena censetur esse res emphyteotica, sicut & dos materna: quare filia instituta hæres à patre in certa parte ea lege, vt ea re esset contẽta sicut vltra eam rem dotem maternam: ita & rem emphyteuticam cum fuit etiam pro filiabus expetere poterit.

4. ¶ Accedit quintò, quod si mortuus sit dominus, & hæreditas emphyteotica triennio vacet, in quo emphyteota non soluisse reperiatur, licet secundum Albericum in l. 4. ff. de damn. in fect. & Baldum. l. 3. C. eod. tit. expelli non possit à possessione, quia à iure suo inquiunt non cadit: tamen tutior est, & verior opinio oppolita scilicet, quod talis cadit à iure suo, etiam si non sit persona, cui soluatur, nisi deponat iuxta formam l. 2. C. eod. tit. & l. acceptam. C. de vsur. ita Ioan Andr. in additionibus ad Speculatorẽ sentit cum ipso Speculatore.

6. ¶ Adde sextò quod si dum lis ageretur inter emphyteotam, & dominum ea durante soluit pensionem protestando quod nomine pensionis nihil soluat, si dominus tandẽ obtinuit in causa videtur dicendum cum Siluestro quod talis cadit in commissum, cuius ratio est, quia cum quis aliquid soluit eligere potest in quam cautam magis soluere velit. ff. de soluti. l. & per consequens se non soluere nomine pensionis, ideo in aliam causam videtur solutum. Quia circa vnum, & idem non licet variare, neque obstat quod in alijs licitum sit variare iuxta. l. nonnunquam. ff. de coll. bon. quia ad dictam rationem in hoc casu nõ licet.

¶ At nos licet istam sententiam Siluestri verbo emphyteosis. §. 10. dicto. 6. nolimus omnino refutare, sed quia rigorem præ se fert sic temporandam duximus, scilicet, quod vera sit dum malitiosè emphyteota se defendere à recognitione domini directi nulla bona fide protectus contendit, ideoque talem protestationem fecit. Secus est si bona fide, & colore valde apparenti iuris suffultus de recognitione dominij directi controuertens in foro exterioti, ne sibi solutio facta in iudicio noceret, ideo se nomine pensionis non soluere protestatus est cum alia non subesset, neque præsumi posset esse causa soluendi. Quia tùc de æquitate non esset iudicandus à iure suo cecidisse, neque pœnam commisisse incurrisse. Tum quia licet in solutionibus non licet variare postquam vnius debiti debitor solutionem elegit, tamen id verum est dum debita alia sunt etiam certa, & non est præsumptio, quod ne sibi in suo iure noceret sic quasi sibi cauens soluit protestando. ¶ Tum quia si quãdo per errorem emphyteota minus soluit pœnam commisi euadit. l. quamuis rationes. ff. de condit. & demonstrat. & si quando hæres ignorans rem esse emphyteoticam nõ soluit, restituitur de æquitate, ergo pari ratione, quid quid sit de rigore iuris hic venit restituendus vel iure emphyteotico non est expoliandus, sed quia quando tandem dominus directus obtinuit in causa, præsumitur fraus intenta ex parte emphyteotæ, magis nostræ rationes cõcludunt illum non cadere in foro conscientiæ à iure suo sed neque in foro exteriori censendus esset ab eo cecidisse, vbi bona fide excusante constaret litigasse contra dominum directum.

Sent Silu. tẽperatur.

Prob.

Prob.

¶ Accedit septimò quod dum emphyteota nõ soluit triennio, quia detinebatur in carcere, expelli non potest, quia legitimè esse impeditus iudicatur ita Anton. de Butr. cap. significante

7.

ficante de pigno. Addimus autē secundo q̄ vt Ias. l. 2. C. eo tit. ait, etiā si daremus q̄ ipso iure cāderet ex clausula generali iste in effectu in integrum esset restituendus.

¶ Adde tandem quod tutor pupilli ab eo habens emphyteosim, non ideò per tutelam censetur esse legitimè impeditus à soluendo pensionem, debet enim à se ipso illam exigere, & insumere in vtilitatem sui pupilli. ff. de negot. gestis. l. si pupilli vnde si per quinquennium non soluerit cadit à iure suo ita Petrus Heli in tract. de contract. emphyt.

Quæstio. ¶ Iam vltra quæritur vtrum emphyteota citra voluntatem domini possit rem emphyteoticam missam facere, vt sic liber fiat à præstanda pensione.

Resp. Respondetur autem quod licet aliqui per distinctionem respondeant dicentes, quod si emphyteota est obligatus ratione rei, possit, si autem ratione personæ q̄ non possit. Nihilominus tamen in distincte censemus dicendum esse quod non potest, tum quia quod ab initio est voluntatis ex post facto est necessitatis. l. sicut. C. de act. & obli. tum quia personaliter tenetur ad præstationem pensionis, actiones autem personales affixæ sunt ossibus nostris leg. quis ergo. ff. de pecul.

Quæstio. ¶ Addimus & Secundò quærere vtrum re emphyteotica destructa, vt si domus igne flagrasset, si repararetur, in pensionis eius solutione teneatur emphyteota perdurare.

Rsp. At licet hic nonnulli doctores prolixiorem faciāt sermonem, sed nos in re non adeò controuersa sic perstringimus responsionē scilicet, quod in tali casu destruitur obligatio, quæ erat super rem illam. Ita Bart. in. l. domini. ff. de dān. infect. §. si is. cuius ratio est, quia illud opus sic reparatum iam dicitur nouum opus: vnde sicut curator si furioso, si datus, si furiosus de nouo redeat ad sanam mentem, quia iam iudicatur esse alius, expirat curatoris officium neq; reuiuiscit, si reuertatur in furiā, sic obligatio soluendi pensionem destructa sic domo cessauit nunquam reuiuitura, etiam si reparetur, facit. l. cum alijs. C. de cura. furio. Quæ quidem sententia sic generaliter asserta limitanda venit iuxta ea, quæ diffiniunt doctores in cap. de fabrica. de conse. dist. 1. & in cap. proposuisti. & in cap. lineis de consecrat. Eccle. vel altar. & in §. sacram. vbi diffinitur vtrum ecclesia reparata sit eadem, vel alia.

Coroll. ¶ Ex quibus concluditur quod quando edificium ita corruit, quod parietes in totum vel in maiori parte funditus oportet reficere etiā ex eisdem lapidibus, etiam si reparetur, cessat obligatio soluendi pensionem, quia aliud cēsetur esse edificium. Argu. cap. si fabricam. de consecr. dist. 1. Si tamen edificium emphyteoticum, quia non simul, & semel in totum, vel pro maiori parte ruit, non simul, & semel in totū, vel pro maiori reparatū est: sed successiuè solùm refectum est, tunc iuxta opinionē meliorem: quæ fundatur super dicto S. Tho. 3. par. q. 82. ad. 3. idem edificium esse censetur & non aliud nouū, cōtra Panor. c. proposuisti de consecrat. eccle. vnde non cessat obligatio tunc soluendi pensionem: quia non perditur forma antiqua. Nam illo modo iuxta Pano. cap. consuluit. de iudi. permittitur Iudeis Synagogas anti quas, & ruinosas relarcire, dummodo non perdant formam antiquam, quia sic reparatæ successiuè non videntur esse noua edificia. D. Thom.

¶ Occurrit & alia quæstio scilicet, an dominus directus recipiendo pensionem ab emphyteota lapso pro solutione præteriti præiudicet sibi taliter quod eum expellere iam nō possit? Quæstio.

Respons. Respondetur autē breuiter de mente Panor. cap. final. de locat. quod si post quàm expulit recepit pensionem non sibi præiudicat. Si autem recepit etiam ante expulsionem si cum protestatione quod non intendit sibi præiudicare recepit reuere sibi non præiudicat. Si verò protestationem huiusmodi non fecit, sed simpliciter pensionem recepit, licet circa hoc versentur variæ opiniones, tamen dicendum est quod stando in rigore iuris nō præiudicat sibi. Nam de iubtilitate iuris in dubio non videtur quis velle renūciare iuri suo facit caput super hoc de renunciat. & l. cum in debito. ff. de prob. fauet gloss. in l. cū quid. ff. si cert. pet. vbi sic ait, quòd si trado magnā copiam pecunię dicendo, tolle, non præsumitur donatio simpliciter ex hoc, vel depositū, nisi aliud appareat respectu personę, sic in proposito: quia in casu quo dominus directus est liberalis, amicus, & benè affectus emphyteotæ, à quo est alias obsequijs affectus, non est præsumendus voluisse emphyteotam iure tali priuare, nam cum sententia declaratoria voluntatis domini volentis, quod ipso iure cadat emphyteota secundū Bart. l. 2. C. eo. requiratur, dum ista sententia non superuenerit, & dum prædicta amicitia intercedit inter ambos præsumendū dominū directum recipiendo pensiones pręteriti temporis sine protestatione suo iuri expellendi emphyteotam aliàs amicum voluisse renuncire aliàs nō. Adde etiā cōtra glossam cap. fin. de locat. quod etiam si Prelatus in hoc casu recipiens canonē

Variāt doctores.

Sent. auctoris.

Presumptio rationabilis.

renunciare vellet iuri expellendi: præiudicare tur Ecclesiæ, quia solus Prælatus etiam sine consensu capituli in acquirendo præiudicare potest iuri ecclesiæ iuxta glo. 17. q. 4. §. penul. quoniam de decimis.

Quæst. ¶ Subinde consequenter si roget aliquis, vtrum emphyteota cadat à iure suo, si ipse nō

Resp. soluerit canonem, sed alius. Respondetur autem ad quæstionem negatiuè quod certè nō cadit à iure suo etiam si tertius nomine emphyteotæ non soluerit, dum soluerit simpliciter, vel nomine suo, emphyteota iure suo

Probatio per exemplasimilia. non priuatur ita Ludo. de Rom. in suis singu. & patet per. l. forma. §. si cum ego. ff. de cēsibus, quod etiam probatur per alia exempla similia, tum quia etiam vitant pænam excommunicationis episcopi contra non implentes voluntates defunctorum illi, qui non implerūt dum apparet per alium tertium fuisse impletas, tum quia secundum Bart. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. sufficit ad euitationem pœnæ, quod pictura quam testator loco certo fieri mandauit reperiatur facta, licet ignoretur per quem sit facta: facit Authen. hoc amplius C. de fidei com.

Satis fit obiectioni. ¶ Huic autem determinationi, & exemplo non contradicit, quod per l. conditionum. ff. de condit. & demōstr. diffinitur, quod si Petrus legauit Ioanni centum aureos sub conditione vt pōtem in tali loco faciat, quem prius dictus Ioannes fecerat, legatum efficitur caducum, quia non videtur obtemperare qui factum facit, & ita hæres hoc legatum soluere non tenetur etiam si contra non soluentes legata excommunicatio feratur iuxta eundem Ludo. de Rom. quia hic est diuersa ratio.

Diuersa ratio Prob à simili. Neque enim hic consideratur euitatio pœnæ, tum etiam probatur vltimo similiter, si quis accepit emphyteosim ab ecclesia, & deinde illa res peruenit ad tertium, qui eam decem annis, & amplius tenuit, & possedit, & semper soluit canonem suo proprio nomine credens illud ius emphyteoticum ad se attinere, etiā si verus emphyteota nihil soluerit ad euitationem pœnæ cōmissi prodest sibi solutio alterius iuxta dict. l. forma. quamuis verum sit quod deinceps inuito domino directo tertius non poterit pro emphyteota soluere, si quidem non tàm ad finē liberationis consequendæ, quàm ad recognitionem domini directi, hæc exigitur canonis, solutio secūdum Bald. in l. acceptum. C. de vsur. libuit hæc exempla adducere quia præterquàm quod conducūt ad decisionem quæstionis ad multa alia concurrentia dubia dissoluēda conferre possunt.

CAP. XXXI. *Quare quæstiones iuridicas, hic adducimus an monasterium succedere possit emphyteosi ecclesiæ de pactis emphyteosi appositis, emphyteota an perscribere possit cōtra directū dominum, vel sine consensu alīus instituere, vel alij locare adhibetur hic consilium autoris, quare emphyteota possit donare & non vendere nisi &c. & ad inuestiendum donatarium requisitio requiritur, an sine consensu domini possit res emphyteotica permutari vel legari vel dari, insolutum refutatur sententia Garciæ quando solemnitas non est necessaria.*

Quare quæst. iuridicas hic adducim⁹. POrrò licet alicui videatur aliquas quæstiones in hac materia, quæ magis pertinent ad iuristas dissimulandas fore in hoc nostro opere, vbi magis attendimus ad conscientiæ forum, nos tamen duplici nomine eas hic præteritas facere noluimus, tum quia iuristis tironibus aliqualiter & in hoc inseruire voluimus. Tum quia idem est ius fori, & ius poli vbi præsumptio abest, vnde fit vt ex iuribus quæ pro hac materia faciunt, & hic allegantur in vero sensu principia sumi possint non pauca ad plura dubia etiam in foro conscientiæ dissoluenda.

Quæst. Obiectio. ¶ Quæritur ergo vltra, vtrum pater qui, scilicet, in rebus filij habet vsumfructum, possit rem filij dare in emphyteosim? videtur autem quod hæc facultas patri deneganda non sit, siquidem in talibus bonis liberam administrationem obtinet, ita quod filius nō

Resp. potest eum prohibere ab administrando, aut ab eo exigere rationem iux. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. hoc procul dubio, his tamen nihil obstantibus dicendum est, quod licet doctores asserant talem datione factam à patre validam esse, tamen filijs post patris obitum ius inest totum reuocandi. Tum quia certi sunt casus in quibus patri de rebus filij alienare permittitur (vt patet. d. l. fina.) At de numero eorū nō est iste casus, ergo poterit reuocari, tūquia in talibus bonis patri prohibetur alienatio tēporalis, ideſt, pignoris obligatio. d. l. fin. ergo à fortiori prohibetur perpetua alienatio secundū Petr. Hel. Circa hoc notato quod Partita. 5. l. 23. tit. 13. continetur, scilicet, quod si peculium filij alienauerint parētes dum illud penes se habent, post mortem parentum potest repetere, nisi hæredes fiant filij bonorum parentum, quia tunc tali alienatione consentire debent saltem pro ea parte qua hæreditatem acceptant.

Questio ¶ Deinde iuridica quæstio occurrit an filius hæreditati paterno renuntians possit emphyteosim

phyteosim retinere. Ad quæstionem autem hanc per distinctionem responderi solet secúdum Bart. in.l. vt iuris iuran. §. si liberi ff.de oper. lib. quia si pater recepit emphyteosim pro se, ac suis filijs ac nepotibus non addendo istud verbum hæredibus, tunc poterit filius etiam si renunciet hæreditati paternæ retinere sibi emphyteosim. Si autē in illa receptione emphyteosis pro filijs additū sit istud verbum hæredibus, tunc non potest filius renunciando hæreditati paternę emphyteosim solam adire: quia tunc emphyteosis ita demū debetur filijs, si sint hæredes. Nam concessio tunc vtrumq; requirit scilicet, quod sit filius, & hæres: facit textus in Authent. de non alie. §.emphyteosim, quò circa feuda quæ transeunt ad filios si sint hæredes, in hæreditatis petitione solent venire .l. item videndum. ff. de pet. hæred. quare concludendum est eandem esse rationem in emphyteosi: quæ scilicet, aliquem esse filium & hæredem requireret.

Quæstio. ¶Adhuc quia casus contingibilis est de emphyteosi ecclesiæ inquirendum est an ad monasterium transire possit, si emphyteota illud

Resp. ingrediatur? Respondetur autē quod re vera in hoc casu monasterium succedet cum protestatione tamen, quam facere tenetur, quod vendet rem emphyteoticā intra annū: huius sententię est Specula. & Ias. & Ioan. And. hoc etiam sic fieri consuetudine receptum esse affirmat Siluest. verb. emphyteosis. q. 20. argu. autem est in l. si filius famil. ff. de leg. 1. & 12. q. 1. longinquitate: potest etiā secundū Specul. in ea emphyteosi ecclesia hęres instituti aut ei dari, vel legari non vt eam habeat, sed vt vendatur.

¶Idemq; dicendū est si iam ingresso vel professo exsuccessione adueniat emphyteosis, vt testatur Felin. Neq; obstat si in cōtractu esset

Satisfit obiect pactū de non alienādo in monasteriū, vel ecclesiam, tū quia pactū tale loqueretur de non alienando: successio autem alienatio non est, tum quia tale pactum intelligendum esse de alienatione facta ecclesiæ vt apud eā maneat, qualis non est hæc successio, vel alienatio vt statim ab ecclesia vendatur secundum Specul. Tum quia hoc pactum tacitè imo expręsse de iure inest. Vnde quia expræssio eorum est, quę tacitè insunt, nihil operatur. l. extra. ff. de leg. 1. & l. non recto. C. de fideiussor. Non autem cōtradicit huic casus. l. si ita quis in. §. ea. ff. de verb. obli. quia dissimilis est, quia ibi

Quæst. non est prohibitio nisi ex pactis.

Dictum. 1. ¶Iam hic quæri poterit de pactis huic contractui appositis scilicet, vtrum valeat pactū quod licet emphyteota nō soluat, eum expellere nō liceat. Ad quæstionem autem respondetur primò, quod si fiat pactum, quod emphyteota non teneatur soluere pensionem, pactum quidem non valeret, sicut neque valeret pactum quod esset venditio sine pretio, vel quod esset precarium, & quod ad libitum dñi non posset repeti, quia huiusmodi pacta sunt contra substantialia horum contractuū, & pactum contra substantialia, contractum ipsum efficit nullum .l. cum precario .ff. de preca.

Dictum. 2. ¶Secundò dicimus, quod si huic contractui adiectum esset pactum scilicet, quod licet emphyteota non soluat, non possit aliter ad soluendum cogi, tunc certè pactum istud validum esset: est enim tantum contra accidentalia naturalia ipsius contractus, sed non contra ipsius substantialia, pacta autem dum non sint contra substantialia cōtractus robur habent.

Dictum. 3. ¶Tertiò adijcimus quod si pactum apponeretur vt si res emphyteotica tota periret, nihilominus emphyteota teneretur ad pensionem Specul. valet. At nos dicimus ad iustificandum eum in cōscientia aliunde à sic paciscente deberet fieri recompensatio. Nam perempta re vtili obligare emphyteotam, qui ibi habebat dominiū vtile, cum iam nihil vtilitatis inde capiat, ad recognoscendum dominium rei, quæ iam non est & ad soluendū pensionem pro vtilitate, quam iam non captat est velle perpetuare ius ablato fundamento, quod perinde esse videretur ac in censu redimibili peremptā re fructifera supra quā est creatus, si censuarius contenderet exigere adhuc censualem pensionem quod est contra extrauag. Pij V. de creandis censibus & contra alia iura Martini, & Calixti ædicta circa creationem census. ¶Vltimò tandem addimus quod tale pactum si emphyteotæ apponatur scilicet, quod soluat talem pœnam, eāque promittat soluere, si non soluerit pensionem, tunc si destiterit soluere, quamuis offerat pœnam, nihilominus expelli poterit, quia pęna gratia seruantis pactum fuit apposita ita Host. & Azo.

Quæstio. ¶Iam si queras, vtrum aliquando emphyteota contra dominum directi dominij prę-

Respon. scribere possit, quia respicua est, breuiter Respondetur: quod quia nomine alieno possidet, etiam si mille annis possideat scilicet, recognoscendo alium dominum directū præscribere non poterit. C. de præscript. 30. annis

anni.c.l. malè, & iuxta omnes glossas. Hoc autē sic intelligas quandiu nō mutauerit possessionē antiquā, qui nomine alieno obtinebat. Nā secus esset, si tā iā interuertisset nomine proprio possidēdo, sicut prius possidebat alieno, quā tamē sola animi destinatione interuertere non est licitū. Nā nemo sola voluntate sibi causā possessionis potest immutare. C. de acq. pos. l. cùm nemo: si autem factum legitimū interueniat, benè per illud immutari poterit l. cùm fundū. & l. colonus. ff. de vi. & vi. arg.

Quæst. ¶ Porrò & quæstio, quę stando in iure non est tam patens hic nobis fit obuia scilicet, an emphyteota sine domini consensu alium emphyteutam instituere possit, vel alteri locare. At quidem Garcia si de hac quæstione rogatus respondisset, affirmatiuam tenuisset: nam ipse lib. 2. pag. 64. de contract. tenet dominū directum non posse negare licentiam vendendi rem emphyteoticam personæ non prohibitæ per legem, quia hic contingentibus in conuenientibus potest (inquit) obuiare dominus per exactionem pœnæ commissi, vel pro eodem pretio eam sibi vendicādo, ac per consequens subinde (vt videtur) cōcederet licentiā aliū instituendi emphyteotā non posse negari, sed quidquid sit de hoc, de quo inferius fiet sermo dicimus ad quæstionem.

Dictum. 1. ¶ Primò quod stando in solo iure, quia variam interpretationem sortiri potest (prout variè illud, & aliter, & aliter interpretantur doctores) benè posset disputari pars affirmatiua, quæ est Petri Hel. quia pro ea facit instit. locati. §. à deo. & ratio etiam suffragatur: quia facere alium emphyteotam non est propriè verè alienare. Neq; enim nomine alienationis continetur emphyteusis simpliciter: neque obstat ratio Specul. vero tit. de locat §. núc tenētis contrarium: qui allegat quod cap. nulli de reb° eccles. non alien. emphyteosis sub nomine alienationis continetur: quia ad id apparenter responderi potest iuxta sentētiam Panor. in cap. nulli liceat de rebus eccle. non alien. dicentis quod hoc nomen alienatio, licet propriè sumptum sit actus per quem transfertur dominium, tamen in materia odiosa accipiendum est propriè, & strictè, & in materia fauorabili largè, & communiter. Cum ergo quod emphyteota rem emphyteoticā alienare non possit res odiosa respectu emphyteotæ priuati videatur, sequitur, quod alienatio propriè & strictè sumenda ita, vt pro alienatione propria qualis est venditio accipiatur, & nō est extendēda ad alienationem, quę fit per trāslationē emphyteosis in alium emphyteotam quæ communiter, & largō modo alienatio dicitur cap. nulli liceat de reb. eccle. alie. At quia hic fit mentio de alienatione per emphyteosim & istum canonē ad alienationem per translationē emphyteosis videtur extēdere glossa ideo cessat disputatio in emphyteosi ecclesię.

¶ Secundò resolutoriè ad quæstionem cōtra Petrum Hel. & contra summam Angelicā affirmatiuè cum hac limitatione tenentem, scilicet, quod potest emphyteota rē emphyteoticam alteri dare in emphyteosim, non tamen cum ea conditione vt ipse fiat liber à prę Dictum. 2.
stationē canonis, & contra Bartolomęum Fumum ei subscribentem in sua summa verbo emphyteosis. §. 7. dico quod cōtrario, scilicet, negatiua sententia est tenenda, scilicet, quod sine consensu domini directi emphyteota alteri rem emphyteoticam sic dare non potest, nisi fieret ad modicum tempus, ita tenēt Specul. at. cap. vero tit. de locat. §. nunc. & Ioannes Andr. ibi & Bal. in authent. nisi. C. ad Trebel. & summa Rosella indistinctè, & Siluest. verbo emphyteosis. §. 20. q. 14. Patet. autem nam Prob. 1.
si ita est vt Specul. ait quod de iure & consuetudine ita obseruatur, nulla alia indigemus probatione, quia consuetudo interpretatur legem, & vim legis habet, & pro lege habetur.

¶ Secundò etiam probatur, quia in dict. Prob. 2.
cap. nulli liceat expresse dicitur, quod alienationis verbum continet emphyteoticum contractum, & permutationem, & donationem, vbi ait glossa, quod in hoc loco verbum alienationis largissimè accipitur sic. C. de reb. eccles. alien. l. sancimus, quare loquendo de emphyteosi ecclesiæ certa videtur hæc negatiua sententia, quia lex vniuersaliter loquitur, scilicet, quod nulli liceat alienare, neque per cōtractum emphyteoticum perpetuum, & in hoc casu est vera sententia horum doctorum.

¶ Tertiò dicimus, quod si loquamur de Dictum. 3.
emphyteota priuati videtur disputatiuè dicēdum, nisi obstet consuetudo vniuersalis, vel specialis in aliqua prouintia, quę ibi etiam seruanda erit, stando in iure communi ciuili poterit emphyteota priuati sine consensu domini directi dare rem emphyteoticam alteri emphyteotæ, dum ipse non liber fiat à præstatione canonis, & in hoc casu videtur vera opinio Petri Hel. & summæ Angelicæ, & Bartolomei Fumi, & patet. C. de iur. emphyt. l. ius vbi ait ius emphyteoticarium, neque conductionis, neque alienationis esse titulis adijciendum, vnde dare in emphyteosim non est propriè alienatio, scilicet, vt est dominij translatio (vt tradit glossa ibi propter optimas rationes, quas

ibi affert,scilicet, Primò quia res emphyteotica exquibusdam causis potest aduocari. C. 1.finali.eo.tit. Secundò quia dominium directum remanet penes dominum, sed alienatio est actus per quem dominium transfertur C. de fundo dot. l. 1. & patet instit. loc. §. à deo. sed quia hoc per modum disputationis diximus id non asserimus.

Dictum.4. ¶Dico quartò, & resolutoriè de emphyteota etiam priuati loquendo distinctione præmissa de alienatione propria, vel impropria non obstante, quod quamuis pro parte affirmatiua hactenus sit à nobis disputatum in tertio dicto: tamen absolutè de iure est vera, & tenenda (& nisi obstet consuetudo) practicâ da sententia negatiua non obstante limitatione Summæ Angelicæ, & Bartolomei Fumi, quæ quidem opinio negatiua (vt prædictum est) est Speculat. & Bal. & Ioan. Andr. & Rosellæ & Siluestri. Nam videtur expræsse contineri. l. sancimus. C. de rebus alie. non alien. §. similiq; modo, vbi glossa verbo autoritas: solum videtur excipere alienationem emphyteosis (de qua ibi fit mentio. s. quando est res dotalis, & vxori expedit in emphyteosim dari, quia tum sic potest alienari. ¶Secundò probatur: quia alias iniuria fieri videtur domino directo de re cuius habet dominium directũ, sine eius consensu, perpetuò disponendo: quæ iniuria non satis resarcitur per hoc quod primus emphyteota non liber manet à præstatione canonis, quia hi forte non esset soluendo, dominus directus afficeretur incommodo, cum agere non posset cõtra tertium actione personali, quod est inconueniens in casu emphyteosis priuati, licet non videretur tantum inconueniens in re emphyteotica ecclesiæ, quæ ad quencunq; tranieat possessorem, contra eum Prælatus Ecclesiæ sicut & fiscus agere potest hypothecaria, vt est textus notabilis in. § siue autem in Authen. de non alien. priuatus autem dominus tum iure vendicationis agere contra emphyteotam tertium necesse haberet, q̃ tamẽ fortè esset difficile, quia forsitan titulũ probare uõ posset, aut certè difficulter. Tertiò probatur, quia vt habetur. l. 21 & l. 28. tit. 31. Par. 3. vsumfructũ habens in re eã sine consensu dñi alienare non potest, ergo sine consensu domini non potest emphyteota alium instituere emphyteotãin re, quia hic vsus fructus quidam obtinetur.

Corol. ¶Adde igitur corollariè ad prędicta, quod secundario in quæstione quærebatur an emphyteota sine consensu domini possit alteri locare rem emphyteoticam. s. quod clarum est si ad modicum tempus fiat licitè posse locare, si autem fiat ad longum tempus, sub dubio est, an sic possit locare, propterea quod tunc eo casu trãsferretur vtile ius, & vtile dominiũ. l. 1. §. ti ager vectig. §. qui in perpetuũ, sicut traditur in emphyteot. Quare ex identitate rationis videtur, quod sicut non licet sine consensu domini alium emphyteotam facere, sic neq; perpetuò locare præsertim vbi parua pensio quotannis solueretur, quia tunc cũ ad recognitionẽ dominij solueretur, cõtract⁹ esset emphyteoticus sub nomine locationis personatus, si autem verus esset locationis cõtractus, in quo quippe pensionis adeò essent magnæ vt correspoderent fructibus, tunc autore Bartolo. in. l. 1. C. de iure emphyte. talis contractus non est propriè emphyteoticus, quando datur tanta quantitas pensionis, quãta pro locatione, ideò in hoc casu posset habere locũ opinio speculatoris, qui tit. de locat. §. nunc. videtur tenire quod possit perpetuò locare, sed quia neq; hæc distinctio conuincit, neq; videtur omnino tollere identitatem rationis. Neque præiudicium inde prouenire potens directo domino, consulerem ergo ante factum vt non fieret, post factum verò si inde nullum damnum secutum est domino directo, vt tolleretur.

Consilium cultoris.

Notá.

¶Adde etiam quod si secundus emphyteota alienare vult consensum directi domini, & non primi emphyteotæ requirere tenetur, quia adhuc iuxta directum dominum remanet proprietas ita glossa in. l. fin. C. eo. tit. Accedit secundò, quod quando alienat secundus emphyteota directus dominus eadem ratione debet habere laudemium non autem emphyteota primus.

¶Iam alia præcipua instat quæstio. s. vtrũ ecclesiæ emphyteota, vel priuati possit sine domini directi consensu meliorationi, quas fecit in re emphyteotica donare, & videtur q̃ non quia. l. 2. C. de iur. emphy. secundũ Bart. videtur vetari. Secundò quia talis donatio cederet in præiudicium directi domini, ex quo contra tertium ideſt donatarium nullam haberet actionem personalem, esset q̃ illi tunc necessarium agere rei vendicatione, & consequenter probare de dominio, quod multum est difficile, & Tertiò loquendo particulariter de emphyteosi ecclesiæ videtur id prohibitum secundum Bart. in l. vniuersas. C. ne rei do. vel templo.

Dictum.1. ¶Igitur pro expeditione quęstionis loquẽdo primò de emphyteota priuati dicimus, quod benè potest sine consensu domini directi

cti melioratiões, quas fecit in re emphyteotica donare, & etiam suum ius, quod in re emphyteotica habet, neque enim ad hãc donationem faciendam tenetur dominum directũ requirere, an si velit donari, neque eius respõsum per duos menses expectare, cùm hoc solo differat circa hoc donatio à venditione, sed statim donare potest, & deinde tenetur dñm requirere, vt donatarium recipiat in nouum emphyteotam, pro qua receptione, & noua inuestitura debet duobus mensibus expectari. Hæc autem opinio vt tradit Siluest. verbo emphyteosis. q. 16. §. 22. est cõmunissima, & tenenda, quia est glossæ in leg. fin. C. eod. tit. & Iacob. But. ibi & Gos. & Old. & Bald. in dict. l. fin. & Di. & Cin. & Imol. & omnium legistarum modernorum in leg. si domus de leg. 1. & glossæ in dicto cap. potuit. de locat. Ratio autem quare emphyteota sine domini voluntate possit donare, non autem vendere adducitur à Ioan. Andr. quæ huiusmodi est: quia venditor solum afficitur ad pretium vnde satis est sibi quòd pretium asse quatur à domino, si velit eam dominus emere, quare eo in consulto non potest alteri vendere, quia interesse quod in venditione prætendit accipere ab extraneo voluit ius vt acciperet à domino volente emere potius, quàm ab alio. At vero in donatione donator respectum habet ad personam donatarij, quia forte vult alicui propter sua merita donare, vt eum sibi quadam beneficij obligatione deuinciat, quæ ratio cessat in domino: quia erga illum non simili ducitur affectione. ¶ Probatur hæc communissima sententia, quæ etiam autoritate omnium canonistarum suffulta est scilicet, Hostiens. & Azo. & Specul. & Ioan. Andr. in dicto. §. nunc. & Innoc. & Card. Flor. in dicto. capit. potuit. & Petri de Ancho. & omnium probatur (inquàm) quia nulla lege hoc est prohibitum, & quia iura quibus deceptus est Bartolus ad tenendum oppositum, quæ supra sunt citata non prohibent donationem emphyteoticariæ rei quòad dominium tantum vtile fieri, sed simul etiam quòad proprietatem fieri & quòad vtrũque fieri verteret in detrimentum domini directi: tum etiam quia dominus directus hinc nullum patitur detrimentum, quia tempore inuestituræ, quæ sine eius requisitione (vt diximus) fieri non potest, potest sibi consulere, & suę indemnitati nõ recipiendo nouum emphyteotam si sit ex prohibitis iuxta illam l. fi. C. de iur. emphyteot. vel si non stipulatione sibi solemni promittat annualem solitum canonem soluere, & sic non necesse habebit rei vendicatione agere cum secundo emphyteota donatario, sed cum habebit obligatum ex sua stipulatione solemni & promissione.

Ratio quare emphyteota possit donare & non vendere sine.

Prob.

¶ Aliâs si sine prædicta requisitione sola propria autoritate donatarium vellet inducere in possessionem, iure suo priuaretur, neque dominus directus donatarium nisi sit idoneus ad soluendum, & ex non prohibitis, & prædictam solemnem promissionem faciat inuestire, & recipere in possessionem tenetur l. dict. fin. & per supra dicta manent solutæ obiectiones in principio quæstionis positæ, & patet intelligentia legum, quibus deceptus Bartol. tenuit oppositum, pro secunda autem parte quæstionis.

Nota. Requisitio requiratur.

¶ Sit Secundum assertum, emphyteota etiá ecclesiæ licitè potest donare prædictas meliorationes, & ius suum quod habet in re emphyteotica sine consensu ecclesiæ, & etiam legare tale ius, & meliorationes, non tamen sine requisitione ecclesię, vt talem donatariũ vel legatarium inuestiat, & in possessionem inducat (vt diximus supra dum ageremus de donatione iuris emphyteotici priuati) vt ecclesia suæ consulat indemnitati modo prædicto, quamuis (vt prædictum est) contra donatarium, & legatarium posset agere hypothecaria iuxta textum not. in. §. siue autem in authen. de non alien. imo secundum Ioan. And. alienare posset in hoc casu donationis, & legati sine iuris solemnitate, quia non alienatur ius ecclesiæ, sed ecclesiastici emphyteotæ. At l. vniuersas. C. ne rei. do. vel templo, quę decepit Bartolum non facit contra hoc, quia hoc solum procedit quando emphytheota ecclesiæ rem emphyteoticam donat tãquam propriam, quia hoc lex vetat.

Dictum. 2. Pro. 1. parte. quæst.

Prob. 1.

¶ Accedit & alia supradictis affinis quæstio scilicet, vtrum emphyteota sine voluntate directi domini possit rem emphyteoticam permutare, aut in pignus dare, vel in solutum, vel illam legare alteri. Igitur vt à posteriori parte quæstionis exordiamur, dico primo quod siuè sit emphyteota priuati, siuè ecclesiæ potest legari tali ad quem transire potest ex iure, potestque in tali emphyteosi aliquis hæres institui etiam extraneus sine domini consensu. At licet non ad legandum, neque hæredem extraneum in ea instituendum teneatur inquirere domini directi voluntatem, tamen eam perquirat necesse est vt inuestiẽs tertium inducat in possessionem secundum Innoc. in dict. cap. potuit de loc.

Quæstio.

Dictum. 1.

Prob. 2.

Coroll.

¶ Adde

¶Adde quod si pater emphyteosim accepit pro se & filijs suis nō potest prælegare vni filiorum secundū Ang.consilio.18.(quia ius est etiam acquisitum alijs filijs)nisi alteri filiorum tantundem de alijs bonis prælegasset cōtra Bal.facit.l.1.§.assignare.ff.de assig.lib.iun cta.l.si cum dotē.§.si pater.ff.solut.mat.& sic concordantur doctores circa aliam partem quæstionis.s.vtrum sine consensu domini liceat emphyteosim permutare dicim⁹. Primò quod opinio Panor.affirmatiua,quam sequitur cap. fin. de locato. cui adheret Silvester verbo emphyteosis.q.17.§.24.probabiliter defendi potest.s. quod possit sine consensu domini directi permutari, dummodo ad inuestituram dominus requiratur, & fiat permutatio cū persona non prohibita,quia nulla lex obstat: nam cap. fin.de locat. & .l.fin. de iur. emphyt. intelligitur prohiberi venditio emphyteosis facta commemoratione de pretio, & non intelligitur de alia specie alienationis vbi non fit cōmemoratio de pretio,qualis est permutatio vt in .l.fin.C. de præd. curi & de curi.ergo probabiliter defenditur quod potest permutari neq; contra hoc facit l.statū.liberi.§.5.ff. de statu.lib. neq; quod notatur in l.2.C.de viu.cap.pro empto.vbi tenetur quod nomine emptionis,& venditionis intelligitur omnis contractus perquem dominium transfertur,quia limitationem accipiunt istæ leges s. quando contrahitur, & transfertur dominium facta commemoratione de pretio, quæ commemoratio pretij non contingit in permutatione emphyteosis, ideo sine consensu domini non obstantibus his legibus permutari potest.

¶Secundò resolutoriè dico, quod non est tutum vt sine consensu domini fiat,tumquia multi doctores in.l.fin.C.de iur. emphy.sentiunt,quod sine tali consensu permutari non possit:huius sententię contra Silvest.videtur esse Bartolom. Fumi verbo emphyteosis. §. 8. tum quia ad hanc sententiam alludit textus.l.fin.C.de iur.emphy.verbo transponere accedente glossa,quilludinterpretatur.s. permutando. Igitur quia subtrahenda est materia litium ideò antefactum opinio Panorm.& Silvestri.affirmatiua,vtpote cui multi aduersātur doctores non est consulenda, sed post factum est toleranda.

¶Circa verò aliam partem quæstionis vtrū possit impignorari res emphyteotica sine consensu domini dicimus,quod licet Silvest.vbi supra teneat quod res emphyteotica priuati saluò iure domini dari possit pignori,& secus sit, si sit ecclesiæ, quia impignorari vel hypothecari non potest per Authen.hoc ius,& Authen.qui rem.C.de sac.sanct.Eccle. Tamen resolutoriè dicendum est quod neq; priuati emphyteota potest impignorari, sicut neque emphyteota ecclesiæ, & hoc est tutum dicere potius quàm oppositum, tum quia multi doctores.l. fin.C.eo.tit. Huic accedunt negatiuæ sententiæ, tum quod glossa ibi ita tenet; in cuius gratiam citat.ff. de pig.act.l.tutor.§. fi.& de pigno .l. lex at patet:quia multa licent pignoratario .s. post legitimam interpellationem debitoris posse vendere pignus. Itē quod potest alteri impignorare vt est textus in .l.1. C. si pign. pign. da. sit. alia huiusmodi, quæ quia saluo iure domini directi vix fieri contingit, idcirco in damnum eius vergunt: nam & pignoratarius pignus meliorare non tenetur,sicut tenetur emphyteota.

¶Circa autem aliam partem quæstionis vtrum res emphyteotica possit sine censu domini in solutum dari ab emphyteota? Respōdendum esse censemus iuxta distinctionem Baldi in cap.1. de prohi.feu.ali.per fæd.quod quando ista datio rei emphyteoticę fit per iudicem in iuribus ipsius emphyteotæ videtur posse fieri, dum tamen fiat semper saluo iure dominico patet: quia ista alienatio est necessaria. Si autem nō per iudicem, sed per ipsum emphyteotam fieret,dominus directus requirendus est.

¶Deinde expediendum venit in casu,quo meliorationes rei emphyteoticæ,cuius dominium directum est ecclesiæ vendendæ sunt an seruanda sit aliqua solennitas,& in quibus seruanda sit.Ad hanc igitur quæstionem Respondetur ex Panor.in cap.fin.de locat.quod seruanda est solennitas in his primò, vt requirat ecclesiam ideſt prælatum siuè rectorem.7 q.1.cap.scire, quod hic intelligendum est scilicet, quod requirat immitente conclusione venditionis, secus quòad principium, quando rem suam venalem exponit, aliàs non posset nunciare pretium oblatum. ¶Secundò ꝙ denunciet verum pretium oblatū. C. de iur. emphyt.l.fin. ¶Tertiò quod ecclesia non respondente labantur duo menses, quod continetur in dicto cap.fin ¶Quartò quod non vendat prohibitis personis, quas ponit glossa ibidē.l.serui ecclesiæ, capitanei,& omnes personæ maiores & sunt omnes personæ quę nō sunt faciles conuenire,exquibus ecclesia pati præiudicium posset,vt.ff. qui satisdare cogantur.l.2.& idem videtur de personis, quæ non sunt soluendo, & de notabiliter pauperibus, & de-

Nota pro fili.

Quæstio.

Opinio affirm. probabiliter defenditur

Resolutio.

Quæstio.

Resolutio:

Quæstio.

Resp.

Quæst.

Respon.

Solēnitas:

1.

2.

3.

4.

& de mulieribus secundum Ioan. And. & huiusmodi sunt omnes potentiores, quàm emphyteota secundum Archid. quod intellige sic quod non possunt facile conuenire.

Corol contra Garcia. ¶ Vnde infertur corollariè perperam Garciam lib. 2. de contract. pag. 67. affirmasse non posse directum dominum negare licentiam ad vendendum rem emphyteuticam personę pauperi, & parùm fidæ, quia indemnitati suæ potest prospicere (inquit) exequendo pœnã cõmissisi non soluant, vel emendo pro tanto, quia respondetur certè aliquando emere non poterit pro tanto, quia sibi deest pecunia vel quia sibi nó expedit, sed neq; facilè poterit exequi pœnã cõmissi, quia allegare poterit in contra, quod propter paupertatẽ soluere cessauit & res est in dubio (vt dixit Silvest. q. 4. verb. emphyteosis) an in hoc casu pœna commissi incurratur: quare benefecit tandem Garcia remittendo hoc iuristis. 5. ¶ Quintò q̃ non vendat nisi vtile dominiũ sibi competens, & 6. meliorationes, quas in re fecit. ¶ Sextò quod prius non ceciderit á iure suo non soluendo canonem, quia nemo plus iuris in aliũ transferre potest quàm habet. ff. de re. iu. l. nemo.

Quæstio. Solemnitas deficit. ¶ Præterea quęritur vtrùm obseruatio solẽnitatis iá dictæ in aliquibus casibus exceptionẽ patiatur: respondetur quod in his casibus patitur exceptionẽ. ¶ Nã Primò frater potest dare fratri suo sine dicta solennitate, quando habent emphyteosim paternã ecclesiæ, quia vnus frater potest alteri alienare iura sua sine consensu ecclesiæ Bal. in l. voluntas. C. de fidei cõmis. 1. 2. ¶ Secundò emphyteosis ecclesię si datur in dotẽ filiæ, solennitas hæc obseruatu non est necessaria secundũ Specul. tit. de loc. §. nũc aliqua vers. 190. neq; trãsfert plus domini, quam ipse pater habebat: quare sine consensu domini eam dare filiæ potest, idem dic de donatione propter nuptias, in quo etiam casu non plus iuris transfert, quàm ipse habet cap. nuper. de donat. inter. vir. & vxor. neq; in hoc casu tenetur soluere laudemiũ, quia alienatio est necessaria secundum Gul. & Bart. in l. ideo. ff. de condi. fur. Similiter potest dari in dotem extraneæ si non ęstimata detur. & soluet laudemium, sed ęstimata non potest dari nisi filiæ, sed hoc de laudemio in hoc casu accipiendo post magis explicandum erit ex mẽte Nauar. in sum. Lat. cap. 23. nu. 65. Ad hæc

Quæst. Resp. inquisitu opus est an emphyteota priuati ius suum in re emphyteutica, aut meliorationes in ea factas vendere possit sine tanta solennitate. Respondetur autem perfunctoriè quod in hoc casu non est seruanda prædicta solennitas, sed solum necesse est vt requiratur dominus an velit emere, & vt non vendatur personis á quibus dominus non possit habere ius suũ, vt potentioribus, & huiusmodi aliàs caderet à iure suo vt in l. fin. C. de iur. emphyt. & vt notat glossa in cap. fin. de locat.

Quæst. ¶ Quæritur item vtrum superficiarius ecclesiæ, idest, dominus superficiei, qui super solo alicuius ecclesiæ edificauit domũ dans parũ censum, quãdo vult vendere teneatur seruare prædictam solemnitatẽ. Iam hic Bart. in l. 1. §. pen. ff. de superfic. & D. Cardinalis inter se dissident. Nam Bartolus tenet affirmatiuã, Cardin. autem negatiuã, Angel. autẽ inter me diãs ait dictũ Bartoli ęquũ esse, sed lege non probari, ideo ante factũ esse sequendũ, nam hoc est tutius, & ęquius q̃ seruetur hic prædicta solemnitas, post factũ verò dictũ oppositũ Card. posse & debere teneri ait. At verò Sil. verbo. emphyteosis cõcludit Bartoli dictũ in distinctè esse, verũ quod probat idẽtitas rationis, quæ est de superficiario hoc, & de alio, & ita videtur maximè, quia cadens à solo cadit á superficie secundum Baldum in authent. qui res. C. de sacr. sanct. eccles. *Variant hic Bart. & Cardin.*

CAP. XXXII. *De casib⁹ in quib⁹ emphyteota cadit à iure suo, de notabi. Nauarri circa hoc propter deteriorationẽ notabilem, & perpetuã saltem ex leui culpa emphyteota, cadit à iure suo laudemium quando hic in alienatione emphyteosis sit soluendum, an statim in conscientia sit soluendum, traditur hic cõsilium cõfessoribus fallentiæ vbi laudemium non est soluendum, & alia subnotãtur hic de laudemio, an in alienatione debeatur laudemiũ vsufructuario an proprietario domino, de quota pars laudemij vbi est soluẽda.*

VT hanc materiam de contractu emphyteutico suis numeris absoluamus, eos casus hic cõnumerare iã operepretiũ est in quibus emphyteotã cadere à iure suo contingit. Solent autẽ quinq; huiusmodi numerari casus. ¶ Primò quando pensionẽ negat domino petenti secundũ Petrũ Hel. tũ quia licet nõ sit periurus, negando quia non iurat domino sicut vasallus, tamẽ habet dominũ directũ recognoscere, vt. C. de fid. inst. l. plures ac per cõsequens si cõtra hoc reperitur infidelis, res cadit in cõmissum, tum quia tacite negare recognitionem domini, quod contingit quando emphyteota cessat soluere domino per triennium, rem facit cadere in commissum, quia tacitè negat dominum recognoscere, ergo multo fortius cadit à iure suo quando expressè pe- *5. casus in quibus emphyteota cadit à iure suo.*

tenti

tenti negat. Nam magis operari debet expressa contumacia, quam tacita. ff. de condi. & demonst. l. si ita expressum. Hoc autem Inno. in cap. cæterum de iudicijs moderãdum esse ait, vt scilicet sit verum, quando scienter negat, & postea conuinceretur de mendacio. Secus autem est si ignoranter ex iusta causa ignorantiæ domino petenti pensionem negasset.

2. ¶ Secundò cadit â iure suo quando rẽ emphyteoticam vendit, sine domini voluntate, secundum eundem Petr. Hoc autem iure limitat Spec. tit. de locat. & Bar. in. l. sequitur. §. item labeo. ff. de vsu. Imol. & Sal. in. l. fin. C. eod. tit. & Canonistæ cap. potuit de loca. hoc limitant quod intelligatur verum esse, si res sit tradita, quia si nõ esset tradita licet esset vẽdita, non caderet in commissum. Imò dicendum est certè, quod etiam si res emphyteotica esset tradita non simpliciter, sed ea lege, vt si dominus velit emere pro tantundem illi restituat eam emptor non cadere â iure suo, vt testatur Ang. in. l. voluntas. C. de fideicomm. Idemque dicendum est, si res tradita sit sub ea conditione, si consensus domini aduenerit & non alias, quia neque in hoc casu caderet

Quæst. autoribus Alber. Papiens. & Albe. Sed quid di

Resp. cendum est in casu, quo simpliciter vendidit eam, & tradidit posteaq; illam redemit? Dicendum est planè tunc â iure suo cecidisse, nam & ratio iuridica id videtur conuincere: nẽpe, quia per alienationem sic factam simpliciter est domino ius quæsitum illam petendi, & declarandi se velle eam petere, nisi velit conniuere. Nam secundum Nauar. in sum. Lat. cap. 23.

Nota vide secundũ Nau. num. 104. dicitur quod dignum est notatu, quod amissio emphyteosis ipso iure incursa per cap. potuit de loca. & l. 2. C. de iur. emph. est ita in pendenti, quòd si dominus proprietarius antequam illam petat, vel declaret se velle petere moriatur, non censetur amissa, benè autem amissa censetur, si petatur, & idem est, si ipse emphyteota moriatur antequam ab eo illa petatur, vt Cass. discidit in deci. 2. & 3. de locat. ¶ Cui

Simile. simile est, quòd etiam excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu, quod non soluat in certo termino, eo lapso non censetur incursa: donec creditor cui soluẽda est declaret se velle illam esse incursam, & illo etiam post mensem, & annum declarãte habetur pro excommunicato iam inde à termino lapso, & si antequam declaret moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat concordia, vel pẽsionarius moriatur censetur, nunquam incursa, ita stylus obseruat, & Casso, vbi supra tradit.

¶ Adde secundò, quòd si domini proprietarij sint duo, & vendidit de vnius, & non alterius consensu cadit solum pro parte illius, qui non præstitit consensum, quia non plus mulctandus est, quam deliquerit. l. hęres. ff. de his, qui vt in di. ¶ Accedit tertiò, quòd vt insinuat Iass. in. l. fin. C. eo. Si alienauit eam solum pro parte, nihilominus cadit à toto, & ita communiter tenetur non tamen (vt tradit glossa) propter alienationem factam, sine domini cõsensu potest dominus illum sua autoritate expellere, quia vt dictum est secundum Panorm. in dict. cap. fin. emphyteota habet ius in re. l. 1. si ager vecti. nam licet quidam contrarium teneant: hoc tamen certius est. 2.

¶ Tertiò cadit â iure suo nepos, vel filius quando refutat hæreditatem, quando res emphyteotica data est patri pro se, & suis filijs, nepotibus, & hæredibus, vt notat Bart. in. l. vt iu risiurandi. §. si liber. ff. de oper. liber. Secus si non ponitur istud verbum, & hęredibus, quia sic refutata hæreditate non caderet, quia concessio emphyteosis requirit vtrumq;, vt scilicet sit filius, vel nepos, & hæres, vt in authent. de non alien. §. emphyteosi. 3.

¶ Quartò quando emphyteota moritur sine legitimis, relictis tantum naturalibus, quia reuertitur ad dominum, quod secundũ Bart. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. limitandum est esse verum, quando emphyteosis data est ab ecclesia, præsumitur enim tunc quod ecclesia de illegitimis non cogitauerit, tum propter eorum indignitatem: tum, quia haberi non possunt, sine peccato mortali. Quando verò emphyteotica res data est â priuato, tunc ad illegitimos in tali casu traducetur, sic intelligendus limitandusque est Speculator. 4.

¶ Quintò cadit à iure suo, quando emphyteota canonem nõ soluit, si erat emphyteota priuati, si non soluit per trienniũ. l. 2. C. de iu. emph. & si est ecclesiæ, si per bienniũ non soluit, nisi celeriter soluat. c. fi. de locat. Si tamen dominus tenebatur in maiori quantitate, vel tanta non cadit, sicut dictum est de mente Panorm. in cap. bona fides de depos. neq; (vt dictum est) tenetur dominus pensionem requirere, quia dies statuta pro domino interpellat cap. potuit de locat. 5.

¶ Sextus quoque casus additur, in quo etiam emphyteota â suo iure cadit, scilicet, propter deteriorationẽ factam etiam si sit emphyteota priuati, secundum Petrum, vbi supra, per textum in authen. qui rem. C. de sacr. san. Eccl. Tũ, quia melioratio est causa finalis: 6.

l.fin.C.de iur.emphyt. & ceſſante cauſa finali ceſſat effectus.l.augere.ff.de iur. patr.§.quamuis,tum,quia axioma dictat, quod frangenti fidem fides frangatur eidem.

Triplex limitatio.

¶Caſus hic tripliciter limitatur, vt ſit verus, primò ſecundum Bald. in dict. authen.ſi deterioratio ſit notabilis, non enim pro modica conceditur reciſio contractus.l.Seio. ff. de inte.reſt. 1.

¶Secundò vt intelligatur, quãdo perpetua eſt deterioratio fundi, vt ſi vinea nõ putaretur, vel arbores inciderentur. Nam tunc à iure caderet. Secus ſi talis deterioratio ſolum cæderet in diminutionem tantum fructuum, vt ſi ager non colitur, & ideò non tantum aſſert fructuum, quia emolumentum fructuũ ad emphyteotam ſpectat. 2.

¶Tertiò limitatur, vt intelligatur cadere à iure ſuo, quando iſta deterioratio notabilis, & perpetua procedit ex dolo, vel lata culpa, vel leui aliàs non, quia ſi ex leuiſſima culpa, aut ſine vlla culpa accidiſſet, à iure ſuo non caderet ſit enim contractus iſte gratia vtriuſque, quãdo autem Iaſ.l.2.C.eo. ſuper deterioratione ſententiam non requiri ait, ſicut neque quando delinquit committendo, eo pacto intelligendum eſſe cenſemus (ne ſupradictis aduerſari videamur) ſcilicet, vt non requiratur ſententia ſuper pœnam commiſſi, ſed tantum ſuper omiſſionem ſolutionis, vel actualem deterioratione, quod, ſcilicet dolo, vel lata culpa, vel ſaltem leui emphyteotę acciderit prius per ſententiam declaretur, niſi forte (vt aiunt aliqui) factum deteriorationis ſimul & culpa ſit notoria. Adde tandem, quod emphyteota dum à iure ſuo cadit melioramenta quoque perdit, quæ facit.l.2.C.de iur.emphyt. ita Panorm.d.c.fi.10.q.2.hoc ius. 3.

Quæſt. ¶Iam ſcitu opus eſt, vtrum laudemium ſit ſoluendum, dum res emphyteotica tranſit ad alium emphyteotam. At primò quidẽ in dubium vertitur, an ſi tranſeat per donationem laudemiũ debeatur. Et videtur quod ſic, tũ, quia magis fauẽdũ eſt ei qui habuit titulo oneroſo qualis eſt qui emit, quã qui titulo lucrativo, id eſt, via donationis, vel legati obtinuit, ſed emptor debet laudemium, vt.C.eo.l. fin. ergo etiam donatarius. Tum, quia legatum & donatio æquiparantur, at ex legato debetur.l. is, qui.ff.de leg.3. ergo & donatarius illud debebit. Propter has autem rationes Petr.Hel. tenet quod ſoluendum eſt, dum via donationis res emphyteotica tranſit. Oppoſitum tamen tenet Spec.tit.de locat. ¶Igitur pro deciſione quæſtionis. Dicimus primò, quòd ſententia iſta Speculatoris eſt tenenda, tum, quia eſt Sylueſter verbo. emphyteoſis.q.21.§.28.nam eũ hanc opinionem tenere, ideò cenſendum eſt, quia eam vltimò ponit neque reprobat. Tum quia eſt Nauarri in ſum.cap.23.numer.65.ad quartum quæſitum, vbi ait, quod vere donãs emphyteoſim non tenetur ſoluere in foro cõſcientiæ laudemium, imo neque in foro exteriori (vt tradit latè Iaſ.l.2. C.de iure emphy.) patet autem, quia laudemium debetur à vendente in vtroque foro, quia videtur eſſe pars pretij, ſed in donatione vera rei emphyteoticæ non accipitur pretium; ergo neque inde debetur pars pretij. Item, quia de re donata non debetur vectigal, licet debeatur de re permutata iuxta æſtimationem valoris quem valet, ergo neque de re emphyteotica donata debetur laudemium. Atque idem dicẽdum eſt de re emphyteotica legata, quia lex quæ incõtra allegabatur, ſcilicet.l.is.qui.ff.de leg.3. rectè expenſa nihil contra hoc facit. Et tandem tam de donatione, quam delegato, ita videtur receptum in vſu, vt laudemium non ſoluatur. Quia neque in legato interuenit pretium, vt inde pars pretij, quippe quod laudemium dicitur debeatur. Standum eſt ergo conſuetudini in petendo laudemium, vel non petendo de re emphyteotica legata extraneo, nam conſuetudo eſt, quæ vel interpretatur legem, vel derogat legi.

Argum.

Dict. 1.

Prob.

¶Secundò dicimus, quod licet quando filius inſtituitur hæres, vel ſuccedit abinteſtato ad laudemium non teneatur, quia non indiget noua inueſtitura, vel receptione, quia hæres proprius, & non extraneus propria autoritate adire poteſt hæreditatem in authent. de hære. & fal.§.in omnibus, tamen hoc vertitur in dubium, vtrùm hæres extraneus ſi inſtituatur in re emphyteotica, tunc laudemium debeatur. Nam facit pro parte affirmatiua, tum quod gloſſ. & DD.l.fin. C.de iure emphy. tradunt ab hærede extraneo, ſic inſtituto laudemium deberi, nam ibi vbi textus ait quinquageſimam partem pretij, vel æſtimationẽ loci, qui ad aliam perſonã transfertur in laudemiũ debere dari. Gloſſa verbo. æſtimationem affirmat iſtam particulam, vel æſtimationem intelligendam eſſe, quando alio titulo, quam venditionis res emphyteotica trãsfertur, quia hoc dicitur pro renouatione dari: tũ, quia ibi iſtud laudemium deberi lex fin. eod. tit. indicat pro ſubſcriptione, vel depoſitione, hoc eſt pro qualicunq; ſcriptura, qua dominus directus oſtendit ſe velle nouum emphyteotam ſuſcipere, quæ rationes currunt cum in re emphyteotica extraneus inſtituitur hæres.

Dict. 2. Queſt.

Sen. gloſſe & eius ration.

l.

¶Tum

2. ¶ Tum, quia hoc ius laudemium petendi fundatur in iure recipiendi aliquid pro noua inuestitura, & receptione noui emphyteotæ, quia in ea forte dominus directus afficeretur damno propter mutationem personarum, & quia in hoc saltem grauatur, quod nouum debitorem inuitus recipit, quæ ratio locum habet in receptione hæredis prædicti extranei: ergo videtur in hoc casu soluendum fore laudemium. *In contra.* Incontrarium autem est, quòd laudemiũ videtur esse pars pretij, propter quod emphyteosis fuit minori pretio concessa, sed in institutione hæredis extranei nullum accipitur ab emphyteota primò pretium. Ergo nulla soluẽda est pars pretij, ac per consequẽs neque laudemium.

Resp. ¶ Respondetur ergo breuiter, quòd quia de iure si recte expendatur, nihil tam certò cõstat, ideò standum esse censeo consuetudini in hoc casu, quam attendendam esse Sylvest. tandẽ ait, licet in affirmatiuam, scilicet, quod in hoc casu debeatur laudemium inclinauerit cum instituitur hæres extraneus, temereque faciet, aut perperam consulet in hoc casu, qui non attenderit consuetudinem vniuersalem, siuè prouintiæ, vbi consulit, vbi aliud ex pacto inito inter partes non fuerit conuentum. *Consuetudo attend.* Nam consuetudo, vbi viget iam, vel vincit legem, vel interpretatur legem, secundum D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 3. idemque dicendũ censeo in casu permutationis, quando res emphyteotica permutatur pro alia, quamuis in hoc casu permutationis magis suadeat ratio, *Ratio magis suad.* quod soluendum sit laudemium, quia etiam vectigal de permutatione rerum exigitur, cuius gratia res permutatæ per iudicem veniunt æstimandæ (vt cautum est in recopilatione noua legum, lib. 9. titul. 17. l. 15. & 16.) sed in hoc quoque legitima consuetudo attendenda est, & obseruanda, sicut obseruatur in decimarum solutionibus.

Quæst. ¶ Sed pro intelligẽtia solutionis laudemij, quatenus attinet ad forum conscientiæ scitu opus est, an lex de soluendo laudemium in casu, quo constat deberi, an veluti lex pœnalis sit non obligans ante repetitionem, vel iudicis sententiam, an verò statim in conscientia sit soluendum, vel in casibus dubijs laudemiũ *Resp. ad 1. par. quæst.* in conscientia sit soluendum? Respõdetur autem ad primam partem quæstionis de mente Naua. cap. 23. num. 65. quod istud laudemiũ, quia non videtur tam pœna, quàm interesse domini directi, qui ideò emphyteoticam rem minori pretio concesit, quia partem pretij, dum venderetur postea recepturus erat, ideò non solum in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ debetur per l. 3. ff. de eo. quod. cer. lo. & l. 1. C. de sent. quę pro eo quod int. prof. & gloss. cap. conquestus. de vsur.

¶ Ad secundam autem quæstionis partem dicendum est, quod quemadmodum quando gabellæ sunt dubiæ, an sint iustæ, sicut aliquæ earum communiter iniustè sunt, confessores non debent cogere confitentes ad restitutionem, ne exponant se periculo spoliandi pœnitentem, eo quod suum est, ita & cũ propter varias sententias doctorum res in æquilibrio, & in dubio est, an in aliquo casu laudemium debeatur, vel non, non est in conscientia soluendum ante declaratoriam sententiam iudicis â qua non liceat appellare. Patet hoc, tum ob rationem á simili iam dictam: tũ, quia in dubio melior est etiam in conscientia conditio possidentis, sed emphyteota possidet, quod soluendum ne sit, aut non, dubitatur: ergo permanente hoc dubio illud soluere non est cogendus. *Resp. ad 2.* *Consilium ad confes.*

¶ Deinde postquám dictum est, quòd in institutione hæredis proprij in re emphyteutica fallit regula, quia non debetur laudemium reliquas prosequamur fallentias. Fallit ergo secundò, quando res emphyteutica fuit vendita, & tradita, si postea retradatur ex antiqua causa. Nam tunc non debetur laudemiũ, quia ista secunda traditio non est similis priori, neque est noua traditio, sed est prima traditio, & cum prima eadem reputatur. Si tamen iterum ex noua causa tradita est laudemium debetur si causa alienationis sit talis, quæ obligationẽ soluendi laudemium inducit, vt est venditio, quia ista secunda traditio similis est priori, ex qua laudemium debebatur, & multitudinem traditionum, sequitur multitudo laudemiorum. l. quicunque. C. de ser. fug. huius rei gratia Garcia lib. 2. de contract. pag. 71. allegans Albornozium Auctorem tradit licitam esse emphyteosim cuius possessio mille aureos valet. Ex qua tam Toleti, quám Valentiæ vnus cyatus, vel vas aquæ soluitur, quia pensio hęc datur in recognitionem, neque pretium recõpensatur ista sola pensione, sed per decimam laudemij, quæ soluitur toties quoties contingit rem emphyteoticam vendi. *Fallentiæ laudemij.* 2.

¶ Insuper tertiò fallit regula, non enim soluitur laudemium, quando quis vendit rẽ emphyteoticã, sed re integra discedit à venditione: tum, quia in hoc casu non recipit pretiũ: tũ, quia dominus nõ habet mittere nouũ emphyteotã in possessionẽ. At licet Petrus Hel. vbi supra, dicat in hoc casu laudemiũ deberi, 3.

quia per dominum directum non stetit quin in possessionem mitteret, ideoque perinde est, ac si misisset, tamen hoc forte verum est de rigore iuris, tamen de æquitate loquendo dicendum est, quod in vtroque foro non debetur. Nam cum rigor in lege nō est expressè iussus seruari, æquitas quæ ad intentionem legislatoris respicit potius seruanda est.

4. ¶ Quartò fallit regula laudemium soluendi, scilicet, quando alienatio est, necessaria vt in dotatione, qua pater dotat filiam non habens alia secundum Bart. in. l. & ideo. ff. de cō dict. fur. quia solum soluitur laudemium quando alienatio est voluntaria, sed in dotatione hac filiæ alienatio est necessaria, vnde ratio soluendi laudemium abest.

5. ¶ Quintò excipitur à regula soluendi laudemium casus ille, in quo habentes rem emphyteoticam communem diuidunt eam inter se, quod & facere possunt irrequisito domino, quæ quidem exceptio indistinctè tenēda est, iuxta Bart. l. voluntas. C. de fideicom. scilicet, quod dominus in hoc casu nihil debet habere: eam tenet etiam Gul. & facit maximè pro hac sententia. l. per diuersas. C. man. & huius ratio est, quia hæc dicta alienatio est necessaria. Vnde huic sententiæ standum est cōtra Petrum Heliæ, nisi obsistat contraria consuetudo.

6. ¶ Addes sextò etiā, quòd quādo partē sibi contingentem in re communi emphyteotica alteri socio vendit, videtur non deberi laudemium, quia videtur cessare ratio, scilicet, recognoscendi dominum. Quia iam antea cū esset in diuisa, & communis socius, cui vendita est pars hoc dominium directum recognoscebat, sed etiam in hoc casu standum censeo consuetudini, quia licet negatiua opinio, & in hoc casu sit à Bartolo asserta in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. & in. d. l. & ideò. & ab Ang. & Sal. & à Paul. de Cast. tamen D. Ias. & Gul. de Cu. in. l. cum hi. in. §. si pluribus ff. de transactio. tenent contrarium, quia ratio Bartoli, quam pro se fecit potius militat contra eum, & affirmatiuæ fauet, scilicet, quòd in venditione prædictæ partis faciēda socio post diuisionem requirendus est dominus, eique est soluendum laudemiū. At huius ratio est, quia licet socius emens aliam partē socij obligatus domino actione personali pro parte sua sit post diuisionem, quia obligationes hæreditariæ ipso iure pro rata diuiduntur. C. de acq. hær. l. 2. tamen pro parte quam is emit á socio: neque est obligatus domino actione personali, neque ex consequenti alteri socio eam potest aliter vendere, quam requirendo prius cō sensum domini, scilicet, an velit tantum pro illa parte præstare, quantum socius dat, si igitur ista requisitio requiritur, videtur, si quia non vult dominus requisitus eam emere socio vendatur, tunc laudemium fore soluendū nisi (vt diximus) obstet contraria consuetudo iuxta mentem Sylvest. quippe quæ interpretatur legem, vel derogat legi: ac proinde tunc sequenda est hic, sicut & in alijs.

Standū consuet.

¶ Præterea sciendum est, quod dum soluitur laudemium de terra pauci valoris, in qua sunt ædificata magna palatia, ab emphyteota soluetur de palatijs, & non de valore tantum soli, quia domus cædit solo. l. 1. §. quod ait. ff. de superficie. *Nota.*

¶ Adde ad dicta, quod si emphyteota pro multis vult soluere annis, non tenetur dominus accipere, vt tradit Cin. in. l. 2. C. de iur. emph. ius enim eius videretur adimi. Bartolus autem hoc moderatur asserens, quod pro tribus annis futuris soluere possit pensiones, ita vt non contendat soluere vltra triennium inuito dño plures pēsiones. l. placuit. ff. de fun. pa. *Nota.*

¶ Accedit tertiò, quòd si res emphyteotica vendatur à filio emphyteota in qua pater habet vsumfructum, filius, vtpotè, proprietarius dominus, secundum Petrum Hel. laudare debet, quia est verus dominus. ff. si ager. vect. l. 1. & ff. ad Sil. l. 1. tamen laudemium quod habet, vel recipit in hoc casu filius restituere tenetur patri. *Nota.*

¶ Iam penultimam quęstionem, quā Sylvester apposuit hic interfero, scilicet, quid in casu quo vnus sit dñs fundi, & alius habet vsum fructū eiusdē, vel si vnus sit dñs vnius domus, & alius habeat ius percipiēdi pēsiones, si accidat, quod vnus alienat istum fundū cui debebitur quinquagesima vsufructuario, an proprietario, & videtur certè, quod debeatur vsufructuario, vt post Old. dixit Alber. super rubric. C. de vsu. quia omne emolumentū prouenies ex re fructuaria debetur vsufructuario. l. item si fundi. ff. de vsufruct. *Quæst.* *Obiect.*

¶ Oppositum Ioan. Andr. insinuat dum ait, quod si res talis caderet in commissum, puta emphyteota non soluente cānonē, vel alienante sine forma debita, quod applicabitur proprietario, & non vsufructuario, & sic videtur dicendum, quod quinquagesima in dicto casu (nisi cōtraria cōsuetudo obstet) applicāda est proprietario potiusquā vsufructuario, tū, quia laudemiū nō venit appellatione pēsionis, vel vsusfructus, quia tūc si sic esset, applicandū vsufructuario videretur, sed recipitur tanquam *Oppoſit.* *Resp.*

tanquam pars pretij in recognitionem dominij pro consensu, ideò enim res emphyteoticæ solet (vt Nauarrus ait in sum. Lat. cap. 23. numero. 65.) ipsi emphyteotæ minori pretio cõcedi, & hoc est magis verum.

Quæstio. ¶ Huic etiam attinet illa quæstio, scilicet, vtrùm domino laudemium debeatur quando ipse emit à suo emphyteota eius meliramenta. Ad hanc igitur quæstionem cum Alb. & Odof. in dict. l. fin. negatiuè respondendum

Resp. esse censemus. Non enim tunc domino soluẽdum est laudemium. Tum, quia laudemiũ solitum est solui pro consensu præstito à domino emphyteotæ, vt alteri possit alienare, quæ ratio hic cessat, dum sibi melioramenta vendantur, & non alteri. Tum, quia laudemium recipitur pro noua inuestitura, & receptione nouæ emphyteotæ, quæ interdum non fit sine damno, & grauamine directi domini, quia saltem in hoc grauatur, quod nouum debitorem inuitus recipit, quæ ratio hic etiam videtur cessare.

Quæst. ¶ Sed iam tãdem examinatu est opus quota pars pretij alienationis rei emphyteoticæ in

Resp. laudemium sit soluenda directo domino. Respondetur, quòd de iure non debet excedere quinquagesimam partem pretij. l. fin. C. de iur. emphy. tamen de consuetudine est trigesima pars, quæ secundum Hostien. debet seruari, nisi in supradictis exceptis casibus.

Assertio Garciæ. ¶ Sed iam, vt attestatur Garcia lib. 2. de cõtract. vsu receptum est, vt de cena pars pretij recepti in laudemium detur. Sed & hoc etiã vsus inuexit, vt qui hanc decimam partem soluturus est à medietate huius decimæ partis soluenda immunis fiat. Hoc quoque æquitati consonat, vt quo maior ex pacto pars laudemij soluenda venit, tanto minori pretio à principio emphyteotæ concedatur. Nam si testificante Nauarro, quia ista pars pretij in alienatione soluenda est, ideò minori pretio res emphyteotica concedi consueuit, fit consequẽs, vt siquis ex pacto maiorem partem pretij in laudemium sibi applicare velit, hoc recompẽset si opus aliunde tanto respectiuè minori pretio rem emphyteotæ concedendo. Finem imposuimus huic materiæ, faxit Deus vt in re iuridica probabiliora dixerimus, nam cessante consuetudine, contra quam ratio naturalis aperta prævalet, probabiliora & magis consona iuri ciuili sunt in hac materia sequenda.

(?)

CAP. XXXIII. *De commodato & de eius diffinitione, de contractibus bonæ fidei, & stricti iuris, an in commodato transferatur dominium, & quid æstimatio in re cõmodata operatur, & de 3. quæ conueniunt huic contractui, de distinctione culpæ, vel casus fortuiti an pupillo possit accõmodari & an res accõmodata possit pro recompensa debiti retineri, diffinitur hic contra Garciam, differt finis, deponentis à fine commodantis, & respondetur ad eius argumenta & ad obiectionem ex lege Hispaniæ.*

POstquam Deo dante materiam de contractu emphyteotico suis numeris absoluimus, iã nunc materia de cõmodati contractu ineunda est, quam à diffinitione exordiri operepretium est more scholastico, est igitur cõ- *De cõmod.* modati contractus quantum ad diffinitionẽ quid nominis attinet, quasi vtẽtis commodatio, seu concessio: diffinitio autẽ eius quid rei talis statuitur à glossa, in cap. vnico de cõmo. scilicet, cõmodatum, siuè contractus per *Eius diff. & explicat.* quem aliquid dicitur cõmodatũ est alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuito facto concessio, notanter autẽ apponitur in hac diffinitione ista particula, gratuito, nẽpe ad secernendum istum contractum à contractu locationis. Nam in locatione merces pecuniæ interuenit, ideo locatio non est commodatio, quia non est gratuito facta rei concessio ad specialem vsum. Item gratuito dicitur fieri cõmodatio, quia etiam si aliquid prẽter pecuniã daretur pro illa, iam non commodatio, sed potius vt vult Siluester verbo commodatum. §. 1. contractus innominatus diceretur institu. man. §. vlt. qui quidẽ innominatus contractus quadrupliciter fit, scilicet, do vt des. 2. do vt facias. 3. facio vt des. 4. facio vt facias. ff. de præs. verb. l. naturalis. Dicitur etiam ad specialem vsum, quia ad incertum vsum nihil cõmodari potest, quia iam esset precariũ, quod differt à commodato, quia precarium est ad incertũ vsum quoad tempus durationis puta ꝑ se, & hęredib⁹ suis. ff. de prec. l. cũ precario.

¶ His suppositis quærendum est primò an *Quæst. Cõtractus bonæ fidei.* commodati contractus inter contractus bonæ fidei computetur. Respondetur ꝙ contract⁹ bonæ fidei dicuntur esse emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, depositum, societas, pignus, & permutatio, inter quos etiam adnumeratur commodatum, dicuntur autem à iuristis contractus hi bonæ fidei duplici ratione, tum quia si dolus dedit causam eis, non tenent. Tum quia in eis veniunt vsuræ ex mora hoc est interesse, ꝙ iu-

dex æstimare potest ex bono, & æquo quod venit recompensandum ob moram, scilicet, quando creditor ob moram sibi soluendi ex his contractibus debitum, destitit lucrari, aut iacturam est passus.

Contract. strict. iur. ¶ At verò contractus stricti iuris in hoc à prædictis contractibus bonæ fidei distinguntur, scilicet, quòd in his non venit soluendum interesse prædictum in foro exteriori, vt patet in mutuo, & stipulatione, & similibus, qui contractus stricti iuris hac ratione dicuntur, atque etiam strictissimè sunt interpretandi. l. quidquid adstringendæ. ff. de verb. obli. cum aliàs in contractibus interpretatio fiat plena, & in testamentis plenior, & in beneficijs plenissima cap. cum dilecti. de don.

Nota. ¶ Adde, quod in contractibus verba interpretanda sunt contra proferentem, quando sunt dubia. l. veteribus. ff. de pac. debuit enim apertius legem dicere. ¶ Deinde inuestigare

Quæst. Obiectio. oportet, an contractus hi commodati de eorũ numero sit per quos transfertur dominium de vno in alium vel non. Nam videtur, quod transferatur in eo dominium, præsertim quando res commodatur æstimata. Nam ad quid confert talis æstimatio, nisi vt eius transferatur dominium, sicut fit in traditione æstimatæ dotis. ¶ Hoc nihilominus non obstante com

Resp. modatum in numero contractuum nó transferentium dominium cónumeratur, quia per istum commodati contractum solum conceditur vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur, cap. 1. de comm. & toto tit. ff. de com. vt cum commodatur mula, liber, vestis, atq; id genus alia. Contractus quoque depositi per quem sola custodia rei alteri cõmittitur, qui regulariter fit in fauorem eius qui deponit ex his est per quos non transfertur dominium. l. 1. & l. licet. ff. de pos.

Idẽ de pig. ¶ Accedit his contractus pignoris, per quẽ debitor creditori aliquid in cautionẽ pignorat per hunc etiam dominium nõ transfertur. l. 1. ff. & C. de pig & in decret. eo. tit. De numero vero transferentium dominium sunt emptio, & venditio. C. & ff. de contrahenda empt. adde etiam mutuum, donationem, & permutationem. Nam in his transfertur dominium, per mutuum enim gratis credũtur res, quæ ipso vsu consumũtur. l. 2. ff. de reb. cred. §. appellata. Huiusmodi autem sunt res, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, vt pecunia, vinum, panis, oleum.

Ad obiect. ¶ Ad obiectionem autem in contra respondetur cum Panor. & Ioan. Andr. cap. vnico. de commod. quòd si commodator rem æstimari fecit, nihil aliud dicens, non propter hoc transfertur dominium, aut censetur facta venditio, neque propter hoc commodatarius tenebitur de leuissima contra Bart. in. l. si vt certò. ff. commod. §. nunc videndum. & contra gloss. & contra Accur. & Host. in dict. cap. vnico, & Aste. lib. 3. tit. 6. ¶ Patet hoc, tum, quia *Prob.* in talibus contractibus æstimatio non facit recipientem magis teneri, quam exposcat natura contractus. Tum, quia pactum generale nõ obligat ad casus fortuitos ergo, neq; talis æstimatio, si nihil aliud exprimatur ad casus fortuitos obligat, ac per consequens per talem æstimationem non censetur translatum dominium, aut periculum in commodatarium. Deceptus est ergo Bart. ex illo. §. nunc videndum malè à se intellecto. Nam istud. §. nunc videndum (vt ait Panorm.) loquitur quando expressè promisit se præstiturum æstimationem. Secus autem est quando fuit simpliciter facta. Et idem dicendum est, quando recipiés promisit alternatiuè rem, vel æstimationem. p. l. quoties. ff. de iur. dot. quia in hoc casu periculum peremptionis rei transit ad commodatarium, sed non transit ad eum periculũ deteriorationis, quia si non perierit, in electione commodatarij manet, vel æstimationem illã dare, vel si mauult eam deterioratam domino reddere, dum citra culpam etiam leuem fuerit deteriorata, arg. l. plerumque. ff. de iur. dot. ¶ Quod si quis roget ad quid ergo deseruit, *Dubium.* aut quid talis æstimatio operatur? *Resp.* Respondetur sanè, quòd operatur solum, vt innotescat verum pretium rei in casu, quo dolo, vel lata culpa, & etiam leui, imò tam etiam leuissima commodatarij deterioretur, aut perdatur.

¶ Præterea, ea quæ naturæ huius cõtractus *3. cõpetũt huic contract.* commodati conueniunt non erit ab re perustigare. Nam hinc plenior ad hanc materiam notitia assumitur. ¶ Dicimus ergo primò ei cõ *1.* petere, vt res ipsa commodata restituatur. Nam cum (vt prædictum est) rei commodatæ dominium non transeat in recipientem in dict. cap. vnico. & in. l. rei commodatæ ff. commod. hoc de iure naturali est, vt res ipsa suo domino restituatur.

¶ Secundò competit huic contractui *2.* consequenter, quod commodatarius non tenetur de re si perijt, nisi fuerit in dolo, vel in culpa lata, leui, vel leuissima, quia perit domino in. d. c. vnico. ¶ Hinc iam corollariè sequi *Quæst.* tur quid ad casum contingibilem non raro dicendum sit, scilicet, an si rem commodatam misit commodatarius per nuntium, & res perijt, an commodatarius de ea adhuc teneatur?

& vi-

& videtur quod sic, quia in omni casu, quo mutuatarius pecuniam, sibi mutuatā mutuatori mitteret, antequam peruenirēt ad mutuatoris manus si periret, mutuatario certè periret.

Dist. culpæ vel casus fortu.

¶ Distinguendum est ergo, quia vel talis res dum mitteretur casu fortuito peribit, vel ex culpa nuntij qui parum fuit fidelis peribit. Nam si casu fortuito perit, & res remissa est per nuntium idoneum, non tenebitur commodatarius ampliùs pro ea. in. l. argentum. ff. commod. & ibi glos. & Bart. in. l. eum qui. ff. eod. & idem dicendum est de depositō in capit. significare. de pign. sed quid si nuntius nō erat idoneus, & tamē casu fortuito res perijt? Adhuc in hoc casu commodatarium non teneri puto in conscientia, quia reuera iactura rei tunc casui fortuito tribuenda venit, & nō nuntio, aliàs non tam idoneo, si eius culpa nō perijt. At si eius culpa perijt, vel si nuntius fuit infidelis, tenetur commodatarius secundum culpam, in qua fuit mittendo nuntium. Nam tenetur etiam hic de leuissima culpa, quia gratia commodatarij tantum contractus initur. At verò, quoniam quando misit per nuntiū, qui communiter habebatur idoneus, culpa omnis etiam leuissima abest, non tenebitur iuxta dict. l. argentum. ff. commod. etiam si nulla vrgente necessitate eam rem miserit per nuntium putatum fidelem, secundum Garciā lib. 1. de contract. pag. 126. si bona fide misit, & perijt causa infidelis nuntij, non tenebitur commodatarius eam iterum restituere, quia postquam culpa in mittendo caruit, seruandus est indemnis, sicut secundum Sotum etiā rusticus, qui non callens legem, rem alienam quam accepit à latrone bona fide restituit latroni, indemnis seruandus est.

Ad obiect.

¶ Ad obiectionem suprapositam patens responsio est ex differentia, quæ inter commodatum, & mutuum interuenit, quia cū in mutuo transferatur dominium in mutuatarium, si res mutuata perit mutuatario, vtpotè, qui dominus eius est perit, capit. significante. de pign. Tum, quia mutuatarius obligatur in genere ad soluendum in pecunia, siuè hac, siuè illa, dum pecunia mutuatur, debitori autem perit res, dum est obligatus in genere, quia genus perire non potest. l. incendium. C. si certum pet. Res verò commodata remanet in dominio commodantis. Vnde domino perit. Crediderim tamen mutuatam pecuniam mutuāti perire, quando nomine suo recuperandi eā gratiam misit nuntium, ab eo puncto, quo talinuntio à mutuatario reddita est.

¶ Tertiò competit naturæ huius cōtractus quòd commodatarius non tenetur de rei deterioratione, sine commodata ad eū dum taxat finem ea vsus est, ad quem accepit, si tamen sine culpa eius deterior facta est. ff. com. l. eū qui rem, &. l. fi. Sic enim intelligitur. l. sed mihi. ff. eod. vbi continetur, quòd propriè res dicitur non reddita, quando deterior facta redditur intellige ex culpa sua, in. d. l. eum, qui rem. 3.

¶ Præterea quis possit commodare, aut cui commodari possit dicendum est. Igitur regula generalis statuitur, scilicet, quòd omnis ille qui potest contrahere, potest & commodare arg. l. Iulianus. §. antepen. ff. de act. emp. & vē. vnde non solus prælatus, sed etiā æconomus potest commodare, quia his contrahere potest. 10. q. 2. c. hoc ius. *Quæstio.*

¶ Insuper de pupillo an commodare, vel ei commodari possit hic ambigitur. Igitur, quia notitia huius ad alia conferre poterit, vt id dubij explicemus operæpretium erit. *De pupillo.*

¶ Dicimus ergo primò, quòd si pupillus propria autoritate commodet non est obligatus, sed commodatarius, tunc bene ei obligatur. ff. de act. emp. & vend. l. Iulianus. *Dictum. 1.*

¶ Secundò dicimus cū Bart. limitante glos. in. l. 1. ff. commod. quod si dum puer erat talis pupillus, vel infans dum erat ei aliquid est commodatum, in foro exteriori in nullo casu tenetur, quia quod ab initio non subsistit saltem naturaliter obligationem nullam inducit in dict. l. 1. §. impuberes. Si autem ab initiō talis contractus commodati subsistit, saltem naturaliter, scilicet, quia pupillus erat proximus pubertati, tunc tenetur quatenus factus est inde locupletior, vel si dolum commisit. l. 1. §. an in pupillum. ff. de pos. *Dictum. 2.*

¶ Tertiò dicimus, quòd etiam in conscientia pupillus commodatarius tenetur de commodato quatenus, proximus pubertati dolū commisit, vel quatenus inde factus est locupletior, id est, dum ex restitutione commodati non fiat pauperior, secundum Bartolum cō tra alios. Patet hoc tertium dictum si rectè intelligatur, quia iustum est, vt si pupillus habet rem commodatam penes se, vt eam restituat siquidē, sic restituēdo nō efficitur pauperior. Tū etiā patet à simili, quia si personæ, & non ecclesiæ cōmodatū fuit: tenetur ecclesia in quantum in vtilitatem eius versum est, ergo etiam si pupillus dum commodatum accepit proximus pubertati non erat: ac propterea contractus commodati cum eo factus nō substitit, in conscientia pubertatem iam adeptus *Dictum. 3.*

tenetur de commodata re sibi quatenus in vtilitatem eius versa est. Nam hoc æquitas naturalis edocet.

¶Hic etiam disputari solet, an res commodata ratione recompensationis alicuius debiti retineri possit, & quidem quæstionem hãc de qua non tantopere inter iuristas concertabatur, quantum attinet ad conscientiam, Garcia lib.1. de contract. pag.110. in dubium reuocat partem negatiuam, sibi persuadens his rationibus.

Quæst. ¶Tum, quia tam in iure ciuili, quam canonico cap. bona fides. de depos. adiuncta glos. *Sent. Garciæ.* &. l. fin. de compen. prohibetur compensatio in deposito, ergo etiam (postquam est eadem *Eius obiecti. 1.* ratio) censetur prohibita in commodato: tũ, quia non licet agere contra actum fidelitatis debitæ: ergo neque via recompensationis retinere rem commodatam. Patet consequentia, quia iste contractus ex bona fide oritur, sicut & depositum. cap bona fid. eo. tit.

Obiect. 2. ¶Tum, quia in conscientia non licet agere contra virtutem gratitudinis: sed commodatarius retinendo rem via recompensationis agit contra debitam gratitudinem rem sibi commodanti: ergo non est licita talis recompensatio. His nihilominus non obstantibus.

Dictum. 1. cont. Gar. ¶Respondentes ad quæstionem dicimus primò, quòd bene potest commodatarius retinere rem commodatam in compensationẽ, sibi debiti ab accommodante: dum debitum sit liquidum. Hæc est opinio communis contra Garciam, vt ait Nauar. in sum. cap. 17. nu. 186. quam probat ibi à contrario ex. l. fin. C. de compens. & cap. 2. de depos. est Syluestri verbo commodatum. §. 3. vbi ait etiam esse cõmunem, quia solum iuxta allegata iura prohibetur compensatio in deposito, ergo consequenter in commodato, & in alijs contractibus admittitur, quia exceptio firmat regulã incontrarium in alijs. 33. q. 7. dominus.

Corol. ¶Hinc sequitur corollariè, quòd etiam equus, verbi gratia, commodatus potest retinere in pignus magnarum impẽsarum in eius curationem ab aliquo morbo factarum, aut si in eius inuestigatione, vel similibus factę sunt non tamen sic retineri potest pro impensis victus, & curationis equi, vel serui commodati, quando istæ expensæ curationis, aut aliæ factæ sunt exigui pretij. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. & Bart. in. l. diuortia. §. impendia. ff. solut. mat.

Dictum. 2. ¶Secundò addimus accessoriè, quòd si cõmodatarius iuraſſet commodanti restituere ei rem commodatam, quando eam peteret, tũc eam retinere in recompensationem etiam liquidi debiti non posset. Ita Panorm. in cap. ad nostram. el. 1. de iur. iurand. quia hic videtur expresse contineri hæc determinatio ob eam rationem, scilicet, quia iuramentum est obligatorium in forma specifica, neque sufficit illud implere in effectu, vt ibi per textũ patet. Et hæc opinio videtur conformior iuri canonico. Bar. autem in l. amplius. ff. rem rata. hab. oppositum sentit propter rationes valde efficaces, ob quod Panor. asserit vbi supra, quod ante factum sequenda est prima opinio, vtpotè conformior iuri canonico quam sequitur Inno. & Ioan Andr. postfactum autem sequẽda est ista Bart. vt scilicet, talis non censeatur periurus, videtur enim impediri, quod nõ soluat, quia commodator sibi non soluit.

¶Crediderim tandem, quod in alijs debitis, hæc opinio Bart. postfactum possit tolerari, quia ibi eius ratio, scilicet, quòd videtur impediri debitor à solutione, quia sibi non soluitur potest locum habere, non tamen in re cõmodata penes commodatarium manente, quia si iurauit eam reddere non impeditur ab eam reddendo, eò quod sibi non soluitur, & hoc est tutius dictu, quamuis aliæ mihi occurrunt rationes, quę pro Bartulo facere videtur. *Sent. auteris.*

¶Ad obiectiones autem Garciæ incontrarium dicimus ad primã, præter ea quæ in eius satisfactionem diximus, scilicet, quod non est eadem ratio de commodato, & deposito, vt patet ex motiuis diuersis, quibus quis inducitur ad accommodandum, & ad deponendum rem suam penes depositarium, quia commodans principaliter, & de per se mouetur ad accommodandum rem, scilicet, equum, vel librum ex virtute beneficentiæ, qua cupit alteri benefacere, ad quem mòtiuum, & finem nõ tam per se, & directè facit fidelitas recipientis commodatum. At verò in deposito deponẽs pecuniam ad sic ibi deponendum eam principaliter, & de per se respicit hunc finem, scilicet, vt ibi custodiatur. At ibi custodiri bene non potest, nisi accedat depositarij fidelitas: ergo hæc depositarij fidelitas, attenditur magis de per se in deposito, vt medium requisitũ ad contractus depositi finem. At ne imaginaria videatur, hæc hic assignata differentia, aut sola hac ratione fulciri, fulcimentum quoq; habere videtur in cap. bona fides. de deposito, vbi decernitur contra depositum non admitti compensationem, cuius causam his verbis reddit textus, ne (inquit) contractus, qui ex bona fide oritur, id est, ex bona fide concepta de depositario ad perfidiam referatur. *Ad obiect. 1.* *Finis deponentis alius quam cõmodant.* *Tuititur in ri.*

¶Ad

Ad obiect. 2. ¶ Ad secundam Garciæ rationem, & ad tertiam satisfaciendo dicitur, quod non censetur esse infidelis aut ingratus, qui ob debitum sibi liquidum sibi recompensat in commodato. *Ratio. 1.* Primò quia ratione iã dicta nõ tã de per se attẽditur ista fidelitas in cõmodato, sicut attẽditur in deposito ex natura, & fine cõtractus.

2. ¶ Tum quia fidelitas, & promissio reddendi depositum, sicut in alijs promissionibus intelligitur esse præstita ea conditione si promittenti seruetur promissum c. peruenit el. 2. de iur. iur. at cõmodãs liquidũ cõmodatario aliãs debens debitum, & illud non soluens cum iã sit in mora, parum fideliter agit, ergo non est mirum si iuxta axioma commune frangenti fidem fides frangatur eidem.

3. ¶ Item quia promissio reddendi commodatum intelligitur saluo iure, sicut si promisi quod non ero contrarius tibi, intelligitur saluo iure meo, & cetera cap. pretio de iur. iurã. sic in proposito, vbi ingratus non se exhibet commodatarius, si sic sibi recompensando suæ indemnitati consulit.

Ad obiect. ex l. Hisp. ¶ Ad obiectionem quæ opponitur, vel opponi potest expeculari dispositione legis Hispaniæ l. 9. tit. 2. Partita. 5. vbi sancitur, quod in mutuo vel commodato non admittitur compensatio (vt exemplificat Hugo de Celso in suo report. leg. Hispan. verbo. compensatio) verbi gratia equus accommodatus nó potest retineri à commodatario vltra tempus pro pecunijs sibi ab accommodante debitis.

Resp. ¶ Respondetur quod tum ista est dispositio specialis legis Hispanicæ, tum quod solũ habet locũ in foro exteriori, tũ etiã dicitur q̃ forte prohibet istam compẽsationem per modum retentionis fieri priuata authoritate ad calũnias & fraudulentias tollendas, sed non vetat in foro exteriori autoritate superioris, sic retineri. At nos loquimur hic in conscientia, vbi compensatio indirecta secundum Silvest. verbo. compensatio. quæst. 2. &. §. 3. & secundum Panor. cap. bona fides de depos. habet locum: dicitur autem compensatio indirecta cum retineo rem, quæ alias venit ad me quæ est debitoris, pro debito meo, maximè cum debitum est liquidum, neque res cõmodata illud excedit, & quando seruantur reliquæ conditiones iustæ recompensationis, scilicet, quia via iustitiæ recuperare non potest commodatarius à commodãte debitum, & vt consulat suæ indemnitati retinet, donec sibi soluatur.

CAP. XXXIIII. *Vtrùm commodatum ante vsum expletum reuocari possit cum damno cõmodatarij, & an præcariũ sic possit reuocari, vtrùm pactum de non reddendo equum ante tempus tale sit licitum vsus rei commodatæ, liceat ad alium finem assertum Garciæ quoddam hic tẽperatur, an commodatarius non potens saluare res commodatas, & proprias possit præferre suas, proponitur documentum Syluest. vtile ad multa, commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi in tribus casibus, generale pactum de casu fortuito iuramento firmatum an valet, de duobus aduertentijs, quando requiritur monitio exceptio legitima & ignorantia probabilis excusat à mora, vide alia vbi datur doctrina ad multa.*

Quæstio. RElqua dubia pertinentia ad materiam commodati absoluturi pergimus inquirere de quæstione illa, quæ discordes reddit Sotum, & Nauarrum, qua controuertitur, vtrũ commodator reuocare possit commodatum cum damno commodatarij ante vsum expletum. *Sent. Nau.*

¶ Et quidem in hac quæstione Nauarrus in sum. Lat. cap. 17. num. 182. indistinctè tenet quod in vtroque foro si commodans tantundem damni patiatur, non obstante hoc, ante tempus non potest repetere commodatum, quod apparentibus probat rationibus.

Ratio eius 1. ¶ Primò, quia textus indistinctè loquitur in dict. cap. 1. de commod. & leg. in rebus. ff. commod. scilicet, quòd ante tempus commodatum nullo modo repeti potest, at vbi ius nõ distinguit, neque nos distinguere debemus.

2. ¶ Secundò, quia nulla ratio inquit tam in foro conscientiæ, quàm in foro exteriori concludit commodatum ante tẽpus repeti posse.

3. ¶ Tertiò, quia licet quis cæteris paribus, sibi magis, quam alteri obligetur, iuxta cap. 2. non licet. 23. quæst. 5. tamen in proposito non sunt cætera paria, quia commodans sua voluntate propriæ rei vsum alteri concessit, & suam fidem seruare tenetur. l. 1. ff. de pact. & capit. qualiter eo tit.

4. ¶ Adde quartò in gratiam Nauarri, quòd pro ipsius opinione videntur facere, tum regula. 61. de reg. iur. in. 6. vbi dicitur quod in gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. Tum regula. 33. scilicet, quòd mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum, ergo postquam in gratiam commodatarij commodatum est ei concessum, non est cum dispendio eius repetendum ante tempus, neque consilium ha-

bitum de ei commodando, non est repetendo ab eo commodatum ante tempus, in eius detrimentum mutandum.

Sent. autoris. ¶ At licet ista sententia Nauarri apparentibus rationibus videatur subnixa, nihilominus tamen (quidquid sit de foro exteriori, in quo iuxta eam forte iudicabitur) in foro conscientiæ, dico quod commodans tantundem damnum passurus, si non reuocet ante tempus commodatum, potest non obstante damno æquali ex tali reuocatione commodatario obueniente commodatum reuocare, sed hoc nó semper, sed quando tali commodatario, & tali tempore commodauit, quòd commodatarius non poterat aliunde sibi prouidere, neq; aliunde suo subuenire damno, quia iam non sunt hic cætera paria. Nam aliàs tunc commodatarius erat illud damni passurus necessario, & sic iste commodans non debet ex suo beneficio damnum reportare.

Accedit Silvest. & Garc. ¶ Hæc autem sententia est Syluestri verbo. commodatum. quæstio. 4. est etiam Garciæ libr. 1. de contract. pag. 106. vbi ait, quòd melius dicitur, quod stante vtrinque necessitate commodatum potest repeti ante tempus, quã do aliter à principio commodatarius non potuisset prouidere, aliás.

Prob. 1. ¶ Patet autem hæc sententia esse verisimilior, tum propter rationem Syluestri, quia potius de mea re debeo mihi consulere: ergo & commodans repetendo rem suam potest suæ indemnitati consulere. Neque enim commodatarius potest dici in hoc casu deceptus, ex quo aliàs sibi prouidere nequiuisset.

Prob. 2. ¶ Tum etiam patet ex ratione Garciæ, quia commodatio intelligitur facta sub conditione, scilicet, si non superueniat commodanti notabilis necessitas, vbi sine damno suo graui sua re carere non possit, sicut locans domum potest expellere inquilinum, si ea postea sum mè indigeat l. ædem. C. locat. & sicut donatio causa mortis reuocatur, quando postea posthumus nascitur in eo, quo ei officit, quia præsumitur de eo non fuisse cogitatum instit. quibus mod. test. infirm. sic quia in isto casu commodans non cogitauit de sibi obuenturo damno, illo obueniente in conscientia potest commodatum reuocare, quãdo (vt diximus) commodatarius aliunde sibi prouidere à principio non poterat.

Sent. Nauar. vbi vera. ¶ At sententia Nauar. videtur solum vera in casu, quo commodatarius à principio, nisi iste commodasset verisimiliter, sibi aliter prouidisset, vel forte in casu etiam, quo non aliter sibi prouidere potuisset, & si iste non commodasset tum rem ad negocium peragendum, tale negocium non fuisset aggressus, quod tamen cum magna iactura ex reuocatione commodati ante tempus cogitur omittere, præsertim in casu, quo commodans ex carentia rei commodatæ licet patiatur damnum, sed non adeò graue.

Prob. 1. ¶ Patet autem hoc quia iuxta regulam supradictam iuris. 61. in. 6. quod in gratiam cómodatarij concessum est, scilicet, commodatum non est in eius dispendium retorquendum.

Prob. 2. ¶ Accedit in gratiam huius, quod qui tenetur de leuissima culpa sicut regulariter tenetur commodatarius potest præferre, & præponere res suas prætiosiores rebus sibi commodatis, quando vtrasque simul saluare non potest iuxta l. sivt certo. §. quia vero senectute. ff. commod. ergo pari ratione ad vitandum maius damnum suum poterit retinere intra terminum, cum commodans minus damnum patitur.

Nota. ¶ Adde etiam quod si res ad certum vsum & ad certum tempus commodata non fuit, sed solum quandiu concedens pateretur (q precarium solitum est appellari, in hoc differt à commodato, eo quod cum libuerit danti eã repetere potest, quod intellige nisi vellet reuocare sine causa, & cum magno damno alterius, quia tũc obstaret exceptio doli, cũ negari nequeat, quin precariũ sit beneficium, & per consequẽs beneuola actio. Ita Silu. in sum. verbo precariũ q. 1. & Nauarrus in sum. Lat. cap. 17. num. 182. At vero Garcia in lib. 1. de contract. pag. 101. quamuis huic sententiæ accedat, addit tamen quod repetitio precarij in hoc casu, scilicet, quando sine causa, & cum magno damno precatarij repetitur tantum est cõtra charitatem, & nõ contra debitum iustitiæ, Quæ tamen assertio Garciæ non transit sine difficultate. Tum quia hic datur exceptio doli, scilicet, pernitiosi, quod concedere ius videtur causa vitandi damni, tum quia sicut nõ potest quis facere quod sibi non prodest, & alteri nocet. C. de seruit. & aqua. l. aquam. sic neque concedenti precarium inest facultas, aut ius illud repetendi sine causa, scilicet, sine vtilitate sua, & cum incommodo magno alterius, tum quia iuxta regulam iuris supradictã quod in gratiam alicuius concessum est, non est in eius dispendium retorquendum. Non tamen ausim hic diffinire ita exacte esse istam repetitionem precarij in hoc casu contra iustitiam commutatiuam, vt aliqua restitutio hic sit facienda, quia solum per exceptionem doli

Assertio Garciæ non tand.

doli conceditur sic possidenti precario se pos te in hoc casu contra repetitionem tueri.

Quæstio. ¶ Adde item & id de quo non satis firmam
Resp. sententiam tenet Garcia lib. 1. pag. 103. & de quo solet dubitari, scilicet, vtrum liceat accõmodare equum cum pacto vt non reddatur commodanti ante tale tempus. Ad quod dicendum est planè contra Garciam absolutè te
Limitatio. nentem contrarium, quod licet accõmodare equum cum tali pacto non semper, sed in casu, quo commodator equi pro tempore commodationis durantis absens est futurus, atq; ideo non potest illum recipere si sibi reddatur, neque suppetit sibi cõmissarius fidelis, cui possit tradi, quia tũc id pacti apponere potest quo suæ consulat indemnitati in absentia eius.

Ad. 1. obiectio. ¶ Iam nunc ad obiectiones in contra circa principalem quæstionem à principio ex parte Nauarri, & in gratiam ipsius positas per supradictam distinctionem responsum est, & adhùc respondetur. Primò ad. 1. quod si ius sine distinctione negat ante tempus commodatum posse repeti, idest, quia præsumit quod alias si iste non commodasset, cõmodatarius
Ad. 1. sibi ab initio aliter prouidisset ad vitandum damnum. ¶ Ad secundam iam responsum est.

Ad. 3. ¶ Ad tertiã obiectionem Nauarri dicitur negando q̃ non sint cætera paria, imo in casu fauorabilior est cõditio cõmodãtis, vt possit de re sua alteri commodata, & repetita suæ necessitati potius subuenire, neque in hoc casu tenetur ad fidem commodatario seruandam quia tacitè illa commodatio fuit facta sub cõditione, scilicet, si non superueniret necessitas notabilis commodanti ad quam supplendam indigeret commodatum repetere.

Ad obiect. ex reg. iur. ¶ Ad obiectiones desumptas ex regulis iuris supracitatis respondetur, quod beneficiũ sub ea conditione, qua in gratiam alterius cõcessum est, non est in eius dispendium retorquendum directè, & de per se. Si tamen concessum fuit sub conditione tacita, vt contingit in commodato (vt asseuerauit Garcia) vt si necessitas maior contingat, possit repeti in casu saltem, quo commodatarius ex beneficio commodati non fuit deceptus ab accommodante, quia alias sibi prouidere à principio nequiuisset, non censetur absolutè cõcessum beneficium, ac per consequens non est seruãdum, quamuis indirectè indispendium commodatarij repetitio eius commodati redundet. Atque subinde ad aliam citatam regulam dicimus quod repetendo tunc commodatũ commodator non mutat in detrimentum cõmodatarij consilium, quia nunquam à principio caruit tacito animo, & consilio repetendi commodatum ante tempus in casu, quo sibi in conscientia liceret, cuiusmodi est casus limitatus per Syluest. contra Angelum, & Nauar. scilicet, vbi aliter, sibi à principio prouidere nequiuisset commodatarius, & commodãti eius carentia nocet.

¶ Porrò iam in dubium venit, vtrum vtens Quæst. scienter re commodata contra voluntatẽ domini aliter, vel ad alium vsum teneatur ad re- Resp. stitutionem? Respondetur planè, quòd talis furtum committit contrectando rem alienã inuito domino, & posset aliquando talis vsus esse mortalis, putã quando res magni pensi esset, & damni. Item tenetur talis commodatarius, si res perit, aut deterioratur in alio vsu prẽter concessum restituere damnum subsecutũ ff. de furt. l. qui iumenta, & l. si vt certò. ff. cõmod. nisi fortè stando in conscientia eodem modo, sine culpa commodatarij in vsu ad quẽ concessa est identidem erat peritura, & deterioranda res commodata.

2. ¶ Adde secundò, quòd si commodatarius credebat dominum permissurum, & erat iusta causa credendi, non committit furtum. ff. de fur. l. qui re. ac per consequens in conscientia non tenebitur de casu fortuito, sed benè de culpa etiam leuissima. De mente Syluest. verbo. commodatum. §. 8. quæst. 10. qui addit, quòd si dubitabat furtum committit. ff. de furt. l. qui vas. Nam in dubio præsumitur dominus non permissurus, & esse inuitus, & idẽ dicendum est, quando probabiliter non credidit, quia non suberat probabilis causa credendi in institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. in gloss.

Corol. ¶ Hinc sequitur corollariè, quòd si quis cõmodauit equum suum ad iter agendũ ex Salmantica ad Vallioletum sub conditione, vt in quatriduo iter perageret, si biduo sicut fieri solet illud iter commodatarius peregit, si equus in itinere obijt etiam si sufficienter prouiderit de pabulo equo, neque eum multum fatigauerit in foro exteriori deceptione probata restituere equum forte cogeretur. Sed an in conscientia equus, qui sic obijt restituendus sit à commodatario non satis patet, Quæst. propterea, quod Metina in sua instruct. de restit. Obiectio. §. 30. fol. 157. tenet, quod conductor cui sub ista conditione esset locatus, si ei hic accidisset casus, non teneretur de equo, quia ista deceptio non videtur fuisse causa mortis equi, & quia hæc sua ratio etiã currit in casu hic enarrato

rato de equo sub prædicta conditione cómodato: existimo etiam in hoc casu eandem sententiam teneret.

Sent. autoris. ¶ At quamuis ab hac sententia Metinæ nó omnino dissentiamus in casu, quo ille loquitur, scilicet, quando nulla alia interuenit culpa: tamé animaduertione opus est, q̃ in hiscasibus, quia non videtur abesse á culpa, nó videtur abesse ab obligatione restituendi. s. primò, quando cómodatarius sub illa cõditione recipiens equũ persensit, ideò accómodatorẽ eius cõtenisse de tali itinere quatriduo perficiẽdo, quia iosinuauit equũ aliquali indispositione laborare, vel quia lassatus, vel macie cõfectus erat; & secundò, quando propter rationes apparentes debuit credere non temere, neque sine causa eam conditionẽ apposuisse, scilicet, vt pedetentim quatriduo illud iter commodatarius confieeret, sed causa consulendi incolumitati sui iumenti lassati, aut non plus laboris potẽtis sustinere: & hoc multò magis in equo commodato, quam in equo locato ratio persuadet. Quia hic commodatarius non solum de leui (vt tenetur conductor) sed etiam de leuissima culpa tenetur, sed de hoc iam diximus supra.

¶ Accedit vltimò, quòd commodatarius non tenetur de rei deterioratione, si in ea re vsus est re commodata, ad quam accepit, si sine culpa sua deterior facta est. ff. commod. l. eum qui rem. & l. fin. sicque intelligitur. l. mihi. ff. eo. vbi dicitur, quòd proprie res dicitur non reddita, quando deterior facta redditur intelligẽ ex culpa reddentis. At tandem Garcia hinc infert lib. 1. de contract. pag. 115. & sequentibus, quòd si equus scienter accommodetur ad cursoris officium, vt Hispanicè dicitur, para la posta, & nimis defatigatus redditur, vel si accommodatus est ad torneamentum exercendum, vel hasti ludium, & orbatus oculo, vel transfossus lancea redditur, nó est quidquam pro hoc restituendum.

Assertum Garciæ tẽperatus. ¶ Hoc autem assertum Garciæ licet verisimilitudinem præseferat: tamen contemperamento eget. Primò, vt in vtroque casu verum sit, quando nulla interuenerit commodatarij culpa. Nam si cursor extraordinarium laborẽ illius officij equum vexauit, vel cursum itineris prolongauit, vel aliter in culpa fuit de damno tenebitur. Similiter si equus ad præludia militaria, quæ nunc, quia in eis abest periculum, vt plurimum exercentur, sit accommodatus, & temerè commodatarius eo vsus est, vel ad torneamenta, vel ad alia periculosiora exercitia duellorum, tunc si confossus lancea, vel aliter percussus euasit, & finaliter, vbi culpa affuit, tenebitur commodatarius de damno.

¶ Præterea hic quæstio etiam iuridica in medium procedit, scilicet, an cómodatarius, qui non potest saluare res proprias, & accommodatas, possit præferre, & anteponere suas, Garcia lib. 1. de contract. pagin. 118. non satis percipiens quid nam hic quæratur, resolutionem iuridicam, quam Syluest. verbo commodatum. §. 9. quæst. 12. tradit impugnat tenendo in omni casu partem negatiuam, scilicet, quòd non possit commodatarius præferre res suas rebus sibi accommodatis, quãdo omnes saluare non potest. Et probat, quia non licet alicui exponere periculo res alienas, vt saluet proprias.

Quæst. *Sent. Gar.* *Ratio eius 1.*

¶ Item, quia non licet secundum Cordubã inuaso, vt euadat mortem, per callem angustũ equitans transilire cum periculo probabili cõculcandi infantem medio calle prostratũ. Neque licet offerre tyranno alienas pecunias, quo saluem meas, quando tyrannus quærebat meas. Neque videtur sit licitum in naufragio, quando iam sunt duo constituti in tabula, quæ ambos saluare non potest, si alterum sociũ alterà tabula propellat, & protrudat in mare, quo ipse solus periculũ mortis euadat: ergo neq; licet præponere res suas, eas saluãdo quando periculo accõmodatæ res obijciũtur.

Ratio. 2. autoris.

¶ At his nihilominus non obstantibus vera est decisio Syluestri vbi supra, quæ in his consistit punctis. Dicitur ergo primò, quòd si commodatum fuit factum gratia accommodantis (sto regulariter alias gratia cõmodatarij & nõ cõmodanti fiat) tunc cõmodatarius res suas etiã viliores præferre potest. l. si vt certò. ff. comm. §. interdum: si autẽ commodans nó commodauit in gratiam sui solum, res suas viliores, tunc commodatarius præferre non poterit, facit. l. quod Nerua in fin. ff. de pos. & patet, quia in prædicto casu, quando solum in gratiam sui ipsius rem accommodauit, cómodatarius, solum tenetur de dolo, & lata culpa, sed vbi sic tantum tenetur, potest proponere sua viliora aliàs non ergo.

Resp. *Dictum. 1.*

¶ Secundò dicimus, quod quando cõmodatum fuit factum gratia commodatarij tantum vt regulariter fit, tunc commodatarius si res suæ sint eiusdem pretiositatis, cum sibi rebus accommodatis suas res proponere non potest quando omnes, scilicet suas, & accommodatas à periculo saluare non potest facit. l. in rebus. ff. commod. & patet, quia commodatarius in hoc casu tenetur etiam de leuissi-

Dictum. 2.

ma

ma culpa, & qui de leuissima culpa tenetur non potest præferre res suas viliores, aut æque pretiosas cum accommodatis.

Dictum. 3. ¶ Tertio, si verò commodatum fuit gratia vtriusque, quia accommodatus est equus, verbi gratia ad comitandum communem tâm commodantis, quàm commodatarij amicum tunc dictum sit tertium, scilicet quod potest in hoc casu præferre res suas æquales accommodatis, quia cæteris paribus potest plus sua diligere, quam aliena, & patet. Quia hic solũ commodatarius tenetur de leui culpa, quia gratia vtriusque commodatus est equus, ideò si non posset saluare equum, quin amitteret rem suam æqualis valoris, posset suam rem

Dictum. 4. præferre equo. ¶ Quartò dicitur quod commodatarius etiam si gratia sui tantum factum sit commodatum, potest res suas (si sint pretiosiores) præferre rebus sibi accõmodatis. Hoc autem patet, quia quilibet diligens, & diligentissimus hoc faceret, & ipse commodatarius ad plus non tenetur, sic enim intelligitur. l. si vt certo. ff. cõmod. §. quia verò senectute, & patet quia commodatarius, qui gratia sui tantum recipit vt sit communiter tenetur de leuissima, qui autem tenetur de leuissima solũ pretiosiora sua præferre potest.

Documentũ Silu. vti le admulta. ¶ Insuper hoc documentum in hac materia, quod loco vbi supra summè commendat Siluester, vtpote ad multa dissoluenda dubia conferens animaduersione est dignum, scilicet, quod qui tenẽtur de dolo possint præponere viliora sua, qui verò de leui culpa sua æqualia præponere possunt, qui autem de leuissima sua pretiosiora solum præponẽt.

Ad obiect. Garciæ. ¶ Ad obiectiones autem ex parte Garciæ à principio propositas dico quod ex praua intelligentia quæstionis sunt & præter propositum sunt, neque contra nos militant. Quia ipse Garcia intelligit quod non licet positiuè exponere periculo res alienas, vt tradendo eas raptoribus, vel proijciendo eas in mare in naufragio, quò saluemus nostras, quod nos libenter ei concedimus, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, & vitentur nostra damna nos autem in præsenti quæstione solum loquimur in casu, quo res commodata, & res cõmodatarij in tali periculo sunt constitutæ, q iã casus fortuitus inuexit (vt quia flagrat incendio domus, vel quia sic irruerunt in eam raptores) iam commodatarius res suas, & commodatas, quas ibi habet simul saluare non posset eas abscondendo, vel inde educendo, nam poterit tunc in casibus hic commemoratis sibi concessis res suas ponere in tuto, relinquendo ibi commodatas, vtpotè, alienas, saluando tantum suas, quando vtrasque saluare non potest. Non tamen licet tunc, vt proponebat recte obiectio Garciæ tradere positiuè res commodatas, & alienas raptoribus, quo saluet suas quia hoc esset cooperari furto, sicut in casu pueri, & tabulæ, in naufragio obiecto videtur interuenire operatio positiua ad mortem.

Quæst. ¶ Subsequitur & alia quæstio, scilicet, commodatarius an teneatur de casu fortuito, & de qua culpa tenetur? Ad vtramque partem quæstionis respõsuri primò ad primam dicitur, quod commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi in tribus casibus. Primo si culpa sua accidit.

Dictum. 1. Excep. 3. à casu fortui.

¶ Secundò si interuenit pactum, quia commodans non vult stare sub aliquo casu fortuito. ¶ Similiter tertiò si fuit in mora restituẽdi rem commodatam cap. vnico. de commod. & l. in rebus. ff. commod. & C. commod. l. 1. & ff. de act. & oblig. l. 1. §. is verò qui. Circa primum exceptum casum, scilicet, nisi culpa accidit nota exemplum, quo eum exemplificat Syluest. verbo commod. quæst. 9. nam ponit exemplum, vt si verbi gratia, commodatarius accepit commodato equum iturus ad villam, & peregit iter ad bellum, ibique casu equus perijt. Circa quod notat Nauarrus in sum Lat. cap. 17. num. 183. scilicet, quòd saltem in foro conscientiæ restituere non tenetur quis sibi commodatum, quod perijt, aut deterius factum est alio vsu, si certum est eodem modo perituru, aut deterius effectum iri apud dominum, si apud illum fuisset, ex casu fortuito, quia tunc nõ videtur minus habere dominus, quam deberet habere iuxta regulam D. Thomæ, quod si hoc ita est: pariter dicendum videtur in exẽplo adducto à Syluest. quod si equus, qui perit in itinere alio abeo, ad quod est accommodatus identidem certò periturus erat, & deterior efficiendus erat sine culpa, sed casu fortuito in itinere ad quod est accommodatus, nõ est restituendum domino damnũ, quia nihil minus habet in hoc casu, quã alias deberet habere.

2.

3.

Exemplũ.

Circa. 2. cas. excep. ¶ Circa secundum casum exceptum, scilicet, nisi interuenit pactum de stando sub casu fortuito rursus memoriæ mandandum est, quod dictum est supra, quod cõmodatarius ex generali pacto, scilicet, vt teneatur de omni casu fortuito nullo expresso, secundum Ioan. And. cap. vnico. de commod. non tenetur: nequis sub inuolutione verborum cogatur renuntiare ei iuri, cui non esset in specie renun-

renunciaturus. Hoc autem in conscientia maximè tenet, secus autem est si aliqui casus fortuiti fuerunt nominati, & secuta est clausula generalis videlicet, & sic de omnibus alijs, ita Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caus. Nam in hoc casu veniunt casus fortuiti similes expressis & nominatis, & non maiores non enim generalis clausula in odiosis comprehendit maiora expressis, quod confirmat notabilis textus in clem. non potest de procurator. Secus est in non odiosis auctore Innoc. in cap. sedes de rescrip. ¶ Hæc autem supradicta etiam vera esse intellige etiam si tale pactũ generale iuramento firmetur. Nam iuramenti obligatio non se extendit vltra consensum iurantis, quia tantum iuxta eius intentionem qua se voluit astringere obligat cap. quintauallis, de iur. iur. intellige etiam si res commodata æstimetur, quia æstimatio nõ facit quod commodatarius ad plus teneatur, quàm si nõ æstimetur vt docet Panor. in d. cap. vnico de cõmod. Ad hoc ergo facit tantum æstimatio hæc vt si res commodata ex culpa recipientis pereat, dominus liberetur à probatione valoris rei commodatæ: si autem (vt supra dictũ est) res æstimata datur cum pacto quod vel res vel æstimatio reddatur, periculum perem ptionis transit, non deteriorationis. l. plerumque. ff de iure dot. ¶ Aduerte vltimò, quod licet pactum de subeundo casum fortuitum ex iure imponi commodatario non sit prohibitũ in conscientia tamen si res commodata de se esset magnopere subiecta periculo (vt quia equus qui est accommodatus est valde morbidus) facere tunc commodatarium subire eius mortis periculum præsertim si hoc ignoret culpa & iniustitia non videtur carere.

Nota valde.

An iuramẽtũ validet pactũ Gener. de cas. fort.

Nota.

Aduertentia. 1.

¶ Circa verò tertium casum exceptum, scilicet, nisi fuit in mora restituendi rem cõmodatam aduerte cũ Siluestro loco citato, quod licet morosus commodatarius teneatur si res perit, nihilominus tamen in conscientia, si eodem modo erat apud dominum peritura non tenetur nisi ad interesse, si quod dominus passus est propter moram. l. fin §. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu. ita etiam Fulg. & Mar. in l. quod te. ff. si cert. pet. & Summa Angel. verbo commodatum, & Nauarrus in sum. Lat. cap. 17. num. 183. At licet Accur. teneat contrarium sed hoc est verius saltem in conscientia (vt tradit Siluester verb. Mora, q. 4. cuius rationẽ reddit, quia alias tunc creditor cum aliena iactura lucraretur.

¶ Ex quo infert etiam Nauarrus peccare commodatarium, qui rem sibi commodatam cum domini damno notabili alteri cõmodat. l. qui vas. §. h ergo. ff. de furt.

¶ Aduertendum item secundò est, quia hæc documenta ad hanc materiam, & ad materiam de contractibus communia sunt, scilicet, quòd moram, postquam tenetur commodatarius, & quilibet alius creditor de casu fortuito, incurrere dicitur ille tantum, qui non facit, quod facere tenetur, & eo tempore quo tenetur, vt notatur capit. vltimo. de locat. Adde etiam, quod quando dies apposita est obligationi, non requiritur monitio, vt quis constituatur in mora in. d. c. vlt. quia dies pro homine interpellat.

Aduertentia. 2.

¶ Sed quid si dies non sit expressè apposita. Respondeo dicendum, quod in commodato satis est, si sit vsus certus, & prædiffinitus, & tẽpus tacitè sit determinatum, vt quando commodatus est liber ad transcribendum, intelligitur tacitè esse accommodatus pro tanto tẽpore, quantum exigitur ad transcribendum. l. interdum. & l. continuum. §. cum ita. ff. de verborum obligat. atque ideò ante completum vsum reuocari non potest, cap. 1. de commo. & in hoc differt commodatum à precario extra de preca. cap. fin. & ff eo. l. 1.

Dubium. Resp.

¶ In alijs autem contractibus, vbi expresse tempus non est determinatum, monitio requiritur, vt tradit Panormit. in cap. licet Heli. de sim. & capit. 2. de accusat. quamuis glossa dicit in dict. capit. licet Heli. quod in pecuniarijs admonitio est de honestate non de necessitate.

Monitione q. t. in alijs

¶ Perpendẽdum est etiam, quod morosus commodatarius sicut, & alius debitor tenetur ad restitutionem tam damni emergentis, quã lucri cessantis ipsi cõmodatori, vel creditori. ¶ Notandum est autem, quòd ab hac restitutione excusat primò legitima exceptio. Nam nõ dicitur esse in mora, qui potest se legitima exceptione tueri per regulam non est in mora. de reg. iur. lib. 6. ¶ Ex quo corollariè inferẽdum puto, quod in conscientia ad id damni, vel lucri restituendum non tenetur, qui in cõscientia via recompensationis iustæ, & indirectè rem commodatam retinuit vltra tempus. Nam hoc est de mente Syluestri verbo. recõpensatio. §. 3. q. 2.

Exceptio legit excusat à mora.

Corol.

¶ Secundò ab hac restitutione excusat ignorantia inuincibilis, & inculpabilis, quæ dicitur à iuristis ignorantia probabilis, qua quis ignorabat quando & quid teneretur restituere, quia ignorantia hic excusans à culpa excusat à restitutione. Sicut etiam bona fides excusare dicitur, si durante bona fide res fuit consumpta,

2. excusat ignor. probabilis.

sumpta, neque ex tali consumptione possessor bonæ fidei factus est locupletior. l. certũ C. de re. ven. & l. si me. & Titiũ. ff. si certu. pet. excusatur quoque in conscientia si eodem modo apud dominum erat peritura, quia tantum ad interesse tenebitur ita Silu.

Quæst. ¶Ad nunc presius inquirendum est an impotentia excuset commodarium à mora restituendi rem commodatam, ac per consequens excuset à restituendo interesse damni emergentis, & lucri cessantis ex tali mora orta (& videtur certè q̃ non excuset, nam secundũ Silu. verbo contractus. q. 2. commodatũ cõputatur inter contractus bonæ fidei sicut etiã venditio, locatio, & conductio depositum, & permutatio, at in contractibus bonæ fidei venit vsura, id est, interesse ex mora, quia iudex potest æstimare ex bono, & ex æquo quid venit recompensandum, vel restituendum. Nã in hoc distinguntur contractus bonæ fidei à contractibus stricti iuris, scilicet, ab stipulatione, mutuo, & similibus, ergo cum æquitas videatur suadere, vt commodator seruetur indemnis, etiam in casu impotentiæ dum commodatarius non potest etiam sine culpa sua impeditus rem commodatã restituere in præfixo termino, vt interesse soluat damni, vel lucri cessantis commodatori, videtur dicendum quod in potentia restituendi commodatum in termino ab hoc interesse soluendo non excuset.

Obiectio.

Confirm. ¶Et confirmatur, quia si quis ex impotentia, scilicet, quia non potest statim restituere sine iactura sui status excusaretur ab statim restituendo in termino prout aliâs teneretur, nõ propter hoc excusaretur à soluendo principale debitum, & simul interesse damni emergentis, vel lucri cessantis quod ex mora in culpabili restituendi creditori accresceret, ergo à simili, in potentia, & mora inculpabilis restituendi in tempore commodatum non excusauit commodatarium à predicto interesse si sequatur soluendo.

In cõtrar. ¶In contrarium est quod magister Mercatus asserit libro de contract. lib. 1. cap. 12. fol. 53. scilicet, quod qui sine culpa sua decoxit substantiam factusque est impotens ad soluẽdum in tempore, potest vti dilationibus, esperas, Hispanice nuncupatis, neque tenetur cũ venerit ad pinguiorem fortunam, nisi tãtum principale debitum soluere, nõ enim tenetur ad predictum interesse etiã inde secutum soluendum creditoribus, nisi in culpa soluendi in tempore cum posset, fuit.

Decisio. q. vtilis ad multa. ¶Igitur quia decisio huius quæstionis non parum confert ad alia consimilia dubia decidenda, libet primò ei facere satis, & deinceps quid in simili casu circa interesse hoc soluendum, vel non soluendum in alijs materijs debitorum sit dicendum patefaciemus.

Dictum. 1. ¶Dicimus ergo primum ad punctum quæstionis proprium, scilicet per distinctionem respondendo, quia aut commodatarius incidit ex sua culpa etiam leuissima in illam impotentiam rem commodatam, puta equum in tẽpore signato restituendi, aut sine culpa sua in talem impotentiam incidit. Si primo modo hoc est ex in præsenti, aut præcedenti culpa factus est impotens ad equum, verbi gratia, ac commodatum in tempore restituendum, tenetur tunc commodatarius non solum ad restituendum equum si pereat, sed insuper ad damnum, vel interesse lucri cessantis iacturam quæ commodatori inde obuenit. Patet autem hoc, quia hoc textus cap. vnico. de commod. comprobat, vbi decernitur, quod commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi interueniat culpa, aut mora, hic autem (vt supponimus) & culpa causans talem impotentiam præcesit, & talis mora culpabilis fuit, & talis impotentia in sua causa.

In potẽtia sine culpa vel cũ illa.

Dictum. 2. ¶Secũdo dicitur, quod si commodatarius in illam impotentiam incidit sine culpa, vt quia iusto impedimento est impeditus quod euitari non potuit, ad non restituendum commodatum in tempore non tenebitur ad tale interesse damni, aut lucri cessantis restituẽdũ: tenebitur tamen post ad stipendia, verbi gratia, equi accommodati soluenda, si quia erat absens, & præpeditus est cum tempore præfixo reddere suo domino eo vsus est ad aliqua conficienda itinera, vel alium finem.

Prob. ¶Hoc autem patet quoad primam partem quia impedimentum quod euitari nõ potuit casui fortuito comparatur. At commodatarius de casu fortuito non tenetur, iuxta capit. vnico. de commod. nisi interueniat culpa, pactum, aut mora, scilicet, quam non excuset absoluta impotentia. Hic autẽ (vt supponimus) nihil horum interuenit, quia licet interuenit mora, sed non fuit culpabilis in se, vel in sua causa. & excusata est ex impotentia restituendi commodatum: ergo commodatarius non tenetur ad interesse, & sic glossandus est Syluester verbo. mora, quæst. 4. vbi ait, quod morosus debitor, vel emptor tenetur ad interesse damni habiti, vel lucri cessantis. Nam id intelligit de morosо mora culpabili, non autem mora inculpabili, qualis est, quæ ex impotentia contingit. Nam & in hoc sensu statim se

Syluester

Sylueſter explicat dicens aduerte quod mora, & culpa æquiparantur & patet. l. Celſus. §. 1. ff. de arbitris &. l. q; te. ff. de reb. cred. hoc intellige niſi pactum fuit deſoluendo intereſſe poſt moram.

Quæſtio. ¶ Accedit ad hoc ſecundum punctum ſimile abſoluēdū, q; cōducet pro alijs, materijs ſcilicet, quando ſit intereſſe ſoluēdum, vel non: circa hoc autem dicimus Primò, loquendo de mutuo, ſi quis mutuauit, & patitur dānum propter mutuum, ſi nō fecit pactum de damno, vel intereſſe ſoluendo, mutuatarius non tenetur reſtituere. Ita Victoria in ſcholijs

Dictum. 1. de intereſ.

Vtilis doctri. admulta. ſupra. 2. 2. D. Thomæ anno. 1535. quod ego ipſe iuxta eius mentem amplio, atque extendo etiam ad caſum, quo in tempore non ſoluit ex inculpabili impotentia. Nam & pro hoc quoque caſu facit eius ratio, ſcilicet, quod dū abfuit pactum, non tenetur ad damnum accidens ſiue culpa ſua. At hoc aſſertum Victoriæ iuxta mentem Mercati expreſſam in argumēto, ſed contra, ad alios debitores, qui ſine culpa ſua impotentes facti ſunt ad ſoluendum in tempore extenditur, quia hi ſecundum ipſum vti poſſunt dilationibus ſibi conceſſis, neque venientes ad pinguiorem fortunam tenentur reſtituere intereſſe aliquod ex dilationibus ſubſecutum, ſed tantum ſortem debitā.

Dictum. 2. de pœna. ¶ Adde ſecundo quod ſecundum communem ſententiam doctorum licet cuicunque creditori vt ſe ſeruet indemnē, paciſci de pœna ſibi ſoluenda ſi ſibi non ſoluatur in tempore, quam poteſt exigere etiam ſi nullū aliud amittat intereſſe, ſi ex culpa ſua debitor omittat ſoluere in tempore in contractu conuento. Ita Victoria loco citato, & Silueſter vſura. 2. quæſt. 28. Addit tamen Victoria quod reuera ſuſpecti ſunt valde tales contractus, nam multa requiruntur ad eorū validitatem. Nam cum eſt conuentionalis ex conſenſu, ſcilicet,

Cōtractus pœnales ſuſpecti niſi. partium, iſta pœna ſic impoſita ſecundū Sylu. ibi præſumitur appoſita in fraudem in his caſibus quoad præſumptionem fori exterioris.

Præſumpt. 1. ¶ Primò ſi creditor alias conſueuit fœnerari. l. Iulianus de emp. & vend. &. l. vel vniuerſorum. ff. de pig. acti. Secundò quando (vt aliquibus doctoribus placet) pœna excedit intereſſe.

3. ¶ Tertiò quando per ſingulos annos, vel menſes dicitur comitti auth. ad hæc. C. de vſur. vide alias præſumptiones iuris ſuper hoc ibi in Syueſtro. At verò quatenus attinet ad conſcientiam, & in foro animæ talis appoſitio

Illicita pœna. 1. pœnæ conuentionalis illicita erit in contractibus ad creditum. ¶ Primò, ſecundum Scot. in 4. ſent. diſt. 15. ſi creditor mallet debitorem in currere pœnam, quām ſic ſoluere, quia eſſet vſura. ¶ Secundò, vt aliquibus placet, quādo creditor eam apponens credit, quod debitor eximpotētia pœnā incurret. ¶ Tertiò generaliter ſi apponatur in fraudem, ſcilicet, ad ſic accipiendum aliquid vltra ſortem debitam. 12. q. 3. fraternitas, & de arb. cap. dilecti. & quod ibi not. quod ſi per hæc nō conſtiterit in foro exteriori recurritur ad prædictas præſumptiones. 2.

Quæſt. ¶ Circa prædicta occurrit, & quæſtio non omninò facilis ea nempe eſt, an ſi creditori nō ſoluit debitor in termino ex impotentia, vel citra culpam ſuam, pœna cōuentionalis à principio contractui appoſita tunc ſine labe vſurę exigi poſſit? Iam in hac quæſtione á ſe inuicē diſident Sylueſter vſura. 1. quæſt. 28. penes finem, & Victoria loco vbi ſupra. Nam Sylueſter negat exigi poſſe, Victoria autē affirmat. At Garcia lib. 1 de contract. pag. 364. Victoriæ accedit hac perſuaſus ratione, ſcilicet, quia pœna hæc conuentionalis apponitur in fauorem creditoris, & in recompenſam ſui intereſſe.

Variant Silu. & Victor.

Prænotatio. ¶ Igitur pro deciſione quæſtionis præmittendum eſt, quod pactum ſoluendi aliquid, ſi debitor in præfixo termino non ſoluerit principale debitum poſſe interuenire in contractu vno modo ſub nomine & intentione pœnæ ad coercendum dilationem moroſam debitoris, alio modo intentione compenſandi ſibi intereſſe damni, aut lucri ceſſantis, ſi poſt moram contigerit.

Dictum. 1. ¶ His ſuppoſitis dicitur primò, ſi prædictū pactum fuit appoſitum ſub nomine, & intentione pœnæ ad coércendam, & puniendā culpam moræ: tunc magis iuri, & rationi conſona eſt ſententia Sylueſtri, ſcilicet, quod ſi debitor non ſoluit in termino ex impotētia, vel citra culpam ſuam pœna exigi nō poteſt ſine vſura. Probat autem Sylueſter, quia vbi nō eſt culpa, non debet eſſe pœna. C. de pœn. l. ſanci mus, alias rationes excreſcentię videretur exigi, quæ vſuram facit. 14. quæſt. 3. cap. ſi fœneraueris.

Dictum. 1. ¶ Dicitur ſecundò, quòd ſi apponatur tale pactum ratione compenſandi intereſſe damni, vel lucri ceſſantis contingentis ex mora túc reuera, ſi ex tali mora etiam inculpabili ex impotentia obueniret, licet tale pactum in foro exteriori forte reprobaretur, vt vſurariū, quia etiam ſtante mora poſſet damnum, non euenire, pro quo tamen intereſſe certum ex pacto prætenderet: tamen ſtando in conſcientia,

quando

quando tãtum voluit suæ indemnitati consu lere solum paratus sibi recompẽsare de dam no per illud pactum si accideret aliàs statuens nihil exigere præter sortem, nihil molitur in iustum si tale interesse damni etiam ex mora inculpabili exigat, quia pactum in conscientia valuit iuxta rectam intẽtionem creditoris pacisc entis & in hoc sensu vera est sententia Victoriæ, & Garciæ, quia hic locum habet prædicta ratio Garciæ. At in cõscientia dum non constat quo nomine appositum fuit tale pactum, an nomine solius pœnæ, aut interesse recurrendum est ad intentionem pactum ponentis, quod si nomine pœnæ, & interesse recompensandi simul damnum si accideret, constaret illud pactum apposuisse, tunc quatenus vt pœna est appositum, non haberet locum, vbi mora post ex imponentia, vel citra culpam contigit, haberet tamen locum in casu, quo ex impotentia etiam inculpabili dãnum accideret ex soluendi mora, quia illud pactum fuit veluti quædam præmonitio qua se voluit creditor indemnem seruare à suo interesse per moram amittendo.

Quidin cõscientia th dubio.

Corol.

¶Hinc corollariè sequitur Garciam lib. 1. de contract. pag. 362. non satis aduertenter affirmasse ex mente Caiet. in summa verbo vsura c. 2. quarto casu. s. quod creditor à morosо debitore potest prætendere duplex interesse, vnum ratione pœnæ conuentionalis posi tæ non in recompensationem detrimentorum, & aliud ratione detrimentorum. Primò quia Caiet. quem ipse in gratiam huius allegat loquitur ibi vt apparet de debitore morosо culpabiliter, nõ verò de eo, qui citra culpã factus est impotens ad soluendum in tempore: quia ab hoc non potest exigi interesse pœnæ vt pœnale est: imo quidquid sit de rigore iuris in vtroq; foro, sed loquẽdo ex æquitate & in conscientia æquum est post quàm indẽnis seruatus est creditor recuperando debitũ, & detrimenta tum interesse, vt tunc non exigat pœnam. Nam negandum non est in appositione pœnæ habere respectum creditorem ad suã indemnitatem aliquo modo seruandam, ergo post quàm indemnis est seruatus per recuperationem principalis, & interesse, non debet ex æquitate exigere pœnam etiã à culpabiliter morosо, ne nimis emungendo videatur velle elicere proximi sanguinem, & relinquere illum omnino exanguem, maximè cum suspecta sit ista impositio pœnæ secũdum aliquos eum excedit interesse.

Notatur Garcia de rigore.

Æquitas hic seruanda.

Quæst.

¶Prætereà indubium reuocari solet vtrum ista pœna cõuentionalis in casu, quo iustè est posita, soluenda sit ante iudicis condemnatiõnem in conscientia. At videtur quidẽ quod sit soluenda, tũ quia ego possum mihi imponere pœnã, & obligare me in foro conscientiæ, & alius me consentientem sic posset obligare, & sic videtur fieri dum in contractu adhibetur pœna conuentionalis.

Argum. 1. Victor.

¶Tum quia cõtractus conuẽtionalis æquiualet sententiæ iudicis, sed sentẽtia iudicis stãtim obligat in conscientia, ergo etiam cõuentionalis incursa pœna, hæc sunt autẽ argumẽta Victoriæ licet ipse loco citato potius inclinet in negatiuam secutus Adrianum.

Argum. 2.

¶In contrarium autem est Felin. in c. 1. de const. nu. 43. & Decius ibidem num. 2.

¶Dicendum est ergo, opinio negatiua quippe quæ æquitati, & rationi magis consona est, tenenda est, scilicet, q̃ pœna conuentionalis videlicet ex consensu partiũ impositа etiam iam incursa non obligat in conscientia ad sui solutionem ante condemnationẽm iudicis, nisi sit pœna, quæ in sati-factionem interesse debeatur, quæ propriè non est tunc pœna, sed solutio interesse. Hanc opinionem amplexus est Adrian. in hanc magis inclinauit Victoria contra limitationem Panor. huic tandem accedit Nauarrus in sum. Lat. capit. 25. numer. 67. & 68. vbi mutat sententiam, quã olim tenuerat cum Felin. & Decio, quam ait sibi nunc plurimum displicere. Neque Anchar. d. cap. possessor. illam affirmare.

Resp. cont. Felin. & Deci.

¶Probatur autem multipliciter quoad primam partem, tum quia nemo quantumlibet iustus, & timoratus hanc pœnam conuentionalem, nisi coactus soluit. ¶Tum quia cũ ferme in omnibus contractibus mundi hæc pœna imponatur, & passim incurratur, si ad eius restitutionẽ contrahentes statim post incursionẽ eius in cõscientia tenerentur, durũ confessarijs esset negare absolutionem carentibus proposito eam statim soluendi. ¶Tum quia viros alioquim honestate pollentes, parum decet huiusmodi pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur cap. suam. de pœn. & cap. fraternitas. 12. qua st. 2. quamuis stando in rigore iuris exigi possit, tum quia non est cordi apponentibus has pœnas, neque eas acceptantibus ad eas obligare, vel obligari ante condemnationem, quia solum ad compulsionem obseruationis contractuum, & legum solent apponi. ¶Tum quia & sic cõmunis animi cõceptio omniũ dictat & cõsuetudo etiã ita interpretatur. ¶Tum quia cõtra inclinationem naturalem est constituere partem iudi-

Prob. 1.

2.

3.

4.

5.

cem, & executorem suæ pœnæ, & quia dū pœna ante iudicem non petitur, videtur creditor principali esse contentus, & quia aliàs durum est inquit Victoria talem pœnam soluere ante quàm exigatur: quare inquit ego non condemnarem illum, si eam nollet soluere ante condemnationem iudicis, & pœnà debet esse mitis secundum Nauarrum, & nó debet peti primo die termini, sed expectandi sunt 20. dies secundum Mercatum.

¶ Probatur autem dicta sentētia quòad secundam partem, quæ est Anchar. recept. in cap. peccatum de regul. iur. in. 6. nu. 10. quia cum talis pœna in satisfactionem interesse cēdit, non est pœna saltem ex parte recipientis secundum omnes, & secundum glossam vltimam receptam cap. peccatum. cùm ergò loco satisfactionis interesse cædat, sicut hæc satisfactio statim in conscientia debetur, ita & pœnà loco eius cedens, saltèm quòad tantā eius partem, quantum est verum interesse eius cui est debitum, ita textus, glossa, & doctores latè tradunt in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter. prof. At per supra dicta soluuntur argumenta Victoriæ à principio posita, quia non est ea mēs partium se obligare ante condemnationem, neq; conuentionalis pœna æquiualet sententiæ iudicis vt consuetudo interpretatur.

Ad arg. Victor.

Ad arg seu obiect. 1.

¶ Ad argumenta in principio quæstionis principalis posita respondentes dicimus ad. 1. obiectionē, conceditur quod in contractib⁹ bonę fidei vt in cōmodato venit vsura idest interesse soluendū, quàndo interfuit culpa in vtroq; foro imò in foro exteriori etiā quādo præsumitur culpa. Aliàs etiā si cōmodatarius causa fuerit dāni ex impotentia inculpabili restituendi rē, si non intercesserit pactū à principio de interesse restituendo, quia hoc pactū iuxta cap. vnico de comm. bene potuit apponi, si non fuit appositum non tenetur ad relationem interesse, quia iuxta cap. si culpatua de iniur. & dān. dato adiūcta glossa ibi adhoc quod teneatur, qui damnum dedit, seu iniuriam irrogauit necesse est culpā interuenire, alioquin non tenetur, sicut neq; infans, aut furiosus tenetur de damno à se dato quia culpa carent in dando damnum.

Nota Valde.

Ad. 2. obie.

¶ Ad secundam obiectionem respondetur primò quod est differentia inter debitorem, qui tenetur exsoluere aliquid, & ex absoluta impotentia non potest illud soluere in tempore, & inter eum qui de obligatur ab statim restituendo, quia non potest id facere sine iactura decentiæ sui status, quoniam primus ex impotentia absoluta excusatur, secundus verò ex difficultate: non, at verò secundum Bartol. l. cōtinuus §. illud. ff. de verb. oblig. difficultas non impedit diem obligationis cædere, saltem in foro exteriori, bene tamen impossibilitas hoc impedit. Vnde in potentia inculpabilis, idest, absoluta excusat ab interesse resarciendo, sed ab hoc non excusat difficultas.

Differētia inter impotentiam & difficult.

¶ Secundò & melius respondetur, quod excusatio, qua excusatur quis à restituendo in termino, quàndo id non potest facere sine iactura status fundatur in ratione Scoti, scilicet, quoniam creditor tunc rationabiliter debet esse contentus at nò tenetur rationabiliter esse contentus de hoc quod suum interesse sibi non resartiatur quando debitor non venerit ad pinguiorem fortunam, ergo in potentia, qua quis non potest soluere in termino sine iactura status, quia non est absoluta non desobligat ab interesse damni, vel lucri cessantis creditori, postea (cum supperiuerit facultas) soluendo. Sicque limitandum venit iuxtà prædicta quod in tomo. 1. &. 2. parte in materia de vsura, vel alibi memini me asseruisse de mente Metinæ Complutensis, scilicet, quod debitor inculpabiliter impotens ad soluendum licet excusetur à pœna, non tamen ab interesse soluendo, quia intelligitur dum appositum fuit pactum de eo soluendo, aliasceſſante pacto iuxta dicta nó tenetur.

Secunda solutio ex Scoto.

Limitat autor dicta à se in instr.

CAP. XXXV. *De quali culpa commodatarius teneatur, commodator rei vitiosæ quando teneatur de damno, & quid si commodatarius non potuit vti re commodata intra tempus, & quomodo probabitur rem commodatam sine culpa periisse, & quid si probata amissione rei commodatæ ex aduerso allegetur culpa vel dolus.*

Quæst.

IAm supremam manum huic materiæ impositurí nequid desit quod desiderari merito possit, reliqua hùc attinentia hic prosequemur, & primò nosse oportet de quali culpa commodatarius teneatur, an semper etiam de leuissima.

Dictum. 1.

¶ Dicitur ergo primò, quod recipiens rem commodatam, si recipit gratia sui tantum vt communiter accidit, si res deterioretur, vel pereat, tenetur de dolo, & culpa lata, & leui, & leuissima, vt patet capit. vnico. de commodat. quia in talibus debuit adhibere talem curam, qualem & in rebus suis, sed neque hoc sufficit, si res commodata

modata potui diligentius cuſtodiri. ff. de act. & oblig. l. 1.

Dictum. 2. ¶Si verò recepit commodatum gratia commodantis tantum, vt ſi commodauit aliquis veſtes commodatario, quo ornatior ad commodantem veniret, vt ipſum comitaretur, & honoraret, tenetur de dolo tantum. leg. ſi vt certò. ff. eo. At Hoſtienſi placet quod in hoc caſu teneatur etiam de lata culpa, & hoc tenendum eſt, quia lata culpa æquiparatur dolo l. quod Nerua. ff. depoſ. vbi dicitur quod lata culpa eſt ſi minor cura alienis rebus adhibeatur, quàm proprijs. Conſentit Nauar. in ſum. cap. 17. nu. 184.

Dictum. 3. ¶Si autem vtriuſque gratia commodatur vt commodantur vaſa argentea, & alia ſimilia ad honorifice aliquem dominum, vel amicũ communem excipiendum, tenetur tunc cõmodatarius ad damnum dolo, aut lata, aut leui culpa datum, ſed non ad id quod leuiſſima datum eſt. l. contractus de regul. iur. &. c. 1. de cõmod. cum annot. ibi à Pano. & ab alijs, & ſecundum gloſſ. l. ſi vt certò. §. interdum. ff. eo. & ſecundum Hoſt.

Dub. ¶Si autem quis quærat an prædicta ſpecialia ſint in commodato, an verò generaliter eõ petant alijs contractibus, Reſpondet Panor. in cap. vnico. de comm. hoc eſſe generale in omnibus contractibus. ff. de regul. iur. l. contractus, fallit tamen in precario vbi quis non tenetur niſi de dolo, quia precarium poteſt ſemper reuocari non autem commodatum.

Quæſtio. ¶Iam hic ſuccinctè ab ea quęſtione nos expedimus ſcilicet, an quis teneatur de damno dato ſua culpa leui, quæ in foro conſcientiæ ad mortalem non peruenit, quoniam ſupra latius & pręſsius eam examinantes tandem cum Nauarro in ſum. cap. 17. nu. 184. & cum Metina in ſua Inſtruct. §. 30. de reſtitut. fol. 157. & cum communi opinione tenuimus cõtra Sotum lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 7. ar. 3. qui (vt tradit Nauarrus) recenter contra omnes tuetur negatiuam, ac proinde identidem hic tenemus contra eundem affirmatiuã, ſcilicet quod tenetur de damno dato leui culpa is qui tenetur de leui culpa, vt contingit in contractibus, qui gratia vtriuſq; celebrantur, etiam ſi talis leuis culpa non pertingat in Foro conſciẽtiæ ad culpam mortalem, quia (vt ait Nauarrus) obligatio hæc non tam deſcendit ex peccato, quàm ex natura contractus.

Reſp. cont. Soti.

Vbi hic tenetur de dãno. ¶Adde quod commodans alicui rem vitioſam ſcienter, & non dicens cõmodatario vitium tenetur de damno propter hoc ſecuto ſecundum gloſſam in dict. cap. vnico. de commod. Si autem reuelauit vitium, aut non reuelauit, quia ipſum latebat, non tenebitur de damno. l. in rebus. ff. eo. At verò in caſu, quo tenetur de damno, quia ſcienter rem vitioſam commodauit, non tenebitur in infinitum. Sicut Sylueſtre reſtitutio. 3. §. 9. ait qui vendidit ſcienter lignum violatum nihil dicens tenetur de ruina domus, & de penſione ſoluta ab ea conducente, quod eſt intereſſe, ext. in ſecum. l. Iulianus. non tamen in infinitum, quia non veniet penſio longo tempore, ſed vt videtur vice prima tantum arg. l. Neratius de ſeru. corr. vbi corruptor tenetur de ſeruo, & de his quæ aſportauit fugiens, non autem de alijs, quæ poſtea ſucceſsiue furatus eſt. Sic qui commodauit rem, quæ quia vitioſa erat, & vt talis cognita, ignoranti commodatario cauſauit damnum, tenebitur vt ſi commodauit inſtrumenta vitioſa lędentia faciendum opus.

Instruct. Negot.

Nota. ¶Inſuper notandum venit quod ſi commodatarius non potuit vti re commodata infra præfixum tempus etiam ſine culpa ſua, nõ poterit vltra illud tempus vti ſine licentia cõmodantis, ſecundum Panor. in d. c. vnico de cõm. niſi forſitam ſub ratihabitione probabili, vt quia commodator amicus eſt, & abſens & creditur quòd habebit acceptum.

Queſt. Vltimò quæritur pro complemento materiæ, vtrum commodatarius, vel depoſitarius, vel huiuſmodi allegans res perditas hoc probare teneatur, & qualiter. Vide pro hoc Panor. in cap. bona fides, de depoſ. & Bart. in. l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden. qui concludunt, quod qui tenetur iure actionis exhibere rem vt in commodato, depoſito, & ſimilibus, ſi dicat ſe rem perdidiſſe tenetur probare hoc alioquin condemnabitur. l. ſi creditor de pig. act.

Queſt. ¶At ſi quæratur qualiter hoc probabit, cũ contingat ſæpe rem clam deſtine interire. Reſpondetur quod quidam ſunt caſus apertiſſimi vt incendium, vis hoſtium, tempeſtas, & id generis alij caſus, & tũc tenetur aperte probare. l. ſi quis ex argentarijs eo. C. de fid. inſtru. l. fi. & in. l. ſi creditor. C. de pig. act. Quidam vero ſunt caſus occulti vt latrocinium nocte cõmiſſum, vel raptus cõmiſſus in campis, & tunc ſufficit per coniecturas habito reſpectu ad qualitatem perſonæ & ſimiliũ, vt verbi gratia, ſi quis mane diluculo reperit oſtiũ ſuę mãſionis effractũ vbi erant res depoſitæ, vel intrauit locũ periculoſum equeſter, & rediuit pedeſter, & ait ſe in latrones incidiſſe.

Quæst. ¶Tandem si pergat quis inquirere in casu, quo probetur amissio rei, & ex aduerso allegatur culpa, vel dolus, cui incumbat probatio? Super hanc quæstionem concludit Bart. quod sunt quidam casus, qui de facili non accidant sine culpa vt incendium, vel furtum in propria domu, & in istis necessum est probare fortuitum casum quasi prima fronte præsumptio sit contra allegantem. Quidam verò sunt vt plurimum accidentes sine culpa, vt vis hostium, & inuasio grassatorum, & in istis præsumitur culpam abesse vnde alleganti competit id probare.

CAP. XXXVI. *De diffinitione depositi, de qua culpa depositarius teneatur, & quod in 3. tenetur de leui, & limitatur tertius casus, & quod in tribus casibus tenetur de leuissima, & quod de casu fortuito tenetur in quinque casib⁹, proponuntur duæ regulæ generales, conducentes ad multa in conscientia, pactum de casu fortuito, an hic apponi possit, an depositarius in periculo possit præferre suas, an diligentior in sua re quam in custodia depositi teneatur restituere.*

QVoniam inter contractus bonæfidei depositum solet connumerari, iam ad finem materiæ de contractibus properantibus operepretium est, & de contractu depositi hic mentionem facere, à diffinitione eius inchoando.

Diff. depositi. ¶Est autem depositum (autore Hostiense) id quod custodiendum alicui, vel alicuius fidei datum, vel creditum est. l. 1. ff. depo. quod quidem in rebus mobilibus locum habet secundum gloss. cap. bonafides de depos. nisi quando à pluribus res immobilis, quæ est in controuersia in sequestro deponitur cap. examinata de iudic. neque in eo transfertur dominium. l. licet. ff. depos.

Quæst. ¶Iam prima instat quæstio scilicet, pro qua culpa depositarius teneatur si depositum pereat, aut deterioretur. Respondetur quod nõ in omnibus casibus de æquali culpa teneatur

Dictum. 1. sed iuxta distinctionẽ variã casuũ. Quo circa dicimus primò ex sententia D. Tho. 2. 2. q. 62 art. 6. quod stando in regulari, & communi vsu huius contractus, & in eius fine, quia regulariter gratia deponentis tantum fit, depositarius tenetur tantum de dolo, & lata culpa, quæ est dolus præsumptus, si res deposita pereat, vel deterior fiat secundum Azo. ff. mandat. si fidei iussor. 1. respon. & cap. bonafides &. ff. depos. l. ii.

¶Perpendendum est autem hic cum Siluestr. verbo depositum. §. 2. quod si deterioratio talis sit, quod depositum reddatur inutile, deponenti redditur æstimatio tota depositi, alioquin iuxta deteriorationis quantitatem arg. eorũ quæ notantur in l. 1. ff. de ædil. edict. quod autem depositarius non teneatur nisi de dolo, & lata culpa, & non de leui probat Nauarrus in summa, cap. 17. num. 181. quia regulariter depositum gratia deponentis fit, & per contractum gratia tantum alterius partis initum, altera pars de culpa leui non tenetur. Dictum. 2.

¶Sed quid an in aliquo casu teneatur depositarius etiã de leui culpa? Dicimus secundò adhuc quod in his casibus tenetur de leui culpa etiam. Primò si ob custodiam aliquam mercedem accipit, secundum Siluestr. & Nauarr. vbi suprà patet, cap. bonafides eod. &. ff. depos. l. patet quia quando sumus in contractu in quo quis tenetur solum de dolo, & lata culpa vt contingit in deposito acceptio merceois pro custodia facit vt ad aliquid plus obligetur: quare post acceptam mercedem tenebitur etiam de leui culpa, non tamen de leuissima, neque de casu fortuito, nisi præcesserit mora, vel pactum quod ad id obligaret, licet validum non esset pactum, si appareret ne depositarius de dolo teneatur, quia est contra bonos mores, & occasionẽ delinquendi subministraret, quod non licet cap. ex parte de consuet. & l. conuenire. ff. de pact. dotali. Quæst. Casus de culpa leui hic tres in deposito. 1.

¶Secundò tenetur etiam de leui secundũ Nauar. cap. 17. nu. 181. & cap. 4. in sum. num. 3. quando gratia etiam depositarij, & non solius deponentis gratia depositum factum est: quia in contractibus initis gratia vtriusque partis vtraque tenetur de leui, vt etiam testatur Medina in sua Instructione. §. 30. de restit. fol. 157. 2.

¶Tertiò tenetur de leui, quando ipse depositarius gratis se offert ad custodiam depositi ita Nauar. in sum. cap. 4. num. 3. quod sic probat quia non debet ad amplius obligari iste, quàm ille qui propter stipendium idem facit vt sentit Gregorius Nonus, in cap. 1. de deposito, quia autem ob stipendium custodit solum tenetur de leui, & non de leuissima, ergo neque iste qui se offert gratis tenetur nisi de leui. At quoniã durũ videtur asserere, quod qui gratis se offert ad custodiendã rẽ alterius teneatur de leui, cũ alias depositarius, qui gratia deponentis tantum custodit gratis de dolo, & lata culpa solũ teneatur (non enim per hoc quod se gratis obtulit ob gratiam deponentis 3.

nentis, & non ſuam maiori obligatione eſt grauandus) ideo Nauarrus in ſum. cap. 17. nu. 181. hunc tertium caſum videtur limitare, vt intelligatur verum, quando ipſe ſe obtulit cuſtodem ſic vt in cauſa fuerit, quòd qui depoſuit alteri diligentiori committere omiſit iuxta communem ſententiam doctorum, atque ſic tenet Nauar. cap. 17. nu. 18. tandem, cum fateatur ſe ſequendo Decium in d. regu. contractus tenuiſſe prius contrarium, & tandem facit vnam exceptionem. ſ. quod talis in caſu tenetur de leui, niſi quando ſe ob ſuam obtulitatem gratis obtulit, & non quo gratiſi caretur deponenti, aut operam ei nauarat. Nam tunc etiam de leuiſſima tenetur, eo quod ſui gratia tantum videtur depoſitum factum, & non gratia deponentis quando ſic fit.

Limitatio tertij caſus

¶ Quartò tenebitur commodatarius, & etiam depoſitarius ſe offerens plus quàm de leui culpa ſi pacto ad id ſe aſtrinxit ſcilicet, vt non ſolum de leui, ſed etiam de leuiſſima teneretur, imo vt de caſu fortuito tenere tur, ſe aſtringere potuit, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, ſi conuentio non ſit contra ſubſtantialia contractus. ff. de poſ. leg. 1. §. ſi conueniat. ita Panormitanus in cap. finali de cond. appoſ. & cap. tua de ſponſalibus, & cognoſcitur aliquid eſſe de ſubſtantia alicuius quando ſine eo illud ſtare nõ poteſt. 4.

¶ Conſequens eſt iam & in quibus caſibus etiam de leuiſſima culpa depoſitarius poſsit tenere etiam indagare. Igitur contingit hoc primo autore Silueſtro verbo depoſitum. §. 2 primò ſi cauſa depoſitarij tantum res eſt depoſita. Accedit Metina in ſua Iuſtructor. vbi ſupra, & aſſentit Nauarrus in ſum. cap. 4. nu. 3 vbi ait, quod Panor. & Imol. qui tenent cum communi ſententia. ſ. depoſitarium ſponte ſe offerẽtem obligari ob culpam leuiſſimam fundantur in eo quod huiuſmodi depoſitarius præſumitur tũc accipere depoſitum pro priæ tantum vtilitatis intuitu, & conſequenter videntur ſentire, quod ſi conſtaret illum contemplatione illius qui deponit ad hanc curam cuſtodiendi ſe obtuliſſe, non teneretur tunc niſi ex dolo, & lata culpa: quod ſi in tuitu vtriuſq; id fecit tunc teneretur ex lata culpa, & leui. ecce quomodo opinio Panor. & Imol. & communis. ſ. quod ſe ſponte offerens in depoſitariũ tenetur: de leuiſſima fundatur in hoc primo noſtro caſu. ſ. quando depoſitarij vtili cauſa tantum depoſitio facta eſt quia opinio communis fundatur in prę ſumptione qua præſumitur, quod depoſitarius ſponte ſe offerens præſumitur accipere depoſitum propriæ tantum vtilitatis intuitu.

Quæſtio. Caſus de leuiſſi. culpa in depoſit. 1.

¶ Secundò, depoſitarius tenetur etiam de leuiſſima culpa, ſi dum depoſitarius diligentiſſimum depoſitariũ inquirebat, quia res prętioſiſſima erat, & diligentiſſima cuſtodia indigebat, ipſe depoſitarius ſe obtulit, quare in cauſa fuit quod deponens alteri diligentiſſimo committere omiſit: facit etiam Silueſt. verbo culpa. q. 4. facit. l. ſi merces. ff. locatio. qui columnam, teneturq; depoſitarius ſicut & locator operum de culpa eorum, quorum opera vtitur ad cuſtodiendum depoſitum ſi ipſe diligentiam non adhibuit arg. l. ſi. merces. §. dicto. qui column. 2.

¶ Tertiò tenetur depoſitarius de leuiſſima immo etiam de caſu fortuito, ſi à principio contractus depoſitionis de hoc conuenit ſcilicet, vt de his quoque teneretur. ff. de poſ. l. 1. §. ſæpe euenit. 3.

Quæſt. Caſus fortuiti. §. vbi tenetur de poſitarius.

¶ Sed iam quæritur quando depoſitarius tenetur de caſu etiam fortuito? Addit adhoc gloſſa ſuper iſtud. §. ſæpe vbi cõtinetur, quod conuentio, & etiam ſpontanea oblatio facit depoſitarium teneri de leuiſſima culpa ſcilicet vt interpretati ſumus, quando ſuæ vtilitatis gratia tantum ſe obtulit, addit (inquàm) q̃ quinque ſunt caſus in quibus depoſitarius tenetur etiam de caſu fortuito.

¶ Primò ſi pactum interuenit vt de tali caſu teneatur eodem. §. & . ff. de pac. l. iuris gent. §. item ſi quis. 1.

¶ Secundò ſi mora reſtituendi præcedat caſum. ff. depoſ. l. ſi in Aſia. §. fin. maximè poſt litem cõteſtatam, ſed intellige præſertim in conſcientia, niſi certum ſit quod eodem modo apud dominum res depoſita erat peritura ſi fuiſſet in termino reſtituta quia tunc non minus haberet de eo, quod habitu rus erat, neque deberet tunc lucrari cum iactura depoſitarij quod aliàs erat perditurus. 2.

¶ Sed & addit. 3. teneri de caſu fortuito, quando in illum incidit ex culpa. ff. depoſ. l. quod Nerua. vbi decernitur regulariter teneri de latiori id eſt de lata culpa, quæ tunc contingit, quando non tantum curæ præſtat depoſito quantũ rebus ſuis id eſt quãtum alij homines ſolẽt præſtare rebus ſuis communiter per. l. ſi conſtante. ff. ſoluto matr. 3.

¶ Quartò tenetur de caſu fortuito quando interuenit dolus. leg. 1. §. ſi. rem. ff. depoſ. vbi decernitur, quod dolus commiſſus in vendendo rem depoſitam non purgatur rem redimendo in cauſam depoſiti, etiam ſi ſine dolo malo poſtea perierit, quod intellige in conſcientia niſi apud 4.

dominum certum est quod eodē modo esset
5. peritura. ¶ Quintò secundū Io. tenetur de ca
su fortuito depositarius quādo gratia sui tan
tum recepit depositum .ff. de rebus cred. & si
cert. petat. l. si quis. sed iste quintus casus me
ritò reijcitur, quia est contra cōmunē, & quia
Azo ęquius glossat, illud verbum periculo
eius, qui suscepit ideſt periculo suo, quod ip
se sua culpa causauit depositarius stabit res de
posita vt. l. de casu fortuito non teneatur, sed
de culpa: neq; obstat. l. rogasti. ff. eo. tit. quia
q; ibi dicitur. s. quod massa auri quæ credita
fuit roganti non vt eam venderet, sed vt ea
vteretur perit recipienti etiam sine culpa intel
ligitur secundum Azo. sine culpa etiam lata,
& leui, sed non sine leuissima, quod (quia mi
nima est omnium) non simpliciter culpa dicē
da esse videtur, & quia hæc leuissima solet in
contractu cōmodati regulariter interuenire,
& ad eam euitandā cōmodatarius teneri, ideo
lex rogasti dicens, quod sine culpa perit reci
pienti non inducit obligationem de casu for
tuito in hoc casu qui potius attinet ad com
modatum vt apparet.

Nota cum Vict. ¶ Addē hic quod mihi persuadeo esse vē
rum illud assertum Victorię in scholijs à se di
ctatis super 2.2. D. Tho. anno domini. 1535.
vbi asseruit, quod qui ex culpa perdidit res
sibi concreditas pro custodia, vel pro depositi
to (quē iura decernunt de dolo, & lata culpa
tantū teneri & non de leui) in conscientia, si
talis culpa sua in custodiendo nō pertingit ad
mortale ad aliquid non tenetur, quamuis ob
diuersas rationes in leui, & leuissima culpa cū
Nauarro, & cum communi contra Sotum te
nuerimus contrariū, sicut etiā nunc tenemus

Regula ge ner. 1. Prætercà aduertito summariè duas regulas
generales conducentes al multa: quarum pri
ma est in contractu, qui contrahitur in gratiā
vnius partis tantum, alia pars tenetur de culpa
lata vt in depositō depositarius regulariter
de dolo, & lata culpa tantum tenetur. Si au
tem contractus fiat gratia vtriusque, vterq;
contrahentium tenetur de dolo, & lata culpa
& leui, sed non de leuissima vt contingit in lo
cationis contractu. Si verò contrahatur solū
gratia recipiētis vt in cōmodato tunc recipiēs
tenetur etiam de culpa leuissima, sed non de
casu fortuito nisi in casibus supra dictis

Regula ge neralis. 2. ¶ Secunda Regula generalis sit quod quā
do sumus in contractu in quo quis solum te
netur de dolo, & lata culpa vt in depositō, tūc
acceptio mercedis pro custodia facit vt tenea
tur de leui, & sic intelligitur cap. bona fides
de depos. Si verò simus in contractu in quo
quis tenetur de leui culpa sicut in locato, quā
do res non requirit diligentissimā curam, sic
acceptio mercedis pro custodia facit vt tenea
tur pro leuissima, & sic intelligitur lex, qui
mercedem. ff. locat.

¶ Additur vltimo ad illud quod dictū est *Corol.*
in primo casu, scilicet, quod ex pacto potest
teneri de casu fortuito depositarius ipse, q; id
moderandū est (vt supra diximus) nō vt tenea
tur de omni casu in generali nullo expresso, *Moderatio*
sed solū de nominato casu fortuito, cui si adie
cta fuerit clausula generalis, scilicet, & sic de
omnibus alijs tunc veniunt in materia odio-
sa casus consimiles expressis, & nominatis, &
nō maiores iuxta textū not. in Clē. nō potest
de procuratoribus, secus in non odiosis iuxta
Innoc. in cap. sedes de rescrip.

¶ Accedit etiam q; quamuis in foro exterio *Corol.*
ri pactū de casu fortuito in depositi cōtractu
apponi ex iure concedatur, tamen aliquando
in conoscientia illicitè cōtingeret apponi tū
maximè, quando contractus depositi gratia *In consci.*
vtriusq; fieret. Quia tunc de casu fortuito de-
positariū teneri esset depositi assecuratorē se
exhibere, q; certe, quia æstimabile est pretio
gratis efficere nollet, quia neq; ad id tenetur
& in quantū, scilicet, teneri de casu fortuito
vergit magis in damnū suū, quā deponētis vi-
deretur esse contra iustitiā: si autē depositio
gratia tantū deponentis fieret, tunc depositari'
sicut acceptat custodire depositū gratis, sic gra
tis acceptare videretur obligationē sibi impo-
sitam de casu fortuito postquā nulla necessi-
tate proprij commodi adductus nihil interes-
se expetendo acceptat cum libere posset eam
refutare. At vero cum gratia vtriusq; depositi-
tio fit censetur nō ita libere in eam obligatio
nem consentire, cùm pro ea recōpensa nō sit,
sed causa non amittendi aliquid interesse q;
alias sibi inde cædit sicut etiā cædit deponen
ti id grauamihis superadditi velle subire præ-
sumitur id aliassaltē sine cōpēsa subire nollēs.

¶ Quæstio affinis illi cuius meminimus in *Quæst.*
materia de commodato hic fit obuia, scilicet,
vtrū depositarius in casu quo rem depositā,
& suas res simul saluare non potuit teneatur *Obiectio.*
de re deposita hac de causa pereunte si suas sal
uet, & videtur quod certè teneatur, quia tene
tur de dolo, & lata culpa, & qui sic tenetur (vt
ait Barto. in l. quod nerua. ff. depos.) tenetur re
bus depositis præstare diligentiam tantam *Respon.*
quantam suis rebus, alias est in fraude præ-
sumpta, ergo nullatenus in casu quæstionis
potuit præferre res suas sine obligatione sol-
uendi predictum depositum. Hoc tamen non *Dictum. l.*

obstante

obstante dicimus ad quæstionē iuxta regulā supra in materia de commodato traditam ex parte Siluestri verbo commodatum.q.12.§.9 quam facere ad multa testatus est, scilicet, quod qui tenetur de dolo, ac per consequens de lata culpa, quæ æquiparatur dolo (quia est dolus præsumptus) possunt præponere viliora sua, & quod qui de leui culpa tenentur, sua bona quando sunt æqualia in valore bonis depositis præponere possunt, & quod qui de leuissima culpa tantum tenentur, sua bona si sint pretiosiora præponere possunt, atque subinde cum contractus depositi regulariter fiat gratia deponentis tantū, ac per consequēs cum in hoc casu depositarius tantum de dolo, & lata culpa teneatur, in casu quæstionis si proponat sua viliora ad nihil tenetur, & multo minus tenebitur, si proponat sua æqualia, aut pretiosiora. ¶ Si autem depositum gratia vtriusque fieri contingat, tunc depositarius cū teneatur de leuissime restitutionis noxa in casu quæstionis sua æqualia præferre poterit, & multo magis sua pretiosiora. ¶ Si verò sic contrahatur depositum ita vt gratia depositarij tantum depositio fiat, tunc quia de culpa leuissima depositarius tenetur, tantum sua bona pretiosiora, & nō æqualia, aut viliora præponere poterit citra reatū restitutionis. Cum autem in his casibus concedimus sua posse præponere, & saluare depositariū id intellige non perdendo positiue alienum depositum, aut illud cooperatiue periculo exponēdo, vt perperam intellexit Garcia, ac propterea sic deceptus doctrinam hanc iudicā refutauit, sed omittendo negatiuè saluare depositum, quò sua saluet, quando vtraq; saluare non tenetur quis postponere rem suam vt saluet alienam etiam meliorem, nisi quando rem alienam tenebatur æque vt suam seruare, & sua erat vilior vide de his Panor. in dicto cap. bonafides.

Dictum 1.

2.

3.

Ad obiect.

¶ Ad obiectionem igitur in contra respondetur quod id quod Bartulus, & quod l. Nerua, & quod cap. bonafides significat, scilicet, quod depositarius tenetur tantam in rebus depositis præstare diligentiam, quantam in rebus suis seruandis, intelligitur, quousque vtrisque potest adhibere æqualem curam, at vbi accidit casus vt vtraq; saluare non possit, in casibus sibi supra permissis poterit potius saluare suas.

Ad obiect.

¶ Ad id autem quod in obiectione est addit. s. qualias si saluet suas in fraude est præsūpta, quia caput bonafides videtur velle quod tunc sit in dolo. Respondetur de mente Siluestri vbi supra. §. 5. dupliciter. ¶ primò, q; hoc intelligendum est in foro exteriori quò ad præsumptionem, quia præsumetur interceſsisse dolus, quæquidem præsumptio in foro animæ cessat vbi constat veritas scilicet, quod vtraque simul non potuit saluare. ¶ Secundò, dicitur q; etiā in foro exteriori in hoc casu iudicium tenendum est à bono iudice arbitrando an dolus interuenerit an nō, quia non potest dari certa doctrina interdum super hoc, nisi ex rerum, & circūstantiarum, & personarum qualitate iudicium prudentiale & arbitrarium æstimatur.

1.

2.

3.

Quæst.

¶ Ex prædictis corollariè elicitur quid ad id dubium sit dicendum vbi petitur, an ad aliquid restituendum teneatur, qui in re sua plus fuit diligens, quàm cōmunis natura hominū requirat: in depositō autem non plus, sed tantum, quia Respondetur cum Bart. in d.l. Nerua quod talis depositarius sic se gerēs in foro exteriori præsumetur fuisse in fraude præsumpta. ¶ Sed quid si contra hoc obijciatur, tū quod si hoc est verū non licebit suas res præferre vlquā rebus depositis, quod est cōtra prædicta, tū quod depositario esset sua maior diligentia in suis sibi damnosa, quod inconueniens esse videtur. Nam tunc magis expertus, & solers peioris esset conditionis quàm rudis & imperitus. Respondetur quod obiectio hæc solum probat quod ad facti in foro exteriori dum liquido nō apparuerit de contrario. s. quod præstiterit quod tenebatur vel quod nō potuerit vtraq; saluare, propter contrariā præsumptionē, quia præsumitur interceſsisse dolus imputabitur depositario ad dānū, neq; sua diligentia tunc est dānosa, sed dolus præsumptus est, qui tantum in foro exteriori nocebit ei. Non autem in conscientia, vbi præsumptio cessat, & veritas constat, debet id facti nocere illi.

Obiect.

Resp.

Resp.

CAP. XXXVII. *Vtrum ecclesia vel monasterium, teneatur de depositō sibi facto Juo subdito, an pro vsu depositi sit recōpensa faciēda, & an causa recōpensationis possit retineri depositū, an hæred. teneatur pro depositō si illud distrahat, & at depositum ex aliquo adiecto cō uertatur in aliam speciē contractus exponitur lex fori, an æstimatio depositi transferat dominiū an possit reuocari pro libito Respondetur, quod sic nisi &c. de intelligentia legis pœnalis, an possit dam accipi, qualiter teneatur nauta, vel caupo de re depositā, ibi cui incumbit pbare emissionem de speciali cautio legis del Fuero, de intelligentia legis.*

Quæstio.

QVoniam materia depositi latior est quā vt sub vno capitulo perstringi possit

iam hic reliqua huc attinentia dubia dissolue re paramus. Offert se autem hic quæstio de qua dicere sum rogatus scilicet, vtrum teneatur ecclesia, vel monasterium de depósito sibi facto, aut sibi subdito, si pereat, aut si illud receperit solus prælatus. At videtur quod etiã si ecclesia vel monasterium suo prælato receperit depositum, ei nocere non debeat, si pereat.

Obiectio.1.

3. ¶ Tum quia non videtur teneri nisi de rebus in suam vtilitatem conuersis. Nam non tenetur de alienatione facta per cõtractus, qui non ex ecclesiæ vtilitate fiunt, at cum depositum regulariter ob vtilitatem deponentis tantum fiat, ex vtilitate ecclesiæ non fit, ergo de eo non tenebitur: tum quia depositi suscepti cura pertinet ad prælatum, si igitur prælatus fuit negligens, & obid depositum perijt, non debet iactura hæc imputari toti ecclesiæ, aut monasterio, quia secundum Panor. & Innoc. cap. 1. de depos. prælatus ecclesiæ non potest renunciare, aut transigere, aut aliquid in detrimentum ecclesiæ intentare. In oppositum autem est quod quando consensus capituli & prælati accedit, tunc depositum fit ecclesiæ, ergo si pereat culpa lata prælati ipsa tenebitur.

Inoppósit.

Dictum.1. ¶ Igitur ad quæstionem dicitur primo, q si depositum factum sit precise tantum prælato, ecclesia, vel monasterium non tenetur de depósito etiam si dolo vel lata culpa prælati pereat, sicut neq; si sic culpa alicuius subditi priuati culpa periret: cap. 1. de depos. & hoc nisi sit versum in vtilitatem ecclesiæ, vel monasterij vt ibi dicitur.

Dictum.2. ¶ Secundò dicimus, quod si depositum factum sit prælato, & capitulo simul ecclesiæ, vel monasterij, ecclesia tenetur etiam si inde non sit aliquid lucrata, etiam si res depósita sit gratia tantum deponentis si ex culpa obligante in hoc contractu pereat, quatenus de rebus mobilibus non pretiosis satisfacere potuerit. Nam de bonis suis immobilibus, aut pretiosis in hoc casu ecclesia satisfacere non tenetur: hæc assertio est Panor. qua concordat Hostiensem, & Ioan. And. & glossam cap. 1. eod. tit. ex vna parte tenentes affirmatiuam scilicet, quod ecclesia in hoc casu absolutè tenetur satisfacere, & ex alia parte Inno. per l. licet. ff. de pecul. dicentem quod tenetur. Huic autem sententiæ mediæ Panor. subscribit Siluest. verbo de depositum. q. 2. §. 3. qui ait quod hanc concordiam indubitatè credit esse veram in prælatis, qui immobilia alienare non possunt: patet hæc Panorm. sententia quoad primam partem, quia huiusmodi depositum factum est ecclesiæ, ergo tenetur ecclesia satisfacere, patet autem quoad secundã scilicet, quod non teneatur satisfacere, id de bonis ecclesiæ immobilibus, aut pretiosis, sed de fructibus, & similibus, quia immobilia, aut mobilia pretiosa alienari non possunt à prælatis, quia in præiudicium successorum nequeunt obligari.

1.

¶ Tertiò dicimus si depositio facta fuerit alicui ministro ecclesiæ, vel monasterij puta sacristæ deputato ad custodiam vasorum ecclesiæ, tunc de tali depósito non tenetur ecclesia, quia secundum Ioan. And. tunc non fit ecclesiæ. Secus autem est, si tale depositum factũ est ministro deputato à prælato, & capitulo ad custodiam depositorum, quia tũc secundũ eund. & gloss. dict. obligatur ecclesia ex tali cõtractu inito etiã gratia deponentis tantum, ad modum prædictum, neque requiritur præsentia prælati, & capituli quia satis est q à principio ad hoc munus illum deputauerunt. *Dictum.3.*

¶ At quoniam ecclesiam & monasterium teneri de depósito in rem suã verso absolutè diximus, scitu etiam est opus, scilicet, quãdo præsumetur versum in vtilitatem ecclesiæ, respondetur ergo quod tunc præsumetur depositũ conuersum esse in vtilitatem ecclesiæ, quando depositũ fuit tũ apud prælatum, tum etiam apud talem prælatum, qui consuetus est bene administrare & gubernare bona ecclesiæ ita Archid. in cap. hoc ius. 10. q. 1. & Bart. in l. ciuitas. ff. si certum petat & latius Bal. in auth. hoc ius. C. de sacr. sanc. eccles. *Dubium.* *Respon.*

¶ Quis autem probaturus est depositum, vel aliquid esse versum in vtilitatem ecclesiæ si quis roget, respondetur ei quod hoc incumbit probare asserenti talem conuersionem. l. ei qui. ff. de prob. assentit Innoc. qui in d. c. 1. dicit hoc esse speciale in depósito, & in mutuo, vt in d. auth. hoc ius. §. is creditor, quod tamen Siluest. loco citato limitandum esse ait in depósito vt intelligatur, nisi fatisfieri possit de fructibus, quia tunc non oportet probare depositum versum esse in vtilitatem ecclesiæ vt in d. §. 15. creditor. similiter neque in alijs contractibus excepto mutuo, pro quo videndas esse opiniones diuersas in c. quod quibusdam de fideiuss.

¶ Ad obiectiones incõtra in principio quæstionis positas iã patet satisfactio ex prædictis, quia ad primam dicitur quidquid sit de alienatione rerum immobilis, quæ sine solemnitate capituli, & nisi ex vtilitate ecclesiæ fieri non potest, tamen in alijs licet delictũ prælati nõ nit- *Ad obiect.*

cet

cet ecclesiæ iuxta regulã delictũ lib. 6. sec? tamẽ est si in contractu in quẽ prælatus cum capitulo consensit, commiserit delictum, quia tunc in depositio de fructibus tenebitur satisfacere, etiam si ecclesia nihil lucrata in desuerit, & per hoc respondetur ad secundã obiectionem, quia cum accessit consensus prælati, & capituli simul in hoc casu in curia prælati nocet ecclesiæ, ita vt de fructibus teneatur satisfacere licet non de bonis suis immobilibus ratione prædicta.

Quæstio. ¶ Præterea & hæc quæstio digna est quæ hic decidatur scilicet, an depositarius pro vsu rei depositæ qua vsus est recompensam deponenti facere teneatur? Videtur autem quod pro tali vsu nihil recompensare teneatur, tum quia hic deponẽs rem nihil minus habet, quã habiturus erat, quia dum in depositio eam posuit, ea vsurus non erat, se l neq; vti poterat, tum quia si quis vtatur legendo libro apud se depositio, vel si vtitur torque aureo, vel cisoargenteus sibi in pignus dato, non tenetur pro huiusmodi vsu quicquam recompensare, ergo neq; pro vsu alterius rei depositæ dum tuta seruetur. Sicut neq; pro vsu pecuniæ depositæ etiã si eam deponens interdixerit depositario eius vsum quia si ea vsus fuerit in hoc casu satis est si eam reddat tutam, ac saluam.

Inoppoſit. ¶ In oppositum est quia depositarius sic vtens re deposita est fur secundum .l. qui furtum ff. de cond. fur. sed fur tenetur restituere id quod est furatus, ergo etiã depositarius vsum rei depositæ apud se quem vsurpauit inuito domino.

Dictum. 1. ¶ Igitur pro expeditione quæstionis dicimus primò, quod quando deponitur quod numero, pondere, vel mensura continetur, vt pecunia, & huiusmodi scilicet vinum, oleũ (licet depositarius peccet his vtendo quandò per deponentem eo vti est sibi prohibitum) nihilominus pro tali vsu nihil à se est restituendum. Patet autem quoad primum: quia non licet vti re inuito domino: quia iuxta .l. qui furtum .ff. de cond. fur. est fur. tunc autem censetur depositor vsum prohibuisse, quando licet nihil aliud dixit expresse, rem tamẽ huiusmodi deponendo illam circumligauit, siuè obsignauit, aut clausit, quia eo ipso sic faciendo deponens videtur prohibuisse, nisi aliud diceret expresse. ff. depos. l. si secculum & l. licet. §. ei.

Probatio quoad primum.

Probatio secundi. ¶ Quòd secundum autem patet, quia huiusmodi vsu consumptibilia consistẽtia in numero, pondere, & mensura vt D. Thom. 2. 2. q. 78. 7. art. 3. vsum fructum non habent. Vnde ad ea restituẽda, dum petuntur, depositarius tenetur tantum, sed neq; in his depositum proprium locum habet leg. quintus. ff. depositi. ¶ Ex his Corollarie sequitur verum esse quod Garcia libr. 1. de contract. pag. 27. & sequitur ait, scilicet, quod depositarius potest vti re deposita, si absit periculum eam non reddendi domino, si sit res deposita pecunia, quia si est soluendo eam cum petitur, satis in equiualenti in hoc casu seruat eã, neque enim in hoc facit contra contractum. Hoc Garcia ait, quod tamen intelligendum est vt citra peccatum id fiat licere quando illa pecunia non datur obsignata, neq; expresse interdicitur eius vsus: sed quidquid sit de peccato etiam in casu, quo daretur obsignata vel prohibita esset expresse expendi, iuxta mentem D. Thom. vbi supra (quia scilicet, pecunia de se nõ est fructifera) neq; eius vsus aut pro lucro, quod ex ea negotiando reportasset restituere teneretur nisi tantũ ipsam sortem pecuniæ, aut aliquod interesse si ex hoc deponenti cessasset. Assentit Siluest. vbi supra licet non tàm clarè, sicut D. Thomas, qui loquitur sicut & nos in foro conscientię.

Corol.

Dictum. 2.

¶ Secundò dicimus, non peccat depositarius vtendo re deposita sine deterioratione eius, & sine detrimento deponentis, quando ea vti non est expresse, vel tacitè prohibitus, vel quando sub ratihabitione probabili ea vtitur probabiliter, putãs dominum id permissurum. ff. de furt. l. qui re. in principio, licet secundum Host. hoc sit verum, etiam si minus probabiliter hoc putauit, tamen præsumetur contra eum, si causam non habuit imputãdi. ff. de furt. l. quivas. §. vetare. Patet quia hic non præsumitur inuitus dominus

Dictum. 3.

¶ Tertiò adijcimus, quod si depositarius vsus fuerit deposita habente vsumfructum, vt equo, aut seruo, aut huiusmodi contra voluntatem domini expressam, vel præsumptam præter delictum commissum, tenetur ad recompensandum domino iustam æstimationem illius vsus. Patet ex D. Thom. vbi supra quia in his rebus vsus distinguitur à domino, & quia per se est æstimabilis, solet tradi pro pretio vt patet in locatione, nisi sit vsus rei, qui gratis concedi solet, vt vsus libri ad legendum, vsus torquis aurei ad aliquando collo illum portandum, vel vsus cyphi ad potandum interim.

¶ Iam ex prædictis ad obiectiones in principio quęstionis positas solutio patet: quia ad primam dicitur quod esto deponẽs sua re interim vsurus non erat, tamen quia ille vsus

Ad. 1. ad obiect.

æstimabilis pretio exre sua de se fructifera, scilicet, ex equo, vel seruo est captus, sibi debetur: quia res de se fructificans domino suo fructificat. Neque obstat quod alias illum vsum fructum dominus non erat percepturus, quia Nauarrus tenet contra Sotum, quod etiam fructus modici collecti à pignoratario ex agro sterili in pignus dato, quem non colebat dominus sunt domino deductis expensis cõputandi in sortem, ergo multo magis fructus ex re deposita non sterili, sed fructifera, sunt domino restituendi, quia cum sibi sint debiti, minus de suo habet, dum non restituuntur ei.

Ad exemplum. ¶ Ad exemplum de vsu libri, aut torquis dicimus quia iste vsus solet concedi gratis, nos de eo non loquimur, sicut neq; de vsu pecuniæ ad distractionem: quia etiam vt patet in mutuo per se non est pretio æstimabilis, qua re rectè dixim⁹ quid sit de peccato, pro tali vsu nihil est recõpensandum excepta forte, nisi ratione dãni emergentis, aut lucri cessantis in casibus in quibus locum habent.

Quæstio. ¶ Præterea, & illa quæstio vt pote huic loco propria hic prętereunda non est scilicet, vtrum causa recompensationis possit retineri depositum: quæstio autem hæc ex his quæ diximus in materia de commodato partim illucidatur.

Dictum. 1. ¶ Dicimus ergo primo, quod licet Garcia lib. 1. de contract. pag. 27. tenet negatiuam, cui videtur accedere Nauarrus in sum. Latina cap. 17. num. 186. tamẽ respondẽdum est per distinctionem. Nam cum duplex sit compensatio. vna quædicitur directa, vt quando quis pro re sibi liquido debita, quâ recuperare via iudicis non potest aliquid accipit in recompensam, & alia, quæ dicitur indirecta, quæ autore Siluestro verbo compensatio. q. 2. §. 3. tunc contingit fieri, quando res tua venit ad me, & ego retineo illam donec satisfacias mihi pro debito meo, dicendum est quod in deposito recompensatio directa fieri non potest in totum, neq; hic habet locum deductio in partem cap. bonafides de depos. vbi hic non permittitur: permittitur, autem in commodato, & in alijs. Cuius differentiæ ratione supra attulimus in materia de cõmodato.

Recompẽsatio in directa & directa.

Dictum. 2. ¶ Si autem loquamur de recompensatione indirecta, quæ propriè non tàm est recompensatio, quàm retentio rei alienæ depositæ apud se, donec sibi debitum à deponente soluatur, sic benè potest depositarius saltèm in conscientia sibi recompensare dum debitum est liquidum, vel causa est liquida ita vt faciem exitum habitura credatur: patet autẽ hoc ex Panor. cap. bonafides de depos. & ex Siluestro verbo compensatio. §. 2. & verbo depositum. q. 2. qui asseuerant indirectam compensationem in foro animæ admitti in omnibus simpliciter.

Satisfitobiectioni. ¶ Neque obstat l. 9. tit. 2. Partit. 5. vbi sancitur quod in commodato non admittatur compensatio neque obstat etiam. l. 11. & 12. tit. 14. Partit. 5. quia id ibi specialiter prohibetur in foro exteriori ad tollendas fraudes. Neque obstat ratio Garciæ, scilicet, quod de iure naturali est seruare fidem deponenti quia intelligitur, quandiu alter fidelis fuerit in soluendo debitum. Nam infidelitas, quę aliàs cõmitteretur detinendo depositum purgatur, quando via recompensationis indirectæ retinet donec sibi debitum soluatur & retineri, quia neque deponens fidem illi seruat in soluendo debitum maximè post contractum.

Quæstio.

Corol. ¶ Adde etiam quod pro expensis factis in re deposita, donec soluantur depositum retineri potest facit. l. 9. tit. 11. Partit. 5. Sicut etiam res deposita si quia vitiosa, vel noxia erat aliquid damni intulit depositario restituẽdum est illi. l. 10. titul. 3. Partit. 5.

Quæstio. ¶ Quæri etiam hic solet an si mortuo depositario hæres distrahat depositum mortui an teneatur domino deponenti, respondetur autem breuiter, quod si dolosè id fecit, tenebitur quidem. Si autem bona fide distraxit ignorans rem esse depositam, non tenebitur nisi de eo, quod ad eum peruenit, & idem dicẽdum est in commodato patet. l. 1. §. vltim. ff. depos. Si vendit ex ignorantia rem depositam neque pretium eius accepit, dabit actionem exigendi deponenti tantum. l. 2. ff. eo tit.

Nota. ¶ Crediderim tamen, sicut. l. 8. tit. 2. Partit. 5. statuitur quod si commodatarius rem quã perdit commodatam iam in pretio restituit commodanti, & post hoc inuenta fuerit potest repeti ab domino si velit, dummodo restituat sibi solutum pretium, ita dici possit si quid simile in re deposita acciderit, quod dominus idẽ facere possit propterea quod vtrobique dominium rei commodatæ, vel depositæ manet apud dominum.

Quæstio. Dictum. 1. ¶ Porrò scitu quoque operepretium est, an in alio casu, ex aliquo adiecto depositum conuertatur in aliam speciem contractus. Dicimus autem ad quæstionem Primò de mente Nauarri cap. 17. num. 180. quòd quando fit de positum rerum in numero, pondere, & mensura consistentium qualia sunt vsu consumptibilia panis, vinum, oleum, pecunia si fiat

cum

cum facultate concessa depositario vt eis vtatur, incipit esse mutuũ simul ac depositarius incipit eis vti. l. quintus. ff. depos. & clarius. l. certi condicti. §. fi. & l. sequen. ff. de reb. cred. ex quo sequitur quod si exhoc depósito verso sic in mutuum velit deponens captare lucrũ ab vsura immunis non erit secundum Nauar rum ibi.

Dictum. 2. ¶Secundò adijcimus quod ex. l. 2 & l. 5. tit. 15. lib. 3. del Fuero, decernitur ad depositarium non attinere pro custodia depositi mercedem sumere, quod si pro tali custodia sibi promissa sit merces, vel receperit eam, iam talis contractus desinit esse depositum, & in naturam contractus locationis, qua locat depositarius suas operas ad custodiendum transit. Additur autem ibi quod si res, cuius fit depositio vsu consumptibilis sit in numero, pondere, & mensura consistens, si numerata vel bilance perpensa, vel dimensa tradita sit, transit in depositarium dominium eius. Quæ quidem sententia vt vera sit intelligenda est primò in casu, quo deposita est cum concessione facultatis vt ea depositarius vtatur, secus est, quãdo obsignata, & clausa traderetur in depositum in aliquo sacculo: quoniam vt supra materia, de loca. diximus, si clausa & obsignata sit deposita, & postea eam depositarius alteri in solutione tradat, & eam deponenti non soluendo sit, ad illam vbicunq; sit deponés actionem habet, qua actione careret, si in depositarium translatum esset dominium. Si autem nõ sic in depositum tradita esset, sed ita vt in simili re solui possit videtur translatũ dominium eius siquidem ad eandem numero deponens non habebit recursum leg. in naue. ff. locat. Secus videtur esse si deponens diceret, nolo hoc frumentum vel huiusmodi distrahi, quia tunc non videtur in depositarium translatum fuisse dominium. ff. depos. leg. si sacculum, quia in hoc casu non debet distrahere.

Exponitur lex fori.

Quæstio. ¶Sed an per æstimationem harum rerum factum, dum depositantur transferatur dominium in depositarium ambigi hic quoq; potest? Respondetur autem adhoc sicut diximus in materia de commodato, quod sicut commodator per hoc quod rem commodatam æstimari fecit, dum eam commodauit, si nihil aliud dixit, non propter hoc censetur transtulisse dominium, vnde si sine culpa perit, cõmodanti perit, ita equus, vel vestis, vel gladius si æstimata sua valore deponantur, non per hoc dominium eorum transit in depositarium si nihil aliud exprimatur, quia vtrobique tàm in commodato, quàm in depósito ista æstimatio in his rebus solùm conducit ad hoc quod certificetur de pretio si ex culpa accipientis res periret, relinquatque maneat dominus à probatione valoris secundũ Panor. & Ioan. And.

Resp.

¶Iam quæstio hæc suum hic vendicat locum scilicet, vtrum depositor cum voluerit pro sua voluntate possit reuocare depositum. Ad quæstionem autem dicimus primò quòd generale est in deposito, vt depositarius statim ad requisitionem deponentis, illud deponenti reddere teneatur etiam si deposuisset vt sibi certo tempore redderetur vt patet in. l. 1. ff. titul. eo. §. si deposuero. immo etiam si apposuerit pactum non repetendi intra certum tempus etiam ante repetere potest, quia pœnitere potest vt in dict. l. § penult. & secundum Innoc. cap. bonafides. Hoc autem dictum eatenus intelligo esse verum in foro etiam exteriori, quatenus res deposita non est tradita pro custodia cum concessione vsus pro aliquo tẽpore certo, quia iam hic miscetur eiusdem rei mutuatio, vel commodatio pro certo tempore ante quod reuocari non posset. At secundò in foro conscientiæ intelligitur verum ratione pacti appositi scilicet quo vterq; eam depositor, quam depositarius conuenerunt, vt (quia depositarius interim absentiam erat facturus à loco) ante redditum res apud se deposita non à se repeteretur, quia in absentia secure per tertium reddere non potest.

Quæst. Dictum. 1.

¶Adde secundò in probationem supra dictorum, non ꝙ solum qui depositum negat, aut eo vtitur cõtra voluntatẽ deponẽtis, furti reus efficitur, sed etiam si proprio nomine de hoc sit condemnatus, efficitur infamis. l. qui depositum. C. eo. & idem contingit in pignore, secus si nomine alio scilicet, curatorio, tutorio, procuratorio aut defensorio condemnatur vt in l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infam.

¶Præterea an illa regula generalis scilicet, quod depositum statim deponenti petenti sit reddendũ patiatur in aliquibus casibus exceptionem nosse oportet. Dicitur autem ad hoc quatuor casus esse excepros à iure, in quibus depositum reddere non tenetur.

Quæst. Casus. 4. excepti.

¶Primò quando dominus, qui deposuit gladium postea in furorem versus illum petit, non est ei reddendus, etiam si iuramentũ interuenisset de eo petẽti reddendo. 2. 2. q. 2. nequis. 1.

¶Secundò si deponens post depositum fuit deportatus, & bona eius publicata sunt quia 2.

quia tunc publico depositio dandum est. l. bona fides. ff. depos. Quia dominus post condemnationem illud donare non posset, licet ante posset & etiam post crimen commissum posset illud donare ante condemnationis sententiã. C. de bon. damn. l. si quis post hanc, quæ præcipit vt illius qui capitale crimen committit bona publicentur, scilicet, inuenta post sententiam, vel quæ ex suspitione pœnę sunt alienata. Tamen crediderim esse de mente Inno. in cap. quia propter quod si ante sententiam etiam post perpetratum crimen depositum donasset ad piam causam hæc alienatio teneret. Fallit tamen hoc in foro exteriori in crimine læsæ magestatis, & Hæresis in cap. cum secundum de hære. libr. 6. & fallit ex peculiari lege Hispaniæ in peccato Sodomitico etiã in proprinquis actibus consummationi illius iam incoacto, vt patet in Recopilatione noua legum. tit. peccatum nefandum lib. 8. tit. 12. l. 1. quia bona horum delinquentium sunt in commissum à die commissi criminis. Idemq; dicendum est de omni crimine, quo perpetrato ipso facto bona perpetrantis essent confiscata. Sed quia etiam delinquentes hi ante sententiam condemnationis secundum Victo. Sotum, & Ybañes domini sunt suorum bonorum cõtra Metinam sentientem oppositum eoquòd licet possessione expoliari non possit delinquens, nisi per actum, sed ad priuationem proprietatis, & dominij quæ consistit solum in pati ex sua parte non requiritur actus vt maneat priuatus, sed dispositio legis sola decernentem priuationem dominij ipso facto, ideo huiusmodi delinquentes liuè domini sint, seu possessores ante sententiam si eis reddatur depositum ante condemnationem, cessante prohibitione iudicis non videtur agi contra conscientiam.

Pro intelligi. legis pœn.

3. ¶ Tertiò non est restituendum depositum deponenti quando fur, qui deposuit, & dominus in repetendo illud concurrunt: quia præponitur dominus. l. bona fides, ita etiam Sotus lib. 4. de iust. & iur. q. 17. art. 2. & Garcia lib. 1. de contract. pag. 28. & in hoc casu restituẽdum est depositum domino nisi (vt ait Nauar. cap. 17. in sum. nu. 28. allegans Sotum loco citato scilicet, lib. 4. de iust. & iur. q. 71. art. 1.) timeatur aliquod damnum personæ honoris, aut alia molestia, nam & etiam ibi. n. 29 addit Nauarrus, quòd etiam acceptum à fure, quamuis ipsius non sit restitui potest, & debet eidem, quo ipse possit vt debet restituere illud domino, cui furatus fuit nisi cessantibus alijs incõmodis præstaret domino, aut fur tenetur restituere. ita D. Antoni. 2. part. tit. 2. cap. 1. §. 4. & Siluester verbo restitutio. 4. §. 1. pro quo facit bona fides. ff. de pos. vbi diffinitur etiam quod si dominus non veniat ad repetendam rem, cuius depositum latro fecit in alio, tunc prædoni, & furi restituendum est, quia dum non constat, & res est in dubio prædo in sua possessione tuendus est.

4. ¶ Quartò non est restituendum depositũ deponenti, quando fur deposuit apud dominum cui subripuit, vel apud proprietarium, vt dicitur in dicta. l. bona fides quia depositũ est contractus vbi alij, non domino res seruanda datur, non potuit hic interuenire depositi contractus.

5. ¶ Et tandem vltimo non est reddenda res deposita deponenti etiam si petat, quando in suum damnum, vel alienum peteret, vt si quis furens arma, quæ custodienda commisit ad lædendum se, vel alium peteret cap. nequis. 2. 2. quæst. 2.

Partita. 5. ¶ Adde etiam ad maiorem exceptorum ea suum intelligentiam quod. l. 5. & 6. titul. 14. quinta Partita diffinitur, scilicet, quod licet quando fur qui deposuit, & dominus rei depositæ concurrunt simul ad repetendũ eam, restituenda sit domino, tamen si à domino non repetitur reddenda est deponenti etiam si illam subripuisse sciatur, dum tamẽ hic qui deposuit radicatus in bonis inueniatur, quia sic cum sit soluendo, indemnis verus dominus videtur seruari. Adijcitur & ibi quod in l. bona fides. ff. co. habetur, scilicet, quod neque etiam res deposita apud depositarium à quo subrepta est deponẽti est reddenda, quia obrationem prædictam depositum hic non proprie contractum est.

Quæstio. ¶ Insuper consequenter contingit dubitari vtrum possit dominus rem suam apud aliũ depositam clàm subripere.

Resp. ¶ Ad hanc autem quęstionem D. Thomas 2. 2. quæst. 66. art. 5. respondet id non licere, grauat enim sic subripiendo depositarium ad restituendum, vel se ostendendum immunẽ. Vnde tenetur cum releuare ab hoc grauamine, sed neq; alius cuius res se inuito est deposita apud depositariũ per tertiũ potest hoc facere eadẽ ratione, nisi quando depositarius scit rem depositam iniustè esse possessam à deponente, vel nisi eam denegasset vero domino simul cum vsurpatore repetente. Nam in his casibus cum eam iniustè depositarius teneat, licitè ab eo furtiue subripitur eo modo, quo alia iniustè detenta arg. l. ancillæ. C. de furt. & l. bona fides. ff. de pos.

¶ Porrò

Quæstio.

Resp. per distinct.

¶Porrò an tabernarius aut nauta de re in taberna, vel naui deposita eo ignorante tenecatur, inquiri solet. At verò quæstio hæc per distinctionē solutionem accipit: quia potest dari ei consignata ita vt videatur, vel taliter, q̄ non videatur, vt si detur consignata in bursa, vel sacculo: si ergo res depolita sit in naui, vel in taberna, non tenentur de eis tabernari' vel nauta, nisi eis res consignetur, ita Card. & Specu. in Clem. ne in agro. de stat. Monach. Imò si consignetur in sacculo, vel in bursa taliter q̄ non videatur non credetur de ponenti si dicat aliqua perijsse, nisi probet ita Math. in ead. Clem. §. sane. Neque standum erit tunc eius iuramento de iur. iuran. cap. fin. quia. Non enim datur nisi quando semiplena probatio præcedit vt cap. fi. quod metus causa, secus est quando ad oculum res depolita ostensa est, & sic consignata, quia sic de ea tenebitur: sed de his latius postea dum de custodia rerum aganius dicendum erit.

Specialis cautio legis del fuero.

¶ Quoniam supra dixisse memininus, q̄ custodi, & depositario negantibus suo dolo, vel negligentia amisisse rem in foro iudiciali incumbit id probare. ff. de cust. & exhibe. l. vlt. adijciendum adhoc esse duximus quod. l. 1. tit. 15. lib. 3. del Fuero, specialiter cautum est. s. quod si res depolita incendio fuerit cōsumpta, vel furto sublata, tenetur depositarius eodem ipsa die id denunciare, quod si incendium vel furtum tale noctu acciderit, die sequenti tenetur id patefacere res depositas remanentes ostendendo: quod si præstiterit, non tenetur alier interitum, aut incendium rei depositæ. Verumtamen si dominus rei depositę deferat sibi iuramētum, vt iuret an ita acciderit, tenetur id iuramento proprio firmare, alias reus sit depositi soluendi.

Corol.

¶ Accedit adhoc quod, l. 3. & 5. allegati Fori tit. 5. lb. 5. & leg. 2. & 4. & 5 tit. 15. del Fuero, decernitur. s. licet, quod qui alieg aucrit rem penes se depositam incendio conflagrasse vel furto sibi fuisse sublatam: si res suæ iuxta appositæ incolumes euasere, soluere depositum constringetur.

Intelligentia legis.

¶ Sed hoc ita diffinitur, quia cum depositarius non debeat esse minus diligens in depolito, quàm in re propria, præsumetur esse in culpa. Nam & si in re sua fuisset negligens tamē in depolito diligens esse debebat, aliter si faciat contra eum præsumitur, sed in foro conscientiæ nō est damnandus si cùm vtrasque res & suas, & depositas saluare simul ab incendio non potuit. si saluauit tantum suas, imo, vt diximus supra de mente Siluestri si in foro exteriori probauerit vtrasque non potuisse saluare, absoluendus est à restitutione, si tantum saluauit suas.

¶ Tandem nota quod in hac materia adiu risperitos scire attinet, scilicet, si multi hæredes depositi fiant, si res diuisibilis sit, partienda est inter illos, si autem res indiuisibilis sit vt equus, dabit hæredi cautionem præstanti pro partibus debitis alij soluēdis, quam si renuerit præstare, vel sibi hæredes similem cautionem obtulerint, tunc res pro illis reponenda est in depolito pœnes aliquam fidam personam dum decernitur quid secundum ius in hoc casu fieri expediat. l. 7 & 11. tit. 5. del Fuero.

CAP. XXXVIII. *De custode triplici, vtrū famulus dissimulans furtum pro eo teneatur, an bidellus teneatur pro libro in schola relicto, an stabulari' tradēs claues cubiculi teneatur pro re ibi depolita, de quæstione tam præd cta, vtrum conductor equi teneatur pro eius custodia cum pro eo mittitur famulus, an custodes dissimulātes teneantur restituere pœnas quas denuncian do aliàs soluissent, custos in quibus casibus excusatur, qualiter restituet rex negligens in custodia rei, de iudicibus iniuste remittentibus pœnas de fisco dissimulāte circa eas, an nautæ & stabularij teneantur ex facto famulorum, traditur doctrina per casibus contingentibus, de custodia prohibitorum & fortalitij.*

AGentibus nobis de contractu depositi, quoniam depositum gratia custodiæ fit, & de custodibus, qui rebus præstant custodiendi curam facere hic mentionem operepretium est. Igitur primò inquirēdum occurrit, pro qua culpa custos alicuius rei teneatur, dicitur ad hoc primum, secundum Siluest. verb. custos. §. 1. scilicet, quod triplicīter custos alicuius rei constituitur custos illius. ¶ Vno modo nullam pro custodia accipiendo mercedē, sed gratia tantum alterius gratis illam custodii, & hic quidem de lata culpa tantum, & de dolo tenetur, sicut & depositarius regulariter. Custos rei tripl. 1.

¶ Alio autem modo dum pro custodia alicuius rei accipit mercedem specialiter, & hic quidem tenetur de dolo, & lata, & leui culpa. At de leuissima regulariter non tenetur. Nam quod ait glossa in. l. qui mercedem. ff. locat. hunc teneri quoad leuissimam intelligitur non semper, sed in casu quo, verbi gratia artifex acceperat argentum, aurum, & gemmas, ab aliquo ad fabre faciendum inde reliquarium pro pretio, quæ omnia ratione contractus: 2.

tractus gratia vtriusq; initi etiam sub obligatione leuis culpæ seruare tenebatur si pro custodia huius reliquarij, & eius materialium specialiter mercedem accipiat tenebitur de leuissima, quia adauget obligationem ista acceptio mercedis acceptę specialiter pro custodia.

3. ¶ Alio modo cõstituitur custos accipiẽdo mercedem, sed non specialiter pro custodia vt artifex, qui materialia accipit ad conficiendum opus pro alio scilicet, pannum pro conficienda veste, vel simile, si pereant hæc materialia tenebitur tantum de dolo, & lata culpa, & leui, quia licet acciperit mercedem, sed non specialiter pro custodia, sed pro opere à se conficiendo.

Quæstio. ¶ At verò quia autore D. Thom. sermones morales in vniuersali minus prosunt, scitu opus est in particulari pro quotidianis casibus contingentibus vtrum famulus qui videt alium famulum rem aliquam domesticam suffurari, & tacet, teneatur ad aliquam restitutionem?

Resp. Respondemus autem ad hoc cũ Nauarro in Additionibus ad summam quod certè licet à peccato interdum non excusetur si non reuelet scilicet, quando sine suo graui detrimento reuelare potest, tamen ex prædicta taciturnitate nulli restitutioni fit obnoxius nisi talium rerum custodia competat sibi ex officio, quẽadmodum ex officio incumbit præfecto ad curam rerum domesticarum mayordomo Hispanicè nuncupato custodiæ rerum domus inuigilaret, ne pereant, & præfecto camarę, camarero, vulgariter nuncupato, ita competit rebus cameræ custodiendis operam nauare, sicut etiam alijs ad specialia officia præfectis res pertinẽtes ad talia officia custodire attinet. Sed addit Nauarrus, quod licet famulus cui ex officio rerum domus custodia non competit, non teneatur quod propter suam taciturnitatem, & dissimulationẽ alter consamulus clàm abstulit, tenetur tamẽ illum corrigere qui si correctus non præstat emendam est denunciandus.

Quæstio. ¶ Hinc corollariè sequitur quid sit dicendum ad illam quæstionem vtrum bidellus de libro in schola reposito ab scholari teneatur si pereat, quia

Resp. respondendum est cum Siluestro verbo depositũ. q. 8. §. 9. scilicet, quod tenetur bidellus specialis si est in culpa, quia hic cum collectas, & alia commoda habeat, vt libros custodiat, sibi ex officio custodire incumbit, secus autem est si bidellus sit generalis cuius officium non est custodire libros, & sic intelligendus est Bart. in l. si quis vxori. §. apud Iabeonem. ff. de furt. arg. l. eum qui & in l. argentum. ff. commod. Si autem bidellus sit generalis, vt dictum est non tenetur, nisi ex forma, qua constituitur, quæ animaduertenda est, appareat etiam fuisse constitutus ad custodiendum libros, hęc Pano. cap. 2. de fur. qui ibi ait, quod licitè quis rem alterius restituit deferẽti signum eius, nisi sit res pretiosa, quia de facili simplici signo tunc credere nó deberet.

¶ Accedit & alia quęstio scilicet, an hospes ideſt stabularius, qui hospitio recipit aduenientes, si domino deponenti ibi res suas conferat claues cubiculi, vbi reponuntur, si res pereant, teneatur pro eis, & idem quæritur de nauta conferente claues deponẽti res suas in camera nauis an per hoc excusetur, si dispereant. ¶ Dico ergo ad quæstionem primò, quod si à principio contulit claues, prædixitque se nolle de custodia teneri, excusatur à restitutione, aliàs non excusatur ita glossa. l. debet. ff. nautę, caupo, stabula. §. item si prædixerit. ¶ Secundò dico, quod quãdo à principio claues non dedit, sed postea eas contulit licet prædixerit se nolle teneri, adhùc tenetur, potuit enim ante dationem clauiũ aliquid sua culpa, subreptum fuisse. l. sicut. C. de act. & obligat. nisi dominus expræsse consensisset nolle eũ teneri.

Quæst. Dictum. 1. Dictum. 2.

¶ Dico tertiò, (quia ambigere quis posset dequa culpa isti scilicet, stabularius, caupo, nauta teneantur) quod certè tenentur in foro exteriori etiam de culpa leuissima, sed non tenentur de casu fortuito, si aliquid de his, quę eis consignantur deficiat patet. ff. nauta, caupo & stabul. l. & ita. §. ad hoc edicto. Quod si quis obiecerit quod isti sunt veluti depositarij rerum sibi consignatarum, ergo non tenentur nisi de leui culpa, sicut & depositarius qui mercedem pro custodia accipit, respondetur quod est, speciale in istis vt teneantur de culpa leuissima, quia in odium talium, quia fraudes machinari consueuerunt sic sancitum est: quare lex prædicta in præsumptione fraudum fundatur vt ibi patet. §. at hoc ędicto. vnde in foro tãtum exteriori vim habet. At vero fallit in Foro conscientiæ in quo cessat præsumptio, in hoc Foro conscientiæ, isti solum tenentur de leui culpa, nisi in duobus casibus, in quibus tenentur etiam de leuissima scilicet, primò, quando specialiter accepissent pro custodia mercedẽ. Secundò quando res illis consignata diligentissimam custodiam requirebat, & scienter ab ipsis est in custodiam suscepta.

Dictum. 3. Fit satis obiectioni.

¶ Aduer-

Notá. ¶ Aduertẽdum est itẽ quod non credetur istis scilicet, aliquid datum esse in pecunia seruandũ, nisi qui asserit id dedisse, id probet sufficienter arg. ff. de re. milit. l. si omnes. §. à Barbaris, & patet quia illi. l. stabulario, aut nautę dans pecuniam eam in conspectu eorum debet numerare. ff. depos. l. 1. §. si cista. si autem qui dicit se dedisse eam pecuniam consueuerat portare talem quantitatem pecuniæ, tunc credetur iuramento suo aliàs non, nisi quatenus probet dict. §. si à Barbaris.

Notá. ¶ Aduertendum est quartò, quod fallit regula in caupone, vel stabulario scilicet, quod non tenerẽtur de leuissima culpa, neq; de leui in vtroq; foro vt dictat regula, quando caupo non vt caupo, & quando stabularius non vt talis, sed vt ciues gratis sine mercede hospitarentur aliquem, sicut consueuit fieri, quando in aduentu regis sui illum comitantes distribuuntur per domos popull. l. si mensor. ff. si mensor falsum modum dixer. & argum. ff. de alea. l. 1. §. item notandum.

Quæstio. ¶ Affinis quoq; huic materiæ est quæstio illa an conducens equum liber maneat à custodia equi si pereat, quãdo eius dominus pro custodia eius misit suum famulum, quæ similis quæstio est ei an custos carceris sit liberatus à custodia carceris, quando potestas publica parum de custodia eius fidens mittit familiã suam ad custodiã. Respondetur ergo ad

Resp. quæstionem. ¶ Primò q; conductor equi (vt alias supra memini me dixisse) per hoc quod

Dictum. 1. dominus misit famulum, non minus tenetur custodire equum, quàm si non misisset, ita glossa, in. l. si vt certò. §. si deme. ff. commod. Quod intellige secundum Bart. in dicta. l. si vt certo. §. si deme. si constat quod locauit dominus equum, & famulum, quia tunc negligentia famuli non excusat dolum conductoris dict. §. si deme. si nondum eum reddiderat famulo, quia si post redditionem perit, non tenetur vt in l. si mei causa. ff. commod.

Dictum. 2. ¶ Secundò dico, quod si constat famulum misisse pro custodia, & hoc fecit ab initio, conductor nõ tenetur de custodia, quia videtur à principio eum voluisse releuare à custodia. At verò vbi nichil apparet an ab initio miserit illum famulum pro custodia, sed vtrumque tàm famulum, quàm equum locauit simpliciter non videtur remissa custodia. l. penul. cum suo gloss. ff. vsufruct. quemadmo.

Coro!. ¶ Hinc iam patet quid sit dicendum ad secundam quæstionem de excusatione custodis carceris: quia dicimus in casu quæstionis non excusari etiam si publica potestas miserit satellites ad custodiam, ita Barto. in. d. l. si vt certò. §. si dem. ff. commod. quia non videtur per hoc ei esse remissa custodia vt in. l. si mei causa. ff. commod. Hinc sequitur quod non propterea, quod alicui datur adiutor est censendus ab officio esse remotus, neq; per solam institutionem alterius vicarij nisi exprimatur, non videtur prior vicarius, ab officio remotus, quia per has leges per hoc tantum non videtur priori remissa esse cura.

Quæst. ¶ Accedit hùc & ab hac materia non aborrens quæstio, quæ quia sæpe est contingens in facto digna est, quæ hic discutiatur. 1. an præfecti custodiæ vrbium, & custodes exportandarum mercium extra regnũ, custodesq; montium, aut alij similes teneantur restituere pœnas, quas aliàs denũcitati incurrissent, si eos denunciare omisere, aut etiam necessitate restituendi id quod recepere, ne accusarent teneantur: nã certè non satis est euidens quid

Argu. suo obiect. 1. sit dicendum. Nam videtur quòd iudex non condemnans in sentẽtia, quam ferr, ad pœnas fisco debitas, tenetur eas ipse restituere, quia in re ad quam de officio tenebatur omissiuè se habuit, sed etiam isti custodes omissiuè se habuerunt in denunciando, ad quod ex officio, & iuramento præstito tenebantur: ergo tenentur pœnas applicãdas fisco, vel regi, vel

Obiectio. 2. alijs restituere. ¶ Tum etiam facesit difficultatem, quia autore Soto de iust. & iur. quicũque iuridicè nõ interrogatur si celat veritatẽ, quã si pro vt tenebatur tateretur, ad amissionem suorum bonorum per legem. s. per scriptam pœnam damnaretur, tenetur restituere talia bona, quia per actum illicitum seu omissionem illicitam impediuit actum iustitiæ nempe executionem iustitiæ qnæ alias fierit, ergo.

Obiectio. 3. ¶ Tum tertiò accedit, quod si fiscus nomine reipublicæ accusans tacitè tergiuersetur, vel reum defendat, tenetur reipublicæ de interesse ob hoc amisso vt videtur, ergo etiam prædicti custodes dissimulantes, & non denunciantes tenebuntur interesse pœnale, quod res publica habitura inde erat restituere. ¶ Tũ

Obiectio. 4. quartò quia acceptum pro peccato contra iustitiã perpetrãdo, vt pro homicidio assassinis datum secundum communem Opinionem, & secundum D. Augustin Epist. 54. ad Macedonium, est restituendum in cõscientia, sed quod isti custodes accepere pro dissimulando, & non denunciando, accepere pro delicto contra iustitiam. Nam nõ denũciare aliorum delictum eum, quia ex officio tenetur, peccatum est contra iustitiam, ergo tenentur

in

in conscientia restituere id quod pro dissimulando & non denunciando acceperunt.

In contra. ¶Sed in contrarium est quod ante condemnationem reus, & si subornauerit custodes ad non denunciandum non tenetur pœnam exsoluere in conscientia. Ergo neque etiam ipsi custodes, & si sint subornati tacentes non propter hoc ante condemnationem tenẽtur exsoluere pœnam pecuniariam, qua reus esset mulctandus.

Dictum.1. ¶Igitur in hac quæstione verisimiliora dicturi dicimus primò, quantum ad culpam, ante quàm de restitutione agamus, quod custos quicunque siue custodiæ vrbis, siuè exportandarum mercium extra regnum, siuè siluarum, qui iuratus, aut sola fide astrictus fideliter seruare iura eorum à quibus est ad custodiam præfectus, quales etiã sunt custodes venationis, aut piscationis prohibitæ, & pascuorum, aut siluarum cæduarum, omnes (inquam) isti si dissimulent, neque denuncient, peccant quidem, quia frangunt fidelitatem, vel iuramentum iustum capit. si verò de iure iurand. argument. capit. 1. & cap. qualiter de pact.

Custodes hic excusant. ¶At Nauarrus in summa, capit. 17. numero. 122. & 123. à culpa excusat eos custodes, qui scientes eos quos contra facientes inueniunt id ex necessitate eos à peccato excusante fecisse non permittunt eis plura quàm talis necessitas exigit. In dubio autem an necessitas contra facientes à peccato excusat, an non, non excusarentur à peccato, si eis permitterent contra facere non denunciando de eis, quia dubitatio non excusat. In dubio enim tutiora sunt eligenda cap. si quis autem de pœnit. dist. 7. & capit. ad audientiam. de homic.

2. ¶Excusat quoque idem Nauarrus ibi eos custodes à culpa, qui scirent eos, qui in piscationibus, vel venationibus prohibitis venantur, vel piscantur, eosque sic facientes deprehendunt consanguineos esse domini prædictæ venationis, aut piscationis, aut tàm ei amicos, vt probabiliter sibi persuadeant id domino gratum fore scilicet, quod tales venentur, aut pisces inde capiant. Non tamen eos à culpa excusat, si piscari, aut venari ibi permittant eos, quibus creditur dominus daturus esset facultatem ad hęc, si eam peterent sed tamen eam nolunt petere.

3. ¶Excusat quoque ibi contra alios eos custodes, qui soliti sunt se abscondere, ne videãtur ab his, qui talia loca prohibita ingredi volunt, vt ingressos deprehendentes puni eos curent, dum tamen solum permittant eos ingredi, quò semel deprehensi iterum ingredi caueant, nec sinant eos inferre damnum notabile in locis huiusmodi prohibitis: sic suam hanc sententiam moderatur Nauarrus contra alios tenentes contrarium, quorum sententia sibi dura videtur. Probat autem id quia sic ferè omnes custodes consueuerunt facere, idq; omnibus constat: vnde nemo ingredientium se deceptum fuisse causari potest argu. cap. scienti de regul. iur. in. 6.

4. Excusat quoque à culpa non denuncian di eos custodes, qui constituti sunt ab his, qui iniustè, & tyrannicè ius venandi, aut piscandi prohibent, licet iurauerint se denunciaturos argument. in malis promissis rescinde fidem. 2. 2. quæstione. 4. & capit. non est obligatorium. lib. 6. de regul. iur.

¶Non tamen iniustè prohibetur venatio aliquibus temporibus, scilicet quando feræ venationis pariunt, aut nutriunt, aut tempore niuis, aut quod non fiat instrumentis vetitis, aut artibus prohibitis. Et licet hisce temporibus venantes peccent, non tamen tenetur ad aliquid, nisi post condemnationem per glossam receptam capit. fraternitas. 12. quæstione. 2.

Quæstio. Dictum. 2. ¶At de restitutione, qualiter custodes hi teneantur dicendum restat, quapropter dicimus secundò, quod tenentur hi si deprehenderint, aut viderint aliqua damna his illata esse, quibus iurarunt aut promiserunt iura seruare, si non reuelauerint, ea damna eis resarcire, ita Nauarrus loco vbisupra, & in eadem sum. cap. 25. nu. 34. & Siluester, restitutio. 3. q. 5. vers. 7. patet hoc Siluestri ratione, quia tenentur ad hoc ex officio. Nam ideò sunt salariati, vel à dominis, vel à communitate quorum iura custodiunt, vt custodes vinearum, & montium, & aliarum possessionum.

¶De restitutione pœnæ, quam subituri erant delinquentes, si denunciati fuissent, etiam si talis pœna pecuniaria erat, dicimus tertiò ad eam non tenere custodes, quamuis non denunciauerint iuxta sententiam Siluestri, & Nauarri locis citatis. In cuius gratiam allegant S. Bernard. & patet. Quia ante condemnationem etiam reus denunciandus à custodibus non tenebatur ad pœnam, ergo neque custodes ad eam ante tenentur, licet non reuelauerint. *Dictum. 3.*

Quæstio. ¶Præterea quia in dubium venit an custodes huiusmodi teneantur ad restitutionem eius,

Dictum.4. eius quod acceperũt ne accuſarent. Reſpõdetur quartò probabiliter ſuſtineri poſſe eos ad hanc reſtitutionem de rigore non teneri, vt probat Nauarrus ſumma Latina, capit. 17. numero. 32. ſed poſſe eos id retinere titulo de relicti, dum ab eis non repetitur in iudicio, vel extra, in cuius gratiam citat Panormit. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſ. ibi allegantem Anton. probat id etiam per. l. 2. 3. 4. ff. de condit. ab turpem cauſ. Neque obſtat, quod acceptam rem per ſymoniam non poteſt retinere, quia in ſymonia concurrunt ſpeciales cauſæ quas reddit Diuus Thomas, ſcilicet, tum quia res ſpiritualis eſt inæſtimabilis: tũ, quia iuſſa eſt dari gratis. Probatur etiam, quia Sylueſter ibi ait, ſic acceptum à cuſtodibus reſtituendum eſſe pauperibus, quod autem ſic ob turpem cauſam pauperibus dicitur reſtituendum ſecundum mentem doctorum magis intelligitur de conſilio, quàm de rigore præcepti: & quamuis hoc ſit probabile, tamen multum vrgent rationes incontra, quod de rigore ſit reſtituendum, ſique eſt conſulendum præſertim diuiti cuſtodi, qui poteſt eſſe reſtituendo, quòd ſi protectus opinione Nauarri nolit, non propterea ei neganda erit abſolutio.

Dictum.5. ¶ Adde quintò cum Diuo Thoma. 2. 2. quæſtione. 62. articul. 7. quòd principes, qui tenentur cuſtodire iuſtitiam in terra, ſi per eorum defectum latrones increſcunt, ad reſtitutionem tenentur. Quia redditus, quos habent, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, vt iuſtitiam conſeruent in terra. At ſecundum Nauarrum in ſumm. cap. 25. quando rex, vel dominus aliquid propter hoc, aut propter alia reſtituere tenetur ſi reſtituere non poteſt aut difficile id poteſt facere, non eſt conſonus modus reſtituendi condonare ſubditis, quibus tenetur aliquas operas, vel iura in perpetuum debita, aut eis annuam penſionem perpetuam, aut temporariam ad id ſufficientem ſuper bonis regni conſtituere, aut de eorum conſenſu aliquod xenodochiũ, aut aliud opus pium inſtituere contra Raymundum approbatam à Sanct. Anton. 2. part. titul. 2. cap. 7. §. 3. Tum, quia ſi non poteſt, impotentia eum excuſat, tum, quia iura regni diminuere non poteſt, ſed neque onera augere cap. intelecto de iureiurand. cum annot. ei, tum, quia pro pijs operibus erogare non licet, quod alijs debetur, niſi eorum conſenſus ſpontaneus accedat, qualis hic non ſolet accedere, iuxta illud, Preces principis iuſſa ſunt gloſſ. in. l. 1. ff. quod iuſſu. Igitur conſultius medium, & ſecurius erit reſtituendi in his caſibus, vt ſuperflua ſui ſtatus reſecando, aut parcius viuendo, & à donis gratuitis ſe cohibendo de redditu annuali, quod ad decentiam ſtatus ſui ſuper eſſet pro his reſtitutionibus adiudicaret. Sic enim ſentit Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtione. 117. articulo primo, & Clarius quæſtione. 58. articulo. 1. ad. 1. & Ariſtot. 4. Ethic.

Qualiter reſtituet rex.

Ad obiect. 1. ¶ Ad obiectionem primam incontra concedimus antecedens cum Sylueſt. verbo. iudex. 1. quæſt. 2. dicto. 5. vbi de mente D. Tho. 2. quæſt. 67. ait, quòd iudex pœnam dimittẽs in caſu ſibi non conceſſo tenetur ad reſtitutionem communitati, vel accuſatori, ſi eius intererat, vt puniretur, qui verò auxit pœnam tenetur reo, atque in hoc concordat Hoſtien. & Raynunt. in quibus autem caſibus iudex etiam inferior poſsit augere, vel diminuere pœnam refert ibi Sylueſter vbi ait, quod diminuere poteſt, vbi procedit extraordinariè, ſcilicet, via inquiſitionis, vel vbi accuſatus ſponte, & non metu probationum confitetur crimen, niſi immineret periculum animæ, vel eccleſiæ, iuxta mentem vtriuſque iuris, & ſecundum Hoſtienſem, vel vbi pœna imponenda relinquitur iudicis arbitrio. Conſentit Frater Ioſephus in ſuis floribus de reſtitutione, vbi ait, quod iudex inferior, qui pœnam ex lege fiſco applicandam delinquenti, vel accuſatori remittit, illam ſoluere tenetur, tum, quia iniuriam fecit vni litigantium, cui erat pœna applicanda: tum, quia ſecundum legem ſententiam pœnæ ferre tenetur, ſicut etiam tenetur iudex ad eas expenſas reſtituendas in quibus non condemnauit partem, cum tenebatur in eis condemnare, & in libello ſunt petitæ. l. ſanximus. C. de iudic. vel cum iuxta Recopilationem nouam legum, verbo execution. libro quarto, titulo decimo ſeptimo, lex. 10. in proceſſu continetur petitio expenſarum licet in libello non ſint petitæ. At licet autem omnia iſta conſequentia ad antecedens, & ipſum antecedens concedamus: negamus tamen conſequentiam propter diſparitatem magnam, quæ eſt inter antecedens. & conſequens, quia iudices tenentur exequi actus iudiciales pœnarum in effectu ius ſuum vnicuique tribuendo. At verò cuſtodes non ſunt ex officio pœnarum executores, ſed principaliter deſtinantur ad indemnitatem illarum rerum, ad quarum cuſtodiam præficiuntur: ergo ſolum tenetur ad damnum, quod ex ſua diſſimulatione cõtingit, puta ſi permittũt ſubripi

Pœna vbi arbitraria

Iudex remittẽs pœnam.

Differẽtia inter iudi. & cuſtod.

ligna à ſyluis in caſibus in quibus ceſſores lignorum ſtragem faciunt, vel neceſsitas à peccato eos non excuſat, ſicut excuſare poſſet in montibus, & ſyluis ceduis ſui populi tãtum ligna neceſſaria cedentes, vt ſentit Nauarrus, non tamen (vti reor) excuſaret á reſtitutione lignorum, licet excuſaret à reſtitutione pœnę cuſtodes ſiluarum in caſu, quo prætermitterent denuntiare exteros, præſertim non habẽtes ſiluas ſuorum populorum proximas, ſi viderent eos cedere ligna in ſiluis, quas cuſtodiunt. Quia & ſi ex vſu, ita interpretante populi habentes ſiluas proprias videantur contentari ſola pœna, quando ſui cuſtodes deprehendunt exteros ibi cedentes ligna: tamen, quia illam pœnam accipiunt ab exteris nõ habentibus ius ibi cedendi ligna loco intereſſe, hoc intereſſe tenerentur reſarcire cuſtodes, ſi cum exteris cedentibus ligna diſsimularent, quia hoc non eſt pœna propriè, ſed intereſſe, ita de mente Nauarri.

Cuſtodes non excuſantur à damn.

De Silu.

¶ Idemque dicendum eſt ſecundum Nauarrum in ſumm. cap. 25. num. 34. de cuſtodibus mercium, qui licet non teneantur ſoluere pœnam luendam ab importantibus merces prohibitas intra regnum, vel eas extrahentibus extra regnum, etiam ſi cum his tranſgreſſoribus diſsimulauerint, tenerentur tamen ad reſtituenda vectigalia, quæ importatores, vel exportatores harum mercium deberent ſoluere. Quia hoc non eſt pœna, ſed intereſſe, quanuis excuſarentur, ſicut & à pœna, ita etiam à reſtitutione bonorum, quibus ob id priuandi eſſent importatores.

¶ Ad ſecundam obiectionem deſumptam ex autoritate Soti negamus antecedens contra Sotum. Non enim, qui in iudicio iuridicè, interrogatus inficiatus eſt veritatem, quam fateri tenebatur, in conſcientia tenetur reſtituere pœnam pecuniariam, in qua fuiſſet mulctatus, ſi falſus fuiſſet veritatem. Hoc autem tenens Nauarrus in ſum. Lat. cap. 18. num. 48. probat, quia in foro conſcientiæ non tenetur aliquis ad pœnam: donec à iudice damnetur, iuxta gloſſam receptam capit. fraternitas. 12. quæſt. 2. & S. Thom. 2. 2. quæſtio. 62. artic. 3. Huic ſententiæ adhæret Metina in ſua inſtructio. §. 35. fol. 178. quam & probat, tum, quia qui per violentiam detinens cuſtodem carceris, ſi ſic ſemel euaſit è carcere non tenetur ſe offerre ad ſuſpendium, ad quod aliàs niſi fũgiſſet eſſet damnandus. Ergo neque in noſtro caſu, qui negauit ſemel veritatem in conſcientia, tenetur ad pœnam, dum ad eam non damnatur. Tum, quia non obſtat, quòd negando iniuſtè, impediuerit actum iuſtitiæ, aut eius executionem, quia leges pœnales, ſicut & cæteræ leges non obligant, niſi prout receptæ ſunt in vſu. At non ſunt receptæ in vſu, vt in hoc caſu obligent ante condemnationem: neque ſua fraus hic iniuſtè neganti patrocinatur ſed vſus iuxta, quem lex pœnalis tantum vigorem habet. Hic autem vſus fundari videtur in quadam inclinatione naturali, qua homines recuſant pœnarum contra ipſos impoſitarum fieri executores, quia hoc eſſet contra cap. ex parte de conſtit. &. l. conuenire. ff. de pact. dot. Cæterum ſententia contraria Soti ſolum habet verũ in debito, & in intereſſe, quia iſta ante condemnationem, imò & poſt iniquam abſolutionem debentur, iuxta Innoc. cum communi in capit. quia plerique de immunit. eccleſ.

Ad obiecti. ex Sot. ſumpt.

Variant Sotus & Nauar.

Veritatem negãs quid.

¶ Ad tertiam obiectionem concedimus planè, quòd fiſcus nomine reipublicæ accuſans, ſi tacitè reum defendat, vel tergiuerſetur, peccat, & quidem ſi in ciuili cauſa ſic delinquat, reipublicæ principale, & expenſas reſtituet: imò & pœnam pecuniariam in qua denuntiatus erat, iuxta legem mulctandus, vt videtur, & ſi in cauſa criminali ſic peccauit ad expenſas, & ad damnum quod inde illatum eſt tenebitur, cuius potiſsima ratio eſt, quia fiſci munus eſt in iudicio, & ad iudicium deferre delicta notoria, & inſtare in caſibus ſibi cõceſsis, vt cauſæ & pœnæ legales deducantur, vſque ad vltimam prolationem ſententiæ debitamque executionem, ad quod non tenentur meri cuſtodes. Vnde cum fiſcales cauſarũ ſint veluti promotores, & procuratores, nihilominus ſi ad prędicta reſtituenda obligentur, ſicut obligaretur promotor, & procurator, qui in prædictis deliquiſſet. Non tamen vt prędictum eſt cuſtodis officium eſt, niſi tantum per vigilem cuſtodiam indemnitati reipublicæ, aut eius á quo ponitur proſpicere. Vnde ſi damnum inferri non permittat, aut ſi iniuſtè illud inferti permittat, illud li reſtituat ad nullam aliam pœnam in conſcientia exſoluẽdam tenetur ante condemnationem, etiam ſi diſsimulauerit. Quare propter diſparitatem hanc cuſtodis, & fiſci negatur conſequentia.

Ad 3. obie.

Ratio.

Differẽtia fiſci & cuſtod.

¶ Deinde quæritur an nautæ, caupones, ſtabularij, & ſimiles teneantur ex facto ſuorum famulorum? Reſpondetur ergo ſecundum Ioan. Ana. in conſilio. 2. incipiente, In Chriſti nomine, quòd ſunt quædam perſonæ, quæ regulariter tenentur ex facto, & delicto familiæ ſuæ, vt ſunt publicani, nautæ, & caupones, ſtabularij & ſimiles quorũ famuli, ſi delique-

De nautis, ſtabul. Quæſt.

Perſonæ obligatæ ex facto fam.

deliquerint: tum hospes pro iniuria reali, & damno dato, potest agere contra cauponem, nautam, vel stabularium. l. licet. §. possumus. ff. nautæ. caup. & stabul. ¶ De vulnere autem illato per famulum, isti non tenentur quoad expensas, vel interesse, pro quo facit textus iuncta glos. in dict. l. licet. §. idem dicitur in verbo. sed si damnum, & in. l. debet eod. titul. in principio. Facit quoque pro hoc ratio, scilicet quia non est eadem ratio de damno illato in rebus hospitibus per famulum prædictorum illato, aut de vulnere illato. Quia vix potest fieri damnum in rebus, quin stabularius, vel nauta sit in aliqua culpa saltem leuissima, quia potuisset diligentius custodire, non autem si iniuria facta sit per famulum hospitis personæ ipsum vulnerando, quia prædicti obstare nō possunt, quin famuli eorum ex impetu iræ aliquando, si velint, occidant, vel percutiant, vel verberent hospitem.

Ratio.

Not. 2. ¶ Adde secundò de mente eiusdem Ioan. de Ana. quòd aliæ personæ à prædictis, scilicet à nautis, cauponibus, & stabularijs distinctæ, quæ ita demum tenentur, si aliqui de familia deputentur ad certum officium, & in illo delinquant tenentur pro hoc, quia tunc dicitur paterfamilias esse in culpa deputando in sufficientem. Hæc autem est communis opinio doctorum in. l. i. §. familię. ff. de publ.

Corol. ¶ Ex quo corollariè sequitur secundum Syluestrum verbo. nauta, quid sit dicendum ad casum quæsitum, qui in contingentia accidit, scilicet, an in casu, quo nurus ad custodiā infantis accendit noctu lucernam, & ex ea negligenter omissa secutum est duarum domorum incendium, socer, vel paterfamilias teneatur ex facto suæ nurus. Nam concludit Ioan. de Ana. in consilio. 7. incipiente, In nomine sanctæ Trinitatis, quod non tenetur. Quia iste socer, vel paterfamilias non deputauit illam adhoc, sed gubernationi liberorum, quæ est de iure naturali. Tum, quia ista culpa ex incendio, quæ præsumitur contra habitantes iudicatur leuissima, vt significat glossa. inst. quibus modis re. contra. ob. §. præterea, & ista culpa non est imputabilis, vt placet Salicet. in. l. si vendita. ff. de peric. & com. rei. ven. & Bal. in. l. in iudicio. C. de loc. vbi propriè loquitur de lucerna.

Pro casib° conting.

Quæstio. ¶ Vtrùm teneatur nauta si res meas transtulit in aliam nauim & perierunt, vide suprain materia locationis.

Quæst. ¶ Præterea ad illam quæstionem qua quæritur à Syluest. verbo, custos, quæst. 5. vtrum custos castri teneatur de custodia si in fine anni, quo promiserat custodire obtulit illud domino, qui illud non recepit. Et deinde captum est ab hoste. Bartolus. l. si mora. ff. solutio. matrimon. tenet indistinctè negatiuam asserens, quòd etiam si non fecit oblationem castri, domino, non intelligitur iterum se ad custodiam obligasse, & idem ibi tenet Imola, vide ibi Syluest.

Quæst. ¶ Porrò illa quæstio ab hac materia, vbi agitur de depositō, & custodia non multum abhorret, de qua se interrogatum, ait Nauarrus in summa Lat. capit. 17. num. 135. scilicet, an vxor, filius, aut cognatus alicuius delinquentis, si deponat clanculum aliqua delinquentis bona custodienda in monasterio, vel alibi in alio loco, ne á iudicibus sequestrentur, teneātur ipsi deponentes, vel alij huius rei conscij excommunicationis censura, vel iuramento iussi illa reuelare ad ea manifestanda. At tandem respondet ibi Nauarr. quòd si omnia bona sic abscondita, & depositā pertineant ad cō pēsandum debitum dotis, vel debitum aliud: non tenentur ea manifestare, alioquin tenentur. Sed cum causa compensationis dotis, vel alterius debiti retinentur seruandæ sunt conditiones iustæ compensationis, & præsertim cauendum est ne iterum possit peti debitum in cuius recompensationem retinentur.

Resp.

¶ Hoc autem verum habet maximè, dum via inquisitionis, vel per edictum iubentur denuntiare. Quia tunc etiam à denūtiando possunt tales alia via excusari, scilicet, quando nō possunt probare. Quia dum non sunt probando, etiam si tunc via recompensationis debiti non retinerentur, à scientibus denūtiandum non esset. Secus esset si iudex post semiplenā probationem coram ipso factam ad plenam probationem habendam præciperet, vt qui illud scit ad testificandum veniat iuxta cap. finde iureiuran. & cap. ad nostram eod. tit. Nam tunc quamuis probare illud non possint, neque admonitio euangelica præcesserit deponere, id quod sciunt tenentur, nisi sit persona, quæ id scit de numero eorum, quæ à testificā do eo casu excusatur ob cognationem, vel ob aliam causam, vel causas de quibus supra meminimus, & etiam meminit Nauarrus in summa. cap. 25. num. 48. & seq.

De custod. fortalit. Quæst.

¶ Adhuc & illa quæstio non est aliena à materia custodum, de quibus nunc agimus, scilicet, an dñi recipere possint ea tributa, quę pro custodia fortalitiorū, & pro vigilibus ibi præficiendis imposita sunt, quando iam per dominos vigiles, & custodes non statuūtur ad ea custodienda. Quæstio est, cuius meminimus

in tomo primo nostri Instructorij, in materia de tributis, & cuius meminit Corduba in tractatu de casibus conscientiæ, quæst. 113. Dicendum est ergo iuxta eius sententiam, quòd si huiusmodi fortalitiorum custodia cessauit, quia iam omnino diruta sunt, ita vt in eis custodes, & vigiles non commorentur, præsertim â tempore immemoriali planum est ea tributa exigi non posse. Nam & cessasse titulum, veramque causam constat, neque manet, nisi quidam fucatus color ad ea exigenda tributa.

Sēt. Cord. Dictum. 1.

2. ¶ Secus autem esset in casu, quo talia fortalitia perseuerarent, in eisque custodes, & vigiles commanerent cum suis præfectis, Alcaydes, Hispanicè nuncupatis, vel esto alij vigiles, & custodes non essent, si tales præfecti re vera ibi pro custodia morarentur. Nam tunc liceret, & in hoc postremo casu consuetudo ea tributa exigendi tolerabilis esset, licet defactò non expendantur, nunc (quia opus non est propter statum pacificum terræ) in vigiles eorum, & custodes, sed insumantur in alia. Quod dupliciter limitat ibi Corduba. Primò dum probabilitas adsit, quòd in aliquo tempore talia fortalitia huiusmodi vigilibus indigebunt. Secundò vt si necessitas ibi constituē di custodes, & vigiles se obtulerit, vassalli, vel populi ad maiora tributa pro vigilibus, tunc constituendis non constringantur etiā si plures vigiles, quàm erant in vsu à principio, ibi sint constituendi. Aliàs si talis probabilitas non adsit, illicita est eorum exactio, siquidem causa impositionis eorum omnino cessasse videretur.

Sent. autoris. ¶ At verò licet istam sententiam Cordubæ cum his duabus limitationibus constrictam non ausim damnare: tamen, quia in Hispania aliqua sunt fortalitia in interiori parte regni, quæ iam moraliter loquendo tuta sunt ab hostibus tam interioribus, quam exterioribus, ita vt insultus ab his verisimiliter, neque nūc, neque in posterum timeri debeant, fit sanè, vt dominis horum tutum non sit hæc tributa exigere eo titulo, quem allegat Corduba, scilicet, quod licet nunc tali vigilum custodia non indigeant, aliquando tamen indigebunt. Quia respōdemus ei, quòd in his exspectatio probabilis necessitatis cessat, quare vt ait Syluester verbo dominium, quæst. 4. dicto. 4. cum moraliter non fit illud, ob quod tallia, vel tributa exiguntur, etiam si à tempore cuius memoria non extat incontrariū sint exacta, iam illa exigendo dominus, vel princeps peccat.

Quæst. ¶ Tandem vt finem huic materiæ impona mus, si quæratur custode negante suo dolo, vel negligentia amisisse rem, quis hoc probare teneatur: respondetur, quòd si loquamur in foro contentioso, ipse custos tenetur probare l. qui mercedem. ff. locat. ad iuncta glos. Secus autem est in conscientia. Idemque dictū est de custode carceris, & de depositario. ff. de custod. & exhib. re. l. vltim. At vero in alijs casibus regula generalis est, vt qui dolum allegat, probare debeat. l. quoties. ff. de probat.

CAP. XXXIX. *Diffinitur donatio, diuiditurque in donationem inter viuos, & in donationē causa mortis: donatio rursus est triplex, modalis, conditionalis, & absoluta annumerantur hic qui prohibiti sunt donare, de furioso, de prodigis, de minoribus, quantum donat minor, & an ingressu religionis donare possit, & an eius donatio iurata valeat: de casibus vbi filij donant, de filijs maioribus. 25. annorum, de speciali dispositione Hispaniæ circa testamētum filiorum, an filij donare possint causa mortis.*

QVamuis secundum mentem Soti lib. 6. de iustit. & iur. q. 2. art. 1. conclus. 2. & Conrad. lib. de contract. q. 16. donatio, eo q non constat ex consensu mutuo, in vtroque contrahente obligationem ingenerante à ratione propria cōtractus seclud tur: tamē, quia largo laltem modo etiam à iuristis contractus esse conceditur, de ea hic vbi de contractibus tam copiosè est actum, non prætereundā esse mentionem iudicauimus incipientes ab eius diffinitione. ¶ Donatio igitur secundum D. Tho. 1. sent. dist. 18. art. 2. est datio liberalis, siuè irredibilis compēsationem non intendēs. Dif. donat.

¶ At si de diuisione donationis quæratur, licet aliàs multipliciter soleat diuidi, nos illas diuisiones omittentes, solum illam Azo. in summa proponendam duximus, quia cum plura de materia donationis in tom. 1. nostri instructorij dixerimus, iam hic aliqua, & nō omnia sub breuitate perstringere nobis est cordi.

¶ Est igitur duplex donatio alia, scilicet inter viuos, alia autem causa mortis. Donare ergo inter viuos est, quando rem quam dono, potius volo habere alium quam me. At verò donatio causa mortis est, quando volo me potius habere, quàm alium, cui dono, quē malo habere, quam hæredem meum. Quando vero alia causa in donatione interuenit, quam liberalitas, potius dicitur recompensatio, quā donatio, secundum Panor. in rub. eo. tit. Donatio inter viu. & caus. mort. Donatio triplex modal. condit. absoluta.

¶ Accedit & secunda diuisio, qua donatio inter viuos tripliciter diuiditur. Nam alia dicitur

dicitur absoluta, alia conditionalis, alia modalis. Quibus adijcitur quarta, scilicet, donatio remuneratiua. ff. de donat. l. 1. C. de donation. sub mo. l. 1. & 2. At verò hæc remuneratiua donatio non reuocatur gratia ingratitudinis, quia mera donatio non est.

Quæst. ¶Nunc autem qui sint illi, qui donare possunt inquirendum est. Statuitur autem adhoc regula generalis hęc, scilicet, quòd omnis, qui habet rei dominium, vel proprietatem, & iure non est prohibitus donare potest. Neque hic mentionem facimus de donatione remuneratiua, quæ propriè donatio nō est. At verò quibus generibus personarum huiusmodi donatio prohibeatur indagandum est.

Prohibiti donare.

1. ¶Igitur primò interdicta est facultas donādi illis, qui mentis compotes non sunt, quippe qui furiosi sunt, vel huiusmodi in Clem. si furiosus de homicidio. Secundò prodigis, 2.
3. in. l. 1. ff. de curat. furio. Tertiò minori. 25. annis. C. si maio. fac. rat. hab. l. vltima. Quartò filiofamilias. ff. de do. l. filiusfamilias, quod tamen aliquando patitur exceptionem, scilicet 4.
quando talis filius est in dignitate cōstitutus, vel senatoris est filius, vel si pater dedit ei liberam administrationem, vel peculium castrense, vel quasi castrense habet. Super hoc autem consulendus est Inno. in capit. grandi. de sup. negl. præl. lib. 6. & dict. l. filiusfamil. Quintò 5.
his, qui non habent proprium vt seruis, & religiosis, & huiusmodi. cap. non dicatis. 12. q. 1. quod exceptionem habet in his, qui de licentia superioris id faciunt, vel legitimam administrationem habent, vt exiusta causa donent in dict. l. filiusfamilias, & 12. quæst. 1. quia & cap. tua. de his, scilicet, quæ seruando seruari 6.
non possunt. Sextò Abbatibus & alijs prælatis, nisi habeant administrationem, & ex consuetudine sit receptum, quod aliquid possint donare de electio. cap. 15. cui tamen generaliter nulla persona ecclesiastica donare potest immobilia, vel mobilia pretiosa, imo neq; pecuniā, quando ad emenda immobilia deputata essent, vel in magna quātitate consisteret alienare, sine solemnitate potest, capi. nulli liceat. de reb. eccles. non alien. Quod secundū Cordubam intelligendum est quando voto, vel promissione ista mobilia, scilicet pecuniæ, vel similia deputata essent ad emenda immobilia. Quia tunc vt dictum est, sine solemnitate alienari non possunt. Septimò vxori nihil vltra dotem habenti, imò in Hispania etiam si vltra dotem habeat, quia administratio etiam bonorum paraphernalium pertinet in his regnis ad 7.
8. maritum. Octauò illi, qui crimen lætæ maiestatis commisit. l. fi. C. ad legem Iuliam mag. Nonò hæreticis quorum bona ipso iure sunt confiscata. cap. secundum leges de hæret. lib. 6. Decimò contrahentibus incestas nuptias. dicto cap. secundum leges. Vndecimò illi, qui capitale crimē perpetrauit, propter quod eius bona veniunt publicanda, quia hic post condemnationem donare non potest, licet ante posſit. l. post contractum. ff. de donat. Duodecimò illi, qui in aliqua re cadit in cōmissum. Decimotertiò militi, qui concubinæ, vel meretrici donare non potest. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. cui adiunge clericum, doctorem, & aduocatum, qui dicuntur milites per not. in. l. miles. ff. de sent. & re. iudic. Decimoquartò viro erga vxorem, & è contra nisi in casibus infra dicendis. Decimo quintò patri, qui filio, aut filiæ donare non potest, quia censentur vna persona, nisi in casibus exceptis, de quibus infra videto glossam in. l. pater. C. de inofficios. don. Decimo sextò nō habenti dominium in re, vt furi iuxta. l. nemo. ff. de reg. iur. Decimoseptimò prohibetur donatio pro quacunque causa illicita, quæ à lege punitur, siuè pro adulterio, siuè pro alio crimine, iuxta l. affectionis. ff. de donationibus, quæ in hoc sensu loquitur. Decimo octauò quilibet donare prohibetur vltra. 50. solidos. l. penult. C. de donationibus. Hoc autem intelligitur sine insinuatione præcedenti, quod tamen exceptionem habet in aliquibus casibus. Decimo nonò donare non possunt, qui ex donatione impotentes fiunt ad soluendum debita. Vigesimò donare quis non potest iudicibus, aut officialibus salariatis pro aliquo beneficio tempore suæ administrationis ab ipsis obtento. l. fin. C. ad. l. Iuli. & punitur si occultè donauerit, ita gloss. exceptis esculentis, & potulentis paucis diebus consumendis. Vigesimo primò prohibentur visitandi donare aliquid visitatoribus, vel eorum famulis cap. exigit. cap. fœlicis. de censib. in. 6. Vigesimo secundò donare non possunt illi, quibus per statuta municipalia interdictū est, nisi certo modo seruato donare, nisi illum seruent.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

De furioso Quæstio. ¶Iam ista sigillatim veniūt examināda, & primò quæritur de furioso quare donare non posſit, cū videatur esse suorū bonorū dns cū circa illa posſit iniuriā pati. Resp. Respondetur autē breuiter, quod duplici nomine talis donare non potest: tum, quia donatio est actio humana, quippe quæ libera est, & in facultate hominis existēs, tū, quia gratuita est datio. Vtriusq; autē huiusmodi conditionis actionis furiosus non est capax. Quocirca dūij proprij incapax

Resp.

esse videtur, licet negandum non sit, quod furiosus, siue continuo furore laboret, siue per interualla quãdiu fuerit, pati potest iniuriam. Sed non facere. ff. de iniur. illud. canonizata. 15. quæst. 1. illud. ex eadem ratione prohibitus est testari. C. qui testa fac. poss. furiosum: sed neque baptizari potest, nisi in casu de baptism. cap. maiores. Sed neque potest puniri pœna pecuniaria, nisi furor superuenisset iam perfecto processu suarum defensionum, quibus dum sanus mente esset se defendit ab delicto tunc à se commisso, quia aliàs indefensus condemnaretur.

De prodigis. Quæst.

¶ Secundò quæritur de prodigis, an antequam detur eis curator, possint donare bona sua, aut per viam contractus distrahere. Putò autem dicendum esse cum glossa. l. curatores. C. de curator. furios. vel prodig. quod post interdictionem bonorum non potest contrahi cum prodigo, etiam si ei curator nondum datus sit. Quia facta traditione bonorum prodigus est in curatione agnatorũ, vt notat dominus Azo in summa huius tituli. §. & furiosis: & per consequens, quod post talem interdictionem bonorum donare non possit, etiam si curator ei constitutus non sit propter eandem rationem.

¶ Sed quid dicemus, si datio curatoris data sit alicui, vt prodigo cum prodigus non sit, an talis datio tutoris teneat. Respondetur sanè ad mentem prædictæ glossæ, quod tenet talis datio, sicut si daretur, vt furioso ei, qui furiosus nõ esset. Huic magis videtur accedere glossa cum quibusdam alijs, quia satisfacit argumento incontra desumpto. l. Seiç. ff. de tu. & cur. dat. ab his, quia ibi tutor propter ætatem dabatur.

De minoribus. Quæst.

¶ Tertiò quæritur circa minores, an licet ipsi minores. 25. annis, iuxta. l. vltim. C. si maior. fac. ra. hab. donare non possint, talis ab ipsis facta donatio efficax esse possit. Respondetur autem primò ad quæstionem hoc esse certũ, vt dic. l. vltima diffinitur, quod si tales minores post. 25. annos ratificauerint in minori ætate celebratum iam contractum, eum reddunt efficacem: ac per cõsequens, si sic post ea ratificauerint donationem factam in ætate minori, rata iam, & valida subinde erit.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Accedit secũdò, quòd licet ipsi minores, sine licentia curatoris donare non possint: tamen eorum curatores nomine minorum ex rationabili causa donare possunt, sicut fratri minoris naturalis licet no legitimo potest, imo tenetur eius curator donare alimẽta inter quã si est filius nobilis, computantur sumptus studij pro Grammatica, & Rhetorica addiscẽda. Quia hæc addiscere filios nobiliũ decet. l. de bonis. §. non solum. ff. de carb. edict. ita Bar. l. si quis. ff. de libe. agn. & l. dedit. ff. de coll. bon. vbi ait, quod tenetur dotare sororem pupilli, quia adhoc tenetur pupillus. ¶ Similiter tutor tenetur subministrare alimenta matri, & sorori pupilli, si egent, quæ quidem alimenta præstanda sunt, secundum consuetudinem regionis ad arbitrium boni hominis, & iuxta facultatem pupilli, & dignitatem alendorum, secundum Bart. in tract. de duobus fratribus. Accedit Corduba, qui in tract. de casib. cons. ait q̃ probabilius est, quod filius naturalis, & multomagis legitimus secundum licentiam status (si adsit facultas) est alimentandus à fratre legitimo, siue ab eius tutore dum eget, vide. l. 3. tit. 4. Part. 5.

Mater soror pupili alenda.

¶ Adde tertiò, q̃ secundũ Syluest. verb. restit. 3. q. 8. dict. 4. in fine, tutor nomine pupilli more ciuitatis mittere potest Eucænia magistro. & suis coniunctis, quia talia Encenia cũ sunt consueta dicuntur quasi debita, secundũ glo. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tut. & ra. dist. potest quoq; tutor ex rationabili causa remittere debitum suo pupillo, quando tale debitũ non est liquidũ. l. pactũ curatoris. C. de pact.

3. *Magist. pupil.*

¶ Et tandem quartò adnotato, quod de mẽte Soti esse censeo, quod si pupillus dũ in studio commoratur, de centum sibi missis quotannis à tutore pro alimentis quinque aureos ludit, vel cum amicis expendit, vel alicui fœminæ malè donat, quidquid sit de peccato, donatio talis erit valida. Nam & in filio patrisfamilias in studio versante hoc concedit Sotus, quia patres non debent esse nimij, vt velint irritare ea quæ cum non sint exorbitantia inter adolescentes sunt assueta, sic & tutores in hoc non debent esse nimij.

2. *Quantum donat pupil.*

¶ Præterea perpendendũ est quintò, quod minor sine autoritate curatoris, si cũ iam sit eã adeptus ætatẽ, vt intrare possit religionẽ, si intret religionẽ omnia bona sua donare põt, reseruata tamẽ legitima ascendẽtibus, vel descẽdentibus, si quos habet debita. c. fi. 19. q. 3. Reseruata (inquã) quoad proprietatẽ. Nã vsum fructũ nõ amittit, dũ viuit secundũ Inn. in. c. in præsentia. de probatio. Et secundũ Panor. in eo. cap. in præsentia, & huius ratio est, quia mori fingitur, ideò tunc omnia bona sua alienare potest. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. sed aduerte id ex cuius ignorãtia sæpe erratur, q̃ hęc donatio, seu alienatio aut renũtiatio bonorum, quæ fieri solita erat ingressu religionis, vel paulò ante, dum se parabat quis ad hunc ingressum

5. *Vt donat. in ingres. relig.*

Error. cõting.

Conc. Tri. ingreſſum ſic moderata eſt per Concil. Trid. ſeſſion. 25. cap. 16. vt poſſit ſortiri effectum, valideque fieri vbi ſic cauetur, nulla quoque renuntiatio, aut obligatio antea facta, id eſt, ante profeſsionem etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ valeat, niſi cũ licẽtia epiſcopi, ſiuè eius vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſsionem, ac non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi ſecuta profeſsione, aliter vero facta etiam cum huius fauoris expreſſa renuntiatione etiam irrata ſit irrita, & nullius effectus, vbi loquitur tam de viris, quam de fœminis.

6. Corol. ¶ Aduerte ſextò, quod ex prædictis ſequitur corollariè, quòd ſi recedit poſt profeſsionem, quam credidit tenere, & non tenebat, rehabebit ſua, ſiuè donauerit ea expreſſe monaſterio ſiuè non. Tum propter prædictam ſanctionem concilij: tum, quia videtur donaſſe cauſa mortis mundanæ, quæ fit per profeſsionem, quæ in hoc caſu verè non eſt ſubſecuta. facit. l. ſi pater. C. de hær. inſtit. Imo etiam in caſu quo credebat, quod non teneret profeſsio ſi donauit expreſſè, licet ſecũdum ius ciuile. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. videatur talis donatio eſſe valida, quia videtur in omnem caſum donaſſe, nihilominus tamẽ, ſi profeſsio non tenuit non cenſetur ſortita eſſe effectum, neque fuiſſe valida propter iſtam Cõcil. Trid. ſanctionem.

Queſt. Obiectio. ¶ Porrò adhuc conſequenter inquirẽdum venit, an donatio minoris circumuallata iuramento ad ſui impletionem obliget, & videtur quod non. Quia cum per ſe ſumpta propter prohibitionem iuris nulla ſit, iuramentum cum ſuper illicitam, & prohibitam donationem cadat non videtur eam firmare.

Donatio minoris iurata.

Dictum. 1. ¶ Hoc nihilominus non obſtante videtur ad quæſtionem dicendum, id eſt, quod in foro exteriori ſtando, minor annos. 14. non adeptus etiam ſi donationem, quam fecit iuramento firmauerit in tali foro non cogetur ad eam adimplendam, nam non tenetur talis ad obſeruantiam contractus, quem contraxit etiam ſi iuramento eum firmauerit, vt ſtabilitum eſt. l. 16. tit. 5. Partit. 5. Secundò dicimus, quod minor adeptus vſum rationis ſaltem, ſi exceſſerit. 14. annum ſtando in foro conſcientiæ, ſi quid cum iuramẽto donauerit: tenetur cum poterit ad talis donationis impletionem quamuis crediderim iſta iuramenta realia minoris poſſe per curatorem, ſeu tutorem irritari, quia ſi vt ſenſit Sotus pater poteſt irritare omnia iuramenta filij ſicut & vota, niſi facta ſint per modum contractus, quos nequit pater irritare, quare hoc non poterit tutor, aut rator minoris, qui vices gerit patris mortui? *Prob.* Sed iam hoc ſecundum dictum patet: tum, quia ratione ſeruandi iuramenti etiam qui metu iurauit vſuras ſoluere cogitur ad ſoluendum. Ergo minor pollens vſu rationis ratione iuramenti, quæ donauit iurando dare obligatur facit cap. debitores. de iur. iur.

¶ Tum, quia vt decernitur cap. ſi vero. eod. *Prob. 2.* titul. non eſt tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſeruatum vergat in interitum ſalutis æternæ. Tum, quia donatio, qua vxor coniugi donat, licet ſit prohibita iure ſi confirmetur iuramento neceſſariò eſt obſeruanda, ſecundum Panormitanum, cap. donatio. eod. titul. qui ait hanc opinionem eſſe communem, nec hoc iuramẽtum eſſe contra bonos mores naturales. Facit ad hoc argum. in capit. cum contingat. de iure iurand. Ergo pari ratione donatio ſulta iuramento facta à minore neceſſario eſt complenda ſi non eſt prodiga: tum, quia minor poſt. 14. annum ligatur, dum contrahit per iuramentum nec poteſt reſtitui contra iuramentum, ſecundum gloſſam. cap. ſi venditori. de emptio. & venditio. & l. 16. titul. 2. Partita. 3. quia vt inquit dicta gloſſa: iuramentum repræſentat eum maiorem, quæ quidem argumenta, & præſertim illa, quæ deſumpta ſunt ex cap. ſi verò, & ex cap. debitores, & ex capit. cum contingat. de iureiuran. probant in conſcientia minorem etiam. 14. annis, dum ſufficienti ſit præditus vſu rationis teneri, ſi ex iuramento non prodigè donat adimplere, quod donare ſe dixit, niſi fortè iuxta mentem Soti irritetur tale iuramentum per tutorem.

¶ Ad obiectionem autem incontra reſpon- *Ad obiect.* detur ex ſententia gloſſæ ſuper capit. debitores. de iure iurand. quod ratione adiuncti iuramenti hic interuenit caſus, vbi licet non teneat principale, id eſt ipſa donatio minoris per ſe ſumpta: tenet tamen acceſſorium, id eſt, iuramentum quod tenere non poteſt, niſi donatio impleatur. Quia aliás cum iuramentum hoc non ſit contra bonos mores, & cum in cõſcientia teneat, ſi non impleatur contra conſcientiam agitur. Atque hic quidem, vbi licet non teneret principale, tenet tamen acceſſorium, patitur exceptionem illa regula, quæ traditur cap. ſi diligenti. de for. comp. & C. de legi. non dubium, ſcilicet, quod vbi principale non tenet, neque acceſſorium.

¶ Adde vltimò, quòd minor. 25. annis ſi bo- *De bon. eccleſtr. Corol.* na habeat caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia legitimo pollens iã vſu rationis poteſt ea donare.

Quia de peculio castrensi, vel quasi castrensi potest ad libitum disponere, & testari, quia illud acquirit sibi quoad dominium, & vsum fructum, quia neque illud communicare cũ fratribus post mortem patris tenetur. l. fin. C. de inoffic. test. Hoc autem est de mente Syluestri verbo peculium. 1. quæst. 3. quia in his filius etiam viuente patre censetur esse paterfamilias, vnde de eis disponere, donare, testari, sicut in vita patris, ita & post mortem patris potest. Donatio autem regia facta alicui peculium castrense, vel quasi castrense esse censetur.

Quæst. Casus vbi filij donãt.

¶ Circa quartum casum, vbi filijs familias interdicitur facultas donandi. ff. de do. l. filius familias. Inquirendum est primò, an in aliquibus casibus donare possint. Ad quam quæstionem dicimus primò, quòd filius, vel nepos constitutus sub potestate patris, vel aui, nequit donationem puram, & perfectam, id est, irreuocabilem, vel inter viuos efficere, nisi de peculio castrensi, vel quasi castrensi, si quod haberet. l. fin. C. de inoffic. test. &. ff. ad Mace. l. 1. §. vlti. & l. 2. & Part. 5. l. 3. tit. 4.

2.

¶ Secundò dicitur, quòd si habeat huiusmodi filius, vel nepos peculium, sibi datum à patre, vel auo, quo inde negotiando lucretur, licet tale peculium illius esset, à quo collatum est, inde ex parte illius matri suæ, vel fratri, vel sobrinæ, vel alicui consanguineorum aliquid dono impartire potest pro nuptijs, aut pro aliqua eorum necessitate supplenda. Similiterque de huiusmodi peculio conceditur eis à iure aliquid largiri magistris eos aliquam scientiam docentibus, non tamen valeret donatio ex hoc peculio facta alijs personis præter prædictas ead. l. 3. tit. 4. Part. 5.

Quæst. De filijs maior. 25. ann.

¶ Deinde procedit quæstio, vtrùm filius, qui iam superexcesit. 25. annos possit ex bonis sua industria acquisitis aliquod donum alicui exhibere. Quæstionis autem huius memini Corduba in tract. de casibus conscientiæ quæst. 133. Circa quam respondendum esse censeo. Primò, quod filius hic dum sub patria potestate est constitutus, neque emancipatus est alicui cognato ex bonis sua industria acquisitis etiam, si 25. excesserit annos aliquid sine licentia patris donare non potest.

Resp.

Prob.

¶ Patet autem hoc, quia bona sic acquisita à filio sua industria sunt peculium aduentitium, peculium autem aduentitium, licet filij sit quo ad proprietatem, vel dominium, pater tamen habet vsum fructum, donec vixerit, nisi istum vsumfructum pater remiserit filio, vel nisi sit tale peculium, quod datum sit filio ab alio cũ pacto, quod pater nõ habeat vsum fructum, & quibusdam alijs casibus: de quibus instituta per quas ca. no. ac. §. sancitum. in glos. & Bald. in. l. contra. ff. re. amot. Ergo sine licentia patris non valet illud validè donare.

¶ Sed an possit donare filius familias peculium aduentitium, cuius ex prædictis causis tam proprietas, quam vsusfructus est suus, si quis roget dubitando propterea, quod iam nihil auferatur patri quod suum sit. Respondeo saluo meliori iudicio dicendum, quod si in donatione, qua extraneus donauit filio familias tale peculium, vt esset suũ, & quoad vsum fructum, & dominium nihil aliud præter hoc expressit, non videtur peculium hoc per hoc pactum ab administratione patris eximisse. Vnde videtur non licere filio sine licentia patris illud donare: tum, quia priuilegium peculij castrensis, vel quasi castrensis solum esse videtur, quod de eo pro libito filius familias possit in vita patris disponere, quia circa illud se habet, vt paterfamilias, hoc autem mihi magis persuadet ratio nisi obstet aliquod ius quod nesciam, aut consuetudo in contrarium, nihil ergo hic diffinio.

Dub.

Resp. 1.

¶ Secundò dicitur, quod si postquam filius fecit donationem absque licentia patris, accedat licentia patris, poterit eam ratificare filius, tempore autem istius ratificationis poterit immutare, vel adhibere conditiones, quas voluerit, siquidem tunc valorem obtinet donatio, quæ antea erat inualida. Adde etiam, quod donatio sic ratificata cum licentia patris adhuc non est satis firma, aut valida, vt reuocari non possit si acceptata non fuerat. Itaque vt irreuocabilis fiat, roburque valoris accipiat, necesse est, vt à donatario acceptetur, Vide Nauarrum in sum cap. 17. num. 105. & 106. & 146. vsq; ad numerum. 150. & 153.

Dictum. 2.

¶ Aduertendum est tertiò, quod cõsensus patris, vt eius filius possit donare requiritur sit expressus, ita glossa in. l. qui in potestate in principio in verbo nihilo magis. ff. de testam. Neque aliquis iuristarum est, qui circa hoc repugnet. Talis autem consensus requiritur nó solum ad euitandum præiudicium patris, sed ad integrandam personam filij, & solennizandum actum. At licet ita sit dicendum, quatenus attinet ad forum exterius, sed in conscientia de mente Diui Thomæ, dicimus, quod maximè absente patre ex probabili, & rationabili præsumptione, quod pater habebit acceptum, poterit patris familias filius aliquid donare, quamuis non ita firmiter, quim postea id sciens patet non possit reuocare. Præterea

3.

terea licet filius familias de cõsensu patris possit donare causa mortis, non tamen potest pater interponere suum consensum in donatione, qui filius donat sibi causa mortis authore Iulio Claro de donat. Quò circa tunc patres curare debent vt in hoc casu iudex suam interponat authoritatem.

Si filius donat patr. caus. mort. quid Specialis disp.

¶ Adde quod in recopilatione noua legũ Hispaniæ habetur de testamentis. l. 4. scilicet, quod filius, vel filia sub potestate paterna constituti post obtentam iam ætatem legitimam condere testamentum possunt, ac si extra talem ætatem essent constituti, quod intelligendum venit sine præiudicio paterno de bonis, scilicet, quæ iam sibi quoad proprietatem attinent. Vnde ex ista speciali dispositione legis Castellæ videtur consequi corollariè, quod licet secundum ius commune filius non possit facere testamentum etiam patre iubente, & nihilominus possit donare causa mortis patre permittente iusta. l. tàm is. ff. eod. tit. tamen ex quò per legem. 5. Taurensem (per quã Hugone de Celso in suo reportorio legum testãte verbo testamentum versiculo. 7. correcta est lex. 13. & 16. tit. 1. Partit. & lex. 105. tit. 18. Partit. 3. vbi cauebatur ne tales filij possint testari etiam parentibus consensum præstantibus) conceditur eis posse testari, subinde concedendum est eis quod possint de bonis sibi attinentibus causa morti donare. Nam cuicũque testamentum potest concedere potest subinde causa mortis donare, vnde in hoc casu iam illa regula videtur pati exceptionem quæ dicta t quod cuicunque prohibetur donatio inter vivos, prohibet etiã causa mortis, quæ quidem regula in hac fundatur ratione, scilicet, quia à quocunque remouetur genus remouetur & species. l. filius familias. ff. de don. §. pari ratione sicut à superiori ad suum inferius consequentia tenet secundũ logicũ.

Filij an donant causa mort.

CAP. XXXX. *De seruis an hi possint donare aliquid in aliquo casu, de æquitate seruanda, an prælatus possit per se tantum aliquid donare & quantũ, & quid possit circa donationẽ concedere subditis & prælati ecclesiæ non regulares possint donare vt episcopi: & quantum de abbatibus, de prioribus, de rectoribus, donantibus, de religiosis quoad donationes, & an religiosi exempti an donare possint, & de quatuor generibus religiosorum circa hanc materiam.*

Quæst.

CIrca quintum casum in quo potestas donandi interdicitur, scilicet, seruis, & religiosis, cap. non dicatis. 12. quæstio. 1. quæritur primò de seruis, an aliquid in aliquo casu donare possint? Dicitur autem ad quæstionem, quod licet Nauarrus in sum. absolutè partem teneat negatiuam absolutè, quæ in foro exteriori (vti reor) absolutè obseruabitur: tamen pia est illa opinio Soti de iust. & iur. cui subscribit F. Iosephus in suis floribus, scilicet, q̃ serui in bello capti, sicut fugere possunt licitè nisi suam impignorauerint fidem non fugiẽdi (cui etiam Magister Bañez. 2. 2. D. Thomæ cõsentit) ita eis licet si quid dono susceperint, vel hæreditario iure obtinuerint, vel licito ludo lucrati sunt in conscientia retinere, quia illorum domini sunt, neque tenentur ea dominis restituere. Vnde fit consequens, vt ea licitè donare possint. Hoc autem his qui se vendiderunt in seruos non conceditur.

Sent Nau. Sent. Soti pia.

Dubium.

¶ An autem hi simul, & bello capti donare possint de acquisito suo labore, eo tempore, quo illis non seruitio dominorum vacandum erat, sed tempore concesso ad capiendũ quietis somnum, vt si fraudantes suo genio, partẽ noctis sibi debitam ad requiem insumpserint in laborem lucrosum, an sibi inde aliquid donare, liceat si quis roget, videtur dicendum potius æquitati, quam rigori insistendo, quod hoc eis liceat & retinere, & donare in conscientia, sicut videtur licere & mancipijs his, quæ in aliquibus regionibus Indiarum conueniũt cum hæris, vt sint contenti, cum tribus aut quatuor argenteis, quos serui quotidie eis ex sua negotiatione erogant, reliquum si quid superadquisierint remittendo: hoc reliquum, sibi retinere: ac per consequens id possint donare mancipia hæc. Nã misera cõditio seruitutis eorum non est tam tapete arctanda, vt dum ordinarijs suis officijs, & obsequijs domino iure exhibendis non desint, si quid de requie, & somno iure sibi debitis detrahendo fecerint lucrati non possint donare, & retinere, quod quidem nisi modicum non potest esse. Nam & de hoc domini eorum cũ alias de eo quod à seruis alijs soliti sunt habere seruitij non minus habeant: neque defraudentur, rationabiliter deberent esse contenti, & meritò circa hoc deberent conniuere, ne nimium deberent esse rigidi. Nam qui nimis emungit sanguinem elicit, & nimium ius interdum magna est iniquitas, quod sub aliorum censura dixerim. Nam pro hoc facit. ff. de peculio. l. quam tuberonis. ex qua summariè concluditur, quod in formis patiẽtia habetur pro consensu in his, quæ sunt modici præiudicij: secus si magni dixi intendo æquitati, quia iuxta. l. peculium. ff. de peculio. cum peculium cõsistat etiam in his,

Serui in Ind.

Æquitas seruand.

quæ seruus sua parsimonia acquirit, videtur quod seruus id quod sua parsimonia cibi, vel somni acquisiuit sine consensu domini non possit donare, & hoc est tutius licet rigidius, sed quod diximus est equius & magis pium, quando quid modicum est istud, sed quod seruus pœnes se habens peculium concessum à domino, possit inde contractus inire etiam si contingat fieri in præiudicium domini declaratur Partit. 3. l. 3. tit. 29.

De filijs. ¶ Adde vltimo ex sententia D. Thomæ. 2. 2. quæst. 32. art. 8. quod sicut filius familias non potest facere Eleemosinam, nisi forte aliquam modicam de qua potest præsumere q̃ patri placeat, nisi forte alicuius rei sibi esset à patre dispensatio commissa, ita dicendum est de seruo in hoc casu.

De religio. Quæstio. ¶ Circa religiosos primo quæritur, an prælatus religiosorum de bonis conuentus possit sine licentia capituli aliquid donare & in qua

Dictum. 1. quantitate. Respondetur breuiter nunc, quia de hoc latius disputauimus in tomo. 1. nostri instruct. Part. 2. cap. 6. dicimus ergo primò secundum Cordub. in tract. de casibus conscientiæ, quæst. 54. prælatus aliorum religionum excepto ordine sancti Francisci, tum ipse potest donare de bonis conuentus extra ordinem sine licentia conuentus, aliquid modicum, scilicet. 10. aureos tantum ex causa pia, vel rationabili, tum potest eandem summam decem aureorum ex eadem causa, de bonis monasterij donandi alicui religioso de eodẽ monasterio facere copiam. Cæterum vltra hanc summam donare non poterit particularis prælatus conuentus, scilicet, prior conuentualis, quia ad maiorem summam donandam licentiam concedere pertinet ad prælatum fungentẽ iurisdictione, quasi episcopali, qualis est generalis magister, aut prouincialis, pia autem causa censetur esse si tales. 10. aurei donentur pro pauperibus, vel pro necessitatibus subleuandis, pro nuptijs mulierum, vel cognatarum, vel pro gratitudine, vel promissis, aut diuino cultu.

Dictum. 2. ¶ Secundò, quod centum aureos collatos religioso ab amico laico si sint iam dominiũ, & proprietas eorum in conuentum translata vt religiosus donet alicui personæ sæculari vt illa inſumat eos in redditus, vnde quotannis religioso suppeditentur. 7. aurei, & in fine vitæ religiosi, secularis hic eos redditus sibi vendicet, nec Generalis vel prouincialis soli, & per se sine consensu conuentus, sed neque conuẽtus sine generali vel prouinciali licentiam præstare possunt. Nam & etiam talis secularis eorum restitutioni obnoxius maneret, nisi generalis, vel prouintialis, simul cum consensu libero monasterij eam licentiam præstitisset. Cuius potissima ratio est, quia iam isti centũ aurei, ex quibus emendi erãt redditus postquã translati sunt in dominium monasterij, vt inde emerentur redditus, computãtur inter bona immobilia secundum Clement. exiui. de verbo. signif. & in hac alienatione per donationem nulla interuenit vtilitas, aut necessitas monasterij. Imò videtur cædere in fraudẽ præiudicium que monasterij. Vnde cum potestas gubernatiua prælatorum, & administratio bonorum conuentus in monasterij commodum sit, & non in eius detrimentum: fit sanè, vt prouintialis, vel generalis per se soli talem licentiam præstare non possint, iuxta Ioan. de Imo. in Clemen. monasteriorum. de reb. eccle. alienat. & communiter Doctores, vt breuiter refertur à Sylvest. verbo. alienatio. quæst. 4. quæst. 6. quæst. 8. quæst 9. & 12. & 13. & sequent.

¶ Tertiò dicimus, quòd prædicti centũ aurei, si sic non sunt recepti, vt eorum dominiũ transierit in conuentum: tunc priores conuẽtus, vel abbatissæ, si contingat inter moniales, possunt per se solum prædictam concedere licentiam ad eos cẽtum aureos donandum laico sub prædicta conditione. Ita Corduba, vbi supra, cuius rationem reddit, scilicet, quia hi centum aurei (vt supponimus) monasterij bona non sunt, de quibus communiter tum ius commune, tum doctores loquuntur. Vnde cum nullo iure, aut ordinis regula hæc facultas priori conuentuali, vel prioriſſæ sit interdicta videtur facultas hanc præstandi licentiam non sit eis deneganda. *Dictum. 3.*

¶ Quartò superaddimus, quòd quia circa donationes remuneratiuas prælati ampliori potestate funguntur posset Generalis, vel prouincialis concedere licentiam religioso, vel religiosę, vt illos centum aureos, sibi collatos ab aliquo laico, vel amico extra ordinem constitutis, vt extra ordinem possint dare per viam donationis remuneratiuæ personę benefactrici conuentus, vel illius religiosi, ex quo commodum persensit conuentus, & leuamen: etiã si illi centum aurei sint iam translati in dominium conuentus, nam ratio naturalis dictat vt ait Thom. 2. 2. de gratitudine q. 1006. art. 3. q̃ quia beneficiatus est propter benefactorẽ vt effectus est propter causam, vt beneficio effectus regratietur suo benefactori per viam remunerationis. Ad prædicta facit Sylvest. verbo alienatio quæst. 19. & Nauarrus. q. 54. *Dictum. 4.*

fol.

fol. 143. neque eſt ſimile de libere derelicto religioſo, vel mortali tempore profeſsionis ceu pars ſuæ hæreditariæ partis, aut legitimæ, quia hoc vt donaretur extra ordinem licentia dari non poteſt ſine licentia prouincialis, & cõuentus ſimul vt ſupra dictum eſt.

De prælat. Quæſt. Dictum. 1.

¶ Scitu opus eſt etiam de prælatis eccleſiæ non regularibus an aliquid poſsint donare, ſcilicet, epiſcopi, archiepiſcopi, & ſimiles, pro cuius intelligentia notabis poſſe epiſcopum vel abbatem, vel prælatum alium donare aliquas res ex cauſis iuſtis ſine conſenſu capituli ſi res ſint huiuſmodi, quarum donatio non vergeret in graue detrimentum ſuarum eccleſiarum. l. 7. tit. 14. Partit. 1.

¶ Poteſt inſuper epiſcopus cum conſenſu patroni donare aliquam eccleſiam monaſterio, validaque eſſet hæc donatio, dum cathedraticum, & ius viſitandi, puniendi, & emendandi emendanda ibi ſimul non donet, quia ad hæc donanda conſenſus Papæ requiritur expreſſus. l. 6. tit. 14. Partit. 1.

2. ¶ Adde ſecundò quod epiſcopus etiam cũ conſenſu capituli non poteſt vnam, vel plures donationes facere in totum, excedentes centenam partem redditum ſuę menſæ. Nam in eo quod hanc centenam quotam exceſſerint reuocandæ ſunt, niſi cum Papæ auctoritate, & conſenſu fuiſſent factæ, vel niſi ad redimendos eius parochianos captiuos, vel ad alendos pauperes tempore famis, vel ad alia neceſſaria, & vtilia eccleſię tales vel donationes, alienationes fierent, vel ad monaſterium conſtruendum. l. 4 tit. 14. Partita. 1. & l. 5. tit. 14.

Idem de abbati.

¶ Idemque dicendum eſt de abbatibus, & alijs prælatis qui non ſunt exempti, qui tales donationes, ſeu alienationes tenentur facere non ſolum cum conſenſu ſui capituli, ſed etiã cum autoritate ſui epiſcopi, vbi fieri debent. l. 5. & l. 3. tit. 4. lib. 5. del Fuero iuzgo.

De rectoribus.

¶ Idemque ſubinde iudicium eſt de rectoribus, & curatis eccleſiarũ. Nam hi quoq; ſine cõſenſu ſui epiſcopi donationes vel alienationes de bonis ſuarũ eccleſiarum facere nõ poſſunt, ꝙ ſi fecerint reuocari poſſunt per epiſcopum. niſi poſtea epiſcopus præſtiterit conſenſum. Sic enim & capitulum poſt factum præſtare poteſt conſenſum, vt ratum maneat ꝙ anteà epiſcopus ſine cõſenſu capituli donauerat, vel alienauerat, vide l. dicta. 5. & vide Panorm. cap. cum apoſtolica de his quæ fiunt à prælatis & cap. nõnulli de reb. eccle. non alie.

3. ¶ Adde tertiò quod ex. quæſt. 2. Terulas conceditur epiſcopo facultas etiam ſine conſenſu capituli diſtrahendi per venditionem, vel dationem (vt inſinuat gloſſa) terras, aut vineolas exiguas eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitas paruas. Quæ quidem exiguitas cenſetur eſſe ſecundum gloſſam ibi, dum tales terrulæ, vel vineolæ non valent vltra. 20. ſolidos, vel melius dicitur, ſecundum Hoſtien. quod adhoc quod cenſeantur exiguæ iſtæ terrulæ, vel vineolæ, conſuetudo terræ, & facultates eccleſiæ, & rei venditæ, vel datæ facultas, & valor attendantur oportet. Vide ibi gloſſam in margine citantem in hanc ſententiam Gofr.

De priaribus. 4

¶ Attende quartò de prioribus conuentualibus ordinis Prædicatorum, quod in noſtro Inſtruct. 2. part. cap. 6. diximus propter ordinationem in capitulo Piſano eos non poſſe donare, aut expendere de rebus ſibi datis ab alijs vltra. 10. aureos (prout concedit Corduba) ſine licentia prouincialis. Nam & ſi aliqui poſſint allegare talem ordinationem receſsiſſe ab vſu, tamen docti, timoratæque conſcientiæ Priores non audent illis ſpecialiter data expendere, aut donare in conſulto prouinciali præſertim in magna quantitate recognoſcentes ſe voto paupertatis aſtrictos, neque omnino in diſpenſatione, ſibi datorum liberos ſe eſſe. Igitur in his conſuetudo rationabilis, ſicut in alijs approbata per ſuperiores eſt obſeruanda, & non exercenda.

Quæſt. Dictum. 1.

¶ Præterea de religioſis ſubditis ſi quæratur, an ſub interpretatiua licentia prælati aliquid poſsint donare, & in qua quantitate adhoc, iuxta dicta in noſtro Inſtructorio. capit. allegato.

De religioſis quoad donat.

¶ Dicimus primò, quòd dum religioſus peregrinatur à conuentu ex ſibi in eleemoſyna, vel aliter pecunijs donatis in via poteſt ſub tali licentia interpretatiua ſui prælati aliquid expendere cum conſanguineis etiam diuitibus, vt verbi gratia, impartire illis decem aureos, aut donare illis rem huic valori decem aureorum æquiualentem patet. Quia hæc donatio, neque prodiga eſt, ſed rationabilis, quare in ratihabitione, vel in licentia prælati ſolet fundari, dum prælatus eſt abſens, quippe quì nõ eſt præſumendus in rationabilibus, vbi præabſentia non poteſt eius petilicentia, quod velit eſſe nimis criticus aut rigidus.

2. ¶ Adde ſecundò, quòd ſi religioſus det librum alteri religioſo valentem. 5. argenteos, non eſt cenſendum eſſe peccatum mortale: tum, quia hic ratihabitio, ſeu interpretatiua licentia prælati poteſt præſumi, qui non cenſendus eſt eſſe nimius in rebus modicis: tũ, quia id in damnum conuentus non cædit. Sicut etiam

etiam in graue nocumentum conuentus non esse iudicauim⁹, si religiosus accipiat à conuẽtu, vt expendat in minima quantitate, quare ad hunc finem, dum non sit mortaliter malus religiosum accipientem argenteum, vel dimidium á peccato mortali excusauimus ob dictas rationes: hæc autem hactenus eatenus intelligimus vera esse, quatenus nihil occurrit obstans, scilicet, mandatum, aut decretum capituli prohibens neque in absentia etiam aliquid sine licentia prælati expressa posse expendi. Quia tunc religiosus non excusaretur nisi in absentia prælati, vbi non possit peti eius licentia tam vrgens necessitas occurreret, quæ careret lege, vbi epiqueya, quæ mentem legislatoris interpretatur, vti posset.

Dub. ¶An autem religiosus pecuniam sibi concessam à prælato, vt expendat eam in sibi placentes vsus, si ludo perdat, vel donet fœminæ causa obtinendæ copulæ, an validæ sint istæ donationes, diximus autem in nostro Instructorio parte. 2. cap. 34. affirmatiuam Alcoceri in summa de ludo, & Metinæ in sua instruct. fol. 153. esse probabilem, scilicet, quod talis datio teneat, licet etiam opposita probabilis quoque reputetur. Probat autem eam Metina, cui non contradicit frat. Iosephus in suis floribus. Nam postquam iam ex licentia prælati religiosus illam alienaturus aliàs erat in sibi placentes vsus, iam conuentus nihil detrimenti videtur capere. Secus si prælatus restrinxit licentiam ad vsus tantum licitos, sed quia hic agimus propriè de donationibus, & quia hæ non sunt propriæ donationes de his sit satis.

Resp.

Quæstio. ¶De alijs religiosis, qui aliqua exemptione gaudent an possint de bonis à se acquisitis donare dicendum venit cum Nauarro, & cum Corduba illum allegante in tractatu de reddi tibus ecclesiasticis fol. 52. &. 53. quod quatuor sunt genera religiosorum huiusmodi de quibus etiam ipse Corduba meminit in tract. de casibus conscientiæ quæst. 54. Nam primò ali qui sunt beneficiati in suis domibus extra monasterium constituti cum debita, & sufficienti licentia, & his ordinariè Papa solitus est concedere priuilegium ad suos redditus ad ministrandum disponendumque de eis tam in vita, quam in morte ad opera pia. Adde q aliqui militare sordines facultati generali sunt donati ad testandum de fructibus suæ commẽdæ impensa certa quota in vita suo magistro.

Religiosi exemp. nã donant.

4. genera religios.

1.

2. ¶Alij autem sunt religiosi, qui licet beneficiati non sint, tamen extra monasterium in suis domibus commorantur cum licentia Papæ, vel cum alterius licentia sufficienti, qui de suo labore, & industria, vel ex eleemosynis sibi collatis victum & vestitum sibi parant nihil suis monasterijs dantes, vel ab eis aliquid accipientes, quibus etiam Papa impartire solet eadem priuilegia, quę & primis. Quia licet omnia bona istorum, quoad proprietatẽ sint suorum monasteriorum: tamen de alijs bonis, quæ antea ad monasterium non attinebãt, quia alijs vijs ab ipsis comparata sunt, potuit Papa sine præiudicio monasteriorum prædicta priuilegia eis indulgere.

3. ¶Sunt autem alij religiosi, qui beneficijs carentes in perfecta communitate non viuũt, sed in suis mansiunculis intra septa tamen monasterij manentes ex licentia prælati quotam aliquam panis, & vini, & pecuniarum pro suo victu, & vestitu á monasterio accipiunt, ita q siquid eis ad victum, & vestitum exinde desit, ipsi aliunde illud quæritantes supplent, & siquid inde sibi supperlit sibi reseruant, vt Syluester tradit. Quibus etiam Papa solitus est aliqua indulgere priuilegia, sicut & primis ad donandum pro operibus pijs etiã in morte, quia indulgentia hæc nihil aliud est, quàm quædã extensio administrationis illorum bonorum, vt sicut cum licentia tacita, vel expressa poterant sic illa expendere in vita, ita possint in morte.

4. ¶Alij autem sunt religiosi intra septa monasterij in perfecta communitate viuentes, quibus Papa prædicta priuilegia donandi ad pias causas non concedit, nõ quia non possit, sed quia tales non habent aliquid in proprietate, vel in administratione vnde donare, vel testari possint. Quamuis si vsu eueniret, vt esset aliquis religiosus, qui tempore ingressus religionis, vel postea via legitimæ successionis, vel donationis monasterio magnam copiam bonorum acquisiuit, vel sua industria, & labore in multis bonis suum monasterium adauxit, non immeritò superior & potiori iure Papa præstare potest facultatem ad aliquod peculium pro suis necessitatibus habendum, vel ad donandum in vita, vel in morte aliquid cognatis, vel amicis, pauperibus, vel promissis sibi dicendis, vel pro aliqua memoria pia, sicut aliquando vsu euenit fieri ad remunerandum huiusmodi religiosos, vel ad animandos alios, vt similia bona digna remuneratione pro monasterijs suis faciant, ita Nauarrus q & conducit ad superius dicta, sed de hoc inferius dicemus iuxta Conc. Trid.

¶Accedit vltimò, quòd Sotus de iustit. & iur. ait, scilicet, quòd religiosus Episcopus bona ha-

De episcop. reg.

na habita ante epiſcopatum ſicut etiam patrimonialia bona quia monaſterio attituent, monaſterio relinquere tenetur, ſed de bonis eccleſiaſticis ſibi obuenientibus, quamuis donare poſsit in vita ad pias cauſas, ſed de his teſtari non poteſt in morte, niſi ex licentia Papæ.

CAP. XLI. *De vxoribus an quid valide donare poſsint, vxoris eleemoſina quanta debeat, vel poſsit eſſe caſus, vbi vxor donat vel non referuntur, vxor an donare poſsit de bonis communibus, & an in caſu quo poſsit requiratur cõſenſus viri de intellectu legum obiectarum, quo modo vir poteſt donare, & de quotidianis eius donationibus, notãtur aliqua pro caſibus quotidianis, de dote promiſſa à viro, & vnde ſit ſoluẽda, ſi ſit promiſſa filiæ ab vtroq; parente, de ſpecialibus diſpoſitionibus Hiſpaniæ circa meliorationes filiorum, & circa donationes arrarum, & circa alia ſponſæ donata, de donatione facta filio plus laboranti, expẽſæ factæ in bonis filij, & in nuptijs filiarum, & de mundo muliebri an cenſeantur dotatæ.*

De vxoribus. Quæſt.

NVnc autem de vxoribus an quid donare validè poſsint incidit hic dubitatio, & quidem quoniam eleemoſina genus quoddam eſt largitionis gratuitæ, de ea primò dicimus, quod vxor ſecundum D. Thom. 2. 2. poteſt largiri eleemoſinam ſi aliquid præter dotẽ habet, vel ex proprio lucro, vel alio licito modo acquiſitũ ſine conſenſu viri, ſed hoc dictũ D. Thomæ locum habet in alijs regnis, vbi id in vſu eſt, ſed non in Hiſpania, vbi lucra ſunt communia, & vbi adminiſtratio bonorum vxoris pertinet ad maritum, quare fœminæ coniugatæ in Hiſpania poſſunt erogare aliquid in eleemoſinam ſecundum conſuetudinem mariti, & ſua conditione, & facultatibus penſatis, quia conſuetudo dat iuriſdictionẽ, licet maritus ſic generaliter prohibeat, et, quia debet ſane intelligi prohibitio. Confirmat hoc magiſter Bañes. 2. 2. de eleemoſ. qui ait poſſe coniugatam aſſueta in eleemoſinam erogare. Imo (vt ipſe aſſerit vigeſimam partem bonorum quotannis acquiſitorum, quæ in Hiſpania acquiſita durante matrimonio dicuntur eſſe communia, in eleemoſinas etiam viro neſciente fœmina coniugata expendere poteſt. Quia conſiderandum eſt quid deceat & in hac parte vxoratas fœminas facere, & non iuxta duram voluntatem virorum. Item quando vir eſſet fatuus, quia tunc gubernatio domus ad vxorem pertineret, vel quando vir tradidiſſet vxori gubernationem domus, poſſet tunc eas largiri eleemoſinas, quas poſſet, & teneretur dare vir. ¶ Item quãdo vir aſsignauit vxori certũ quid prò victu, & ipſa abſtinet, de ſuperfluo poteſt eleemoſynam facere, neque debet id expendi in expenſas domus, quia ad illas tenetur vir ex dote, & gubernatione familiæ.

Vxoris eleemoſ. quanta.

¶ Iam reliquos dicamus caſus in quibus mulier licitè poteſt, vel interdicitur donare, dum eſt coniugata. Primò igitur, vt habetur. C. de reuocan. donat. & eſt bona lex, vt dicitur in ſummario. l. velles. donatione perfecta poteſt mulier coniugata vni ex filijs aliquid donare validè, marito, & alijs filijs abſentibus, neque propter eorum abſentiam talis donatio iam perfecta reſcinditur. Hoc autem dicit Baldus.

Caſus vbi vxor donat, vel nõ 1.

¶ Secundò (vt ait Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſt. 125.) ſecundum Doctores mulier vltra dotem, & arras adducens ad matrimonium, vel habens ſua induſtria acquiſita, vel pro ſua ſuſtentatione ſignata taliter, vt ea poſsit expendere vt vult, de his poteſt dare, & donare cui voluerit, dum maritus hoc ei non prohibet, quia non videt eam eſſe diſsipatricẽ talium bonorum, aut eis malè vti. Præſertim autẽ in Hiſpania, vt diximus vir, quia adminiſtrator bonorum vxoris eſt etiam ſi conceſſerit licentiam eam reuocare in hac parte poterit, dum viderit vxorem ea malè vti. Item nunc plures vxores magnatum in Hiſpania habent aliqua bona conſignata ad ſuos vſus, de quibus poſſunt donationes facere, dum ab eis faciendis propter abuſum, vel prodigalitatem, vel ob aliam cauſam non inhibentur à maritis.

2.

Quæſt. Vxor an donat de bon. cõmunibus.

¶ Iam quæſtio frequens in contingentia, ſcituque neceſſaria emergit, vtrum mulier vxorata de bonis communibus, ſcilicet, durante matrimonio acquiſitis poſsit citra extremam neceſsitatem, de qua hic non loquimur aliquid dono dare, vel erogare abſque licentia mariti ſuis parentibus, aut fratribus grauiter egentibus, licet non extremè. At videtur quidem, quod id ei liceat. Nam leges tam particulares Hiſpaniæ quàm iuris communis id ſibi videntur concedere: tum, quia in lege Fori regalis, id eſt, del Fuero real de Caſtilla, lib. 3. titulo. 8. l. 1. ſtabilitur, vt ſi pater, vel mater in vita filiorum in paupertatem deuenerint, ſiuè filij ſint coniugati, ſiuè nõ propoſſe vniuscuiuſque filij à filijs gubernentur, ſcilicet, in præſtanda eis ſuſtentatione.

Obiect. 1.

¶ Tum ibi ſancitur, quod ſi aliquis frater pauperate laboret, à fratribus prædicto modo gu-

Obiect. 2.

do gubernetur, & si pater, vel mater ex hac vita migrauerint, filij remanentem quoad sustentationem gubernent, quod si matrimonium contraxerint gubernationis, & sustentationis dimidium, quod ante eis præstabant subministrent, nouercam autem alere non tenentur.

Obiect. 3. ¶Tum quia secundum glossam in l. si quis à liberis. §. vtrum verbo iustè. ff. de lib. agnoscen. dicitur quod frater tenetur alimentare fratrem & gloss. in l. 1. C. de alend. liber. 1. & ibi Cynus, & Bartolus, idem affirmant cũ alijs doctoribus, imo Gregorius Lopez in glossa fin. l. 4. tit. 19. Part. 4. id etiam extendit ad fratrem naturalem non legitimum, quamuis Angel. Aretinus. §. si minus. instit. de action. videatur limitare in fratribus vtrinque coniunctis, quæ quidem limitatio respuitur à doctoribus, vnde neque tenenda videtur, ergo etiã mulier coniugata non videtur excludenda ab his obligationibus etiam si mariti consensum non præstent, quia hæc iura expresse eas non excludunt. ¶Item de iure diuino est alere patrem ergo sine consensu viri id licet.

In contra. ¶Sed in contrarium videtur esse vsus, qui est interpres legis.

Dictum. 1. ¶Ad quæstionem dicendum duximus primò, quod si mulier coniugata manifestè citra suspitionem exploratum haberet maritum suum in fraudem suam suorumque filiorum suis cõsanguineis, aut alijs personis aliqua impendisse semel, vel pluries posset tunc secretè inde in æquali summa accipere ad impertiẽdum suis parentibus, vel liberis ex alio marito habitis. Hoc autem vxori licet facere, quando via iustitiæ, aut secluſis dissidijs, aut iurgijs cum viro, aut sine alijs hinc oriundis incõuenientibus non posset ipsa obtinere recompensam damni, quod sibi, & suis hæredibus prædicto modo donando suis, aut alijs maritus infert, hoc autem tum Rodericus Xuar. testatur. in l. quoniã. C. de in officios. testam. & Gregorius Lopez in l. 8. & gloss. penul. tit. 4. Partita. 5.

¶Confirmatur autem hoc per notata à Socino consil. 93. in. 1. volumine. Nam quando via iudicis aut iudicij ius suum quis obtinere non potest, potest ipse sibi ius dicere cap. ius gentium distinct. 1. & glossa ibidem, & in cap. olim de rest. spoliat. arg. cap. 1. de milit. vassal.

Dictum. 2. ¶Secundò dicitur, quod quando parentes, vel filij mulieris coniugatæ quos habet ex alio viro graui laborarent penuria etiam citra extremam, ita vt cum indecentia status vitam inciperent agere, & rogatus maritus, vt in aliquam subuentionem præstandam eis per vxorem consentiret renuit præstare consensum, si neque via iustitiæ, prout per leges regni compelli poterat ad hoc præstandum cõsensum, sine odijs, & iurgijs. Id consensus præstaturus probabiliter non creditur: licebit tũc vxori paulatim secretò sic egentibus parentibus, & filijs subuenire: dum modo cum vero animo id faciat, scilicet, recompensandi tempore partitionis ex parte bonorum, sibi contingenti, id in quo propterea maritus eius, maritique hæredes videntur fuisse defraudati: hancque recompẽsationem fieri curet, quod etiam in casu dicti primi curandum est. Hoc autem secundum dictum patet. Quia de iure naturali est subuenire maximè parentibus, & filijs etiam in graui necessitate citra extremã. Tum, quia sicut in extrema necessitate etiam renuente viro vxor alijs subuenire posset, ita videtur posse in graui necessitate decentiæ, & status filijs, & parentibus prædicto modo subuenire. Quia vxor transit ad virum cum onere suo, & obligatione naturali, ita Corduba vbi supra, qui ait hoc esse verum in foro conscientiæ, quidquid sit de foro iudiciali. *Limitatio.*

¶Si autem quis pergat inquirere, an ad prædicta in hoc secundo casu faciendo requiratur, vt consensus mariti, eiusque licentia petatur, videtur quòd non. Quia etiam renuente viro vxor ea ad quæ obligatur de iure diuino, & naturali tenetur præstare. *Quæst.* *Obiect. 1.*

¶Tum, quia l. mutus. ff. de iur. dotium habetur, quod manente matrimonio, non perditutæ aliàs non perditrici Hispanicè, nó desperdiciadora, vxori ob has causas dos reddi potest, vt se suosque alat, vt fundum emat idoneum, vt insulam, vel in exilium relegato parenti præstet alimenta, aut egentem virum, fratrem, sororemue sustineat. Hæc ibi, ergo postquam lex hoc vxori concedit poterit alimenta præstare parenti fratri, aut sorori indigentibus. *2.*

Dictum. 1. ¶Ad quæstionem ergo dicimus primò, q loquendo de regnis Castellæ, iuxta iura regni maritus administrationem obtinet omnium bonorum cõmunium dotis, & arrarum, aliorumque bonorum, quocirca dotem, arrasque conseruare tenetur, quatenus vxori post mortem eius integræ, & saluæ restituantur, & lucra communia durante matrimonio acquisita in morte cuiuscunque illorũ veniunt æqualiter pro dimidio inter superstitem, & hæredes mortui diuidenda.

¶Ex

Dictum.2. ¶Ex prædictis secundò inferimus corollarium quod secluſis prædictis casibus, scilicet, vbi vxor sine scandalo, & simultatum perturbationibus licentiam non posset obtinere à marito, vbi tunc liberis & parentibus egentibus sine licentia viri posset subuenire, & in primo dicto, vbi fraudem patenter persentiret mariti, vbi suis posset via recompensationis tãtundem secreto donare, in casibus alijs nõ potest sine consensu mariti requisito & obtento aliquid præsertim contra eius voluntatem si sit notabile donare.

Corol. ¶Hinc corollariè intulit Nauarrus in additione ad cap.17.nu.153. suæ summæ, quod licet vxor attulerit magnam dotem puta vltra.12.millia aureorum, non potest absq; licentia mariti nutrici suæ.50.aureos dono dare, nisi pro suis vsibus habeat consignata à viro aliqua bona, aliàs dando, vel sic donando de bonis dotalibus, vel accessorijs ad dotem, vt de arris, restitutioni vltra peccatum subderetur, quia ad virum pertinet administratio horum bonorum, & custodia eorum, & redditio rationis eorum.

Ad obiect. ¶Ad obiectiones autem in contra tam primæ quam huius secundæ quæstionis respondendo, dicitur ad primam quod citatæ leges, aut similes de viris intelligendæ sunt, non de fœminis coniugati;. Nam licet maritus com putando id in suam partẽ teneatur alere suos parentes ac fratres, etiam non extremè egentes, non tamen sic parentes, & fratres vxoris ex suis bonis alere tenetur, sed neque suos vxor alere potest sine licentia mariti, quia ad virũ pertinet bonorum administratio tantum, & non ad vxorem, ita Silvest. verbo alimenta quæstion.1. & verbo vxor.

Intellectus leg.

Ad l.mut°. ¶Ad.l.mutus.ff. de iur. dotium respondetur, quod nihil obstat, quia ipsa, & lex quamuis & sequentes.ff. solut. matr. intelliguntur illa concedere mulieri consentiente marito, ac de eius licentia, & non aliter, vt ex eisdem legibus patet iuxta sententiam doctorum cõmuniter, neque maritus cogi potest ad alendos fratres vxoris egentes extra extremam necessitatem secundum doctores, & glossam ibidem, vir autem alere debet nurum, & pro nurum (vt tradit Silvest. verbo. alimenta. §.2. quæst.3. quod probat ex. l. si quis pro vxore. ff. de don. inter vir. & vxor. quia est necessarium onus. Similiter socer tenetur alere nurum, nisi in contrarium fiat pactio.

Ad aliam obiect. ¶Ad rationem quę etiam in contra objiciebatur dicitur, quod sicut extrema necessitas non tradit licentiam subripiendi necessaria ab alijs, quando alias rogati subuenire, subuenturi creduntur, ita neque indigentia parentum, & filiorum quamuis eis subuenire sit de iure diuino, & naturali licentiam non præbet vxori, vt eis aliquid in subuentionem præstet in consulto marito, nisi quando rogatus subuenire renuit, sed neque via iustitiæ, sine magna perturbatione pacis inter virum, & vxorem ad subueniendum compelli non posset.

Vt donet vir. ¶Porrò & è contra, quia correlatiua sunt vxor, & maritus indagare oportet & illos casus, in quibus maritus de bonis communibus durante matrimonio acquisitis aliquid validè, aut sine noxa restitutionis donare possit, aut expendere.

Dictum.1. ¶Ad quæstionem distinctè faciendo satis dicimus primò, quòd in regnis Castellæ, quia vir administrator istorum bonorum communium est, ipse absque consensu, & licẽtia vxoris, imò ipsa etiam contradicente potest non solum per viam contractus oneroſi, scilicet, emptionis, & venditionis, sed etiam per donationes improprias quales sunt, quæ in remunerationem seruitiorum, & beneficiorum receptorum cædunt, aliquid de his bonis communibus largiri: dum modo huiusmodi largitiones æstimationem meritorum eorum, quibus fiunt non excedant, neque in fraudem fiant. Imò eleemosynæ veræ gratia, sine fraude donare potest pro arbitrio, pro honore Dei, & salute animæ suæ, & remissionis peccatorum suorum, & sic paulatim plures donationes facere modicas sigillatim: & per se, etiã si simul iunctæ eam conficiant summam, quam quia notabilis esset simul, & semel donare non posset, sine obligatione de parte sibi debita defalcandi. Patet autem hoc dictum primum, quia cum sit administrator bonorum suorum, sibi non interdicitur sic donare paulatim, & pluries modica, & sine fraude, id est, sine intentione defraudandi vxorem, aut eius hæredes, quia sicut plures munitiones modicæ sanguinis per interualla factæ non notabiliter exhauriunt substantiam corporis, ita neque huiusmodi donationes modicæ paulatim factæ facultates viri, & vxoris notabiliter extenuant.

Quotidianæ virorũ donationes

Dictum.2. ¶Secundò dicimus, quòd si maritus faciat donationes magnas, tenetur eas computare in partem bonorum sibi debitã. Interdicitur ei enim in magna summa donare, nisi in sua parte bonorum id computet, quia præsumitur in fraudem vxoris facere, imò si plures donationes minutim faceret vir in fraudem

vxoris

vxoris,& filiorum vxoris, obnoxius fieret ad computandum in suam partem bonorum excessum notabilem, quem sic minutim dono contulisset,perinde ac si simul & semel in præiudicium prædictorum summam notabilem donasset. Adde quod si maritus aliquod iocale,vel supellectilia abvxore allata in dotem distraxisset, post mortem mariti ea repetere potest vxor:aut si detrita fuerint iuxta eorũ æstimationem,de bonis mariti sunt soluenda iuxta leges regni Castellæ, his consentit Nauarrus in summa cap.17. num. 153. & in additionibus ad idem,& ad cap.26.num. 36. accedit Silvest.tit. donatio. 1. quæst. 2. & donatio.2. quæst.7.verbo.dos.& verbo alimenta.& verbo.eleemosina.

Nota pro casibusquotidianis.

Dictum 3. ¶ Tertiò adijcimus quod si vir de bonis cõmunibus durante matrimonio acquisitis aliquid sine fraude dissipauerit luxui, vel ludo,vel commessationibus vacando, quamuis peccauerit,non tamen tenetur in suam partẽ id computare,ita Corduba, & Nauarrus locis citatis,& patet. Tum quia in sic expendendo ista bona,neque re vera fraus interfuit, neq; fraus secũdum leges præsumitur, quia potius animo suæ voluptati morem gerendi illa bona dilapidasse præsumitur, quàm in fraudem vxoris,aut liberorum eius. Tum quia medietas illorum bonorum non obuenit vxori, nisi post mortem mariti,& reuocabiliter, idest, nisi culpa mariti, vel alio casu fortuito perierint ante sine præsumptione fraudis.

Dictum.4. ¶ Accedit quartò quod dos promissa ab ambobus coniugibus communiter de bonis communibus soluenda est,quibus deficientibus de alijs bonis pro medietate soluenda venit,quod si solus pater durante matrimonio donat, propter nuptias, vel dotat filiam de bonis communibus,hoc est lucri factis id soluendum est pro medietate vtriusque coniugis,quod si hæc eis non suppetierint bona, de bonis mariti, & non de bonis mulieris id dotis, seu donationis impendendum est in eo,quod de bonis lucratiuis suppleri non potest in Recopilatione noua legũ lib. 5. l.8.tit. 9.fol.263.

Disp. recopil.

Dictum. 5. ¶ Itẽ notandũ quintò,quod cum parentes filio fecerint donationem,tunc intelligitur per hoc filius esse melioratus, & adauctus in eo quod ex donato in tertiam,& quintam partem, & legitimam suam potest intercadere, etiam si id non expresserint. Non valebit talis donatio in eo, quod prędictam summam excesserit, neque patres possunt aliam auctionem, seu melioratione superaddere, ita cauetur in Recopilatione prædict.verb.mejoras,lib.5.tit.8.l.3.& tit.6.l.16.

Disp. recopil.

¶ Deinde sextò notatu est opus, quod in prædicta Recopilatio. nou. leg.l.1.lib.5.tit.2. disponitur, quod nullus ex his regnis Castellæ,qui sibi desponsauerit sponsam, vel vxorẽ duxerit, possit sponsæ, vel vxori suæ dare in vestibus,& iocalibus,vel alijs rebus vltra octauam partem æstimationis dotis,quam cum illa receperit. Annullantur insuper, ac nullius valoris, & effectus ibi pronuntiantur esse contractus,pacta,vel promissiones,si quæ in fraudem huius legis fuerint factæ.

De arris.

¶ Hic quoq; & septimò attinet notare de arris, quæ veluti quædam donationes sunt, quod ead.prædict.Recopilatione.l. 2. titu.2. lib.5.sancitur,ne arræ excedant decimam partem bonorum maritj eas donantis, & quod huic legi nequeat renuntiari, & quod si scriba huius renuntiationis fidem dederit amissionem officij tabellionatus incurrat, quo deinceps fungi non valeat sub pœna falsarij, quæ quidem arræ pertinent ad vxorem ad eiusq; hæredes si caruerit liberis ibi.l.3.

Dictum 6. ¶ Insuper eadem Recopilat. lib.5.tit.3.l. 4. stabilitur,quod quælibet sponsa,siue de præsenti sit,siue de futuro matrimonio soluto lucretur medietatem omnium eorum, quæ ei sponsus dono contulerit ante matrimonij cõsummationẽ,siue ea pretiosa fuerint, vel non, si tamen sponsus eam fuerit osculatus. Alioquin si non osculatus sit eam nihil ipsa ex prædictis lucrabitur, sed ad hæredes sponsi reuertentur. Si autem iam consummato matrimonio aliquis eorum obierit, vxor eiusque hæredes tunc lucrabuntur omne id quod sponsus, dum esset desponsatus sponsæ dono contulit,si in huiusmodi matrimonio arræ non interuenerẽt, quod si arræ interfuere intra viginti dies à die requisitionis, qua vxor fuerit requisita, vel eius hæredes fuerint requisiti, si ipsa obierit eligere habent arras sibi accipere,vel relinquere, & illis derelictis, & refutatis, sibi tantum assumere, quod sponsus dum esset ei desponsatus sponsæ dono contulit, possunt. In his autem arrarum cõtractibus iuramentũ, sine pœna apponi potest.l.12.tit.1.lib.4.

Dispositio speciali.

Nota. De filio pl. labor.

¶ Præterea ad hanc materiam facit notasse, quod & Nauarrus in sua summa notat, scilicet, quod filius cui ratione seruitiorum non facta fuit donatio remuneratoria à patre, neque in vita patris est protestatus aliquid pro his seruitijs se petiturum, post mortem patris non potest pro eis aliquid petere, quia censetur fecisse amore filiali, ita Nauarrus summa

Latin,

Lat. cap. 17. num. 144. Imo si filia pro sustentatione patris id fecit, quia aliunde pater (eas operas, & labores si in eius sustentationem non contulisset filius) sustentari non poterat, non potest petere etiam si id protestatus esset l. si quis à liberis. §. idem. ff. de lib. agnos. & l. Nesenius. ff. de neg. gestis. & l. alime. C. eo. tit.

De expensis in bon. filij.

¶ Ad hæc nota quod expensas, quas fecit pater in bonis filij aduentitijs ad bona aduentitia augenda, nisi donauerit filio, à filio repetere potest, & in dubio, si illæ expensæ non sint magni momenti, eas donasse præsumitur quia creditur eas fecisse animo non repetendi: secus est autem si tanti momenti sint quod æstimationem fructuum inde colligendorum excedunt: quia eas tunc filius soluere, aut in sua legitima computare tenetur, ita Nauarrus.

Quæst.

De expensis in nupt. filiorum.

¶ Idemq; fere dicendum est de sumptibus factis à patre in filiorum, vel filiarum nuptijs, quia si de animo, quo pater tales expensas fecerit dubitatur, tunc hoc stante dubio secundum leges eas donasse præsumitur, quia animo non repetendi fecisse eas censetur vt habetur in. l. 3. §. fin. ff. de mun. & hon. & l. ex parte. §. filius. ff. famil. herciscundæ.

Quæst.

¶ Affinis quoque suprædictis quæstio est an filia, quæ tempore nuptiarum accepit à patre pro suæ personæ mundo muliebri vestes, ornamenta, iocalia, torques aureos, similiaq; tanquàm sibi donata hæc à patre vltra suam legitimam possit retinere sibi. Respondetur autem quod nisi pater in testamento expræsse significauerit se velle omnia ista filiæ donare non præsumitur donatio. l. ex parte. §. filius cum gloss. ff. famil. herciscu. & patet, quia tantũ præsumitur concessio vsus eorum. argu. l. id vestimentum. ff. de pecul. & l. mortis in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.

De mundo muliebri.

¶ Verum tamen dictum hoc exceptionem habet, quãdo & si non expræsit pater se velle donare iocalia, & ornamenta pretiosa, quæ contulit filiæ tempore nuptiarũ, tamen opes, & dignitas parentũ, vel dantium adeo magna est, vt illarum rerũ, & ornamentorum pretiosorum donatio facta fuisse præsumatur. l. filius ff. de donat. ita Siluest. verb. pecul. q. 12. At vestes in vsum quotidianum donatæ filiæ esse cẽsentur, vnde in sua legitima non sunt computandæ. Sed neq; vestes lugubres datæ vxori post mortem mariti, quia suæ fiunt, restituendæ non sunt per glossam in. l. ex re domini. ff. de stipulat. seruor.

(?)

CAP. XXXXVIII. *De dotatione filiarum, & de lege Matritica circa hoc, proponitur regula probabilis, tollens scrupulos pro qua facit Sotus de quantitate donationis gratiosæ, & quid de alijs non gratiosis sed ob causam animæ lenitatur sententia Nauarri. an pater dotet filios quod pro eorum solvit condemnationi, aut quod plus insumpsit cum vno eorum de casibus reuocationis meliorationis, de libris datis filio studenti, de donatis officialibus iustitiæ, an reus criminis donare possit, aut ob causam illicitam valeat facta donatio, de donatione sine insinuatione vel omnium bonorum, de donatis visitatoribus legatis, & prælatis.*

Quæst.

De lege Matritica de dotat. filiarum.

IAm hic illa quæstio, scilicet, an pater filiæ pro dote donare possit vltra illam quotam quam taxat lex Matritij anno. 1534. edita magnum negotium nobis faceſſeret, nisi in nostro Instructorio conscientiæ. 2. parte. capit. 25. eam expeditam fecissemus, vbi Primò diximus ante matrimonium, vel post matrimonium posse parentes augere meliorareque filias, etiam si suppetant sibi redditus vltra 2000. dipondiorum, tamen titulo dotis, vel nuptiarum, scilicet, stipulando generoso pro matrimonio filiæ eam augere, vel meliorare posse vetat talis lex Matritica, quia tantum dotes vltra quotam, quam taxat dare non permittit.

Resp.

¶ Dicimus præterea resolutoriè ad quæstionem non discedentes à sententia, quam illic in foro conscientiæ tenuimus, scilicet, quod vbi sic augere filias in dote non officiosa vltra suas legitimas, & vltra taxam legis Matriticæ vsu receptum est, licet per litem intentatam in foro litigioso talis dos excedens quotam lege Matritica præsignatam, & taxatam per iudices solita sit reuocari, dum eius proponitur repetitio, tamen ante repetitionẽ & ante sententiam iudicis non sunt damnandi in conscientia filia, aut gener, si eam dotem sic excedentem dum non sit inofficiosa sibi retineant in eo, quo inofficiosa non est propter tres rationes ibidem à nobis allatas. At tum potissimè sic tenemus propter illam regulam, quam valde probabilem reputamus, quippe quæ multas alias scrupulosas quæstiones dissoluit, scilicet, quod quando lex irritat dumtaxat contractum, neque prohibet expresse, vel ex consuetudine translationem dominij, talis contractus est in conscientia validus iuxta glossam. in. l. non est dubium. C. de legatis. quæ tradit solum denegari actionem legatorum, quæ ratione defectus solemnitatis sunt nulla.

Regula probabilis tollẽs scrupulos.

Facit pro ea Sotus.

¶ Sicq; Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 3 pie interpretatur iura humana imitantia contractus scilicet, quod nihil aliud volūt, quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli, non autem quod ipso statim facto transfatio dominij sit nulla: huic sententiæ nostrę videtur assentire Corduba in tractatu de casibus conscientiæ. q. 124. vbi quatenus attinet ad forum exterius Baeçam supra prædictam legem copiosè disputantem inducens, tandē ait prædictam legem (vt fertur) tantum in foro litigioso vigere, in foro autem conscientię talem dotationem superexcedentem legem in eo quod non est inofficiosa non irritari. At in hoc tandem Corduba videtur suum dictum inturbare, quod vsui, & praxi fori exterioris ait in conscientia nos debere conformare, cum tamen propter rationes à nobis in nostro Instructorio loco allegato allatas, nullus confessor, quē sciam ante repetitionē in iudicio illam dotationem restituere cogat, vide ibi reliqua.

Quæst.

¶ Prætereà sub silentio prætereunda non est illa quæstio, de qua non tantopere conuenit inter iurisdas scilicet, an possint parētes habentes filios legitimos donare vltra quintam partem bonorum pro anima sua. Ad quæstionem igitur breuiter quomā eius copiosè meminimus in 2. parte nostri Instructorij cap. 20. dicimus, quod secundum leges Hispaniæ in Recopilat. noua legum. l. 12. lib. 5. tit. 6. neque in vita, neq; in morte parentes habentes legitimos filios possunt facere donationes purè gratiosas vltra quintā partē bonorū suorū, sed non prohibentur iure facere donationes remuneratiuas excedentes quintam partem, dum non excedant merita, & seruitia eorum, quibus sic donant. Neq; etiam in conscientia sunt prohibiti donare vltra quintam partem prædictā pro operibus pijs pro salute animæ suæ. Ita Nauarrus in sum. lat. cap. 26. nu. 39. qui ait se defendisse dominā Mariam de Mēdoça, ingentes largientē eleęmosinas à murmure quorundam eruditorum: quia donationes hæ in eleæmosinas siuè in pias causas pro salute animę eas donantium cū non sint propriè donationes, quæ solent esse gratiosæ, sed sint dationes, vel largitiones ob causam ideſt ob salutem animæ, nam interdum per contractum onerosum. s. Capellaniæ vel Missarum quotannis dicendarum solent fieri, non videntur in fauorem libertatis ecclesiæ sub prædicta lege comprehendi: quæ lex cum sit velut odiosa respectu donatoris, quia cōtra animæ eius fauorem videtur esse restringenda ad donationes tantum gratiosas, quæ propriè sunt donationes. Hanc tamen sententiam Nauarri quam copiosius loco supra allegato probauimus, propter dictū Apost. 1. ad Timot. 5. sic dicentis. Qui suorum curam non habet est infideli deterior. est &. 2. ad Corint. 12. parentes debent thesaurizare filijs, & propter dictum D. Augustini dicentis nulla lege permittitur ecclesias ditare, & filios in egestate relinquere, eatenus acceptamus, & eam sustinemus in conscientia, quatenus filij non defraudentur, sed pro qualitate decentiæ status parentum, pro decentia status sustentanda filijs aliàs sufficienter consulatur à patribus: vide reliqua in loco citato.

Donat gratiose quæ sunt.

Limita. sententiam Nau.

¶ Insuper & ab hoc loco non abhorret illa quæstio, scilicet, vtrū pater censendus sit donasse filijs ducentos aureos, quos pro ipsis persoluit, quia in his fuerūt condemnati filij, quia in morte cuiusdā inuenti conuicti sunt, quæstio est cuius meminit Corduba tractatu de casibus conscientiæ q. 131. ¶ Ad quæstionem ergo dicimus primò, ex sententia Nauarri in sum. cap. 17. nu. 165. quod si pater non compulsus aliquo statuto regni, vel ciuitatis, sed spōtaneus, & quasi mera quadā paterna pietate adactus aliqui pro delicto filij pēdit quo eū eruat tū à pœna, tū à carcere, ita id videtur donatū fi io, vt filius nō teneatur in sua legitima computare. Secus est si nō spontaneus soluit id pater, sed coactus statuto regni, vel ciuitatis decernenti de ligitima filij pro delicto filij patrē debere soluere pœnam pecuniariam quia tunc pater filio pro eius delicto solutum non videtur donasse. ¶ Secūdò dicitur ad quęstionem de mente Cordubæ, quod in casu, quo ambo fratres culpabiles inuenti sunt re vera in prædicta morte, si pater illos. 200. aureos pro eorum delicto solutos noluit eis donare, aut remittere, æqualiter si fuerunt condemnati in illis, æqualiter in eorum legitimis sunt computandi. Secus est in conscientia, si vnus eorum fratrū in culpa mortis fuit, alter verò innocens fuit, quia tantū dū in conflictu se inuenit cum moderamine inculpatæ tutelæ fratrē defendit, quia tūc illi. 200. aurei in legitima fratris culpabilis sunt in cōscientia cōputandi, quidquid sit de foro exteriori, vbi quia leges fundant in præsumptione, solet etiā interdū propter præsumptionē condēnari defensores etiā cū moderamine se, vel alios defendētes. Concordat Paul. Grilandus lib. 5 de pœnis incarceratorum art. 5. fol. 114. & Siluester. peculium. 2. q. 14. & q. 25. & q. 27. & Nauarrus vbi supra.

Quæst.

Resp.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Ne

¶ Nequid hic desit, quòd aliúnde sit petendú, & hic merito dubitatur an id quòd pater cum filio vno plus insumpsit, quàm cum alijs videatur illu donasse, ita vt non teneatur in sua legitima cóputare. Respõdetur ergo ad quæstionem, quod dupliciter potuit plus insumere pater cum vno filio, quàm cum alijs, primo modo sua propria manú, & suomet arbitrio nutriendo filiu in luxu, & in excedenti statu, & tunc dicendú est hos sumptus non fore in legitima filij computandos etiam si excedant: neque enim interfuit hic aliqua largitio, vel donatio ptopriè facta filio de aliquib⁹ bonis sibi, vel alijs seruandis. Si autem filius hic quẽ prodiga manu in statu excedenti sustentauit pater, tempore diuisionis bonorum paternorum equos, vel vestes pretiosas habet superstites, deducere eas tenetur ad cumulum diuisionis. Ita Nauarrus in Additionibus super cap. 17. num. 158. & 160. sed ista assertio Nauarri intelligenda est, quãdo prædicta in morte, vel in vita filio non donauit pater, nam si donauit non tenebitur computare in legitima, nisi in eo in quo donatio potuit esse inofficiosa: si autẽ pater non propria manu faciendo expensas aluit filiú in statu superfluo, sed solũ subministrauit pecunias aliasq; res disponẽdas per filiú, si eas profudit in luxũ, cõmessationes, & ludos, tenetur hæc omnia adducere ad collationẽ cũ cæteris fratribus, quãdo non constat ante mortem patrem illa bona illi voluisse donare: quia id non explicuit. Quia aliàs in Recopilatione noua legum habetur tit. mejora. leg. 3. tit. 8. lib. 5. sicque decernitur dum parentes aliquid filio donauerint, tunc filius intelligatur titulo melioratio nis in tertia, & quinta parte, & sua legitima cõtenta quota esse adauctus, etiam si id donando expræsse non dixerint parentes, ità tamen vt inualida sit donatio in eo, quod fuerit in officiosa, neque aliam parentes possint super addere melioratione. ¶ Sed an hanc melio rationem, & donationẽ in tertia & quinta parte factam vsq; ad proprium obitum reuocare possint hic iam scitu est opus. Respondetur ergo ad quęstionem quod hanc donationem scilicet, tertiæ & quintæ partis bonorum factam filijs posse reuocare parentes vsque ad proprium obitum, concedit lex prima Recõpilationis nouæ lib. 5. tit. 6. nisi in tribus casibus ibi exceptis.

¶ Primus est nisi per contractum inter viuos parentes induxerint in possessionem rei, vel rerum in dicto tertio contentarum personam adauctam in tali tertia parte, vel eius nomine & autoritate possessionem petentẽ.

¶ Secundus casus est, nisi coram testibus tradiderint parentes tali filio donatario donationis factæ instrumentum. Tertius casus est, nisi talis contractus initus fuerit ex causa onerosa cum tertia persona, scilicet, via nuptiarum, vel ex alia simili causa. Quia in his tribus casibus cauetur, quod donatio tertiæ partis alsis non possit per parentes, vel donatores reuocari, nisi ipsi donatores in eadem donationis contractu reseruauerint sibi facultatem reuocandi, vel nisi alia interueniat causa, propter quam secundum iura regni donationes perfectæ, & iure factæ fiunt reuocabiles veniuntque reuocandæ, aliàs (vt prædicta lex dicat in principio) extra hos tres exceptos casus talis donatio vsque ad obitum patris, vel matris eam facientis reuocabilis est, siuè fiat inter viuos siue per viam vltimæ voluntatis, siuè fiat filio sub patris potestate constituto, siuè emancipato.

¶ Verumtamen prędictis non obstat, quod eadem Recopilat. libro. 5. titu. 6. l. 6. jancitur, scilicet, quod si promissio à parentibus, vel ascendentibus facta sit & instrumento publicò mandata per contractum inter viuos de non meliorando aliquem filiorum, vel descendentium, tunc si talem melioratione fecerit, eam lex inualidat. Sicut è conuerso, quando à prædictis promissio facta est de tali melioratione circa aliquem filiorum, vel descendentium in dicta tertia, & quinta parte facienda via nuptiarum, vel ex aliqua causa onerosa adimplenda est secundum legem, quod si adimpleta non fuerit, post mortem donationem hanc promittentium pro facta est habenda.

¶ Deinde quaritur vtrum libri collati à patre filio studenti censeantur esse donati, ita vt in legitima eos computare filius non teneatur. Ad quam quæstionem, dicimus Primò, quod non censentur donata filio bona, vel res, quæ pater pro illo emit, quando penes patrẽ in vita patris sunt reseruata, neque filio fuere tradita. Ita Nauarr. in sum. cap. 17. nu. 156. quia cum in vita ista bona non sunt tradita, non censentur esse donata, vt titulo melioration is possint retineri. Imo neque etiam filius doctor iã effectus, aut miles potest ista bona sibi ascribere, quia ista bona non fiunt castrensia, aut priuilegiata, nisi post illorum actualem traditionem, vnde adducenda sunt ad cumulum diuisionis.

¶ Secundò dicimus, quod etiam libri tradi tì à patre filio in studio versanti, si tempore

Quæst.

Distinct.

Casus reuocat. melior.

Except. 1.

Fit satis obiectio.

Quæst. Delibris datis filio studenti.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

mortis patris non erat ad doctoratus gradum promotus, vel sacris initiatus, vel institutus aduocatus, non acquiruntur ei tanquam bonum castrense. ff. de castren. peculi. l. 1. Secus est si tempore donationis iam erat doctor, vel aduocatus, vel sacris initiatus, quia tunc non poterit donatum reuocari quasi in continenti donatio sit valida. l. si filius. C. familiæ herciscundę non communicabitur cum alijs fratribus in eo quòd in officiosum non est.

¶ Tertiò dicimus quod non tenetur filius computare in sua legitima, quod pater insumpsit in eius studio, licet filius ad magisterij, vel doctoratus gradum non peruenerit, nisi filius apud patrem haberet peculium aduentitium, vel castrense, vel quasi castrense. Quia tunc tales sumptus studiorum non censetur pater donasse, sed de peculio filij eos facere voluisse. Vnde tunc sumptus hi in partem filij cõputabuntur, patet quoad primam partem. l. quæ pater. ff. famil. herc. quoad secundam partem sciunt notata in. l. fin. C. de dotis promiss. Cæterùm si filius pecuniam datam à patre pro emendis libris consumpsit cum meretricibus, vel ludendo, vel huiusmodi, post mortem patris computabitur ei in suam partem secundum Bart. in authe. quod locum C. de collat.

¶ Adde vltimò quod si filius de mandato patris viuente patre incœperit studere, post mortem patris si studium cõsplere voluerit vel doctorari, hoc facere de iure potest, nisi pater aliter ordinauerit ita Bart. in tractatu quia est nouus actus. C. de legat. 1. l. si seruus obligatus.

¶ Circa illam quæstionem de qua sæpe dicere sum rogatus, scilicet, an iudices, & officiales iustitiæ licitè possint accipere, & retinere dona data.

¶ Placet primò hic proponere quid lex. 7. tit. 1. lib. 7. & l. 16. tit. 5. Recopilat. lib. 2. & l. 5. & 6. tit. 9. lib. 3. statuant. Habetur enim in his legibus ne consules, & auditores, vel prætores vel alij iudices, vel relatores, vel scribæ, vel procuratores, vel fiscales, per se vel per interpositam personam, neque eorum vxores, aut filij accipiant munera, neque etiam aduocati, & procuratores pauperum, sed neque auditores, vel officiales, qui sunt à numerando, qui Hispanicè dicuntur contadores, vel officiales de contaduria, eadem Recopilat. l. 23. tit. 1. & l. 1. cap. 40. tit. 2. lib. 9.

¶ Secundò, quia controuertere aliquis posset an hæ leges sint pœnales non obligantes ad restitutionẽ accepti ante condemnationẽ, an verò sint conuentionales impedientes statim in conscientia translationẽ dominij, sciendum est quod secundum Sotum de iusti. & iure, quæstione. 6. articul. 6. ad. 3. memb. 4. ar gumen. & secundum Nauarrum in summa, cap. 25. numero. & secundum Victoriam super lecturam D. Thomæ, anno. 153. à se dictatam super 2. 2. quæstione 71. & secundum Metinã, in summula sua Hispanica fol. 669. & clarius ibi §. 3. de iudicibus fol. 226. prædicti ministri iustitiæ stipendiati tàm superiores, quàm inferiores per leges has Hispaniæ incapaces fiunt ad dona suscipienda.

¶ Quia sub iuramento ea accipere interdicuntur etiam tabelliones, receptoresque ead. Recopilat. lib. 5. tit. 9. l. 5. & 6. & quia leges hæ sunt conuentionales, quia rex de suo ærario iudicibus salaria consignans potuit eos eligere hac conditione vt in conscientia ante condemnationem obligentur talia dona restituere. ¶ Et sic soluuntur argumenta, quę possent obijci in contra, quia sub ista conditione ista officia cõmittit rex, quatenus in iudicem præfectus, neq; munera, neq; etiam victualia per se vel per alios accipiat, sicq; ad id seruandum iuramento astringitur, vide reliqua ad hanc quæstionem attinentia diffusius disputata in nostro Instructorio parte. 2. cap. 29.

¶ Porrò ille, qui crimen læsæ maiestatis commisit donare non potest. l. fin. C. ad legem Iuliam maiestatis, neque hæretici, quia eorum bona ipso iure sunt confiscata, cap. secundum leges de hæretic. libr. 6. neque prohibitas nuptias contrahentes cap. secundũ leges, neq; qui in aliqua re cadit incõmissum, neque ille, qui capitale crimen commisit donare potest post sententiam condemnationis sed benè ante. l. 2. tit. 4. Part. 5. & l. post contractum. ff. de donat. sed circa prædicta nota quod pœna commissi in conscientia non incurritur secundum Nauarrum ante condemnationem.

¶ Nota secundò quod secundum Victoriam in relectione de Indis hæreticus secretus ante condemnationem donare potest, etiam si in notitiam fisci id sit peruenturum, sed titulo honoroso nihil dare potest, aut expendere, nisi tantum ad vsus necessarios. Cui assentit Nauarrus dicens quòd donatum ab eo, qui commiserat crimen ipso facto inducens priuationem bonorum à donatario ante sententiã potest retineri licitè. Item etiam miles cõcubinæ, vel meretrici donare nõ potest. C. de donat. inter. vir. & vxor. Idem dicito de doctore, & aduocato, qui dicuntur milites

Dictum. 3.

Dictum vltimum.

Circadonata officia iust.

Resp.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Non donat reus læsæ maiest.

Hereticus non donat.

vt per not. in leg. nihil. ff. de sentent. & re iudic.

¶ Item prohibetur donatio pro quacunque causa illicita quæ à lege punitur, siue pro adulterio siue pro alio crimine, & sic intelligitur illa affectioni de donat. sed quia hæc non est propria donatio, sed datio ob causam, ideò transeuntes hic perstringimus quæ in nostro Instructorio Parte. 1. cap. 106. latius discussimus. Dicimus ergo primò acceptio pecuniæ propter vitandum peccatum ab accipiente in se secundum Sotum, & Nauarrum non obligat in conscientia ad restitutionem, nisi per repetitionem: quia non ipso facto impedit translationem dominij.

Donatio pro causa illicita est prohibita.

An teneat.

¶ Ac licet pecunia sic accepta possit repeti non solum vt aiebat Sotus, quando data est propter vitandum peccatum, quod accipiens tenebatur vitare ex debito iustitiæ, vt non furari, sed etiam vt ait Nauarrus ex debito aliarum virtutum scilicet, vt non fornicari, non frangere ieiunium ecclesiæ, tamen si data est propter vitandum peccatum, quod ex solo debito gratitudinis, & honestatis accipiens tenebatur vitare vt scilicet, vt vitet ingratitudinem circa amicum, tunc secundum Nauar. repeti non potest.

¶ Cæterum quando pecunia data est propter peccatum contra iustitiam perpetrandum scilicet, vt accipiens occidat, vel ferat iniquã sententiã, licet probabilius sit secundum D. August. ad Macedonium & Cordub. in suo Quæstionario. q. 32. lib. 1. & Sotum de iust. & iur. libr. 4. q. 7. & Medinam in sua Instructione fol. 169. cap. 4. de restit. Mercatum de contract. & Adrian. quod in conscientia sit restituenda ante sententiam, tamen opposita opinio, quæ est Nauar. cap. 17. in sum. nu. 30. & habetur verbo restitutio. 1. §. 3. & D. Antonin. Part. 2. cap. 5. in principio. & Angeli verbo restitutio. versic. turpe. probabiliter iustificari potest dum non repetitur in iudicio, vel extra, quia iam dans videtur in talem retentionem illius pecuniæ consentire.

¶ Adde quòd actio, pro qua data fuit pecunia est turpis vt fornicatio: adimplera causa datio rei, & promissio facta tenet, licet ante factum propter vitandum peccatum fornicationis, sit promissio rescindenda. ité qui fiunt impotentes ad restituendum non possunt donare.

¶ Sed iam inuestigatu opus est quantum possit vnus quisque donare, respondemus autẽ primò, quod habetur l. Penul. C. de donat vt quilibet donare prohibetur vltra. 50. solidos, quod tamen intelligendum est sine insinuatione præcedente, ideſt, sine reductione donationis in scripturam authenticam ante competentem iudicem, fallit tamen in aliquibus casibus. Sed notandum est in hac parte, quod in conscientia donatio facta vltra 50. solidos sine prædicta insinuatione valida est, etiam si sit omnium bonorum, ad hunc sensum, quod donatarius in conscientia poterit illa omnia bona sibi donata sine præiudicio tertij retinere. At verò de mente D. Thomæ esse videtur, quod donationem prodigã quam quis promisit facere non teneatur in conscientia implere, sicut neque etiam donationem suorum bonorum omnium facere debet secundum D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 10. ad. 2. nisi mutet statum. Idem docet esse de mente D. Ambrosij, idem S. Thom. 2. 2. quæst. 117. art. 1. ad. 2. imo etiam in foro exteriori donatio omnium bonorum præsentium, præteritorum, & futurorum non permittitur (quia tollitur potestas testandi) etiã si donator careat ascendentibus. Nam his habitis nõ potest exteris donare, nisi tertiam bonorum partem, etiam si careat descẽdentibus, nam si hos habeat alijs non potest donare, nisi quintam partem. l. 7. titul. 12. del Fuero lib. 3. imò omnia bona sua præsentia, licet nõ addat futura donare prohibetur. l. 69. Taurensi, vnde secundum Iulium Clar. de donat. donatio hæreditatis simpliciter facta comprehendit (si sic fiat in vita) omnia bona tempore mortis inuenta, & ideò sic donando qui donat adimit sibi facultatem testandi, sed causa mortis benè potest omnia bona præsentia & futura donare, causa autem mortis censetur fieri secundum omnes doctores, quando concurrunt duo, scilicet, primò quod in ipsa donatione facta est mentio mortis, & secundò quod simul sit collata in tempus mortis, vel si facta sit ab infirmo in testamento, vel codicillo, dum præsertim est in mortis articulo, quia tunc rectius dicitur cum Anton. de But. quod sit donatio causa mortis. At si promittat non reuocare, non censetur donatio causa mortis, licet causa mortis se dicat donare, sed erit inter viuos, ita expresse l. vbi ita. ff. de donat. caus. mort. vnde secundum Garciam lib. 1. de contract. donatio causa mortis etiam realiter in vita tradita re donata, non censenda est irreuocabilis, arg. secundum Bar. C. de sacr. sanct. eccles. l. ingress. adde quod valebit etiã donatio omnium bonorũ etiã futurorum facta in vita, si donans reseruauerit sibi aliquid de quo testetur, dum no sit quid mini-

Nota in cons.

Donatio omniũ bonorum non facienda nisi.

Donatio hæredit.

Quæst. Dona. sine insin.

minimũ, sed saltem excedat vigesimam partem patrimonij sic donantis. Accedit adhoc quod autore Iulio Claro, donatio omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorum facta in vita sustinebitur, si testator reseruauit sibi vsumfructũ simpliciter secundũ opinionem, quã vsu receptam esse ait Didacus in Hispania, nisi reseruaret illum hoc expresso, quod in vita tantum de eo disponere posset: quia tunc non valeret quia per hanc expressionem testandi sibi adimeret facultatem.

¶ Iam inquirendum venit vtrum visitatores aliquod sibi donum datum accipere possint. Respondetur autem breuiter quod visitator a locis visitatis, & non ab alijs potest accipere procurationem pro victu illius diei, siue in victualibus siue in pecunijs. Ita quod vnam tantum procurationem accipiat vna die etiam si plures ecclesias visitet: si aliter autem accipiat istis non concurrentibus, tenetur intra mensem restituere in duplum ecclesiæ à qua accepit, alioquin Patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, sunt ipso facto interdicti ab ingressu ecclesiæ. Inferiores vero his sunt suspensi ab officio, & beneficio donec in duplum restituant. neque valet remissio, vel dantium liberalitas seu gratia eos liberare, donec restituant cap. exigit. & cap. fœlicis de censibus in 6.

¶ Legati tamen vltra procurationem possunt accipere expensas equorum, & vestium, & huiusmodi dum vadunt ad visitandum, sicut Nuntij Apostolici. At verò secundum Panor. in cap. procurationem de cens. à munere quod prohibetur accipi, excipit Host. fœculentum, & poculentum, & xenia, quæ sunt munera, quæ hospitibus datur, quæ non extenduntur ad omnem qualitatem. ff. de offic. proc. & legat. solent. quod limitat. Ioan. Andr. in cap. tibi aliqua comedenda, si autem sunt pomi, vua pone, confectiones, & huiusmodi periculum est. Ita Siluest. verbo visitatio. circa finem, nec officiales visitatoris aliquid recipere ratione visitationis debent. Ad istum diximus quod iterum repetimus, quod scilicet in Hispania alia victualia, viandas Hispanicè dicta per se, vel per alios prohibentur recipere Recopilac. noua. lib. 3. tit. 9. l. 3. At vero idem habetur eadem Recopilatio. lib. 3. tit. 4. lege 9. & leg. 10. & seque. conceditur vt possint comestibilia in pauca quantitate accipere.

¶ Adde & Sotus de iust. & iur. ait visitationũ suspendi tunc licite accipere prælatos, cum per se ipsos visitant, & alioquin non habent cõgruam sustentationem, sed possunt accipere victualia, quæ sibi ac suis frugaliter, moderateq; pro temporum tantum necessitate erunt ministranda, optionis autẽ eorum, qui visitãtur sit, si malint soluere id quod erat ab ipsis antea solui certa pecunia taxata consuetum, an vero prædicta victualia subministrare, salua tamen iure conuentionũ antiquarũ cum monasterijs, alijsue pijs locis, aut ecclesijs non Parochialibus inito quod illæsum permaneat. In his verò locis seu prouintijs vbi consuetudo est, vt neque victualia neque pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur sed omnia gratis fiat, sibi id obseruetur, quod pecuniam, aut munus quodcunque sit etiã qua[illegible]rcunq; offeratur, vel aliquid amplius in supradictis casibus visitator accipere præsumpserit, is subijcit pœnis contentis cap. exigit de cens. lib. 6. ita in Concil. Triden. sess. 24. cap. 3.

Quæst. De visitatore quoad dona.

De legatis.

De prælatis.

Conc. Tri.

CAP. XXXXIII. *An donatio, sine insinuatione iuramento firmata valeat, an donatio ex quocunq; metu facta valida sit in conscientia, an donatio sola interior valeat in conscientia, aut si fiat absenti vel notario pro absente stipulante, vel si fiat solenniter absenti, de lege Regis Alphonsi, in quo pacto declaratur, & quid sit hoc pactum de donatione remuneratiua, quæstio quotidiana de promissis locis sacris, an possint hæc reuocari, de quadam nota irridica, quod scienti potest fieri donatio, sed non ignoranti vt sic, an valeat, donatio facta tacenti de reuocatione donationis facta absenti coram notario, & quia circa hoc stanco in lege regis Alphonsi de puella.*

QVorũ inter quæstiones reliquas quæ ad materiam donationis pertinent, hæc etiam occurrit scilicet, an donatio excedens quingentos aureos, quæ sine insinuatione, hoc est sine iudicis competentis interpositi autoritate fieri iure prohibetur. l. sancimus. C. de donat. valida sit in foro exteriori si iuramẽto fuerit firmata.

Quæst. Donatio excedens iuramẽto firmat.

¶ Ad hanc autem quæstionem dicimus primo, repetentes, & probantes quod antea diximus I. quod in foro conscientiæ, dum donatio nõ sit inofficiosa, licet excedat quingẽtos aureos, & licet fiat sine insinuatione id est sine interpositione autoritatis competentis iudicis valida est, ita vt donatarius maneat liber ab illius restitutione. Ita tenet frater Iosephus in suis Flor. & facit pro hoc regula

Dictum. 1.

Quæst. Donat. sine insin.

genera-

generalis communiter accepta scilicet, quod nihil est tàm naturale, quàm vt dominia in alios ex voluntate domini transferantur, præsertim quãdo huiusmodi translatio dominij per legẽ in foro conscientię non præpeditur, & leges solum prohibent formam contractus in foro exteriori, & nõ in foro animæ, vt constat ex consuetudine, quæ est optima legum interpres.

Dictum.2. ¶Secundò dicimus ad quæstionem, quod etiam donatio quingentos aureos excedens licet non sit insinuata, id est, autoritate iudicis competentis corroborata, si tamen sit iuramento firmata, valida erit etiam in foro exteriori, estq; ista opinio in Iure canonico fundata cap. si verò de iur. iur. & cap. debitores eod. tit. insuper est apud legistas, & canonistas, canonizata opinio. Intelligitur autem confirmari iuramento secundum Iul. Clar. quando tali insinuationi per iuramentum fuit renunciatum specialiter, quia secundum legistas, & canonistas communiter, potest illi cum iuramento renunciari. At licet ita sit tenendum, tamen fauor animæ, & iuramenti videtur hic militare, vt etiam in foro exteriori iuramento firmata talis donatio valeat, quãuis sic donãs insinuationi non renunciauerit.

Dictum.3. ¶Tertiò dicimus, quod donatio omnium bonorum etiam iurata non valet, quia est cõtra bonos mores, & contra liberam testandi actionem, ideò non confirmatur iuramento, ita Iulius Clarus de Donationibus, citat in gratiam huius Bart. l. stipul. sed iam hoc dictum supra glossauimus ex mente D. Thomę 2.2.q.32.arti.10. quod nisi talis donans mutet statũ scilicet, addicendo se religioni, vel aliter vt liberè seruiat Deo non omnia bona sic donando deberet effundere, cui assentit D. Ambrosius, vnde dicitur quod talis donatio omnium bonorum etiam iurata non est valida in foro exteriori, vbi iuramentum præsumeretur vinculum iniquitatis, quando sic omnia bona sua præsentia, & futura, & præterita donasset. Vnde non esset valida, quia reuocari posset: non tamẽ consulerem reuocari posse, nisi prius petendo absolutionẽ à iuramento, nisi constaret patenter talem donationem iuratam aliàs esse prodigam, prophanã, aut iniquam, nullaque causa rationabili suffultam. Quia tunc neq; in conscientia ad eam reuocãdam opus esset iuramenti relaxatione, cum patenter iuramentum aliás de se illicitam donationem non confirmauerit, sed neq; confirmare posset.

Dictum.4. ¶Adde quartò, quod donatio facta ecclesiæ omnium bonorum præsentium, & futurorum valet, secundũ Iulium Clar. loco citato. Accedit Nauar. in sum. c. 26. nu. 39. vbi ait, q̃ hæc non est propria donatio, quia est ob causam, scilicet, ratione salutis animæ suæ, & remissionem peccatorũ obtinendi gratia, vnde ratione hac, & ratione fauoris ecclesię, & libertatis ecclesiasticæ, nihil mirũ si sic omnia bona sua possit aliquis donare. Accedit etiam q̃ eodem Iulio Claro authore, valet mutua donatio omnium bonorum facta inuicẽ inter fratres causa agnationis conseruandæ. ¶Aduerte in Castella, donatio omnium bonorum, etiã solum prẽsentium non valet, Recopi. lib. 5. tit. 10. l. 8. *Donatio ex metu.*

¶Porrò alia quæstio hic fit obuia, digna, quæ discutiatur, scilicet, an donatio per quẽcumque metum facta in conscientia sit nulla. Nam Panormitanus cap. abbas. validam esse testatur. Almainus verò eam validam esse inficiatur. *Quæstio.*

¶Sed veritas rei est, quod donatio per quemcumque metum facta in conscientia est nulla, quia donatio suapte natura est datio gratuita, & libera. At metus siue grauis sit, idest, cadens in virum constantem, siue modicus, vterque extenuat libertatem, quæ requiritur ad gratuitam datione, ergo vterque metus tam leuis, quam grauis, cum causa est sine qua donatio aliàs non fieret inualidat donationem in conscientia: hanc sententiam tuetur Nauarrus in sum. cap. 17. num. 4. vbi ex mente Adriani in. 4. de rest. quæst. 2. colum. 4. versiculo ex quibus. docet transactionem, & donationem in foro conscientiæ non valere, quoties non fiunt animo libero, etiam si nõ intercedat tantus metus, quantum forum exterius ad inualidandum contractus requirit iuxta notata. l. interpositas. C. de transactionibus &. l. metum. 1. &. 2. ff. quod metus causa. *Dictum.1.*

¶Secundò ad quæstionẽ superadijcimus, quod si donans iuramento firmauerit donationem, tunc etiam si metu quocumque actus id iurauit, astrictus manet ad eam donationem adimplendam, nisi relaxationem iuramenti petierit cap. si verò. de iur. iur. & cap. debitores eod. tit. At donatarius in hoc casu tenetur talem donationem remittere, vel iam acceptam restituere cap. de iur. iur. *Dictum.2.*

Adhùc & illam quæstionem discutiendam proferimus, scilicet, an donatio facta solo voluntatis interiori actu sit in conscientia valida, verbi gratia, si Petrus animo suo, vel verbo inscio Paulo quidpiam donaret, an ex dona- *Donatio mental. Quæstio.*

tione illa Petrus teneretur ante quam Paulus acceptaret, & videtur teneri quia cum Deo apud se quidpiam quis vouet illico obligatur, pariformiter ergo videtur obligari qui sic donauit.

Dictum. ¶ Dicimus ergo ad quæstionem primò secundum Sotum de iust. & iur. libr. 3. quæst. 5. art. 3. quod quando vtriusque partis cõsensus expressus non interuenit, donatio est nulla. Quo circa ait Sotus antequam donationem alter acceptet posse reuocari absque vlla iusta causa. Secus est de voto Deo facto. Quia si iustum est Deus qui nouit secreta cordis semper illud acceptat, est fratris Iosephi in suis floribus, accedit Iulius Clar. tractatu de donat.

Prob. 1. ¶ Et patet primò ratione Soti. Quia cum donatio sit quædam datio, datio verò relationem dicat ad accipientem, non videtur oriri obligatio antequam alter acceptet. ¶ Secundò

Prob. 2. patet ex ratione Frat. Iosephi, quia donatio est contractus, contractus autem est attractio voluntatis vtriusque partis, ergo vtriusque partis consensus requiritur. Vnde secundum Iulium Clar. non potest perfici donatio nisi interueniente pacto.

Don. fact. abs. Quæstio. ¶ Iam ex prædicta quęstione emergit & alia scilicet, an donatio facta absenti expressis verbis sit valida, ita vt sine causa non possit reuocari. Respondemus ergo primò, quod vbi do-

Dictum. 1. natio facta est secreto sine testibus, & sine scriptura, aut solemnitate aliqua absenti nõ obligat antequam alter acceptet, quare interim reuocari potest etiã sine iusta causa. Hęc sententia est prædictorum loco citato, & Soti, vbi supra, & Cordubę in tractatu de casibus cõscien. quæst. 133. & patet ex prædictis rationibus. Sed quia difficultas, quæ magis vrget est an donatio facta absenti solemniter, & coram testibus, vel per scripturam obliget, aut non.

Dictum. 2. ¶ Dico secundò quod cum Sotus huius quæstionis meminerit loco citato standum est ei censuit iuri ciuili, cũ autem duplex sit ius ciuile, quoddam cõmune, quoddam verò speciale, cuiusmodi sunt leges, & dispositiones speciales regnorum Hispaniæ, loquendo primò de iure communi dicendum videtur cũ Iul. Claro in tractatu de donat. quod si non sit aliquis, qui cum fit donatio absentibus, scilicet, ecclesiæ, vel pauperibus, vel alijs pro ipsis acceptet, donatio facta absenti valida nequaquam est nisi nuncius, epistolaue interuenerit. Quia perfici non potest sine pacto, ac perinde neque sine consensu donantis, & donatarij interueniente. Requiritur autem talis nuncius specialiter à donante sit ad hoc destinatus. Non enim satis esset, si per mõtum proprium alius eam donationem ad aures donatarij, eiusq; notitiam deferret. Vnde nõ satis est si donatarius apprehenderit possessionem rei sibi donatæ in absentia, nisi (vt prędictum est) ad id specialiter nuncius, vel epistola mittatur à donante.

Donat. notario stipulante. Quæst. ¶ Sed quid si donatio fiat absenti, notario stipulante pro ipso absente, an valida erit. Respondetur quod valida certè tunc erit, secundum Iulium Clar. & quæritur tunc actio donotario sine cæssione, quia tunc valida est an tequàm eam acceptet donatarius absens. Nã tunc secundum opinionem magis communem non poterit reuocari, siquidem notarius alteri pro altero stipulari potest. Assentit huic sentẽtiæ frater Iosephus in suis Floribus, qui ait donationem per scripturam, & cõram testibus absenti factam, vtpote inualidam (quia vtriusq; voluntas requisita ad donationem defecit) reuocari posse antequàm donatarius acceptet, vel antequàm alius qui pro donatario absente iure potest acceptare acceptet, qualis est notarius (vt diximus).

Donat. solẽnis factaab sent. Quæst. ¶ At verò quoniam stando in iuri ciuili cõmuni donationem solemniter, & coram testibus absenti factam, nisi notarius pro absente acceptet, non satis firmam esse, sed reuocabilem esse antequàm donatarius acceptet diximus, nũc quid in regnis Castellæ peculiari iure, & speciali dispositione sit cautũ dicendũ restat. Arbitror ergo stando non in iure communi, sed in dispositione speciali regni Castellæ vt habetur in l. 2. Recopilationis nouę lib. 5. tit. 17. quæ est lex domini regis Alphonsi Compluti edita in hoc regno, sententiam Soti de iust. & iur. lib. 3. q. 5. art. 3. magis fore auscultandam, vbi ait, quod si donatio solenniter coràm testibus fiat absenti iura non sinere vt eius reuocatio fiat absq; donatarij cõsensu vel absq; legitima causa: ꝙ si ita est, neq; in cõscięntia reuocari permittitur, ita Sotus. Quę quidem sententia fundatur in prædicta dispositione legis regis Alphõsi, quæ sic habet: Cũ apparuerit quempiam alteri obligare se voluisse per promissionem, contractum uè aliquẽ, ipse quippe tenetur implere id ad quod sic se astringit per obligationem talem, neque excipere potest de stipulatione non facta, hoc est de promissione certa iuris solennitate nõ præmissa facta, neq; excipere potest contractũ talem, vel obligationẽ inter absentes intercessisse, neq; apud tabellionem publicum factã fuisse, nec ante eum interuenisse, vel talem obligationem, contractum, vel promissionẽ

Dispositio regis Alfons.

alteri

alteri personæ priuatæ nomine absentiũ fuisse factam, vel quod se astrinxerit alicui se exhibiturum aliquid, vel aliquam rem gesturũ, quia adhuc ibi huiusmodi obligationem, & contractũ quo quauis forma cognitũ sit vnũ alteri se voluisse obligare valere decernitur.

¶ Vnde consideratis effectu, & sustantia verborum huius dispositionis, cum autore Iulio Claro nihil aliud sit promissio donandi quàm donatio quædam saltem inchoata, & cum donatio plus perfectionis habeat, quàm promissio, sequitur quod facta solenniter, & coram testibus sit obligatoria, etiam si fiat absenti, quia prædicta lex Hispaniæ, quæ de iuri sunt exceptiones omnes pro donantibus contra donatarios tollit, vnde cũ indubio semper inclinandum nobis sit in sententiã, per quam actus efficax reddatur: sequitur quòd quãuis sententia hæc Soti esset dubia, quæ profecto talis non est inter Hispanos (quia ei suffragatur prædicta Hispanica lex, & quia fauet validitati donationis huius absenti soléniter corã testibus factæ), magis auscultanda est.

¶ Prætereà si quis rogitet an stando in iure communi donatio pacto nudo perficiatur vt hoc interim hic iuristis largiamur respondetur. Primò quod licet olim donatio requirebat pactum, & stipulationem, sed iam hodie donatio tàm inter viuos quàm causa mortis nudo perficitur pacto patet. l. si quis argentũ. C. de donat. §. sin autem, & maximè ad pias causas nudo pacto facta valet. nudum autem pactum dicitur cum aliquo non vestitur, sed est in meris purisq; confinibus conuentionis vt si promisi tibi dare cẽtum sine aliqua præcedente interrogatione, vel scriptura, vel huiusmodi, & tu consentis. Nam si non consentis nõ erit pactum, sed pollicitatio de qua. ff. de pact. l. iuris gentium. §. igitur. Similiter dicitur nudum, quando non continet causam, quia traditio rei sine causa nullius est efficaciæ. l. nunquàm nuda. ff. de acquir. rer. dom. quia tamen, quandoq; fallit, vide Panor. cap. si cautio de fide instr.

¶ At vero donatio remuneratiua secũdum cõmunem Opinionem à qua non audet recedere Iulius Clarus non perficitur nudo pacto stando in foro exteriori: sicut neque donatio prẽsumpta, vt confessio dotis facta constante matrimonio, sed dehisfatis, adde etiam quod promissio donandi cum quædam inchoata donatio sit secundum communem, & Socin. & Gomez. nudo pacto sine stipulatione, aut traditione perfici potest.

¶ Sed quia in foro exteriori cũ iuristis hactenus locuti sumus, nunc quoq; in Foro conscientiæ scitu est opus, an ex pacto nudo, & ex sola promissione aliquis obligetur in conscientia. Respondetur ergo quod ex pacto nudo, & ex sola promissione, & in cõscientia quis obligatur, quando videlicet exprimitur causa, vt dicendo, promitto tibi decem, quia dedisti mihi equum, vel huiusmodi: ita Panormitanus cap. prudentis de donat. & cap. si cautio de fide. instrum. Patet quia secundũ diuum Ambrosium seruanda est fides data. Imo etiã si nulla exprimatur causa, si habuit animum se obligandi, quando sic nudè pactus est, obligatur quidem ita D. Thom. in. 4 senten. distin. 38. & facit cap. literarum de voto propter eãdem rationem, quia de iure naturali est seruare fidem. Alias si caruit animo se obligandi non tenetur sub mortali adimplere in conscientia, nisi vt ait Sotus in contractu, do, vt des, vbi ex defecto adimpletionis fidei sequeretur graue detrimentum alteri, vt si animo ficto puellæ sponsalia secum contrahenti eam ducendi in vxorem dedisset fidem. Adde quod secundum D. Thom. 2.2.q.109. art.3.ad.5. etiam si aliquis à principio promisit aliquid cum animo se obligandi si iam sunt mutatæ conditiones personarum, & negotiorum, non tenetur iam adimplere, quia vt ait Seneca in lib. de Beneficijs ad hoc quod homo teneatur facere, quod promisit, requiritur quod omnia immutata permaneant.

¶ Iam ex prædictis emergit alia dissoluenda quæstio an scilicet, qui per votum, aut donationem, aut permissionem se astrinxit determitatæ personæ, vel collegio, aut ecclesiæ tali dare decem, vel facere calicem, vel huiusmodi possit illam donationem, vel promissionem reuocare, vel cõmutare, vel alteri applicare.

¶ Respondetur ergo quod si talis promissio facta est per modum voti, vt quia scilicet, illa promissio, vel donatio facta fuit determinatę personę, vel collegio, vel ecclesiæ principaliter propter Deũ, vt huiusmodi promisit, & voluit deo dare amore illius decem certæ personę pauperi, aut certo collegio, aut ecclesię determinatę, si tali personę, collegio, vel ecclesię sit iam ius acquisitum, vel per instrumentum vel testamẽtum, vel donationem, vel promissionem factam coram testibus, & ipse cui acquiritur ius scit, & acceptat, & habet actionem contra promittentem per votum, vel aliter, iam extunc, qui sic vouit dare illa decẽ, illa alteri dare nequit, sed neq; illam dationẽ

Ratio.

Quæst.

Nudum pactum quid.

Donatiore muner.

Quæst.

Resp.

Quo quoti diana, Quæst. De promiss. sis locis sã cris.

Dictum. Ia

reuocare, & quia iam est in hoc casu ius acquisitum, non potest id quod sic iste donatario est debitum ab eo tollere, & alteri dare contra eius voluntatem, nisi qui superior esset illi personæ, ecclesiæ, vel collegio, qui posset de eorũ bonis disponere, & tollere vni & dare alteri, tunc dispensaret, vt alteri illa decem darentur. Ita Archiep. Florentinus secunda Part. tit. 21. cap. 1. & Pila in verbo votum. §. 6.

Dubium. ¶ Sed quid si in hoc casu ius non esset acquisitum per acceptationem, sed tantum tale votum constaret fuisse factum per scripturã, aut testes, an qui sic vouit dare illa decem, an te acceptationem eius pauperis, aut ecclesiæ cui dare vouit, possit alteri pauperi, aut ecclesiæ illa decem dare.

Dictum. 2. ¶ At quia casus est de quo sæpe fui interrogatus dico ad id dubij secundò, quod in hoc casu verisimilius est, quod ante acceptationẽ potest alteri pauperi, vel ecclesiæ illa decem donare, vel in aliud opus Deo æquè acceptũ, & pium commutare. Ita supradicti asserunt locis citatis & patet: quia ante acceptationem non est ius modo prædicto acquisitum: licet promissio sit facta per votum ad specialem locum, vel personam de re speciali, tum quia non obstat hic dispositio specialis regis Alfonsi, quia illa non habet locum, nisi in regno Castellæ, & in alijs promissionibus distinctis à voto, tum quia votum non principaliter fit pauperi, aut ecclesiæ, cum aliquid dare quis Deo vouet, sed principaliter fit Deo, & quomodo principalius requiritur ius Deo, ita vt in manifestè melius autoritate priuata vouentis, aut inæquè Deo acceptum autoritate prælati scilicet, episcopi possit commutari. Secus autem esset in regno Castellæ ratione dispositionis specialis regis Alfonsi, si aliquid solenniter scilicet, per testes, vel scripturam alicui certo loco, vel personæ esset promissum, vel donatum non per modum voti Deo principaliter facti: quia tunc in regno prædicto nõ permitteretur secundum Sotum sine donatarij consensu, vel sine alia legitima causa reuocatio eius. Alias stando in iure communi, & extra regnum Castellæ verũ est etiam, quod ex sententia Iulij Clari dixi mus scilicet, quod donatio ad pias causas facta absenti scilicet, ecclesiæ vel pauperibus non valet, nisi pro ipsis aliquis acceptet quod notandum esse ait idem Iulius Clar. quia de facile quis responderet contrarium.

Nota iuridica.

Nota. ¶ Aduertendum est autem communiter concedi posse absenti fieri donationem siuè iubendo nuncium, vel literas ad absentẽ missas, vt rem donantis quam penes se habet teneat pro sua, dum à donante sic literæ destinãtur, ignoranti autem donationem posse fieri negãt iura. l. absenti. ff. de donat. fallit quãdo donans mittit per seruũ donatarij ea mente vt res donata statim fiat sua in dict. l. absenti. At hoc, quod dicitur quod ignoranti donatio nõ possit fieri, sic esse accipiendum existimo vt intelligatur verum esse, nisi in regno Castellæ, & in casu dispositionis regis Alphonsi, quia tunc forte ante requisitionem ignorantis an vellet acceptare donationem, vel obligationem de qua constare posset sibi factam fuisse, non permitteretur qui eam fecit eam reuocare.

Absenti fit donatio sed non ignorãti.

¶ Præterea & dicendũ videtur de illa quæstione scilicet, si donatio facta fuit præsenti donatario tacenti an valida erit. Dico ergo primò quod præsens donatarius si taceat, dũ sibi donationem fieri videt, adhuc donatio valida esse videtur. Nam pro hoc facit Regula iuris. 43. in 6. f. qui tacet cõsentire videtur, quæ regula secundum interpretes, & glossa maximè locum habet infauorabilibus, inter quæ computatur donatio: ita Iulius Clarus de donat. contra fratrem Iosephum de Voto. Quamuis crediderim, quod sicut ait Sotus in 4. sentent. tomo. 2. dist. 27. q. 2. art. 1. circà primam conclusionem, pars cui promissa sunt sponsalia vt illa acceptet, si nihil in præsenti spondeat, sed tempus deliberandi accipiat diuque deberationem prolatet, censetur alterius promissionem contemnere, sic & in hoc casu si donatarius, qui tacuit cum donatio facta fuit sibi præsenti, deliberationem acceptãdi eam expræsse, vel eam postulandi prolatet iam eam censetur contemnere.

Donat. facta tacẽti. Quæst.

Sotus.

¶ Præterea quoniam donationem factam absenti pro qua notarius, vel in qua pro ipso absente stipulatur validam esse diximus, & quæri ex illa actionem sine cæsione quæritur, an stando in iure communi in alijs regnis extra Castellam possit reuocari. Respondetur autem quod autore Iulio Claro secundum communem, & secundum Gozad. non potest reuocari.

Quæst. De reuoc. don. fact. absent. coram notario.

¶ Secundò dicimus, quod si facta ista prima donatione stipulãte notario pro absente, ante quam donatarius eam acceptet, donans rem alteri cum effectu contulit, valet traditio facta secundo, sicut etiam valeret, si cum primo donatario præsenti & acceptanti esset donata ante traditionem secundo donaretur, & traderetur, valeret (inquam) secunda cum traditione donatio, & non illa prima sine illa. l.

Dictum. 3.

quo-

quoties. C. de rei vendic. licet in tali casu, re non tradita præferendus esset primus donatarius, etiam si secundus prius acceptasset (licet hoc vltimum non careat aliquali scrupulo) sicut etiam contingit in emptione scilicet, quod si res duobus vendatur erit illius cui primò traditur res, & non cui primò venditur, ergo ita in donatione arg. cap. ex literis. de consuetudine.

Dictum. 3. ¶ Adde tertiò cum Iulio Claro contra Paulum de Castro, quod si donans postquam donauit obijt, & post eum donatarius ante quã acceptaret interijt, filij donatoris non poterũt hanc donationem reuocare: quia absurdum esset dicere, quod hæredes sustinentes personam defuncti possint eius facto contrauenire præsertim, quia si donator viueret nõ posset donationem solenniter factam, ideſt coràm testibus, vel per scripturam, sola reuocatione ac illam ratam haberet donatarius efficere.

Dictum. 4. ¶ Accedit quartò, quod quando donatio facta fuit præsenti cum pacto quod ab eo transferatur in aliquem tertium, qui est absens in euentũ alicuius casus, tunc acquiritur actio illi absenti tertio siue cæssione, siue notarius stipuletur pro ipso, siue donator ipse stipulatus fuerit pro ipso tertio absente.

Quæst. ¶ Sed quia hic obuiat difficultas ardua an in hoc casu talis donator possit talem donationem reuocare ante acceptationem abillo tertio absente factam, quia de præsenti (vt supponimus) nullus iuridice pro illo illam acceptauit, dicitur ad hoc quod stat communiter iuxta communem opinionem Bart. in l. qui Romæ. & Paulus. ff. de verb. obligat. quæ opinio communior, & verior est potuit donator tale pactum reuocare in præiudicium ipsius absentis tertij, & hæc veritima fuit assertio etiam in casu scilicet, quod res esset integra, sic non integra esset, quando res per donatarium primum nõ esset tradita illi tertio, vel etiam quando casus in cuius euentum in ea donatio in illum tertium translata fuerat nõdum euenisset. Secus esset si res nõ esset integra, vel quibus iam esset de facto translata in illum tertium, vel iam euenisset casus, in quo ex pacto erat tam fieri donationem in his casibus non videtur posse reuocari.

Resp. ¶ Ac stando in speciali dispositione legis Alphonsi regis in regno Castellæ talem donationem factam alicui cum pacto vt per ipsum transeatur quæ in aliquem tertium absentem coram testibus, vel per scripturam in actis reuocari non possit absolute dicendum esse videtur. Sed negligentes in tali vita non reuocantis

Stando in l. Alfons. quid.

tale pactum translationis, post mortem sic pacisentis poterit reuocare, quia videtur donatio confirmata morte testatoris & res non est integra.

Quæst. ¶ Præterea perpendendum est an donans teneatur de euictione sicut tenetur venditor emptori, si res empta fuerit euicta.

¶ Cui dubio satisfacit Azo dicens quod tenetur quidem donatario de euictione si de ea fuit promissum secundum glos. instit. de donat. §. alie. vel cum donatio cæpit à pactione, vel promissione, quia tunc potest agi in. l. Arist. ff. de donatio.

2 pro puella. ¶ Adde secundò, quod si quis puellæ promisit donationem propter nuptias, quando alias si iste non se obtulisset ad hanc donationem faciendam, alius paratus erat eam illi facere, tenetur plusquam de debito morali ad eam complendam, quando dixit alteri parato donare, desine donare, quia ego ei dinabo patet, quia nisi impleat, mendacium videtur esse pernitiosum. Similiter & tenetur quis donatario resarcire quod alius paratus erat ei donare, quando per vim, aut vi æquialentem importunitatem magnam, donator eum quæsierit à donando sicut dixit Metina Salm. de tabellione sic auertente à legãdo alicui id quod infirmus alias legasset, & voluisset legare.

CAP. XLIIII. *De interpretatione donationum, & legatorum, in dubio proponitur circa hoc regula generalis Partite 7. de dubijs casibus inter cadentibus in donationes, & quando secundum ius præsumendum sit pro donatione. ¶ De oblatione dubia facta ecclesiæ cui applicanda, de relictis pro pijs causis donata, pia quæ nam sint, de priuilegijs legatorum ad pias causas, de differentia vtriusque donationis, scilicet, inter viuos, & causa mortis, rursus de donatione dubia, & vbi fiant omnes alia verba donans mobilia sua omnia an per hoc donet fructus actiones, & debita de donationibus, & gratijs & remissionibus dubijs expositio secundum dignã materiã de donatione ante crimen, & fraus quomodo hic probetur, de dispositione speciali Recopil. nouarum mortis ciuilis vel naturalis possit testari, & quid in consuetudine circa hoc.*

De interpretat. donatio. & legat. IAm series materiæ de donationibus exposcit, vt in dubio quomodo donatio, vel oblatio, vel legatio fecit interpretanda dicamus. Igitur pro expeditione quæstionis, primò statuenda videtur illa regula generalis. l. *Regula generalis Partita.* 7. septimæ Partitarum contenta, scilicet, quod in donationibus si aliquod verbum interue-

nire

meritum habitum, planè est accipiendum iuxta verborum tenorem, à quorum sensu iudex recedere nō debet, nisi certo cōstaret proferentis intentionem fuisse aliam, ab eo quod verba tenent scripto mandata: facit pro hac regula cap. intelligentia de verb. signif. vbi dicitur, quòd non sermonis res, sed rei sermo est subiectus. Vnde in dubio ad intentionem loquentis est recurrendum, vbi ad dictum quod vbi intentio loquentis, & verba simul sunt dubia, verba ad extraneum, hoc est ad largum sensum, sunt trahenda, vbi res aliter salua esse non potest. cap. cum quidam de verb. signific.

Casus dubij. Quæst.

¶ Porrò de dubijs inter cadentibus in donationes illud illucidandum primò proponimus. Vtrum in hoc casu dubio quando quis dixit Petro tolle hanc pecuniam in dubio, dū eius non potest consuli intentio præsumendum sit eam pecuniam Petro donasse. Respō dentes ergo dicimus primò, quòd certe hic prima facie non præsumitur donatio sed mutuum, vel depositum: quia nemo præsumitur suum abijcere.

Dictum. 1.

Prob.

¶ Facit caput super hoc de renun. vbi dicitur, quod nulla ratio verisimile reddit, vt quis quod beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debet facile sine magna causa sua sponte resignet. At licet hoc sit regulare, non tamen tàm certum, quin contra hanc præsumptionem scilicet, quòd in dubio non præsumitur sua bona dās ea velle donare, non admittatur in contrarium probatio. Adde hic quod habetur extra de donat. cap. cum dilect. scilicet quod in donationibus plenissima fit interpretatio, & ob hoc clausula onerosa post multas donatiões apposita proximam tantùm donationem respicit eiq; casus singularis.

¶ Quæritur ergo secundò, an aliquando secundō res in dubio præsumendū sit pro donatione, & quando. Respondetur autem hic nulla alia melior regula ad præsumendum in dubio pro libera donatione statui potest, quàm illa, quæ capit. & si quæstiones de simonia tradit, vbi dicitur, quod accipiendis, vel dandis muneribus tria sunt maximè attenda, personæ scilicet, dantis, & accipientis qualitas, diuturnitas muneris, & donationis tēpus, qualitas personarum vt à quo & cui, videlicet an à pappere diuiti, vel econuerso simile à diuite locupleti datum fuerit, æstimatio muneris, & donationis tempus, si magni vel minoris pretij res data existat, & an in instante necessitate sua aut alio tempore cōferatur: ex his igitur circumstantijs, colligere est eas quæ faciunt præsumptionem pro donatione, & eas secernere quæ faciunt præsumptionem contra eam, vt proferatur iudicium arbitrio boni viri in pro, vel in contra, vt antea in multis casibus exemplificasse me memini.

¶ Ex prædictis elicitur Corollariè primò, quod venditor rei minoris pretio quā de præsenti valeat autore Nauarro, non præsumitur in ipso contractu donare, aut remittere, id q̄ sibi de pretio iusto subtrahitur, quia necessitate vendendi rem suam coniectur, id remittere & non liberè, nisi postea rogatus liberè remittat. *Corol. 1.*

¶ Sequitur secundò, quòd quando quis nulla adactus vi, vel necessitate dixerit se donare centum, quia præsumitur quod hoc faciat ex libera litate obligatur: quia nō sine causa censetur se obligasse. ut idem est si promisit loco pio aliquid: quia præsumitur quod se obligauerit fauore piæ causæ, neq; præsumitur error aut vis cap. finali de succet. ab intestato. 2.

¶ Sequitur tertiò, quod secundum Sotum de iust. & iur. si mulier extorsit aliquid ab amasio alias non sibi dandum per dolum, vel fraudem scilicet, dicendo se virginem, aut nō, nisi cum vno ipsoq; nobili rem habere mentiendo, titulo donationis illud retinere non potest, quia restituere illud tenetur. Non tamen restituere tenetur, quod communibus illecebris extorsit scilicet, protestando etiam mendaciter valde illum & ex animo deamare, quamuis non absit à vero (vt diximus) ex mente Caiet. quod importunissimis contentionibus si aliquid excedens extorserit, ab ipsa sit restituendum, quia huiusmodi importunissimæ molestiæ precum solent excantare animum amantium, & sunt veluti passiones antecedentes, quæ secundum D. Thom. 1.2.q.76.art.6. solent minuere voluntarium, vt in nobis existens, idest prout est liberum. Secus est si non tam molestissimę sint preces vt quodammodo vi possint comparari. 3.

¶ Sequitur quartò, quod pudica mulier, cui data est copia pecuniæ vt inde alliceretur ad copulam, quam accepit obtestans nusquā se consensuram nefario cōitui, adhuc tenetur eā restituere, quia nō est mera donatio, sed data ob causā, de qua dari spes fuberat, qua nō subsecuta videtur in conscientia restituenda pecunia secundum Metinam Compluten. & frat. Iosephum in suis Eloribus, imo ante copulam si pro tali pecunia sui corporis copiam promisisset, rescindenda est promissio secundum 4.

dum Caietanum quia imperatur à luxuria, sed post cõpulam datio promissæ pecuniæ nõ est illicita, quia iam cum datur non imperatur à luxuria, sed à fidelitate ita Cord. in Quæst. donatio.

De donatio ne dubia. Quæst.

¶ Iam partium quæstionis à principio positæ non immemores, postquam de donatione dubia dictum est de oblatione dubia, quæ ad donationem accedit dicendum venit: quare quæritur rursus de vtraq; scilicet tam de donatione, quàm oblatione in dubio cui sit applicanda verbi gratia, offertur aliquid prælato, vel canonicis ecclesiæ, an ipsis sit applicandum, vel ecclesiæ. Similiter si aliquid, donatum est Legato, vel Nuntio in dubio an pertineat ad ipsum legatum, vel ad dominum illum mittentem? Dicendum ergo est ad dubia proposita incipiendo ab vltimo, dicimusque Primò, quod donato legato, vel Nuntio ratione personæ, illi acquiritur: facit lex locum. ff. pro socio. §. 1. Si autem donatur ei ratione officij acquiritur domino. ff. de Castrē. pecul. l. si forte. Sed quid si in ambiguo sit an tali legato ratione personæ suæ aut ratione officij id donatum sit, huius dubij tollendi gratia ¶ Dicimus secũdò, quòd in isto dubio autore Panor. in cap. postulatis de cõcessio. præb. attendenda est a nobis qualitas doni, quæ si conueniat legati personę, vt est vestis, & huiusmodi in dicabitur esse legati. Si autē competat domino vt esset donatio leonis, vel hujusmodi, prius applicanda domino, siverò legatus, cui ita antea notus donatori videbitur donatum esse intuitu officij non personæ.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Ad quæstionem de re legata in dubio prædicto dicimus Primò, quod legatum factum episcopo, vel cuicunq; habenti administrationem, vel prælationem præsumitur in dubio factum contemplatione ecclesiæ, nisi factum sit à persona coniuncta vsq; ad. 4. gradum consanguinitatis, vel affinitatis, quo casu erit suum legatum, seu causa mortis legatum, & succedent propinqui ab intestato cap. quia nos, & cap. requisisti, de testam. confundus est autem Panor. ibi si vero sit factum personæ ecclesiasticæ in ecclesia administrationem nõ gerēti in dubio præsumitur quod si facto contemplatione personæ, si tamen potest habere proprium secundum Panor. in d. cap. requisisti quòd si non potest habere proprium, vt religiosus præsumitur factum intuitu monasterij, vel ecclesiæ. 8. q. 1. cap. vnico. vnde non potest disponere de hoc licut nec de cæteris ecclesiæ bonis, & cædet monasterio, vel ecclesiæ tale legatum.

Dictum. 3.

¶ Adde secundò, quod donatum, vel legatum factum canonicis omnibus alicuius ecclesiæ etiam cum expressione nominum in dubio præsumitur factum contemplatione ecclesię. l. ciuibus. ff. de rebus du. vnde de illis, vt de propriis nõ poterunt testari. Secus autem esset si vni eorum non habenti administrationem, vel prælationem donatum, vel legatum fieret cap. requisisti de testam. argu. l. nonunquam. ff. ad Trebel. Accedit etiam, quod quando legatarius, vel donatarius causa mortis non potest vti legato, vel donato nisi respectu ecclesiæ, intelligitur factum contemplatione ecclesiæ in dubio, vt si legetur Clerico accessus per fundum alicuius ad ecclesiam: ita ergo intelligenda est glosia in. l. non plures. C. de sacrosanct. eccle. & ita sunt accipienda in hoc censu notata à doctoribus. C. eo. nt. l. 1.

Dictum. 4.

¶ Præterea cõcinne ad prædicta dicimus, quod si donatum, vel legatum factum sit filio familias per similia verba, lego filio Petri, vel explicatius dicendo, lego Paulo filio Petri non intelligitur factum contemplatione patris, & si pater ibi nominetur, nam nominatio patris dominstrationis causa fit tantum, neq; etiam si fiat mentio de patria potestate impedit ita Panor. in cap. Raynuntius, de testam. ex quo corollarie sequitur, quod tunc vsusfructus tantum acquiritur patri consentit Bar. to. l. cum aliquis. C. de iur. deliber.

De eccles. oblat. Quæst.

¶ Sed iam de quibusdam rebus ecclesiæ oblatis, vel potius in ecclesia oblatis, quia interdum veluti dona gratuita dantur, dicere nos series tractatus donationi dubię compellit (vt dicamus) cui attineant, vel sint hæc sic oblata applicanda? dicimus ergo Primò, quod

Dictum. 1.

oblationes factæ in parochia, seu altari, cædūt ecclesiæ Parochiali, siue sint factæ imagini, siue Capellæ & tunc rectoris, & non præbiteri Capellæ, ita Panor. & Ant. cap. pastoralis de his quæ fiunt, à Prælat. etiam si imago, cui sunt factæ, sit depicta in muro infra limites Parochiæ, & facit glos. in. l. statutæ. ff. de vsufruct. q̃ quidam limitant si fiant intuitu parochiæ.

2.

¶ Idemque dicendum est si oblationes fiant celebranti in ecclesia alicuius, quia sunt similiter rectoris, nisi sit episcopus celebrans, quia tunc communi iure sunt eius cap. super eo. de paro. nisi consuetudo obstet: nam tum obseruanda erit.

3.

¶ Attendendum est autem, quod de collatis & oblatis religiosis in ecclesijs eorundem non possunt prælati aliorum ecclesiarum aliquid

quid sibi vendicare vt tradit Pano. in.c. nimis iniqua. de excessu prælatorum: nam videtur reuilla collata illis intuitu ecclesiæ, & non nomine oblationis & expræssius hoc docet idē Panor. in cap.1. de statu monachorum est textus expræssus in dict. cap. & quoad fratres Prædicatores est concessio illis facta Clc.4. priuilegio, quod incipit, Nimis iniqua: vnde ex hoc priuilegio dicti fratres potiuntur facultate faciendi offertorium in missa quod infert etiam Tabie. verb. oblatio. §.1. in fin.

De relictis pro pijs cauſ. Quæſt.

¶ Præterea si quis relinquat aliquid dandū in genere pro pijs causis, cuius erit electio? & donatum causa mortis, vel legatum, vt opus pium cēseatur, & piorum operum priuilegio gaudeat quid tit. magis attendendum? an is cui datur, an causa propter quàm datur? Circa autem primum dubium proposituin dicitur primò. C. de donationibus. l. si quis argētum. §. si verò diffinitur, quod donans certū annuū reditum ex possessionibus suis, necesse habet dare fundos mediocres secundū Saly. notabiliter, & §. similiq; eo. tit. & dicta. l. idceruitur, quod donatori certi numeri seruorum tenetur ad mediocres: non ad meliores, neque potest dare proteruos.

Dictum. 1.

Corol.

¶ Ex quo sequitur Corollariè, quod si res legata est incerta, & habetur in patrimonio testatoris vt bos, vel seruus, electio pertinebit ad legatarium, dum tamen non eligat pretiū, quod si nō habetur, eliget hæres instit. de legat. §. si generaliter & .ff. de trit. l. 3. dum modo non eligat rem nihil valentem vt seruum, vel bouem antiquum, vel huiusmodi quia iuxta l. si duobus. §. sed & si quis. C. communia delegat. res mediocris ideſt mediæ æstimationis tunc danda est, & non vilior, & maximè si relinquat ad pias causas: quare si relinquat calicem ecclesiæ intelligitur saltem de argēto, & si planetam, de serico, quia hæc sunt mediocria respectu viliorum, & pretiosorum.

Donata pia quæ nam. Dictum. 1.

¶ Ad secundam verò quæstionem respondendo dicimus primò, quod donata pia, seu legata pia, quæ in multis priuilegiata sunt secundum Nauarrum, & secundum Bart. in. l. si quis titio. ff. de legat. 2. & secundum Pe. de Peru. in tractatu de canonica portione episcopi alle. cap. 1. 87. & vt habetur cap. 2. de immunit eccle. & cap. non minus. eod. tit. sunt relicta pro anima, & pro miserabilibus personis, viduis, pupillis, peregrinis, pauperibus auxilio proprio destitutis, ecclesijs, monasterijs, xenodochijs, hospitalibus, pro rebus communibus, vt pro custodia ciuitatum, vel aliorum locorum communium, pro refectione pontium, & viarū, murorū, & fossarū, & huiusmodi, prospectantibus ad cultū Dei, siuè temporaliter, siuè perpetuum, pro redimendis captiuis, pro puellis maritandis, pro alimentis egētium. At tandem concludo id dici ad piam causam relinquis, quod pro honore Dei, vel sanctorum, vel pro salute animæ relinquitur, quomodocunq; relinquatur: quia pium est quod fit propter diuinum cultum: igitur omnia supradicta præsumuntur esse ad causas pias, quando de opposito non constat. Secus est quando aliquid fieret pro honore mundano, vel pro fama perpetua: quia non esset opus pium.

¶ Dicimus secundò, ad punctum quæstionis, quod ad iudicādum an aliquid donetur, vel legetur ad piam causam potius considerādum est, cui datur, quàm causa quare datur. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. hinc primò Corollariè sequitur, quod secundū Ioan. Andr. in Addit. ad Specu. tit. de instr. edit. qui legat. ecclesiæ, vel pauperibus pro malè ablatis, & debitis incertis dicitur relinquere ad piam causam.

Dictum. 2.

Corol. 1.

¶ Sequitur secundo ex prænotamento dicto, quod qui aliquid relinquit diuiti etiam si relinquat amore Dei, non præsumitur relinquere ad piam causam ita glossa dicta. l. illud confetur enim non esse pia causa, cum non egeat.

2.

¶ Sequitur inde tertiò, quod qui relinquit vel dat consanguineo pauperi aliquid, non expræssa causa, non intelligitur dare, vel relinquere ad piam causam l. 1. C. de sacrosanct. eccles. accedente Bart. nota ibi.

3.

¶ Sequitur quartò, quod persona legans centum aureos non expræssa persona, cui legat, neq; causa, propter quam legat, intelligitur relinquere ad piam causam secundū Ioā. Andr. vibi supra

4.

¶ Vltimò perpēdendum est legata, ad pias causas, & relicta ecclesiæ eodem petiti priuilegio secundum Panor. in cap. relatum. el. 1. de test. priuilegium autem primum relictorum ad pias causas est non potest detrahi falcidia, vt tradit Panormitanus capit. Raynal. de test.

5.

Priuileg. legat. ad pias cauſas. 1.

¶ Sed neque Trebellianica vt communiter tenetur, cui magis accedit Siluester verbo, legatum. licet quòad trebellianicam quidam defendant contrarium cuiusmodi sunt Ioannes Andre. Alber. alijque, qui dicunt posse detrahi. At opinio negatiua tùm pia magis est, tum verior: quare ab ea in fauorem

rem piorum operum non videtur recedendum.

2. ¶Secundum priuilegium eorum est quod ex defectu testamenti non vitiantur, ita Panormitanus capit. indicante de testament. imo si hæres renunciet hæreditati, vel nolit eam adire, nihilominus debentur legata ad pias causas secundum eundem Panor. capit. relatum el. 1. de testament. Nam legata ad pias causas non subijciuntur tot solennitatibus, suffi cit enim quod de testatoris constet voluntate, vel quod adhoc probari possit per duos testes, quia tunc obligatur hæres ad illam implendam naturaliter iure gentium, imo in fauorem piorum operum testamentum ad pias causas etiam coram duobus testibus valere testatur Panormitan. capit. Ray. de testam. Parcat Lector si de donationis contractu agentes peruenimus ad aliquid pertractandum de legatis: nam id non alienum videtur fuisse à nostro instituto, cũ etiam hic agamus de donatione causa mortis, quæ quasi instar est legatorum.

Quæst. ¶Quæritur ergo pro maiori intelligentia, donatio causa mortis quomodò differat à donatione inter viuos. Respondetur verò quod cum in duobus conueniant scilicet, quod vtraque est donatio, secundò, quia vtraque inter viuos conficitur, & quandoque traditur à viuente, similiter differunt in duobus, idest quia donatio causa mortis ex pœnitentia reuocatur non autem ex sola pœnitentia reuocatur donatio inter viuos, si sit præsertim solenniter facta.

Differẽtia vtriusque donat. dupl.

1.

2. ¶Secundò, quia donatio causa mortis quinque requirit testes. l. fi. C. de donat. caus. mort. Ad donationem verò inter viuos duo testes sufficiunt. In dubio autem præsumitur donatio inter viuos, nisi probetur contrariũ, vel sit facta mentio de morte, vt notat glossa in dicta. l. fin. sed iam diximus supra quando sit causa mortis donatio.

Quæst. ¶Præterea nunc quæritur de donatione, quando inuenitur dubia, & incerta circa quãtitatem donatam, an valida sit, vel donans teneatur ad plus, quãdo in re donata repertum est minus, quàm donans explicuit se donare. Respondetur ergo, quod si donans, vel legans dixerit se donare, vel legare Petro, verbi gratia fundum in tali loco, qui triginta continet jugera boum, vel si dixerit lego, vel dono Mariæ iocalia, reposita in tali arca valentia mille aureos, tunc in his casibus sicut donans non tenetur ad plus si minoris mensuræ, aut æstimationis esse inuenta fuerint: ita neque donatarius illud plus restituere casu, quo plus valerent. Sicut neq; quando minus valerent, quàm fuere æstimata à donante, seu legante residuum posset petere, quando scilicet, res donata specificata leg. demonstratio. ff. de cond. & demonst. ita Pano. in capit. per tuas. de donat.

De donat. dubia. Quæst. ¶Similiter inquirendum venit verba vniuersalia in donatione posita in dubio quomodo sint exponenda, verbi gratia, donans villam donando dixit, do tibi villam meam, & omnia iura, quæ in ea habeo, an per hoc extendatur talis donatio ad iura spiritualia, scilicet, patronatus, quæ in illa habet, & ad ius decimarum, si fortè aliquod ibi habet. Resp. Respondetur autem quod quia hoc signum vniuersale omnis, non se extendit ad ea quæ sunt alterius iuris, & naturæ, ideo donans villam per hoc, quod dixit simul se donare omnia iura, quæ habet in ea, non videtur donare iura spiritualia prædicta, vel similia, si quæ ibi in villa habet. Ita Panor. in c. sedes. de rescrip. & secundum assertum Inn. cap. ex literis. de iur. patron.

2. ¶Secundò decimus, qood quando aliquis habens simul spiritualia, & temporalia iura cum omnibus pertinentijs suis, sicut præbẽdatus habens præbendam, quæ simul habet possessiones, & decimas, si per renunciationem omnia iura, quę ibi habet diceret se transferre in aliũ cum suis pertinentijs, certè tunc simul omnia ista iura transirent assentit Hostien. in d. cap. ex literis.

Donat. mobil. Quæst. ¶Similiter affinis prædictis illa quæstio est an legans, vel donãs alicui omnia mobilia sua intelligatur donare actiones, vel debita sibi, vel fructus colligendos. Respondemus autem ad quæstionem, quod donans, seu legans omnia mobilia sua per hoc non intelligitur donare credita, idest debita sibi, quia hæc non sunt mobilia, vel immobilia, sed in tertia specie. ff. de re. iudic. l. à diuo Pio. & quia quod nobis debetur non est nostrum adhuc. ff. de aur. & argent. l. 2. sed neque nomine mobilium intelliguntur ligna, vel lapides parata pro ædificio, & huiusmodi argu. de leg. 3. l. ligni appellatio. Vnde qui omnia mobilia sua legat, aut donat, hæc non censetur donare: quia pro re mobili iam parata sunt & disposita. Adde secundò quod legans omnia mobilia sua, fructus etiam omnes, qui tempore mortis suæ fuerint separati à solo legasse censetur leg. fructus. ff. de rei. venditione.

Quæst. ¶Nunc de quibusdam dubijs donationibus

bus & gratijs, & remiſsionibus quomodo ſint interpretandæ ediſſerẽdum venit. Atten-

Nota. 1. Caſus dubij in don. decid.

dendum ergo eſt primum, quod ſi in carta donationis, in qua rex oppidum alicui donat ſolum dixerit, quod oppidum illi donat cum omnibus iuribus à rege habitis, vel habendis in illo, vel in eius terminis quomodolibet, non intelligitur rex per hæc verba donare iuriſdictionem iuſtitiæ, quia ſolum per prædicta verba concedit & donat redditus, & iura hæreditatis, & calumnias, ac poſſeſsiones, quas rex in tali oppido obtinet. Imo quando verba ſunt dubia priuilegiorũ, & cõceſsionũ iuriſdictionis criminalis, & aliarũ rerũ, quæ conceduntur à rege ſic interpretanda ſunt, vt intelligatur excepta iuriſdictio ſuprema ad faciendum iuſtitiam via appellationis, vel querelæ, ita in Recopilatione leg. l. 5. titulo. 10. leg. 1.

Nota. 3. ¶ Accedit ſecundò notandum contra aliquos in hoc deceptos ſcilicet, quod Recopi. noua. leg. lib. 5. titu. 10. l. 16. cauetur, vt qui dono, vel in remunerationem obſequiorum obtinere iura vectigalium, vel tributorum à rege ea ſibi recuperent perinde, & non aliter, quàm rex ea exigebat & ea exigere poſsint donatarij, quæ obueniant iuxta antiquam conſuetudinem: ita vt donationes hæc in nullius præiudicium cædant, licet in eis aliter dicatur ead. Recopilatione. lib. 5. tit. 10. l. 16. & l. 8. titul. 2. lib. 6. & l. 1. titu. 26. & l. 8. & l. 5. tit. 3. lib. 6.

Nota. 3. ¶ Præterea notandum, quod quia expenſæ non veniunt nomine damnorum, vel intereſſe, qui condonat expenſas, non per hoc condonat, aut remittit intereſſe, aut damna cap. in veſtra. de iur. & damno.

Nota. 4. ¶ Adhæc & hic adnotaſſe non erit abre, quod cum alicui traditur mandatum cum libera, & generali adminiſtratione, nó per hoc conceditur facultas donandi aliquod debitum liquidum domini: facit pro hoc Nellus de bannitis, quem refert Vilialpando in repetione. l. 22. cap. 67. num. 1. Nam in mandato cum libera adminiſtratione nunquã veniunt ea, quæ veriſimiliter conſtituens non conceſsiſſet, qualis eſt remiſsio debiti liquidi, quæ donationi æquiparatur.

Donatio pœnæ. Quæſt. ¶ Deinde quia gratia alicui facta veluti quædam donatio eſt, conſonat & huic loco explicare quomodo talis gratia quãdo à principe fit ſit intelligenda. Dicitur ergo primò,

Dictum. 1. quod quando bannitus eſt quis propter delictum, cuius bona ſunt confiſcata, ſi à domino ei condonetur venia, & recipiatur ad gratiam, non propter hoc ad omnia reſtituitur vt tradit Salic & Cy. in l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. contra Bart. ſed remittitur culpa quoad punitionem corporalem, & reſtituuntur fauores: quando ad plenitudinem gratiæ recipitur ſecundum Baldum ibi.

Dictum. 2. ¶ Secundo dicimus, quod habens legimè de bonis alicuius damnati propter eius crimen, ſi poſtea talis damnatus reſtituatur per principem ad bona ſua, non tenetur ei reſtituere ea, Ita tenet Gemi. in cap. quamuis de reſcrip. libro. & ratio eſt, quia cum iam ſit ius acquiſitum illi tertio nó videtur de eo, quòd iam ſuo eſt expoliandus.

¶ Si autem per talem reſtitutionem non præiudicetur tertiò, ſed tantum principi concedenti omnia ſunt ei reſtituenda, arg. in cap. cum dilecti. de donat. hinc infert Iulius Clarus tract. de proceſſu criminali, quod plenè reſtitutus per plenam reſtitutionem ad bona ſua, poteſt recuperare à fiſco pretium ipſorum bonorum venditorum. Quatenus fiſcus factus eſſet locupletior ſecundum opinio. Bartol. quam doctores communiter ſequuntur.

Dictum. 3. ¶ Superadijcimus tertiò, quòd in impetratione gratiæ exprimenda ſunt ea omnia, quæ principem ab ipſius gratiæ conceſsione retrahere potuiſſent: neque enim, qui impetrat gratiam de ſecundo homicidio valide eam impetrat, quando non facit mentionem de primo homicidio à ſe commiſſo.

Quæſt. Donatio antecrimẽ ¶ Porrò licet ſupra de reo criminis læſæ maieſtatis, & hæreſis diximus, quod donare non poſsit poſt latam ſententiam condemnationis, & quòd neque tunc donatarius tuta conſcientia retineret, nunc inquirendum venit, an donatio facta à delinquente ante crimen commiſſum, vel poſt, vt valida ſuſtineatur in foro conſcientiæ, vel in foro exteriori, quãdo bona confiſcantur.

Dictum. 1. ¶ Ad quæſtionem ergo dicitur primò, loquendo de alienatione oneroſa, quando delictum, ob quod bona confiſcantur non inducit confiſcationem ipſo iure, ſed veniunt bona confiſcanda, ſi talia bona ante ſententiam titulo, vel contractu oneroſo ſint alienata, neque in foro exteriori talis alienatio reuocatur: ſi ante ſententiam non fuit interdicta delinquenti ſuorum bonorum adminiſtratio, & ſi de fraude non appareat, eſt communis.

Dictum. 2. ¶ Secundò dicimus, quod ſtando etiam in foro exteriori donatio facta à delinquente ante crimen commiſſum per quod bona ſunt confiſca-

confiscata ipso iure, vel veniunt confiscanda (si nulla subsit suspicio fraudis) valida est: & tenet, licet postea delinquat, & contra eum sequatur sententia condemnatoria. Si verò appareat fraus verè, vel præsumptiuè, valet quidé alienatio, sed à fisco postea reuocatur. Hęc autem opinio est communis, vt refert Picus in l. post contractum. nu. 2. ff. de donat. tenetur tamen fiscus casu, quo sic reuocat alienationem bonorum in fraudem venditorú pretiú restituere emptori. Non videtur tamen, q̃ in hoc casu reuocando rem fraudulenter donatã, quidquã teneatur restituere donatario.

Quæst. Fraus in don. vt pro betur.

¶ Sed si inquiras quomodo probetur fraus licet hoc aliquantulum distet à nostro instituto: tamen quo iuristis morẽ geramus, dicimus breuiter, q̃ ex fraude delicti postea committẽdi donasse probabitur per coniecturas, vt si talis alienatio fuit omnium bonorum suorũ, & hoc etiam si delictum ex interuallo secutum fuerit, dummodo tempore donationis subesset causa, propter quam postea delictum commissum fuerit, vel si tempore alienationis habebat inimicitias capitales, vel si post alienationem steterit in possessione rei alienatæ, vel donatæ. Hoc enim facit præsumere alienationem fuisse simulatam, dummodò, vt dictum est tẽpore alienationis subesset causa propter quam delictum fuit commissum. ¶ Item si occultò fieret alienatio, vel in personam sanguine coniunctam secundum Bart. ea. l. post contractum, præsumeretur fraus, est communis. Interdicitur autem bonorum administratio in crimine hæresis, & læsę maiestatis, & Sodomiæ. ¶ Tertiò dicimus, quòd stando in foro exteriori in causa criminis, vbi bona ipso iure, & facto publicantur, donatio, vel alienatio facta à delinquẽte post crimẽ cõmissum est ipso iure nulla, neq; opus est alia reuocatoria sententia. At idem est si alienatio fiat post accusationẽ. Quia præsumitur talis alienatio, vel donatio facta esse metu pœnæ, est cõmunis, vt refert Picus in. d. l. post contractum. num. 39. vers. alia differentia, sed de hoc iam supradixeramus.

¶ Quartò superaddimus, quòd si donatio, vel alienatio fiat à delinquente post sententiã condemnatoriam contra eum latam, tunc si talis sententia fuerit per appellationem suspẽsa, valet quidem facta pendente appellatione, sed postea secuta confirmatione sententiæ officio iudicis reuocatur. Si verò sententia non fuerit per appellationem suspensa, alienatio si nè donatio ipsa nihil valet. Aduertendum est autem, quod in casu, quo alienatio, siuè donatio valet, sed reuocari potest per fiscum, non potest executor fiscalis amouere possessores à possessione, sed debet actionem reuocatoriam intentare, ita vt ordinariè de ipsa reuocatione cognoscatur, ita communiter.

¶ Pręterea huc accedit, quòd dicimus quintò, scilicet, quia Recopilatione noua legum Hispaniæ lib. 5. titul. 4. l. 3. stabilitum est condemnatum ob delictum ad mortem ciuilem, vel naturalem posse testari, codicillum conficere, vel aliter suam vltimam voluntatem facere, posseque facultatem hæc faciendi alteri dare perinde, ac si non esset condemnatus: dũ tamen sic, vel eius commissarius disponat de illis tantum bonis suis, quæ ob tale delictum non sunt confiscata, vel fuerint confiscanda, vel applicanda cameræ, vel alteri tertio, sequitur ex prædicta sanctione talẽ reum de bonis de quibus conceditur posse sic testari, & disponere, permittendum esse etiam in conscięntia validè donare, quia nulla subest differentiæ ratio. 5.

Dispositio spec. reco.

¶ Adde etiã sextò, quòd donatio facta causa mortis nõ tenet in eo, qui commisit crimẽ capitale, siuè ante, siuè pòst fiat, quia testamẽtum rumpitur, & omnia bona publicantur. l. si aliquis. ff. eod. tit. quod tamen in regnis Castellæ limitandum est, iuxta legem dictam. 3. lib. 5. tit. 4. allegatam in quinto dicto immediatè præcedenti. Tenet tamen talis donatio causa mortis in re donata vxori, ante reatum commissum, & non postea. l. cum hic status. ff. de donat. inter vir. & vxor. §. si maritus, facit etiam text. cum glo. in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. 6.

¶ Cæterum licet causa hic morem gerendi iuristis ista dicta sint, quatenus attinẽt ad forũ exterius: tamen quatenus attinet ad forum cõscientiæ iam diximus, quod iterum sub breuitate repetimus cum Nauarro in sum. cap. 23. nu. 66. q̃ lex pœnalis licet dicat ipso iure, vel ipso facto incurri pœnam, non obligat ad illã soluendam in conscientia ante legitimam, & iuridicam iussionem iudicis, iuxta glos. sing. cap. fraternitas. 12. quæst. 2. & est communis, loquendo de pœna graui corporis, honoris, & fortunarum, quæ aliquam executionẽ requirit, ideò secundum eundem Nauarrum donatum ab eo, qui iam commiserat crimen ipso facto inducens priuationem bonorum à donatario retineri potest licitè ante sententiam condemnatoriam, sicut retineri licitè posset, vsque ad eam â criminoso donante.

Quid in foro conscięntiæ.

Imò etiam post sententiam legitimè suspensam per legitimam appellationem, tam à donante, quàm à donatario licitè interim retineri potest.

¶ Adde etiam secundò ex sententia Victoriæ in relectione de Indis, quòd quia probabilis est opinio, quòd talis reus ante sententiam est dominus suorum bonorum, cui accedit Sotus de iust. & iur. & magister Bañez. 2. 2. cõtra Met. 12. sequitur si sit crimen eius adeò secretum, vt nunquam sit publicandum in futurum, neque ad aures fisci, vel iudicis peruenturum verisimiliter, & omnino esse credatur, posse talem secretissimam reum non solum titulo donationis gratuito in alium transferre bona sua, sed etiam titulo, & contractu oneroso illa distrahere. Nã etsi dicat Sotus, quòd legis vigore hæreticus à puncto prolatæ hæresis impeditur bona sua alienare, id glossandũ est de hæretico, cuius crimen, quia non est secretissimum nõnullus subest metus, quod sit propallandum. Quod sub censura melius sentientium dixerim. Quia in tali casu, vbi adeò est secretissimum delictum, quod nulla spes subest fore aliquomodo prodendum, cum ipse reus non teneatur se prodere, neque de se ipso denuntiare, sed se emendare, nulla contra ipsum proferetur condemnationis sententia, qua non prolata nemini infert præiudiciũ, quia donando, aut alienando non donat, aut distrahit alienum, quod aliquando sit auferendum.

CAP XLV. *De donatione sub modo, an conditio impossibilis, vel turpis, vel matrimonij impeditiua inualidet donationẽ, quod vbi voluntas testatoris patet seruanda est. De donatione facta vxori ne secundò nubat, aut ne fornicetur, an donatio modalis, vel causalis modo, vel causa non subsecutis sit valida, puella accepta munera dũ non consensit, an teneatur restituere an donatio causa mortis, causa non existente, scilicet quia putatur filius, qui non est valeat de falsa demonstratione, an donatio ob causam falsam, scilicet, quia gessit negotia quæ non fuerunt gesta valeat exponitur partim de donatione tributorum vel sub confidentia de impedientibus à donatione, de donatione cum pacto, ne alienetur, quod æquitas est sequenda.*

De donat. sub modo. Quæst. ET si prolixitatis nobis nota inuratur non possumus in hac materia donationis, quippe quę de se ampla est de donatione sub modo, vel cõditione disputationem dissimulare. Quare quæritur primò, an conditio impossibilis, vel turpis, vel matrimonij impeditiua, scilicet, si fœmina non nupserit, vel maioris boni impeditiua, scilicet, si religionem non ingrediatur inualidet donationem aliquibus sub his conditionibus factam. At videtur quod non, quia istæ conditiones habẽtur pro non adiectis.

¶ Sit igitur pro responsione ad quæstionem primum dictum stãdo in solo iure ciuili, quia fundatur in præsumptione, quando in donatione in testamento facta adijcitur condicio impossibilis, vel turpis, vel matrimonij impeditiua, vel maioris boni ablatiua, vt quod religionem donatarius non profiteatur, tunc non inualidat donationẽ, quia ius præsumit, quòd testator sic in testamento donans (licet talia protulerit verba) ex errore fecit. Nihil volens contra ius intentare, sed potius seruari voluisse conformare, si illud scisset, quocirca in foro exteriori valida est per testamentum facta donatio sub aliqua ex prædictis quatuor conditionibus, ita diffinitur in cap. verum. & in cap. fin. de condit. appos. *Dictum. 1.*

¶ Sit autem secundum dictum in foro conscientiæ, si quis in testamento donauerit aliquid cum aliqua cõditione ex prædictis quatuor, si alicundè patere potest, quod voluntas testatoris fuit, vt conditio adimpleretur, tunc conditione non impleta, vel nõ existente, donatio nullius valoris habebit effectum. Patet autem hoc, quia deficiente conditione deficit donantis voluntas. Accedit Nauar. Caiet. Sotus. Quia matrimonium sub aliqua impossibili, vel turpi conditione contractum, si aliter voluntas contrahentis dissentiret, in conscientia secundum prædictos Doctores validum non esset, ergo neque prædicta donatio. Secus autem esset, si ille testator vellet suã donationem secundum ius ciuile interpretari, & effectum habere. *Dictum. 2. in for. cõs.*

¶ Ex prædictis sequitur corollariè iudicem in foro exteriori sententiam nisi iniquam nõ posse proferre, si contra donantem sub vna ex illis quatuor conditionibus, illa non adimpleta sententiã proferat, quando testator expressit se nolle suam donationem sortiri effectum nisi conditione adimpleta, aut huius fuisse voluntatis quando probari potest. Cuius in prõptu est ratio, quia iura has conditiones pro non adiectis habentia fundantur in præsumptione, qua præsumunt voluntatem testatoris fuisse vt valeret, ergo dum de opposita voluntate testatoris constat, cessat præsumptio. *Corol. 1.*

¶ Sequi-

¶ Sequitur corollariè secundò, quòd quando quis sic donat, quia in iure est peritus ipsum ius ciuile ipsum non latere est perspicuum, tunc vna illarum quatuor conditionú suo qua donauit non existente donatio suo valore non carebit secundum aliquos, quia tunc visus est secundum iuris formam iam sibi notam voluisse donare, ne sua donatio incassum abiret, licet fortè (vt in nostro Instructorio diximus) posset etiam præsumi contrariú. Quia cum sciret ius esse in oppositum: & nihilominus contra iuris interpretationem, & præsumptionem sibi notam sic donauit, noluit fortè suam donationem nisi impleta tali conditione valere.

¶ Ex prædictis sequitur, quòd si testator dicat Mariæ, quòd relinquit ei in testamento cẽ tum si nupserit Petro, si ipsa noluerit ei nubere, quia indignus est suis nuptijs, propter hoc non priuabitur legato, quia conditio, quę perpetuum vidùit. item inducit. remittitur, sed non, quæ temporalem. Item si donans causa mortis dicat, quod nubat ad arbitrium Petri (quòd perinde est, ac si non esset hæc conditio adiecta. ff. de cond. & demonst. l. filiæ sui) sic in foro exteriori, & interiori, dum non probatur voluntas contraria valet donatio.

Donat. fac. vxori sub cond. Quæst.

¶ Deinde exiam dictis innotescit quid ad illam quæstionem sit dicendum, vbi testator in testamento donat vxori hoc, vel illud si castè, vel honestè vixerit, an valeat ista donatio causa mortis in casu, quo ipsa ad secundas nuptias transiuit. At licet quidem respondentes adhoc distinguant dicendo, quòd si testator erat doctus, quippe quia secundo matrimonio aliquomodo castitatem, & honestatem seruari nouerat, teneat donatio, etiam si ipsa secundò nubat, & secus si erat idiota, & simplex qui posset credere in matrimonio non inesse castitatem.

Opinio Bart. verior.

¶ Tamen verior est opinio Bartoli, scilicet, quòd etiam si nubat in illo casu donatio causa mortis hæc tenet. Accedit Innoc. in cap. olim de verbor. signif. & Panorm. cap. vt clericorú. de vita. & honest. cler. Tum, quia nubendo etiam honestè, & castè viuit. cap. vicena. d. 31. Vnde ista opinio Bartoli, quam habet in. l. mulier. ff. ad Trebellianum. § cum proponeretur est sequenda, quando voluntas testatoris ignoratur. Secus autem est, quando apparet aliter testatorem sensisse. Nam comperta voluntis testatoris, & iam explorata pro lege seruanda est. cap. vltim. 13. quæst. 2. quam etiam solet demonstrare communis vsus loquendi,

Vbi testatoris volunt. patet. quid.

qui secundum Innocentium, vbi supra, præfertur propriè significationi verborum.

¶ Accedit etiam, quòd quando maritus testando donaret vxori centum ea conditione, ne secundò nubat, aut ne fornicetur statim, vt nubet, vel fornicatur in conscientia sic donatum, vel legatum retinere non potest. Tum quia secundum Caietanum in summa verbo pœna. peruentum est tunc ad statum, in quo noluit testator talia bona à vxore retineri. Tú, quia secundum Nauarrum in summa. capit. 23. numero. 67. non est talis conditio apposita in pœnam, sed in conuentionem, & pactú, iuxta glossam in cap. Raynaldus à Panormitano, & communi ibi receptam de testam. & quia voluntas testatoris apparet fuisse talis: tum ex propria significatione verborum, tum ex communi vsu loquendi.

Donat fac. vxori ne nub. Pro

¶ Iam hic suum locum sibi vendicat illa quæstio, scilicet, an donatio modalis modo non subsecuto, & donatio causalis causa non subsecuta robur valoris habeat, vt si verbi gratia, quis donando, ita dixerit, dono tibi hanc rem, quia rectè negotia mea gessisti, si verè non gessit. At videtur certè quod valeat, nam. l. verba. C. de falsi. caus. adiect. leg. diffinitur, quòd causa cohærens legato falso probata vitiat legatum, non aliter, vt si testator in suo testamento pecuniam sibi debitam, sibi fuisse solutam fallò asseruit, quia re vera, sibi soluta non fuerat diffinitur, quòd non vitiat legatum nisi hæc falsitas probetur.

Quæst. Donatio modalis.

Obiectio

¶ Igitur pro decisione quæstionis dicimus primò, quòd si quis donatione inter viuos, sic donaret, dono tibi hanc rem, quia rectè negotia mea gessisti, cum verè hæc causa falsa sit, quia negotia ejus non gessit. Tunc intentio donantis consulenda est, cum consuli possit. Qua videtur donatio hæc dubia sit, cum ex vna parte præsumatur ex errore procedere, & ex alia parte præsumatur, quòd fortè talem causam fallam esse ipsum nò latuerit, sed voluisse sub illo prætextu falso, vel falso verè donare. Igitur, quia omisso incerto, & dubio amplectendum est certum, certum remedium in hoc casu est donatoris consulere voluntatem.

Dictum. I.

¶ Hinc corollariè sequitur, quòd si causa, vel modus donantis non fuit satis explicatus licet in foro exteriori, vt prędiximus in. l. 5. tit. 34. Par. 7. iuxta planum sensum verború donãtis debeat ea donatio interpretari, nisi constiterit de voluntate donantis: tamen in foro conscientiæ, si causa, vel modus donantis fuerit

Corol.

dubius, vel ſolum præſumptus taliter, quòd ſufficientem moralem certitudinem non præ ſeferat, nullum ſupereſt remedium certius, quàm donantis intentionem conſulere, quia alias donatarius in dubio mala fide rem dona tam retineret.

Corol. 2. ¶ Hinc etiam patet eſſe verum, quòd ſupra dictũ eſt, nẽpe quod puella, quæ accepit mu nera, vt alliceretur, ſi turpitudini non acquie uerit donantis, ad reſtitutionem tenetur illo rum. Quia cum moraliter conſtet ob turpem cauſam illa fuiſſe donata, ipſa non ſubſecuta deficit voluntas dantis. Propter eandem nam que rationem, ſcilicet, quia deficit voluntas donantis, ſi donatio ob cauſam præſentem fa cta fuit, illa non exiſtente, ſi donata reſtituen da veniunt: quia voluntas dantis, quæ donatio nis eſt radix videtur ceſſare.

Puella accipiens donat. ¶ Hinc quia eleemoſyna genus eſt cuiuſ dam gratuitæ dationis, qui ficta paupertate eam extorquet iuxta ſententiam Soti de iuſt. & iur. cuius ſententiam in noſtro inſtructo rio rationabiliorem eſſe probauimus apertè, ſi ſic magna quantitas ſic extorta reſtituenda ſunt, niſi aliquid modicum ſit, quod ſic extor tum eſt contra Metinam in ſua inſtructione dicentem, quòd quia ſine cõditione talis elee moſyna eſt data in nullo caſu reſtituenda eſt. Hæc autem dicta ſunt de donatione inter vi uos, quando conſtat de voluntate donantis, quia non eſt dubia, aut ſi non conſtat, ſed du bia eſt poteſt cõſuli. At ad obiectionẽ dicitur illa procedit in illo caſu, & in foro exteriori.

De don. cauſ. mort. Quæſt. ¶ Porrò nunc poſtquàm de donatione in ter viuos cauſa non exiſtente dictum eſt, nũc de donatione cauſa mortis, cauſa non ſubſi ſtente dicendum reſtat. Quare quæritur hic primò de illo dubio cuius meminit Sotus de iuſtitia & iure, lib. 4. quæſt. 7. artic. 2. vtrùm ſi quis mihi cauſa mortis donet, vel leget cen tum, credendo me eſſe ſuum filium, ſua tamẽ leuitate deceptus, vel ab alio citra meam cul pam, poſsim ego illa optimo iure poſsidere.

Sent. Silu. Quia verò non ſatis conſtat cuius ſententiæ fuerit Sotus, à Sylueſtro magnæ peritiæ do ctore petendam eſſe huius difficultatis diſſo lutionem duximus. Is namque verbo condi tio. quæſtione. 6. ait, quòd ſtando in iure ciui li communi, ſi teſtator dixerit in teſtamento, ſic Titium filium meum hæredem inſtituo in caſu, ſcilicet, quo non eſt ipſius teſtantis fi lius inualidum eſt legatum.

Prob. ¶ Et probat Sylueſter, quia cum demon ſtratio ſit falſa, licet conſtet de perſona: ta men, quia voluntas teſtatoris fuit inſtituerẽ filium, & conſequenter Titium non filium, vtpotè non filium inſtituere noluit, ex conſe quenti etiam in conſcientia non valet. l. ſi pa ter. C. de hæred. inſtitut. quia præſumitur, quòd illum ſi ſciret non eſſe filium ſuum, non inſtituiſſet. Secùs (inquit gloſſa ibi) ſi ſuum filium eſſe non crederet, licet filium nominaret. ff. de condit. & demonſt. falſa in principio.

De falſ. de monſtr. ¶ Item etiam an falſa demonſtratio vi tiet donationem, aut legatum, ſi in du bium reuocetur. Ex mente Sylueſtri ver bo conditio. quæſtione. 6. reſpondetur, quod falſa demonſtratio tunc non officit, quando conſtat de re, & de voluntate legantis, vt ſi di xerim, lego tibi ſeruum emptum à Titio, cum ſit emptus ab alio modo conſtet de ſeruo. in ſtit. §. huic proxima.

Donat ob cauſ. Quæſt. ¶ At de cauſa, & ratione, quæ propriè eſt de præterito inueſtigare opus eſt, an quando falſa eſt vitiet legatum, aut donationem cau ſa mortis, vt ſiquis dixerit, lego Petro cen tum, quia talia obſequia mihi præſtitit, cum tamen ea obſequia, vel ſeruitia non præ ſtiterit.

Reſp. Dictum 1. ¶ At quidem ſi loquamur in foro exterio ri, & de iure communi planum eſt, ſecun dum Sylueſtrum verbo legatum. 1. quæſtio ne. 12. quòd ſic cauſa vt cauſa propriè accep ta, vt exemplificata eſt de præterito, etiam ſi ſit falſa, non vitiat legatum, ita inſtit. eod. tit. §. longè.

Exponitur partita. ¶ Confirmat hanc ſententiam diſpoſitio contenta. l. 21. titulo nono, Partita ſexta, vbi cauetur, quòd legatum factum valet, licet cauſa, vel ratio in eo expreſſa vera non ſit. At verò leg. tertia, titulo decimo quarto, Par tita inſinuatur contrarium, vbi dicitur, quòd legatum non eſt validum, neque de betur legatario, quando cauſa appoſita in le gato non eſt vera, & vt vera probari non po teſt à legatario. Sed lex hæc, ne contradicat priori poſitæ intelligitur, quando aliàs, niſi cauſa compenſationis, vel remunerationis non poterat fieri legatum, quia aliàs erat in officioſum.

Dicit vltim. ¶ Vltimò verò dicimus, quòd in præ dicto caſu, vbi cauſa appoſita in legato, vel in donatione cauſa mortis eſt falſa, vbi valere di ſponit ius, & legatum tenere decernit, & in alijs donationibus factis in teſtamento ſub aliquibus conditionibus diſpoſitioni iuris ſtã dum eſt, niſi aliunde de voluntate teſtatoris

contraria

contraria constet, & etiam in conscientia, nisi de tali contraria voluntate constet, talis iuris dispositio sequenda est. Fundatur enim in præsumptione bona, scilicet, quod si aliud testator voluisset, id certè expressisset facit. l. in principio quæstionis obiecta, scilicet. l. verba C. de fals. caus. adiect. leg. vbi diffinitur quod causa cohærens legato falso probata vitiat legatum & non aliter.

Nota valde.

Donatio in iuriæ. Quæst.

¶ Præterea donatum sibi pro remissione iniuriæ, an possit quis licitè retinere, quoniam hic quoque in dubium verti potest. Respondetur breuiter primò, quòd pro iniuriæ remissione, quatenus remissio, est quid spirituale: de qua remissione ait Dominus, Dimitte, & dimittemini, non licet pecuniâ accipere (esset enim symonia) quia gratis remittere debemus offensas, quoad placationem animi, sicut gratis Deus culpas mortales contra eum commissas nobis condonat, dum pœnitemus.

Dictum. 1.

Dictum. 2.

¶ Secundò dicitur, quod ab actione iniuriarum intentanda in foro exteriori licitum est in conscientia pro pecunia accepta desistere. Patet ex Can. siquis contractus distinct. 4. & ex glossa ibidem cuius potissima ratio est, quia iniuria affectus damna sibi illata in persona, & fama, & fortuna gratis remittere non tenetur, sed inficiari talis nó potest se animum vindictæ gerere, si gaudet aduersarium simili iniuria afficere maximè, vt faciet animum, vide Cord. in tract. de casibus conscientiæ, quæstion. 77. vbi concedit maritum pro eo quod desistit ab accusando adulterium, sibi datum licitè posse retinere.

Donatio sub confidē tia. Quæst.

¶ Iam quædam dubiola ad hanc materiam attinentia se offerunt dissoluenda. Primum autem est, an qui mille aureos re vera mutuo accepit, quos præsentaret pro patrimonio sibi donato, episcopo, vt ad huiusmodi patrimonij titulum sacris initiaretur, tenetur illos mille aureos fictè adhunc finem donatos restituere. Respondetur cum Corduba, quòd re vera licet talis fictus donator, si fraus constaret in pœnam in foro exteriori eis priuaretur: tamē in conscientia, vbi respicitur veritas, quia ibi non fuit donatio vera, sed fuit secreta mutuatio illorum mille aureorum, idcirco fictus donatarius, qui re vera secreto fuit mutuatarius eos in conscientia restituere tenetur.

Dona tributorū ob seruitia. Quæst.

¶ Secundum autem est, vtrùm domini oppidorum aliquos subditos immunes à tributis possint facere cōdonando eis tributa ab ipsis soluenda, quò intendant venationis custodiæ, vel venationis capturæ in recreationem domini. Respondetur autem cum Corduba tractatu de casibus conscientiæ, quod huius exercitij gratia id non potest facere (ita ibi quæst. 116.) nisi releuet reliquos vasallos ab ea quantitate pēsionis tributorum, quàm isti exempti ei pensuri erant. Non enim propter suas recreationes dominus suum oppidú grauare debet vltra debitum. Neque enim populus propter dominum, sed dominus propter populum institutus est. Concordat Gabriel in. 4. distinct. 15. quæst. 5. dubio. 2. & Sotus de iustit. & iur. lib. 3. quæst. 6. artic. vltim. & Sylue ster verbo dominium, & exactio, & Nauarrus in sum. cap. 25. n. 6. & 7. atque rex exemptionem à tributis donare potest, secundum Sotum & Nauar. valde meritò de republica.

De impedi ent. an don. Quæst.

¶ Tertium autem est, vtrùm si quis quod donandum erat alteri dono accepit, quia mutans voluntatem donatoris, ipsam ad se inflexit, teneatur sic donatum restituere. Respondetur breuiter de mente Soti, & ex sententia communi omnium, quod quando donator liber erat ad donandum, cuilibet pro libito, quia rem suam parabat donare alteri, vel legare, si sine vi, vel metu, vel mendacio illi persuasi, vt mihi magis donaret nullius restitutionis in hoc casu obnoxius fio: secus si per vim, metum, vel falsum testimonium id doni obtinuissem. ¶ Missam nunc verò facio mentionē de impeditione à beneficio ecclesiastico obtinendo, etiam si non intercedat vis, aut fraus, quia de hoc in nostro instructorio nostram diximus sententiam, in sententiam Caiet. vtpotè literæ D. Thomæ magis consonam nos inclinando, licet oppositam Soti, & Adriani, & Nauarri negatiuam, scilicet in casu, quo non impedinit per fraudem, & vim dignus, quòd sic obtentum non teneatur restituere beneficium digniori (quia probabilis videtur) non omnino refutauimus.

Donat. ne alienetur. Quæst.

¶ Iam nunc, quia de donationibus sub conditionibus factis supra nos tractasse meminimus, de donatione quoque, quæ sub hac conditione, sit vt alienari non possit, quæritur, an virtute talis conditionis inualidetur rei donatæ alienatio, si à donatario fiat.

Dictum. 1.

¶ Igitur facturi satis quæstioni distinctionem dicimus primò, quòd si pactum de re nō alienanda, quæ donatur sit appositum post cō tractum donationis, vel ante contractum, id est ante traditionem, & post obligationem: tunc nihil operatur tale pactum, ita Anton. de Butr. capit. verum. de condition. appo. quia

tunc nō est appositum in essentiali cōtractus, id est, in ipsa obligatione.

¶ Secundò dicimus cum eodem, quod si pactum huiusmodi apponitur tempore obligationis contrahendæ: tunc si reseruat donās aliquod ius sibi, vel alteri in re donata, non valet alienatio, si postea à donatario fiat. Secus autem est, quando neq; sibi, neque alteri tale ius in ea reseruauit, quia tunc si sequatur illius alienatio, valet quidem: sed tamen qui pactū apposuit agere potest ad æstimationem. l. ea lege. C. de condit. ob caus. & l. pen. & ibi Bar. ff. de pact.

Dictum. 3. ¶ Tertiò dicitur, quòd si in contractu alio à donatione ponitur pactum de re data non alienanda non valet tale pactum. dicta. l. pen. quod tamē intellige cum hac limitatione, vel exceptione, scilicet, si paciscentis interfit de non alienando, quia tunc si sic interfit agere poterit ad interesse, ita. l. penult. C. de condi. ob caus. Sed hoc est verum in priuato, vbi Syluester verbo donatio. 1. quæst. 26. admonitum lectorem esse curat de hoc, scilicet, quod prædicta distinctio valet de omni contractu, quo ab homine alienationis prohibitio ponitur etiam si donatio non sit. Addit autem, q; si huiusmodi prohibitio fiat à lege, alienatio nulla est. l. quemadmodum. C. de agr. & cens. & co. & ca. Ecclesia S. Mariæ, el. 1. & ibi Panor. vt lite pend.

¶ Si autem talis prohibitio ponitur ab homine in viam testamenti, vel vltimæ voluntatis tunc sine causa non potest ibi prohibere, & consequenter, nec sine hoc quod causa exprimatur ab ipso testatore, quare prohibet alienationem legati, scilicet, vt maneat in familia, vel huiusmodi, ita. l. filius famil. §. diui. ff. de legat. 1.

Donat. eccles. ne alienetur. Quæst. Dispositio regni. ¶ Sed iam peculiaris quæstio nos manet, scilicet, an donatum ecclesiæ cum pacto, vt alienari non possit, non obstante pacto possit alienari, igitur, pro expeditione quæstionis placet Primò hic præmittere, id quod in regnis Castellæ particulari dispositione est cautum. l. 2. titul. 14. Partita. 1. & l. 1. & 2. titulo. 5. libro. 1. del Fuero, & l. 9. titul. 2. lib. 1. Ordinationum regalium, scilicet, quòd donatio, quam rex facit ecclesiæ hoc speciali gaudet priuilegio, vt huiusmodi bona donata ecclesiæ à rege si sint immobilia semper maneāt pœnes ecclesiam, ita vt pretio distrahi non possint.

¶ Cæterum bona quæ per alios ecclesiæ collata sunt vendi, aut alienari non possunt nisi pro vrgente necessitate contingente in ecclesia, vel pro eius magna vtilitate eo ordine seruato, vt pro necessitate ecclesiæ prædicta supplenda prius vendantur mobilia, quibus non egeat, siue sacra sint, siue profana, quæ si sic prius vendita tali necessitati non sufficiūt: tunc interueniente consensu capituli distrahi pretio poterunt possessiones, & bona ecclesiæ immobilia, exceptis possessionibus hæreditatibus què à regibus, vel reginis, vel ab eius liberis ecclesiæ collatis, quas nullatenus distrahi posse decernitur.

¶ Secundò dicimus si ando in iure communi (quod parum ab prædicta dispositione speciali discrepat) quod quia semper videtur esse interesse donantis ecclesiæ, quòd res à se donata non alienetur quando alienari eam prohibet per pactum, quod donando fecit, quasi sit fauorabile animæ dantis, tale pactum valet, nisi in duobus casibus. *Dictum. 2.*

¶ Primò, quando ecclesia donatum alienaret in casu necessitatis, cui aliter prouidere nō posset, quia si donator in hoc casu donationis alienationem prohibuisset, turpiter intellexisset, nec prohibitio valuisset. 47. capit. sicut hi. cum ibi adnotatis in gloss. distinct. 83. cap. 1. *Exceptio. 1.*

¶ Secundò, quando alienaret ob causam magis piam. Ita D. Anton. vbi supra, & facit caput licet de regul. & cap. peruenit, el. 2. de iureiurand. & cap. aurum. 12. quæstio. 2. & C. de sacro sanct. eccles. l. sancimus, & hoc est verius contra alios, quia sic voluisse debuit donator. *2.*

¶ Ob quam causam magis piam alienari potest de æquitate canonica, nam potest alienare ecclesia bona immobilia sibi donata sub pacto, ne alienentur, quando alia sibi non suppetunt bona, quæ ob eam causam magis piam possit alienare etiam in casu, quo à donante dictum sit, quod alienare non possit ea, & si alienentur liceat donatori, & hæredibus talem possessionem donatam reuocare, in quo casu tenent iuristæ oppositum communiter, scilicet, quod alienare nō possit, sed nos cum Syluestro, & Bartol. Brix. in quæstionibus suis, quæstione. 4. tenemus de æquitate in fauorem causæ magis piæ hoc non obstante posse alienare. Facit glossa capit. imperator Leo. 10. quæstione. 2. nam hoc dicitur melius, quia sic secundum rectam rationem debuit voluisse donator. *Nota.* *Æquitas hic sequenda.*

(3)

CAP.

CAP. XLVI. *De donatione remuneratiua, remuneratio facta filio quomodo valet, quid quando est dubium an pater donet filio ob merita, donatio inter patrem & filium prohibita excipiũtur. 4. casus, donatio inofficiosa in regno Castellæ quando esse censeatur, valor bonorum hic attendendus, donatio pro dote gaudet optione, quid possint donare habentes tantum ascendentes alijs vel suis filijs naturalibus, & quid illegitimus, & quid possit dari filijs adulterinis, vel clericorum, vel eorum nepotibus, quod remedium ad licite subueniendum his, an alimenta sint præstanda filijs nothis.*

Donatio remun. Quæst.

IAm vlterius in hac materia procedendo hic illius quęstionis incidit mentio, an prohibiti donare donatione mera, vel conditionali, vel modali prohibeantur donare donatione remuneratiua. Respõdetur, quod quia talis donatio non est propriè donatio, scilicet, quæ fit ob causam præcedentem, ideſt, ob merita, quæ dicitur donatio remuneratiua vt notatur in cap. si quos. 12. quæst. 2. ideo non prohibetur ista donatione remuneratiua donare, qui est prohibitus alijs prædictis donationibus donare, vt elicit ex leg. Aquilius regulus. ff. de don. & ex cap. consensus, de reb. eccles. non alie. quod limitandum est primò, nisi prohibeantur isti donare, quia non habent administrationem liberam in rebus donandis.

Resp. 1.

Limitatio. 1.

2.

¶Secundò quando propter legitimam causam sic donare prohiberentur, vel quia non possint donare nisi in damnum aliorũ, cuiusmodi sunt hi, qui inde impotentes fiunt ad soluendum suis creditoribus, eademque ratione hæc remuneratiua donatio reuocari non potest, teste Panor. vbi habuit locum.

Corol.

¶Ex prædictis corollariè sequitur, quod licet donatio à patre facta filio non emancipato non valeat, quia pro vna, eadem que persona reputantur. l. fin. C. de impuber. tamen donatio hæc remuneratiua facta tali filio pro meritis, & seruitijs valida est in tantum, quantũ pater ob similia merita tribuere alicui extraneo teneretur, ita Nauarrus in sum. cap. 17. n. 145. qui in huius gratiam citat Bartol. communiter receptum. l. 2. §. castrensi. ff. de castr. pecul. & l. in donatione. C. de collat. & l. frater à fratre. ff. de condict. in debiti. additque Nauarrus in conscientia vt teneat talis donatio, sufficit eam merita sint vera arg. in cap. tua. & c. 15. qui de sponsalibus, sed in foro exteriori (quia non sufficit quod pater dixerit ea esse vera) probari debent iuxta eundem Barto. in l. si forte. de cast. pecul. ita communiter.

Remuneratis fact. fil. vt valet.

Dubium. Resp.

¶Sed quid si dubitatur, an pater donet filio ob merita, vel ob meram liberalitatem. Respõdetur tunc præsumendũ esse, vt ait Nauarrus donare ob merita, si præcesserunt, aliàs ob meram liberalitatem censendus est dare, ita glossa communiter recepta in dict. l. si donatione. C. de collat. Requiritur autem, quod donatio hæc non excedat merita, secundum Iulium Clarum. de donat. contra Bartolum, sed oportet, quod arbitrio iudicis æquiualeant illi merita alias fieret fraus legi prohibenti donationem inter patrem, & filium, sed hanc sententiam Iulij Clari contra Bartol. duximus limitandam, scilicet, quòd æquiualere debeant merita, & illis donationem non debere esse maiorem, quatenus si excederet posset alijs fratribus esse inofficiosa, alias enim de mente D. Thomæ. 2. 2. quæstione. 1006. artic. 6. est quod in gratiarum retributione, & remuneratione anthidorali oportet aliquid maius repẽdere, quam sit acceptum, vt qui regratiatur, videatur gratis efficere, & non tantum sibi datum soluere.

Limitatio secundum mentem D. Thom.

Nota val.

¶Hinc sequitur ex prædictis corollariè, q̃ in donatione remuneratoria inter personas non prohibitas nõ attenditur, an merita æquiualeant donationi, vel non, ex quo etiam nullis existentibus meritis donatio etiam valuisset, sed inter personas prohibitas per legem donare, vt est prohibitus pater donare filio nõ emancipato, & maritus vxori, si donatione remuneratoria donent oportet, vt merita æquiualeant donationi, quod quia non est determinata hæc æquiualentia per legem arbitrio iudicis, circa eam statuẽdam erit standum, & magnopere refert hic sortiri iudicem propicium, & fauorabilem. Nam iuxta sententiam D. Thomæ largè poterit hanc æquiualentiam æstimare dum inofficiosam donationem nõ constituat, quam nec pater poterat facere.

Donat. inter patr. & filium pro hab.

¶Nunc quoniam pro cõstanti reliquimus, quòd neque pater filio non emancipato, neque è contra iste filius patri donatione propria (quia reputantur pro eadem persona) aliquid donare potest, iuxta. l. fin. C. de impub. ideò scrutari, vel inquirere libet hic casus, si qui sunt, in quibus hæc dispositio iuris exceptionem patitur. Respondetur, quòd præter quàm, quod donatio inter prædictos, scilicet patrem, & filium facta valet in omnibus casibus, in quibus donatio à marito facta vxori suæ, aut ab vxore facta marito valet, de quibus postea erit dicendum (siquidem autore

Quæst.

Casus excepti. 1.

Azone, æquiparãtur communiter donatio inter patrem,& filium & inter maritum,& vxorem)& valet etiam donatio facta à patre primò dum fit in dotem, aut matrimonium. l. Pomponius Philad.ff. famil. erciscu. &. ff.de collat.bonor.& de collat.dot.per totum.

2. ¶Secundò valet donatio vsus fructus,quẽ habet pater in bonis aduentitijs filij, si faciat ea filio cuius sunt illa bona aduentitia. l. cum oportet &.l.nõ solum.§.sin autem.C.de bon. quæ lib.

3. ¶Tertiò valet donatio,quando pater mobilia bona donat filio pro bello.C.famil.erciscic.l.4.

4. ¶Quartò valet donatio facta propter merita, & seruitia filij, quando ob hæc ei donat pater,quæ propriè non est donatio,de qua supra plura sunt dicta,vbi aduertit Nauarrus, ꝙ donatio patris,aut matris facta filio, quæ remuneratoria non est, & si aliàs valida sit vt in casibus prædictis,aut eorum morte confirmetur,quia in vita ab eis non est reuocata, si tamen eam quotam excedat de qua iuxta diuersa iura specialia diuersorum regnorum parentes liberè disponere possunt, & reliquorum filiorum legitimè præiudicat, non sustinebitur in totum, quia reuocanda est pro tanto, quantum opus fuerit ad præiudicium eorum tollendum.l.1.C.de in offic. donat. &. l. 1.C. de in offic.dot. vbi insinuare videtur Nauarrus, quod per remuneratiuam donationem factã vni filiorum bene potest pater diminuere legitimas aliorum filiorum inofficiosedonando,sed id debet fieri ne fraus fiat legi,& legitimis aliorum fratrum,sic vt donatio non excedat merita in casu quo iste excessus,reddereret eam donationem inofficiosam.

Donation. inofficiosæ quæ nam.

¶Vt autem pateat quęnam donationes inofficiosę sit in regno Castellæ,animaduertenda est lex,quę habetur Recopilatione nouæ legum lib.5.titul.6.l.12.vbi sancitur, quod parentes quibus sunt liberi, vel descendentes legitimi neque in morte, neque in vita donare possint,vel meliorare alios ábhis,vltra quintam suorum bonorum partem. Cæterum vt habetur ead. Recopilat.eod. libro. & tit.l.7. &.l.3.decernitur(vt supra meminimus) quod patres dum donauerint aliquid filio legitimo intelligatur talis filius esse adauctus in tertia, & quinta parte bonorum paternorum, & in sua legitima, etiam si id patres non expresserint, quod si hanc summam donatio prædicta excesserit,in eo quod excedit inualida sit,neque parentes aliam meliorationem superaddere possit. ¶Superadijcitur autem ibi. l.2. quòd pater, & mater cum aliquem ex se descendentem legitimum in testamento, vel via vltimæ voluntatis,vel in vita in tertia parte bonorum donantes adauxerint,possint imponere in illa tertia parte illi quodcunque grauamẽ siuè restitutionis, siuè fideicommissionis, & summissionis,& substitutionis, &c. Vbi autẽ fit adauctio, siuè melioratio sicin quinta, & tertia parte bonorum, quinta pars prius deducenda est ex cumulo bonorum, quàm tertia, vt.l.214.Styli statuitur.

Grauamina in meliorat.

¶Secundò adnotatione dignum est, quia donationes in eo, in quo inofficiosæ sunt nõ valere diximus, quod æstimari hoc non potest, vt inofficiosæ iudicẽtur, vel non,nisi ęstimatis bonis donantis quoad valorem.Ideò scitu est opus quomodo, & quando, id est, prò quo tempore valor illorum bonorum sit æstimandus,id est, an illa bona sint æstimanda eo valore, quo valebant tempore, quo facta est donatio, aut tempore quo donator vita defunctus est.Respondetur, quòd de hoc in regno Castellæ extat expressa diffinitio in Recopilat.nou.legum.l.3.libr.5.titulo.8.vbi sic statuitur, quòd donatio dotis pro matrimonio,vt inofficiosa fuisse perpẽdatur (est enim inofficiosa quando excedit tertiam, & quintã partem bonorum donatoris, cui sunt descendentes legitimi) attendendus est valor bonorum donantis dotem, vel pro tempore quo constituta est dos, vel pro tempore, quo eam constituens obijt pro optione illius cui fuit dos promissa, vel dari constituta, prout ipse eligere maluerit. Verumtamen, vt aliæ donationes inofficiosæ iudicentur, illa bona donatoris æstimandã sunt iuxta valorem, quo valebant tempore quo donator obijt. Quare hac habita consideratione subinde, ibi ead.Recopilat.l.7.& 9.& 10.titul.6.lib.5. quod decernitur meliorationes aliàs factas non excipiantur à cumulo bonorum dotis, vel donationis propter nuptias, quæ allata fuerint ad collationẽ.

Quæst. Valor bonorumattẽdendus.

Donatio pro dote in hoc potior.

¶Præterea, qui carent filiis parentes, tamen habent ascendentes ex suis bonis quam quotam donare possint,ne eorum donatio fiat in officiosa,nunc inquirendum venit. Igitur in regno Castellæ per legem sextã Tauri satisfit quæstioni, vbi diffinitur, quòd carens filijs, aut descendentibus,si tamen ascendentes,scilicet,auum, vel proauum,vel matrem, vel patrem habeat, solum potest donare alteri cui voluerit tertiam suorum bonorum partem,exceptis locis, vbi iuxta consuetudinem terræ

Donatiõ habent parent. Quæst.

bona

bona reuertũtur ad radicẽ. Nam si vltra hanc donasset talis donatio inofficiosa esset, si tamẽ solos haberet fratres, omnia bona sua extraneo, & causa mortis donare, & legare posset, vt habetur, vel elicitur ex. 6. & 7. l. Tauri, vbi correctæ videntur lex. 4. tit. 13. Partitæ. 6. & lex. tit. 6. lib. 3. del Fuero, quæ aliter disponebant, scilicet, quod fratres peræquales quotas cũ suis patribus, vel auis succederẽt fratri.

Quid filijs naturalib⁹ liceat posit. ¶ Accedit etiam ad maiorem explicationẽ dictorum, quod parentes carentes filijs legitimis possunt filijs naturalibus donare, vel legare ex suis bonis totum id quod sibi libuerit, licet patres, vel ascendentes legitimi sibi sint, vnde colligitur quod in hoc casu non tenentur reseruare parentibus aliquotam partẽ: notanter autem diximus possunt donare naturalibus pro libito, quia in Recopilat. leg. lib. 9. tit. 8. vbi id patribus conceditur isto termino possunt, vtitur: quasi ad id non astringantur, sed suæ voluntati relinquatur, pro cuius explicatione ibi adijcitur, tunc filios naturales dici, quando tempore quo nati sunt, vel concepti, patres eorum cum eorundem matribus poterant iustè absque dispensatione matrimonio copulari, dummodo parentes huiusmodi naturales recognoscant pro suis filijs, neq; obstat vt lex ait non obstare, quod pater fœminam, ex qua huiusmodi naturalem genuit in domo non retinuerit, vel quod non eam solã tenuerit, quia nihilominus prædictis conditionibus cõcurrentibus filius naturalis erit.

Quæst. 1. Quid illegitimis. ¶ Iam quid parentes filijs illegitimis possint donare perstat dicendum, dicimus ergo Primò ad quæstionem cum Soto de iustitia, & iure, q; filij spurij quippe, qui ex peculiari cõcubina sunt geniti, & filij manceres, qui ex vaga sunt suscepti, eodẽmodo extimãtur quo ad hæreditatem, non enim succedunt hæreditati patris, vel matris si filios habeant legitimos, permittitur tamen, vt mater in hoc casu possit ex quinta parte assis, ideſt, suorum bonorum illos hæredes instituere.

2. ¶ Secundò dicimus, quod si mater legitima careat prole, succedunt illi ab intestato, nõ tamen patri, quia non est ita certus, an sit suus filius. Quamuis (vt prædiximus) pater filium naturalem, dum eum pro suo recognoscat, si careat legitima prole, eum hæredem omniũ 3. bonorum suorum (si velit) instituere possit.

¶ Tertiò dicimus quod filij nati ex dãnato concubitu, & punibili ex parte matris puta ex incestu, & stupro, & potissime ex adulterio non succedunt matri, neque ex testamento, neque ab intestato, potest tamen tàm pater, quam mater istis quintam partem donare seu legare. Hæc autem omnia extra controuersiã esse testatur Sotus. Sed ad id quod magis in dubio est perueniamus.

Quæst. Quid filijs adult. ¶ Quæritur ergo, quòd difficilius premit, an pater qui caret legitima prole, filijs ex adulterio à se genitis, vel ex damnato concubitu possit extra testamentum suam omnem substantiam donare, vel ea amico sub fideicommissione secreta donare, vt postea eam conferat tali filio. ¶ Ad hanc igitur quæstionem ex mente Soti dicimus primò, quòd pater extra testamentum potest dare amico omnem substantiam suam in casu, quo caret legitima successione, hoc est pro legitima, vt det eam filio adulterino, & notho. Atque iure naturali amicus tenetur dare, & filius nothus, & adulterinus potest in conscientia retinere, quia solum lex prohibet esse hæredem, quod fit per testamentum, & siquidem lex ista est pœnalis, sic debet restringi. ¶ Secundò dicimus, quòd amplius est cum eodem Soto in. 4. sen. tom. 2. distinct. 41. quæst. vnica. art. 4. quod si pater carens legitimis propria manu per seipsum det adulterino omnia bona sua, adulterinus ante condemnationem tutè ea poterit retinere propter eandem ratiõnem, quia lex pœnalis est ista ait Sotus. ¶ Imò, quia isti filij nothi sæcularium non videntur fieri incapaces hæreditatis paternæ ipso facto per verba legis, quæ habentur in Recopilat. noua. libr. 5. tit. 8. vbi sancitur, quòd nec ex testamento, sed neque abintestato possint esse hæredes hæreditatis maternæ, quando fuerint geniti ex damnato concubitu, id est, morte punibili ex parte matris. Nõ enim si lex hęc est pœnalis (vt videtur Soto & alijs) lex pœnalis ante condemnationem reddit aliquem inhabilem, vel incapacem, ideò si instituti sunt hæredes in testamento, si hæreditatem penes se habent non tenentur eam à se abijcere, neque restituere fisco ante condemnationem. Hæc autem sententia videtur esse de mente Soti loco citato licet non transeat sine difficultate, sed quia leges pœnales sunt restringẽdæ, & quia illa verba, nõ possint esse hæredes, non irritant factũ in conscientia, sed in foro exteriori duntaxat, iuxta regulam illam, (scilicet, quæ potius videtur esse exceptio illius regulæ iuris, scilicet, quæ contra ius sunt debent pro infectis haberi, quãm regula) quæ dictat quidem, quod nõ omnis actus factus contra legem est ipso iure nullus, scilicet, quando lex punit contra facientes, vt hic contingit, quia hic pater instituens hæredem adulterinum punitur amissione hæreditatis

reditatis applicandæ fisco, ideò cum lex prædicta puniat factũ, & illud expresse nó annullet non videtur in conscientia filius adulterinus ante repetitionem fisci obligandus ad hæreditatis restitutionem.

Quæst. Quid de filijs clericorum.

¶ Insuper de filijs clericorum initiatorum sacris, & religiosorum maius dubium viget, quoniam eadem Recopilat. lib. 5. tit. 18. l. 6. sic de eis statuitur, quod hæreditate capere non possint bona parentum, vel aliorum consanguineorum ex parte patris, neque habeãt neque potiri possint quouis legato, vel donatione, vel venditione sibi per eosdem factis nunc, vel inposterum: item quælibet priuilegia, siue rescripta, quæ obtinuerint iam, vel imposterum in suum fauorem obtinebunt, contra hic statutum, illis non valere, neque illis adiumento, vel commodo esse mandatur si quidem per hanc legem reuocantur, & annullantur: hæc autem lex an pœnalis sit, vel tales filios bonorum paternorũ incapaces reddat magnopere ambigitur. ¶ Igitur nos in hac parte sententiam Soti, quæ magis conformis est legis literæ, maluimꝰ amplecti, nã oppositæ sententiæ magis contraria videt esse literæ eidẽ.

Sent. Soti tenenda.

¶ Sententia igitur Sotiest, quod prædicta lex respectu filiorum clericorum non est purè pœnalis, sed inhabilitans, & incapaces bonorum paternorum eos efficiens, quod ex illis verbis legis, scilicet, non habeant, seu acquirant videtur sibi colligere. Nam lex Hispanica huiusmodi verbis vtitur, no ayan, quæ quidem verba translationem dominij bonorum paternorum in hos filios videntur impedire. Neque in ambiguo est principes temporales (cum in ordine ad bonum commune temporales gubernatores sint) posse in conscientia ex rationabili & iusta causa horum bonorum dominij translationem præpedire quemadmodum in donationibus pupillorum, sine authoritate tutorum factis solet legislator per suam legem etiam dominij translationem impedire. Ex prædicta intelligentia legis infert Sotus huiusmodi clericos initiatos sacris, neque licitè sua bona suis filijs illegitimis largire posse, neque ipsos filios tuta conscientia ea percipere, aut retinere.

¶ At verò quia Sotus prædictæ sententiæ est, contendit indagare, si quod remedium licitum suppetere possit quo huiusmodi clerici prædictis suis filijs possint de suis bonis subuenire. Remedium igitur, & accõmodum sibi esse videtur, & lititum vt pater clericus det bona sua amico sine conditione vlla illi ea donando habita confidentia, quod ea amicus hic largietur filio, quia aliàs ea amico non daret. Est in quam hoc remedium licitum, & accommodum, quia licet in hoc casu amicus ea bona tanquam absolutè, sibi donata potest tuta conscientia retinere: tamen si verus amicus est probabiliter credi potest ea filio clerici dabit, quod & tuta conscientia in hoc casu potest dare, & filius clerici ab eo percipere, quia iam verè non obtinet bona patris, quæ sint iã patris, & à patre donata, sed quæ sunt iam illius amici paterni, cui prius absolutè, & sine conditione sunt à patre donata, à quo rursus filio prædicto donantur quod quidem cõtra legem non intentatur.

Quale remediũ pro filijs clericorũ licitũ.

¶ Cæterùm si ea bona à patre clerico conferantur amico ea conditione, vt rursus ea cõferat filio, quia machinatio hæc paratur infra dem legis, neque amicus licitè ea bona, sibi vẽdicare poterit, quia sibi non sunt absolutè donata, neque etiam ea filio clerici dare potest, quia esset agere contra legem iustam, & in cõscientia obliguntem in re graui.

Dubium. Resp.

¶ Si igitur quæratur quid igitur in hoc casu de huiusmodi bonis erit agendum. Respondetur igitur cum Soto, vbi supra, quod ante condemnationem attinent ad hæredes abinte stato succedentes, quod si tales hæredes non sint, eroganda sunt in pios vsus: alioquin si scit id in aures fisci peruenturum melius est patefacere fisco.

Aduertentia pro nepotibus clericorum.

¶ Præterea ex prædictis corollariè sequitur hoc, quod & Frater Iosephus in suis floribus aduertit, scilicet, quòd quia lex hæc studiosa quippe quæ est restringenda, & non extendẽda cum solum loquatur de filijs, non videtur nepotibus clericorum ex suis illegitimis filijs, vel filiabus progenitis vetare bona suorũ auorum clericorum posse & recipere, & retinere, neque auis eorum, ita videtur esse vetitum ea suis nepotibus largiri. Nã licet nepotes in materia fauorabili soleant venire nomine filiorũ: non tamen in materia odiosa, vbi quia strictè sumuntur termini in propria significatione sunt accipiendi.

Quæst. De alimentis filiorũ nothorum.

¶ Sed iam quæritur vlterius, an leges prædictæ tam strictè sint accipiendæ, vt filijs nothis, & ex damnato concubitu prestare alimẽta, vt alantur parentes prohibeant. Cui quæstioni satisfacientes primò dicimus, quòd parentes non carentes legitima prole illegitimis pro alimentis, nisi quintam bonorum suorũ partem legare non possunt, ita l. 10. Tauri, ex qua licet colligere, quod eandem quintã partem in gratiam alimentorum possint legare parentes filijs ex concubitu damnato natis, si

cus

cut eandem quintam partem poterant legare cuiliber etiam extraneo. ¶ Secundò dicimus 2. filios ex concubitu damnato natos non tenetur alere ascendentes eorum ex parte patris, sed mater, & eius linea recta ascendentes tenentur eos alere. Nam & si pater sit dubius, semper tamen mater de sua prole certa est. l. 5. tit. 19. Partita. 4. Concordat Panormitanus in cap. cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. qui ait de Iure canonico filios spurios, vel natos ex damnato concubitu ali debere à parentibus, & huic iuri stari hodie etiam de iure ciuili, quia hoc induxit ecclesia ex quadam naturali æquitate ne filij alimentis priuati pereant. ¶ Additque Panormitanus quod 3. propter rationem prædicti textus, cum haberet parentes possunt legare filijs spurijs ratione alimentorum, & dotare, & relinquere dotes filiabus, cum dos loco alimentorum succedat. Imo pater cogitur dotare filiam bastardam. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. pater naturalis, dotareque tenetur dum eam recognoscat de ducto tamen ne ipse egeat ex. l. fin. C. de promi. Adde vlt. mò quod filius ille cui debentur alimenta subinde habere debet expensas 4. pro studio sine quo viuere non posset secundum suæ personæ decentiam, scilicet, pro Grámatica, & Rhetorica, quando alioquim filius esset patris illustris, licet non legitimè ab eo procreatus, secus est de expensis in studijs in quibus dicitur militare, vt tradit Bartolus in l. de bonis. ff. de car. edict. §. non solum. sed iam diximus pro his alimentis in Hispania adulterinis vltra quintam partem non posse legari.

CAP. XLVII. *Quomodo donare possunt beneficiarij, statuitur pro hoc regula generalis, an beneficiarius profane donata restituere teneatur, quod concilium Tridentinum videtur annullare donationes profanas, & respondetur ad legem Hispaniæ, de donatione inter coniuges prohibita exceptis. 9. casibus & casu recompensationis senectutis. donatio inter coniuges quibus modis, vel casib⁹ firmatur, an firmatur morte ciuili, idest, professione de donatione propter nuptias, donatio inter cõiuges quibus casibus reuocatur vt possit morte confirmari, requiritur traditio rei donatæ fiat in vita, an donatio causa mortis reuocetur per conualescentiam.*

Quomodo beneficiarij donare possint.

IAm non erit ab re postquam de donationibus hic agitur & eos assignare casus in quibus beneficiarij ecclesiastici possunt licitè etiã profanas hoc est donationes non pias facere.

¶ Ad hanc autem quæstionem quoniam breuiter respondere paramus, statuimus regulam generalem imprimis cum Nauarro in summ. Lat. cap. 17. num. 94. scilicet beneficiarius ecclesiasticus potest impendere in vsus sibi placentes, & etiam in donationes profanas bona sua patrimonialia tanquam illorum dominus. De numero autem bonorum horum patrimonialium contra alios esse censentur, quæ ratione dignitatis clericalis beneficiarius sibi acquisiuit Missas celebrando, prædicando, confessiones audiendo, & alia sacramenta administrando, & etiam quæ ex decenti substentatione sui status se in hoc restringendo sibi subtraxit, & etiam bona illa, quæ commeruit inseruiendo ecclesiæ etiam in alijs, in quibus non tenebatur ministerium præstare vltra officiũ, quod pro suo beneficio tenebatur mediocriter subire. *Regula generalis.* 1.

¶ Item ea tanta bona, quæ sibi superfluunt ad decentem substentationem ex redditibus sui beneficij, quanta fuere, quæ ex suis bonis patrimonialibus expendit iam in pios vsus, iã computantur inter patrimonialia, ita vt illa prolibito possit donare. 2.

¶ Ex prædictis corollariè sequitur benè, licitèq; expendisse beneficiarium, quæ dono dedit etiam extraneis non solum in necessitatẽ naturæ eorum, sed in decentem sustentationẽ personæ eorum, quia hoc opus subuentionis opus pium esse censetur. *Corol. 1.*

¶ Sequitur secundò corollariè, quòd beneficiarius licitè sibi retinet, de redditibus sui beneficij superfluentibus, tibi ad decentem sustentationem sui status eam partem, quam de suis bonis patrimonialibus expendit in pauperes, vel in ecclesiæ vtilitatem, vel in recipiendo hospitio regem, proceres, & iudices eius, & literatos, & denique quoscunque, de quibus speratur, quod talibus beneficijs affecti loco, & tempore opportuno fauori insistent ecclesiæ, neque eam in suis iuribus, aut causis, vel electionibus, vel prouisionibus lædet, aut molestabunt. *Corol. 2.*

¶ Sequitur tertiò corollariè, q̃ citra scrupulum beneficiarius, de redditibus sui beneficij, & de quæstis per pensiones, vel per distributiones quotidianas (nam de his idem est iudicium, quod de alijs redditibus ecclesiasticis) potest impendere in remunerationem obsequiorum, quibus sunt affecti à cognatis, vel famulis. Nam hæc non censentur impensa profana, sed aliquomodo debita. Cæterùm multòmagis impensa pia, & licita esse censetur, quod vere, & irreuocabiliter donatur à beneficiario *Corol. 3.*

ficiario in opera pia etiam in articulo mortis, & reseruatio illa licet, qua beneficiarius de sibi superfluo reseruat aliquid pro tempore futuro in pia opera futura insumendum, modo probabiliter talia opera sperẽtur. At licet hoc condemnet Metina in sua instructione, tamẽ non damnandum esse censeo hoc assertum quod est Nauar. vbi supra, dummodo hæc assit limitatio, cuius ipse non meminit, scilicet, quod non sint graues, & vrgentes necessitates in præsenti, quæ præsentaneam exposcant subuentionem, & sic sperentur in futurum proximæ maiores futuræ necessitates.

Corol. 4. ¶Sequitur quartò beneficiarium, qui extra casus in supradictis contentos, aliquid de redditibus beneficij sibi ad decẽtiam persone superfluis vanè, aut profanè donat peccare mortaliter. Nam pars eorum (vt ait D. Thomas, quodlibeto. 9. art. 12. qui sic faciũt) ponẽda est cum his malis seruis, qui dicentes moram facit dominus, manducant & viuunt cũ ebriosis Mathei. 14.

Quæst. An beneficiarius profane donata restituet ¶At iam in hoc casu beneficiarius an ad restituendum id quod sic vanè, & profanè donauit teneatur, longa disputatione illucidandum erat, nisi breuitati studentes, nos ad. 1. partem nostri Instructorij cap. 43. lectorem remitteremus, interim hoc dumtaxat dicendo, quod magis ad mentem D. Thomæ in illo quolibeto esse videtur, vt, scilicet, quia ex sola obligatione charitatis tenetur superflua sibi de redditibus beneficij beneficiarius, vel in pia opera expendere, vel dare pauperibus, & quia illorum dominus est, cum hoc tamen obligationis onere, ideo si profanè illa donauit vltra decentiam status donatarium ad augendò, siuè consanguineus sit, siuè extraneus, non beneficiarius ipse, sed ipse donatarius sic tali dono adauctus tenetur illud restituere pauperibus, nisi iam peruenerit ad temporis articulum, quo ipso iam eget ad decentem sustentationẽ sui status. Quod probatur, tum quia talis donatio nulla fuisse videtur propter verba concilij Trid. Sessi. 25. c. 1. de reformatione, quibus omnino episcopis, & beneficiarijs interdicit consanguineos, familiares ue suos augere. Quia illa verba omnino interdicimus, secundum iuristas annullatiua sunt contractus, tunc quia si donatarius ad decentẽ sustentationẽ sui status tali dono non eget, duplici obligatione illud restituere pauperibus tenetur prima, quia cũ huius obligationis onere à beneficiario trãsiuit in eum, quia cum isto onere illud superfluũ sibi ex redditibus ecclesiæ haberet beneficiarius (quia res transit cum suo onere) sine illo non potuit in donatarium transferri. Secunda verò, quia vndecũq; quis habet sibi superflua ad suam decentiam status tenetur ea dare pauperibus, iuxta præceptum domini dicentis, Quod superest date eleemosynam. sicque cõcordauimus aliquatenus sententias alioquin distantes Soti, & Nauarri. Nam ad legem ciuilem, quæ videtur obstare qua in Recopilatio. noua legum, lib. 5. tit. 8. l. 13. cauetur, quod bonis clericorum sacris initiatorũ etiam ex reddi tibus ecclesiasticis acquisitis possit iuxta consuetudinem in his regnis receptam succedi ex testamento, vel ab intestato: sufficiens est responsio Nauarri, scilicet, quòd est permissiua ad tollendas lites, quia talis testatio non constat, an sit de superfluis, aut quod sit profana, ideò iubet in foro exteriori iure succedendi prædictis bonis hæredes non priuari id quod attinet ad conscientiam, hæredum conscientijs, & eorũ confessoribus reseruãdo, vt ipsi videant, & examinent, an talis successio cõtra legem charitatis debitæ pauperibus sit, vel non. *Resp. ad. Hisp.*

¶Porrò quoniam diximus, quod donatio à marito facta vxori, aut ab vxore marito post quam contractum est matrimonium de præsenti, vel ante pro tempore, quo contractum iam fuerit valida non sit, quia donator vir, vel donatrix vxor ántequam moriatur cum libitum fuerit illam potest reuocare, iuxta. l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. neque obstat tali reuocationi, quod per modum remissionis debiti fiat, aut quod fiat per tertiam personam l. si sponsus. ff. eo. nunc explicandum restat in quibus casibus hæc dispositio iuris exceptionem patiatur. Respondetur ergo, quod prædicta donatio in his casibus licita est & valida. *Donationes inter coniuges prohibita.*

¶Primò quãdo Imperator, aut Rex donat imperatrici, aut Reginæ, aut illa illi, l. penult. C. eod. tit. ¶Secundò quando datur pecunia ad restaurandas ædes, & res igne consumptas. l. quod si vir. ff. eod. tit. ¶Tertiò quando cõiux donans ex hoc non fit pauperior, licet alter coniux fiat ditior. l. sed etsi constãte. ff. eo. tit. *Exceptio.* 1. 2. 3.

¶Quartò quando recipiens non fit ditior, licet donans fiat pauperior. d. l. quod autem. 4.

¶Quintò quando donatur in tempore finiti matrimonij, vt scilicet, res fiat alterius morte coniugis donante secuta. l. sed interim. ff. eod. & quando donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem donatoris id habeat, vt in dicta. l. sed interim, dummodo se in vita reuocandi facultate non priuet, secundum gloss. in dicta. l. sed interim. Nam aliàs secundum Iulium Clarum de donat. si donator dicens 5.

Cone. Tri. annullat donation. profan.

Prob.

se

se donare causa mortis promittat ipsam donationem non reuocare censetur donatio inter viuos, quæ inter coniuges ne se inuicem spolient est prohibita, quia donationi causa mortis irreuocatio non potest competere, vnde qui irreuocabiliter dixit se causa mortis donare potius censetur motus esse ad donandum propter causam mortis, quam voluisse causa mortis donare vt dicit iurisconsultus. l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort. Imo censeo verum, quod Garcia lib. 1. de contract. fol. 79. ait, scilicet, quod donatio causa mortis etiam realiter in vita tradita re donata non censenda est, aut præsumenda est irreuocabilis, facit pro hoc Bart. C. de sacro sanct. eccles. authen. ingressi. ¶ Sextò valet donatio quando vxor marito donat ad aliquam dignitatem, vel honorem adipiscendum. l. quod adipiscendæ. ff. eod. ¶ Septimò, valet quando maritus constante matrimonio remittit vxori promissam dotem in totum, vel in partem glossa. singul. & ibi Cyn. & Bald. in. l. si constante. C. de donat. ante nuptias. Remissio autem alterius debiti, quia quædã donatio est non valet, neque assignatio debitoris ei facta valet, quia rationem donationis habet. Imo si volẽti mihi donare centum aureos causa mortis mando, vt donet vxori meæ, non tenet donatio, quia videtur ac si ego vxori meæ donarem. l. idem q; ff. eod. tit. Secus autem est si mando quod leget eos vxori, quia legatum non facit donationem, cum non transferatur dominium, sicut in donatione causa mortis transfertur licet possit reuocari. l. 2. ff. eod. tit. ¶ Adde octauò quod valet donatio secundum Hostien. quando maritus vxori suæ in mensem, aut annum aut quandiu vixerit aliquid certum assignat pro victu suo, & suorum vsque ad fructus dotis, & non amplius, ita tenet glos. in. l. ex animo. ff. de dona. inter vir. & vxor. per illum text. tum. ¶ Nonò valet inter virum, & vxorem donatio remuneratoria, quæ propriè non est donatio atque ideò iure non prohibetur. l. quod autem. ff. eod. tit. vnde corollariè infert Iulius Clarus tract. de donat. quod valet donatio inter virum, & vxorem, quando fit ratione recõpensationis senectutis viri, aut nobilitatis mulieris, quia videtur remuneratoria. Intelligitur autem hoc posse fieri in ipso actu dotis cõstituendæ, non autem post. Nam aliàs puellæ habentes maritos senes eos spoliarent.

¶ Nunc verò agendum superest de modis, quibus donatio inter coniuges aliàs inualida potest firmari, respondetur autẽ primò quod licet secundum Iulium Clarum vbi supra

sent. Garcia.

6.

7.

8.

9.

Nota. Ratio recõpensati. senectutis.

Donatio inter coniuges quomodo firmatur.

Simulata donatio inter virum, & vxorem vt in confessione doris receptæ non firmetur, tamen si vera donatio est per iuramentum potest firmari, ita Ponar. in cap. donatio. eod. tit. asserit, dicens hanc opinionem esse communem, neq; tale iuramentum esse contra bonos mores naturales, quod rursum ipse confirmat in capit. cum contingat de iur. iurand. dicens, hoc non esse contra bonum publicum, neque continere aliquam turpitudinem ex parte iurantis: quòd autem donationes dum per scripturas fiunt in ipsis scripturis possit apponi iuramentum sine pœna conceditur in Recopilat. noua lib. 4. tit. 1. l. 12. 1.

¶ Secundò talis donatio inter virum, & vxorem si fuit facta firmatur morte donantis, & non reuocantis tacitè, vel expresse in d. cap. donatio. Si tamen nõ sit vltra quingentos solidos siuè aureos, secus est si esset vltra, & sine insinuatione (quæ quia plenam causæ cognitionem non requirit & voluntariè iurisdictionis est actus, sufficit scribatur, & publicetur coram iudice sine alia scriptura, aut registratione, non ergo confirmatur sine tali insinuatione nisi in morte approbauerit, quo casu valebit vt legatum, quod insinuatione non indiget secundum gloss. in d. c. donatio. 2.

¶ Tertiò confirmatur etiam si fuit facta simplici promissione, quando simul traditio rei donatæ facta fuit in vita verè, vel quia confitetur se habuisse, quod est loco traditionis, cõfirmatur (inquam) morte: ita Siluest. verbo donatio. 2. q. 5. & probat. ex l. quod de suo. C. de dote. caut. non. numer. vbi dicitur, quod licet non interueniat traditio, si interuenit id quod per traditionem habet confirmare donationem inter virum, & vxorem, morte donatoris confirmatur. Ita summat Bald. Requiritur ergo traditio in vita donantis, vt donatio morte confirmetur, neq; sufficit simplex promissio. Excepto casu illo, vbi parentes aliquẽ ex descendentibus meliorare in tertia, & quinta parte suorum bonorum via nuptiarum, vel alia via onerosa promiserũt, quia si id pro vt tenebantur nõ impleuerit in vita, post mortem talis donatio melioritionis, ita lege Castellæ specialiter disponente confirmatur, ac si de facto iam facta esset, ita Recopilatione noua, lib. 5. titul. 6. leg. 6. ita dictum est supra. ¶ Aduertendum est etiam cum Siluestro loco allegato, quod donatio prædicta confirmatur non solum morte naturali, sed etiam morte ciuili, non per illam, per quam quis sit seruus alterius hominis perdendo libertatem, quia per hanc perimitur donatio, cũ possit dominã 3.

Aduertentia firmatur morte ciuili.

eam reuocare, sed per illam mortem ciuilem confirmatur, perquam quis efficitur seruus pœnæ. ¶ At verò per illam mortē ciuilem, quæ dicitur deportatio, quia matrimoniū non dissoluit nō confirmatur donatio inter cōiuges, sed depēdet vsq; ad mortē naturalē, & si nō reuocauerit donator, tunc cōfirmatur .l. res vxor. C. eod. tit. Itē etiā an per aliam mortē ciuilē quę fit per professionē religionis cōfirmetur prædicta donatio, quia cōtrauertitur inter doctores, dicimus breuiter eos cōcordantes per distinctionē. s. quod tantū in religionibus, quæ possidēt in cōmuni, per earū ꝓfessionē nō cōfirmatur tali morte. i. tali professione donatio, etiā si ante consummatū matrimoniū ingressus aliquā harū religionū donatur fuerit professus, quia coniux donatarius debet expectare mortē naturalē professi, quia adhuc res est in pendēti, poterit enim in hoc casu mori ante cōiux donatarius, quàm donator. d. l. res & sic vera est sentētia Vicentij in. d. c. donatio: si autē loquamur de religionibus, quæ neq; in particulari, neq; in cōmuni possident, qualis est ordo Minorū, tunc per huius ordinis professionē factam ante consummatū matrimoniū (quia talis professio est mors ciuilis dissoluens matrimoniū) bene confirmatur donatio antea facta, secundū Ioā. An. & Car. quorū sententia in hoc sensu est vera. Secus autē si professio cuiuscunq, religionis siue possidentis in cōmuni, siuè neq; in cōmuni neq; in particulari possidentis facta fuisset post consummatū matrimoniū ex concensu coniugis, quia tunc per eam non confirmaretur donatio, quia nō confirmatur, nisi professione, quæ sit mors ciuilis dissoluens matrimoniū, qualis nō est professio post consummatum matrimonium, quia illud non dissoluit, vide Silues. verb. donatio. 2. q. 5. ¶ Adde vltimò quod donatio inter sponsos de futuro secundum gloss. in dict. cap. donatio. valet etiam si matrimonium postea eodē die contrahatur. l. inter eos .ff. eo. tit. ¶ Porrò licet tu. Cla. tra. de do. dixerit donationes ꝓpter nuptias iā invsu nō esse, nihilominus dicimus ꝙ quādo fiebāt, & nūc si eodē modo fierēt, ad hoc tantū valēt, nisi aliter paciscatur, vt de dote sit vxor securior. secun. glo. l. fi. C. de don. vnde vxor nō potest renūciare huic iuri suo. s. vt talis donatio sibi facta alienet, neq; ei⁹ cōsensus adhoc valet. C. ad Velleianū. Auth. siue auię, nisi interueniat iuramentū. c. licet de iur. iur. lib. 6. aut nisi vxor post bienniū cōsentiat secunda vice, & ꝙ tantū sit in facultatibus viri, vt indēnitati vxoris possit cōsuli pro toto tempore, quo vxor agere potest vt notatur in d. Authen. siue auiæ, vel nisi per tres annos tacuerit licet in secundo, nō consenserit vt not. Panorm. in. cap. peruenit de vend. & emptio: ¶ Sed de his donationibus factis à maritis propter nuptias. s. hoc fine, vt vxores sint de dotibus magis securę, an morte viorū cōfirmentur, quia scisciari quis poterit. Respōdemus primò, iacietes principiū vndefatis fiat quęstio ni. s. ꝙ donatio hæc sic facta à viro ꝓpter nuptias, soluto matrimonio reuertitur ad virū l. fi. C. de donat. ante nuptias, vel ꝓpter nuptias, sicut dos ad mulierē reuertitur. l. vnica. C. de re. vxo. act. & nisi pactū aliter habeat, locorū consuetudo est seruāda vt notatur in. d. c. don. ex quo sequitur, ꝙ ista donatio ꝓpter nuptias hoc solo fine vt vxor securior reddatur de sua dote, quia soluto matrimonio reuertitur ad virū, nō cōfirmatur morte: sicut neq; morte soceri videtur cōfirmari donatio facta nurui vestimētorū, & ornamentorū pretiosorū, & festiuorū. l. mortis suę. ff. de don. quia dictę res nō fuerūt donatæ, sed traditæ ad vsum. d. l. mortis in fin. libet dixerit socer se donare, quia intelligitur quo ad vsum tātū. Sequitur secūdò: ꝙ secun. Bar. l. sed si plura. §. in arrogat. & vulg. & pupil. ꝙ donatio facta vxori à cōsanguineis ex parte viri contēplatione viri facta esse videtur, vnde videtur magis facta esse marito, quā vxori, sed in xenijs factis à cōsanguineis vxoris videtur talis donatio vxoris contēplatione facta fuisse in d. §. in arrogato dū dicit amicus, vel cognatus ira de facto in facti cōtingētia ait Bar. se cōsuluisse. ¶ Postquā eos modos retulimus quibus inter virū, & vxorē cōfirmatur donatio facta, siquidē nō solū donatio inter virū & vxorem, nisi cōfirmetur legitimè nō valet sed neq; etiā in socerū, & nurū, vel generū, & inter consoceros, qui copulatos matrimonio habēt in sua potestate. l. cū hic. §. oratio, & inter patrē & filiū nō emancipatū secundū gloss. in. d. c. donatio. de donat. iā nunc de modis, quibus reuocatur donatio inter virū & vxorem restat agendum. Reuocatur ergo Primò per pœnitentiam si donitio sit expresse reuocata in quo debet attendi vltima voluntas. ff. eod. l. cum hic status. §. 1. ¶ Secundò per tacitā reuocationem, quia si res donata per donatorē alienetur. C. eod. l. si maritus. Imo tacitè dicitur reuocare quando obligat rē donatā pignori, nisi aliud oltēdat. ¶ Tertiò, si prius moritur donatarius ideſt qui rem dono accepit extra. eod. cap. fin. At identidem non reuocatur quando simul moriuntur ambo, puta naufragio, vel ruina, quia tenet donatio. leg. cum hic. §. si ambo. ff. eod. vnde tunc succedit hæres donatarij, idemq; est si simul capian-

profeßio eſt mors ciuilis.

De donat. propter nupt.

Quæſt.

Reſp.

Corol.

Donat. inter coniuges reuocatur.

1.

2.

3.

capiantur ab hostibus, quia videntur, simul interijsse secundum Azor. quando nullus eorum reuertitur, si autem vnus redierit is videtur superuixisse, quando alter remaneret dicto. §. si ambo. ¶ Quartò quando fit diuortium ex displicentia nisi aliter appareat voluisse donationem valere. l. si interim. ff. eod. tit.

4.

Nota. Tradit. requir.

¶ Notandum est autē, quod donatio inter virū, & vxorē in qua vt possit morte cōfirmari requiri traditionē in vita diximus ex sentētia Siluest. verbo donat. 2. q. 4. si morte cōfirmetur vt ait Iul. Cla. confirmatur in vim relicti ideò de illa detrahitur falcidia sicut de legatis, sed respectu dñij non retrotrahitur hæc donatio ad tēpus factæ donationis, sed bene retrotrahitur ratione fructuū perceptorum, ita glo. in l. talis scriptura. ff. delegat. 1. in glos. fin. & confirmatur morte mariti etiam si sit vltra quingentos solidos, & non sit insinuata.

Detrahitur falc.

Donat. inter coniuges reuoc.

¶ Præterea quia de donationibus inter virū, & vxorē quibus casibus reuocantur dictū est, nunc etiā de donationibus à quibuscunq; potentibus sic donare factis causa mortis dicē dū est quòad earū reuocationē. s. quibus casibus reuocantur, & ex quibus causis reuocari possint. Respondetur, quod secundū glos. in l. non omnis. ff. si cert. pet. reuocātur in his casibus primò, si pri⁹ moriatur donatarius, quā donator. ¶ Secundò, si illum penitet donasse aut si cesset cōditio sub qua facta est donatio addit tamē Hostiens. idē esse si non adimplea tur causa sub qua donatio facta est, q̄ verum esse concedit Siluc. verb. donat. 4. q. 6. nisi donatio facta esse cōcedit in piā causam remittit que se super hoc ad supradicta à se, verbo donatio. 1. §. 14. in fine, sed de hoc redibit infra mētio. ¶ Tertiò, poterit reuocare etiā si non reuocare iurasset duobus modis, Primò ex noua causa sicut etiā quis electā iuramēto sepulturā potest reuocare ex nouā causa, vt quia factus est religiosus, vel si locus ille quasi esset dissipatus. Secundò si iuramento donauit omnia bona præsentia, & futura quia tūc iuramētum induceret votū captādæ mortis, ideoq; non tenet quia esse vinculū iniquitatis, peteretamē tenetur priusabsolutionē à iuramēto: secus si donasset solū præsentia q̄ intelligitur quando donat omnia bona sua nō addens futura, quia tunc nō reuocatur, vide & consule pro his. l. fin. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat. ¶ Quartò, vt diximus supra, donatio causa mortis potest etiā tacita volūtatis demonstratione reuocari si donator rē quā donauerat voluntarie in alīū alienauerit: hic autem Iulius Clar. hanc decisionē

Quæst. Casus. 1.

2.

3.

4.

tanquā admirabilē commendat. s. quod licet donator voluntatē mutauerit, si tamē postea contingat illū ex hac vita migrare sine hærede ex testamēto, vel ab intestato, donatio non censetur reuocata in l. 1. ff. qui sine manu ad libert. perucn. á qua se non recessum fuisse in practica ait, licet fateatur in puncto iuris nō satis benè sustineri posse secundum Angel.

¶ Scitu hic opus est (quoniā dubitari contingit) an donatio causa mortis propter conualescentiam donantis cēseatur reuocata? Respondetur autē cū Iulio Claro, quod si nō fuit facta instante mortis articulo, non reuocatur ob hāc causam cōualescentiæ, sed si facta fuit instanti tali mortis periculo per conualescentiā reuocatur, ita intelligitur textus si mortis causa res don. ff. de don. vt ait Alciatus. ¶ Ad de secūdò q̄ filius licet donationē inofficiosam quā fecit pater possit reuocare, nō tamē reuocare alienationē potest, quā titulo onero so fecit pater suus, neq; vsq; ad legitimā. Hęc cōtra opinio est magis cōmunis ita Rub. Pic⁹ Bart. in l. non vsq; adeò post nu. 1. ff. si quis à parente suo fuerit, & loquitur Picus etiā quādo fraus patris in ipsa alienatione interuenit, sed quia hæc sententia Iulio Claro nimis dura videtur, ideo vbi appareret quod ille tertius fuit particeps fraudis libētius se inclinare in sententiam Bar. ait, saltē vsq; ad legitimam, nam hæc opinio est ęquior vt omnes fatētur.

Quæst.

Resp.

Coroll.

CAP. XXXVIII. *Causa reuocationis donationis factæ inter viuos, de reuocatione eius ob ingratitudinem, & ob natiuitatem superuenientem filiorum, & quid si nati post filij moriantur, & quid si tempore donationis habebat iam filios, & superuenient alij filij, & quid si pater donans antea renunciauerat beneficio. l. si vnquàm, an donatio facta ecclesiæ reuocatur ob filios post natos donatio submodo, an tali modo deficiente reuocetur, de donatione facta ecclesiæ, sub modo, si modus iste non seruetur examinatur an reuocari possit, & an requiratur sententia ad reuocationem hanc, de donat. fact. filio an reuocetur, an debitor donet credit. indubio nota q̄ casibus cōting. de promiss. de filia.*

IAm de mera donatione, id est inter viuos, an reuocari possit, & ex quibus causis dicendum est. Igitur opinio cōmunis est quod donatio perfecta inter viuos regulariter reuocari non potest, nisi propter causas ingratitudinis, & causas expræssas in leg. finali. C. de reuocatione donationis, & propter similes causas illic expræssis: neque in hac

Donat. inter viuos reuoc.

Quæst.

perfecta donatione ad eam reuocandam pœnitentia donatoris admittitur, ad hoc autem allegatur textus. l. Aristo. ff. de donat. hoc nihilominus non obstante propter multas causas donatio mera, idest inter viuos potest reuocari, vt collgitur ex c. fi. de dona. ¶ Primò propter defectu causę obquā fuit facta donatio c. quod à te de clericis coniug. ¶ Secundò propter conditionem adiectam capit. verum. de donatione. ¶ Tertiò, propter dati enormitatem, vt cum pater tantum donat, quod euacuatur hæreditas filiorū cap. si quis iraſcitur. 13. q. 2 ¶ Quartò, propter ingratitudinem quę his modis contingit. l. quando donatarius manum violentam iniecit in donatorem, vel si atrocem iniuriam ei facit verberando, fugādo vel carceri mancipando, vel huiusmodi, vel graue damnū rebus intulit donatoris etiā citra maioré partē substantiæ, vel si inferre tentauit vitæ periculu, licet effectus non sit secutus. ¶ Quintò, reuocari potest, si donatarius conuentiones factas in donatione non seruauit, hæc supradicta habentur in. l. fi. C. de reuoc. donat. ¶ Sexto, in casu qué glossa ibi adiūgit, si donatarij neglexerit donatoré in opé, quādo donatio fuit in magna rerū quantitate secundū Cyn. in. d. l. fin. hoc autem notandū esse a Bilue. donatio. 1. q. 13 & §. 17. pænes finē, pro multis ipsius & simplicibus fere omnia donantibus, & demum negliguntur alimentari à donatarij quibus abunde donauerunt: quia poterit donatio reuocari, secus est si in parua quantitate donauit.

Casus reu.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

Reuoc ob ingratitu. Quæst. Resp.

¶ Sed iam circa prædicta emergun taliqua dubia, & primo circa causam ingratitudinis quæritur, an ratione ingratitudinis possit reuocari donatio facta à donatore per hæredes illius. Respondetur autem quod nō, etiā si ingratitudo commissa sit in donatoré, & nō in hæredes eius, ita habetur in. d. l. fi. quia hoc ius reuocandi ex ingratitudine est personale ex vtraq; parte vnde non transit ad hęredes donatoris: & quia si donator tacuit in vita cum ingratitudinē sciuit & contra eā agere potuit, vilius est iuris reuocandi voluisse renunciare, secus est si donator in vita non sciuit, vt quod donatarius concubuisset cum eius vxore, aut alias caulas ingratitudinis ignorauit, aut si eas notas habuit, non suppetiuit sibi tempus aut facultas agendi ad reuocationé donati, quia tunc secundum Panor. c. fi. eod. tit. & Ioann. Andr. in cap. cum veteri. de elect. poterunt hæredes, contra donatarium sic ingratum agere, quia tunc deficit ratio textus scilicet, quia tacuit, quia non dicitur tacuisse si ignorauit, vel tempus debitum non habuit ad agēdum. *Corol.*

¶ Prædictis atteximus & hoc corollarium, quod ea quæ de ingratitudine dicta sunt, limitanda sunt ad donationem propriè dictam, vt de remuneratiua donatio ob causam ingratitudinis non reuocatur. l. Aquilius Regulus. ff. eod. tit. quia vt ibi dicitur non est mera donatio, neque propria donatio, sicut etiam collatio beneficij, quia non est propriè donatio si quidē collator ex necessitate officij cōferre tenetur ob ingratitudinē non potest reuocari.

¶ Iam de illa quæstione controuersa inter doctores incidit hic disputatio, scilicet, vtrū donatio reuocari possit ex præsumpta voluntate donatoris vt propter superuenientem natiuitatem filiorum. Nos autem (cum multa & varia à multis dicātur) in hac parte sequemur verisimiliora primò præiacientes quod specialis dispositione in regno Castellæ est cautum, quod donatio maioris partis suorum bonorū quam quis dum careret filijs fecit, statim vt ei nati filij postea fuerint est reuocata, nā præsumitur de filijs non cogitasse, qui autem in Hispania legitimos filios habet tantum extraneis quintam partē potest donare. l. 8. & 19. & 20. tit. 2. lib. 4. del Fuero juzgo, sicque declaratur l. 28. Taurensi, quod si filijs legitimis caruerit & ascendentes sibi sint extranei, solum tertiā partem suorum bonorum dono impartire poterit. l. 6. Taurensi. *Quæst. Donat. reuoc. ob natiuit. filiorum. Dictum. 1.*

¶ Secundò dicimus, quod in eodem regno Castellæ, si vir vxori vel è contra donationem fecerit, & si antequam cōtraheretur matrimonium facta fuit non solum valida fuit, verum natis post sibi filijs non reuocatur. l. 3. tit. 12. lib. 3. del Fuero, per quam quidem legem limitanda est dispositio suprapósita, quæ post natis filijs donationem ante factam reuocari decernebat, intelligitur autē ista dispositio in casu quo matrimoniū post sortitū est effectū. *Dictum. 2.*

¶ Tertiò dicimus stando in iure cōmuni, q donatio partis minoris dimidiæ bonorū, vel rei particularis, dum sit alicuius pēsi & importantiæ reuocatur per superuenientiam filiorum, secus est si donatio fuit minimi valoris, quam creditur feciſſet donator, etiam si de liberis cogitasset, & in hoc, vt ait Iulius Clarus, qui huius tertij dicti assertor est, bonum est habere iudicem fauorabilem vt iudicet, quæ sit parua, vel magna donatio inspecta qualitate personarum. l. si vnquam. C. de reuoc. donat ad iuncta gloss. *Dictum. 3.*

¶ Prætereà inter multa dubia, quæ circa prædictum tertium hoc dictum emergunt hoc primum occurrit, an si donator post donationem *Quæst.*

nationem ſuſceperit filios, & h' patre ſuperſtite moriantur, donatio ipſa propter illorum mortē reconualeſcat hic autē mihi apparent diſſentire doctores. Nam Bar. in l. titia. §. imperator. ff. deleg. 2. tenet, q; quia talis donatia ex voluntate donatoris præſumpta iuxta. l. ſi vnquam, ipſo iure reuocatur & non per propoſitam querelā, vt eōtingit in inofficioſis donationibus, & quia donatio facta, ipſo iure per natiuitatem ſubſecutam filiorum eſt ſemel extincta, per mortem eorundem filiorū non reualidatur. l. Męuius. §. duobus. ff. delegat. 2. Sicut neq; actio ſemel extincta non reſuſcitatur, ei accedit Silueſt. verbo donatio. 1. §. 23. q. 19. Cæterum Iulius Clarus in tract. de donat. tenet contra Bartulum, dicens magis eſſe communem opinionem quod conualeſcit per mortem filiorum talis ante eorum natiuitatem facta donatio quondo pater mortuis filijs tacitē, vel expreſſē talem donationem non reuocauit, alias ſecus. At ſi pater in hoc caſu nihil dixerit, non poterunt hæredes alij ab ipſo inſtituti ipſam donationē reuocare, & ad rationes, & allegata ex parte Ba. inpropto eſſet reſpōdere niſi ad alia properaremus.

Variāt doctores.

An reuoc. ob fili. Quæſt.

Reſp.

¶ Secundò quæritur an ſi tempore donationis pater donans iam habebat filios, ſi alij ſi lij deinde ſuperueniant an per eorum ſuperuenientem ortum donatio debeat reuocari. Reſpondetur plane quod ſtando in peculiari diſpoſitione regni Caſtellæ vt patet in Recopilat. noua lib. 5. tit. 6. l. 12. plana eſt reſponſio quæſtionis, quia ibi (vt ſupra dictum eſt) ſtabilitur, quod Parētes quibus ſunt liberi, vel deſcendentes legitimi neq; in vita, neq; in morte poſſint facere donationem extraneis, vel alijs vltra quintam partem bonorū, quia alias eſſet inofficioſa, ex qua ſanctione colligitur, quod donatio quintæ partis bonorū in hoc regno, quia non fuit inofficioſa ſemel facta, quia ſemel conceditur fieri tantum, per aliorum filiorum plurium ortum non reuocatur. Sed tamen donatio facta filio, in eo quo eſt inofficioſa bene reuocatur propter ſuperuenientiam aliorum filiorum. In dubio autem præſumitur donator de filijs non cogitaſſe, ſicut etiam in dubio donans conſanguineo ratione conſanguinitatis, & non ob merita cenſetur donare.

An reuoc. poſt renūt. Quæſt.

¶ Tertiò dubitatur an ſi donans dum donat renunciat beneficio legis ſi vnquam: valeat donatio ſi poſtea filij ei naſcantur, hic autem dicentibus aliquibus doctoribus quod valeat, quia cenſetur de liberis cogitaſſe, alijs autem dicentibus quòd nō valet, quia in præiudiciū filiorū eſt huiuſmodi renūciatio media incedēdo via dicēdum videtur cum Iulio Claro q; ſi renunciatio fuit generalis non valet. Si autē fuit ſpecialis renunciatio facta filius legis ſi vnquam, & facta fuit à minore 25 annorū tunc talis renunciatio nihil operatur, aut facta eſt à maiore 25. annorum, & tunc tenendum eſt cum Bart. quòd potuit renūtiare Ita Silueſter, ſiquidē & illa lex in fauorē patris etiam facta eſt. ¶ Sed dico ſicut donatio iurata reuocatur ex diſpoſitione legis ſi vnquam: quia in caſu quo filij naſcerētur nō videtur ſe voluiſſe obligare, aut certē ſub illa tacita cōditione videtur iuraſſe. ſ. ſi filij ei nō naſcerētur ſic ſi additafuit renūciatio, in hoc caſu etiā iurata ſaltē poſt relaxatione obtentā ad cautelā reuocatur, quamuis Iul. Clar. etiā ſine relaxatione iuramenti reuocari ſignificat, quando talis renunciatio fuit generalis de qua hic dicimus quod non valet, ſed quando fuit ſpecialis, & iurata non anderem (quia res indubio eſt) conſulere reuocationem talis renunciationis iuratæ, niſi obtenta prius relaxatione iuramenti: quia ex alia parte Iulius Clarus aſſeuerat valere, quia illa lex ſi vnquam, cui renunciatur in fauorem patris factam eſſe ait, cui ſubinde renunciare poteſt, & ex alia parte Silueſt. verbo. donatio. 1. q. 19. §. 23. aſſerit talem renunciationem nunquā iuramento cōfirmari quia in diſpendium eſt filiorum de pactis cap. quàmuis, & de iur. iur. lib. 6. vnde cū res ſit in dubio me conſule ſine præuia obtenta relaxatione iuramenti non reuocabit, ſed in eo in quo fuit inofficioſa, certum eſt non valere iuramentum ſi facta eſt natis filijs.

Sēt. autor.

Quæſt. An facta eccleſ. reuō ob filios.

¶ Quartò cōtingit hic dubium reuocari an dicta diſpoſitio legis ſi vnquam habeat locum in donatione facta eccleſiæ. Reſpondetur quod non, nam donatio hæc non reuocatur in totum de ſtricto iure propter natiuitatem filiorum, tum quia eccleſia habetur loco filij, tum quia donatio facta eſt in fauorem animæ, quia non debet eſſe minus fauorabilis quam filius in Authen. ſi quam mulier. C. de ſacroſanct. eccl. vnde reuocabitur ſolum vſq; ad debitam filiorum legitimam, ita ſentit. glo 17. q. vlti. cap. vlti. ita Silueſt. donatio. 1. §. 22. q. 18. ita Bar. §. dict. imperator, ita Ripa, Dida. hanc Iul. Clar. dicit eſſe communem, licet vt fatetur ſemper ſibi viſa fuit dura, credit tamē quod eccleſia obtineret, niſi epiſcopus vellet indulgentiam remiſſionis donatē facere iuxta not. cap. fin. 17. q. 4. iuxta hanc ſententiam tenuimus ſupra cum Nauarro in fauorem animæ donando in pia opera pro animabus ſuis

Sent. autoris.

posse parentes vltra quintam partem bonorũ donare, dũ debita sustentationis subsidia iuxta decentiam status relinquant filijs, quia hęc non est mera, & gratiosa donatio, sed ob causam. An verò. l. si vnquàm. habeat locum in legatis, alterius loci est disputatio.

Donat. sub mod. an reuoc.

Dictum. 1.

¶ Porrò perstat declarandum, an donatio facta submodo, ideſt ob causam reuocetur in casu, quo talis modus nõ interuenit? dicimus autem Primò, ad quæstionem quòd aliud est loqui de conditione impropria, quæ dicitur modus vel ob causam, & aliud, est loqui de conditione propria pendenti. Igitur donatio sub propria conditione facta reuocari nõ potest cõditione pẽdente, quia ex futuro euẽtu depẽdet. facit. l. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pign. hab. neq; etiã reuocatur, cũ iam est purificata conditio, quia iam tunc est vera, & mera donatio, dummodo in vtroq; casu cesset ingratitudo, & omnis alia sufficiens reuocandi causa, nam & conditio apposita etiam iurata quod donatio ob ingratitudinem non possit reuocari non valeret, quia esset contra naturalẽ æquitatem. l. ex eo. C. de inut. stipulat. Sed quid si deficiat conditio? respondetur quod neq; tunc propriè donatio conditionalis dicitur reuocari: quia quod non est reuocari non potest de desponsat. impub. cap. ad dissoluendum: quia perinde est ac si non fuisset donatum, quia donatio deficiente conditione cassa, & vana redditur.

Dictum. 2.

¶ Secũdò decimus de donatione facta sub modo, quæ propriè non est conditionalis) licet largo modo conditionalis vocetur aliquãdo ab aliquibus iuristis) quod non reuocatur etiam quod modus talis non interueniat quãdo. si talis modus non est principalis causa, vel finalis, sed magis impulsiua facit. l. Mæuia. ff. de manumiss. testa. vt patet in concessa libertate seruis vt accenderent luminaria coram sepulcrũ domini sui, vbi acẽdere luminaria solum fuit causa impulsiua donationis libertatis nõ finalis, aut principalis, quod verum est nisi sit expressum, quòd reuocetur, vel alteri detur, si talis modus non existat: secus autem est si modus fuit finalis, vel principalis causa ipsius donationis, vel cõtractus modalis, quia tunc eo modo, vel causa non existente reuocatur (Accedit ad prædicta & hoc corollariũ subnotatum à Silues. verbo donatio. 1. q. 15 in fi. l. quod si sumus in dubio, & donatio est in piam causam, fauore piæ causæ videbitur contemplata pia causa pro causa finali, vt videtur velle Bart. in l. ea conditione. C. de rescindenda vendit. & in l. si pecunia in principio. C. de condit. ob caus. aliàs non.

Corol.

¶ Deinde scitu est opus vtrum donatio facta ecclesiæ sub modo si ille modus non seruetur reuocari possit, & qua authoritate. Cui quæstioni satisfacturi dicimus primò, ex prędictis in præcedente quæstione colligi ob modũ nõ seruatum non reuocari, nisi expressum fuerit, quod reuocari possit cessante modo de condit. appos. cap. verum. cuius in prõptu est ratio, scilicet, quia sic donatum videtur principaliter pro salute animę fuisse donatum extra de testam. requisiti, vnde modus appositus in hoc casu non videtur causa finalis sed impulsiua, qua cessante nõ cessat effectus nisi sit expresse actum quod reuocetur dict. l. Męuia, vnde si testator legauit aliquid ad fabricã in honorẽ suũ, & reipublicæ si iure hoc impediatur, pecunia hæc legata conuertetur in alium vsum, qui cædat in honorem testatoris, neque reuocabitur legatum, quia ad honorem suum est causa finalis.

Donat. ecclesiæ sub mod.

Quæst.

Dictum. 1.

¶ Adde secundò, quod quando in donatione facta ecclesiæ sub modo expressum est, quod modo non seruato possit reuocari, si solus prælatus sit qui modũ non seruat, non reuocabitur secundum Vinc. in cap. verum de condit. appos. quia delictũ Prælati nõ nocet ecclesiæ in Reg. delictũ lib. 6. Secus autẽ esset si prælatus cũ capitulo modũ in hoc casu non seruaret. Secus etiã esset quãdo sub cõditione propria esse ecclesię donatũ, quia tũc solo prę lato nõ seruante conditionẽ donatio nõ teneret. Nam in adquirendis solus prælatus, nocere potest ecclesię, nõ verò in adquisitis, vt notat glossa, & doctores. 16. q. 6. & Innoc. c. fraternitatem de donat. ¶ Notandum est autem quod quãdo dicitur quòd possit reuocari, requiritur sententia secundũ Innoc. dict. c. verũ & secundum Hostiens. quamuis alij dicant cõtrarium, sed primum est verius, nisi diceretur q̃ propria authoritate possit reuocari, quia tunc propria authoritate reuocari posset, nisi esset effecta sacra. l. si quis curialis. C. de episc. & cleric. vel nisi esset de facto resistens, quia tunc pactum non valeret, quia prę staret materiam veniendi ad arma vt ait Bar. l. creditores C. de pign. ¶ Accedit insuper quod donatio facta ecclesiæ, quia fit Deo principaliter, neque propter ingratitudinem capituli, & prælati simul poterit reuocari secundum Iulium Clarum quia tunc secundum Panor. si monasterium fuit fabricatũ ab aliquo Barone, cui omnes religiosi eius cũ suo prælato inueniuntur ingrati, non destruetur ob ingratitudinem sed expulsis illis religiosis alij substituentur,

Dictum. 2.

Sent. requir.

vt

vt sic potius puniantur personæ, quàm eccle-
sia, quod videtur æquius, vide Silue. donatio
1. §. 16. q. 12.

Quæst. Donat. fact. fili. an reuoc.

¶ Insuper an filio emancipato donatio facta reuocari possit quia cognitu est necessariũ dicitur ad hanc quæstionem primò, quod iuxta leges Castellæ, vt supra dictũ est, melioratio facta in tertia parte bonorum filio sub patris potestate constituto siue emancipato est reuocabilis, aliàs nisi in duobus casibus scilicet, cũ filius sic melioratus, vel descendens iam missus est in possessionem talis tertiæ partis iam donatæ per contractum inter viuos, vel facta traditione ante notariũ scripturę, vel secũdò in

Dictum. 1.

casu quo talis contractus factus est ob causam onerosam: quia tunc non reuocatur nisi in cõtractu reseruata fuerit potestas reuocandi, vel nisi iuxta leges regni aliqua emerserit causa reuocandi, Recopilat. noua lib. 5. tit. 6. l. sed de hoc supra dictum est etiam.

Dictum. 2.

¶ Adde secundò, quod donatio facta filio propter bene merita, si præcesserũt talia merita propter quæ cuilibet extraneo pater ad idem teneretur, donatio valet, & res sic donata efficitur peculium aduentitium, quia videtur filius eam quæsisse ex operibus, & laboribus suis. l. cum oportet. C. de bonor. quę. libr. §. 1. quæ merita oportet vt probentur, neque satis est à donãte enuncientur nisi sit persona, quæ aliàs nullis meritis præcedentibus tali donatario id libere alias donare poterat, tamen tunc non erit donatio ob merita, sed donatio simplex: si autem pater donauit simpliciter tunc nullis meritis præcedentibus non valet donatio nisi morte cõfirmetur, ita Bart. in l. 11 §. nec Castr. ff. de collat. & in l. frater à fratre. ff. de cõdict. indeb. ¶ Adde q̃ valet donatio facta filio in premium emancipationis de resti. in integ. cap. constitutus. & quod hæc non sit donatio testatur Bartol. sed est donatio simplex, vnde tanquàm simplex donatio venit conferenda.

¶ Si autem facta fuit filio existenti in patris potestate emancipatione cõualescit nisi fuerit reuocata Bart. in l. vt libertis. C. de collat. & l. siuè. C. de donat. Sed facta filio emancipato propter causas ingratitudinis reuocatur, vide Silues. verbo donatio. 2. q. 8.

Quæst. De dote.

¶ Præterea scire opus est, cum statuto cauetur, vt moriente altero coniugum alter superuiuens lucretur dotem, vel donationem propter nuptias, de qua morte sit intelligendum? Respondetur autem id intelligendum fore de morte naturali, non autem de spirituali, quæ fit per religionis ingressum: quia id statuere esset in grauamen libertatis religionis dotis dimi-

Statutum non valet secus pactum.

nutio, quod notatur. l. 1. ff. quar. rer. acti. non datur. Secus si inter coniuges pactum fiat, vt altero moriente alter prædicta lucretur, quia tunc per ingressum religionis pactum manet validum. l. Deo nobis. C. de episcop. & cler. Similiter lex quæ prohibet militi donare meretrici non impedit donationem factam mulieri sibi coniugata, quæ propter aliquod impedimentum non erat vera vxor si ipsa quia ignorauit, putauit matrimonium consistere, quia non fuit formaliter meretrix, aut concubina, ita Bart. in l. miles ita hæredem. §. mulier ff. de sta. milit. & in dubio an sciuerit vel non, præsumitur ignorantia. ff. de legat. 1. l. fin.

An debitor donet credit in dubio.

¶ Superest nunc iam suis numeris absoluta materia de donatione aliquibus difficultatibus scitu dignis facere satis, & primò quæritur si is, qui alicui debitor erat, immemor talis debiti aliquid creditori suo donat an censendus sit dedisse in compensationem talis debiti. Respondetur autem quod stando in foro exteriori in dubio præsumetur potius in

Quæst.

Resp.

solutionem debiti dedisse quàm donasse, at in foro conscientiæ standum est intentioni quam habuit, vel donandi, vel recompensandi debitum, & de sua intentione quam actu habuit est consulendus, non de conditionali quam habuisset, si se debere creditori quod donat recordatus fuisset. Nam huiusmodi dispositiones conditionales non faciunt ad rem, sed respiciẽdum est ad id quod voluntas actu voluit vel intendit.

Corol. 1.

¶ Ex prædicta autem doctrina colligitur corollariè, quod pater qui legatum legauit filiæ, cui debebat dotem, videtur illud relinquere in solutionem, aut in eius solutionis partem, quia cum est debitum, quod lege debetur ita præsumitur in foro exteriori, scilicet, intentione ei recompensandi debitum reliquisse. 12. quæst. cap. qui abstulerit ita Nauarr. in sum. capit. 17. num. 150. Nam etiam in relictis creditoris per vltimam voluntatem, dum testator aliud non expressit, dum debitum fuit necessario contractum in illius recompensam, tunc iudicatur ea reliquisse, secus est autem si voluntate fuit contractum, ita Nauarrus eod. capit. num. 160. & ait esse communem. l. si cum dote. §. si pater. ff. solut. matr. & in. §. sciendum. l. 1. C. de rei vxor. act. & cap. officij de test.

Corol. 2.

¶ Præterea ex prædictis sequitur corollariè quod si quis puerũ expositum domini nutriuit cum intentione gratis eum nutriendi pro amore Dei non potest postea post quã nutriuit mutata voluntate petere nutritionis expen-

expensas, si eas animo donandi eas nutriuit paruulum, secus si cum animo eas repetendi fecit.

Nota pro contingentibus casibus.

¶Accedit etiam quod si aliquis debitori suo fecit publicam donationem, & remissionem centum florenorum quia nihil inde sperabat, vel ad euitandum aliquod damnum, post hanc donationem potest aliquid de bonis eius inuentis, vel ab alio oblatis accipere, & retinere, sicut & alij damnificati, ac si nõ donasset, idest remisisset, quia de ratione donationis est liberalis, & voluntaria translatio quod non contingit in casu posito ita Siluest. verbo donatio. 1. q. 12. §. 16. in cuius gratiam allegat Archidiacon.

Promissio vt oblig. Quæst. Resp.

¶At verò quoniam promissio gratuita ad quoddã genus donationis videtur reduci, nõ erit præter propositũ hic nosse, vtrum ad suę obligationis impletionem obliget sub morta li. Respondetur ergo, quod ex genere suo hęc promissio simplex obligat sub reatu mortali, nisi ex paruitate materiæ eius violatio reddatur venialis: hæc sententia est Soti lib. 7. de iust. & iur. quæstione. 2. art. 1. & licet Caietano asscribat contrariam, quidam autumant hanc non esse contra Caiet. Hæc est Victorię, & Siluestri verbo pactum, & magistri Cani. Sed quia dura visa est, frater Ioann. à Peña in suis scriptis fertur eam temperasse, vt sit vera. Primò si adsit animus se obligandi, quia si talis animus deest non obligat, nisi sit promissio in contractibus, vt do, vt des, facio, vt facias, vt in sponsalibus quia tunc in re graui, vbi ex violatione promissi grauiter læderetur alter, & ratione damni & scandali etiam si defuisset animus se obligandi teneretur secundum Sotum (requiritur autem secundum D. Thom.) vt promissio simplex obliget vt non sint mutatæ res. At tandem materia, quę constitueret furtum mortale vt 10. argentei, non constitueret promissionis eorum violationem mortalem, sed bene centũ argenteorum promissio secundum frat. Ioann. à Peña, & deniq; restaurandum est damnum ex violatione promissionis secutum, vt si quia aduocatus, qui pollicitus est patrocinari, defuit promissioni, alius perdidit causam.

¶Aduertendum est tamen, quod filia quę inducta à patre dixit se contentam dote, & renunciare suæ legitimæ promisit, si id fecit metu reuerentiali patris aliàs non factura, secundum Nauarr. & Adrian. talis renunciatio, vel donatio legitimę in conscientia non tenet, sed si cum iuramento ei renunciauit in hoc casu, renunciatio tenet, sed poterit petere relaxationem iuramenti, vt id in quo defraudata est petat in conscientia, imo si quantitas cui sic renũciauit est maxima, in foro exteriori, secundum Nauarr. præsumetur coacta ei renunciasse. *Nota.*

¶Adde vltimò quod donatio reciproca, quia propter vicissitudinem reciprocam dicitur habere onus annexum, non dicitur propriè donatio, ideo insinuatione non eget.

FINIS.

Laus mea, & spes mea Dominus Iesus Christus, cui omnia & eius Ecclesia Catholica, cuncta hic dicta corrigenda committo.



11
48

8.499